2-12-3-7

num. 30. cax. 5. num. 26

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

I
00244

618559645

Ioannes Britannicus Brixianus Hieronymo aduocato. Ambroſii iuriſconſultiſs. F. ſalutē.

n On poſſum noſtris temporibus Hieronyme Aduocate mirum in modum nō
gratulari: priſca enim illa uideor uidere ſæcula: quibus eo in culmine cum græca
rum tum latinarum litterarum ſtudia fuere: ut ad utriuſque orationis facultatem
deſyderari haud quicquam poſſet. perſpicuum enim nobis ē hæc noſtra ſtudia
quæ penitus iam trecentis: aut plus eo (ut arbitror) annis: ſiue temporum iniquitate: ſiue
hoīum incuria & neglīgētia extincta erant: iam ætate noſtra ita reluxiſſe: ut noſtri hoīes
priſcis illis adæquari fere poſſint. Scimus enim illos in ſcribendo immortalem quidem
gloriam ſibi peperiſſe & laudem. Diuinum enī quoddam potiuſq̄ humanum ingenium
ſcriptis ſuis oſtenderunt. Noſtra uero ætate ea proferuntur hominum ingenia: quæ tantū
ipſa laudis intelligendo: quantum illi ſcribendo promeruiſſe ualuerunt. Minorem. n. ego
uirtutem cenſendam non puto: cum poetarum qui diuino quodā ore & pectore carmi
na effundunt: mentem & ſenſum intelligas: idque tibi liceat aperire: quod ipſi plærunq;
ad ingenii ſui magnitudinem oſtendendam obſcurum eſſe uoluerunt: & uix cuiq̄ præter
(ut aiunt) muſas & Apollinem intelligibile. Quapropter qui in interpretandis poetis ad
communem omnium utilitatem: cum ex iis omne genus ſcientiæ (ut noſti) colligatur: uer
ſati ſunt: de re publica litteraria benemeriti ſine controuerſia ſunt cenſendi: eorumque in
duſtriam & laborem qui non laudet: admiretur & magnifaciat: inuidiæ ſuſpitione haud
quaquam carere debet. Quid. n. turpius q̄ uniuerſis bene conſulentem detractione & ca
lumnus inſectari: & illius famam uelle extinguere: qui multis uigiliis & laboribus aliis po
tiuſq̄ ſibi pdeſſe ſtudet: In quo qdē genere ſi quiſpiā merito laudandus eſt: Ioannem Ta
berium conterraneum noſtrum: qui (ut ſcis) in hac noſtra urbe florentiſſima cum græcis
tum latinis litteris ornatiſſimus & habetur & prædicatur: extollendum iudico. Is enim cū
eos commentarios in pharſaliam Lucani qui falſo Omniboni Vincentini titulo inſcripti
circūferebantur: tam manifeſtis ineptiis & mendis refertos animaduerteret: ut unicuique
haud arduum eſſet dignoſcere a grauiſſimo illo & litteratiſſimo uiro conſcriptos nō fu
iſſe: operis cum ut amicis & litteratis iuuenibus: tum ut impreſſoribus qui id q̄ emēdatiſ
mum ſummopere habere ſtuduerunt ſatiſfaceret: correctionem tanto ſtudio ſuſcepit: in
duſtria: labore & fide: ut plus certe q̄ mille locis opus emēdauerit: Tantumque ex ſuo in
genio: quo plurimum ualet: & addiderit & ademerit: ut iam Lucanus pueris etiam rudi
bus intellectu facilis ſit. Nihil. n. qd' ad hiſtoriā: ad fabulas: ad geographiā: ad aſtrologiā:
ad artem denique ipſam pertinet in eo deſyderandum inuenias. Nec mihi quidem dubi
um eſt: quin his uigiliis ſuis Ioannes Taberius ſi minus apud præſentes: qui plærunque
uitio malignitatis humanæ uiuentiū ſcripta: etſi lectionis cibus ſapiat: ueluti faſtidio quo
dam ſenili deguſtant & legunt: apud poſteros immortalem ſibi & gratiam & nomen ſit
conſecuturus. Hæc autem ut ad te ſcriberem Hieronyme Aduocate duo quidem illa im
pulere potiſſimum: alterum ꝙ ſciebam pro ea beniuolentia qua in Ioannem Taberium
(ut es a natura optimus & benignus) ſemper contuliſti: eius ſcripta & labores tibi iucun
dos & gratos fore. Es enim tu is qui inter cæteros excellentis ingenii uiros: quorū haud
paruus in urbe noſtra eſt prouentus: uirtutem colis: magnifacis: amplecteris. Nihil enim
tibi dulcius eſt: nihil ſuauius: nihil denique iucundius q̄ in his noſtris ſtudiis uerſari: quo
rum (quod mihi aliorum pace dixiſſe liceat) iam primam arcem poſſidere mihi uideris. Iā
omnes qui cum litteris commercium habent ingentes gratias tibi agant neceſſe eſt. Feci
ſti enim tua induſtria: ſtudio & labore ut Victruuius de architectura: qui iam tot ſæculis

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

in lucem caput ſuum proferre non audebat:ꝙ ex omni parte mancum:lacerum:mutilatū
ſe ſentiebat:nunc politus:purus:integer:huc & illuc geſtiat meare:omnibus carus occur
rat:omnibus gratus excipiatur. Alterum ꝙ tanta te obſeruantia proſequor:ut omnes me
os labores:induſtriam:& me ipſum ſtatuerim tibi dicatum eſſe debere. Nam inter cæte
ra & corporis & fortunæ bona:quæ illuſtria & ampliſſima habes : unum illud eſt:ꝙ me
tibi incredibili quodam amore coniungit:ꝙ ea te animi excellētia eſſe cognoſco: & ma
gnitudine:ut nihil fere unquam niſi de uirtute aut loquaris:aut cogites:Idque tibi ſtatutū
ſit: uirtutem more ſtoico ſolum bonum dicendum eſſe. Ex quo fit:ut qui te nouerit:plu
rimum te diligat:plurimum te obſeruet. Sed hæc hactenus. Illud a te dūtaxat petimus:ut
Britannicum tui ſtudioſioſiſſimum diligas:ames & complectaris. Vale.

M. Annei Lucani uita ex commentariis antiquiſſ.

.m. Anneus Lucanus patrem habuit. M. Anneum Melam ex prouincia Bætica hiſpa
niæ interioris cordubenſem equitem romanum:illuſtrem inter ſuos:notum Ro
mæ:& propter Senecā fratrem clarum per omnes uirtutes uirum:& propter ſtu
dium uitæ quietioris:ꝙ ſequens magis a turba recedebat:minus latebat. Matrem habuit
& religionis eiuſdem & urbis Aciliam nomine Acilii Lucani filiam:oratoris operæ apd
proconſules frequentis : & apud clariſſimos uiros non nullius ingenii : adeo non im
probandus:ut in ſcriptis aliquibus hodieque duret eius memoria:cuius cognomen huic
inditum apparet. Natus eſt. iii. nonas nouembres. C. Cæſare Auguſto Germanico. ii. L.
primo Cæſiano cons. ſed in patria ſua non ualuit educari:fatorum (credo) decretis : ut id
ingenium:quod orbem fama ſui impleturum creſceret:in domina mundi aleretur urbe :
Octauum enim menſem agens Romam tranſlatus eſt:ac ne diſpar euentus in eo narrare
tur eius qui in Heſiodo refertur:cum opinio tunc uon diſſimilis maneret:cunas infantis
quibus ferebatur apes circūuolarunt:oſque inſidere complures:aut dulcem iam tum ſpiri
tum eius inhaurientes:aut fœcundum & qualem nunc exiſtimamus futurum ſignificātes :
præceptoribus tunc eminentiſſimis eſt eruditus:eoſque intra breue temporis ſpatium in
genio adæquauit. Vna uero ſtudentes ſuperauit profectibus:declamauit & græce & lati
ne:cum magna admiratione audientium:ob quod puerili mutato in ſenatorium cultum
& in notitiam Cæſaris Neronis facile perueuit : & honore uixdum ætati debito dignus
iudicatus eſt. Geſſit autem quæſturam in qua cum collegis more tunc uſitato munus gla
diatorium edidit : ſecundo populi fauore ſacerdotium etiam accepit auguratus. Equi
dē hactenus tempora habuit ſecunda. Quæ autem ſequuntur : mutata inuidia & odio
Neronis ipſi exitium : domeſticis luctum miſerabilem attulerunt. Inter amicos enim
Cæſaris : quod tam conſpicuus fieret profectus : in poetica frequenter offendebatur.
Quippe & certamine pētaterico acto in pompeii theatro laureis recitante Nerone fue
rat coronatus:& ex tempore orphea ſcriptum in expimentum ingenii ediderat : & tres
libros quales uidemus. Quare inimicum ſibi fecit imperatorem:quo ambitioſe imitāte
non hominum tantum:ſed & artium ſibi principatum ueridicante:interdictum eſt ei po
etica:interdictum ē etiam cauſarum a&ionibus. Hoc factum cæſaris iuuenili æſtimās ani
mi calore:ſperanſq; ultionem a cōiuratis in cædem Neronis ſocius aſſumptus eſt : ſed pa
rum fauſte. Deceptus eſt. n. a piſone & conſularibus:aliiſq; prætura pfunctis illuſtribus ui
ris. Dum uindictā expetit in mortē irruit:nam ſua ſponte coactus uita excedere:uenas ſi
bi præcidit:periitq; pridie kl. maias. Attico Veſtino & Nerua Syllano con. xxvii. ætatis an
num agēs:nō. ſine iactura utilitatis : cū patriæ:quæ tantā immature āmiſit indolē:tū ſtudi
orꝝ quoq;. Relig euim. vii. belli ciuilis libri locū calūniantibus tanq̄ mendoſi non darent :

qui tametſi ſub uero crimine non egent patrocinio : in eiſdē dici quod in Ouidii libris
præſcribitur:poteſt. Emendaturus ſi licuiſſet erat. extant eius & alii complures: ut illa con
ſaturnalia. Kataſcomon. ſyluarum. x. Tragœdia medea imperfecta. ſalticæ fabulæ. xiiii. &
hippamata proſa oratione in octauum ſagittam:& pro eo de incendio urbis. epiſtola
rū ex cāpania:nō faſtidiendi quidem omnes:tales tamē:ut belli ciuilis uideatur acceſſio.

Ex dimidiato codice particula ad poetæ huius uitam pertinens ſumpta.

prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit in quinquenali certamine :
deinde ciuile bellum:quod cum pompeio & Cæſare geſtum eſt:recitauit: ut præfatione
quadam ætatem & initia ſua cum Virgilio comparans auſus ſit dicere:& quantum mihi
reſtat ad Culicem? Hic initio adoleſcentiæ cum ob infeſtum matrimonium patrem ſuū
agere lōgiſſime cognouiſſet:reuocatus Athenis a Nerone cohortiq; amicorum additus:
atq; etiam quæſtura honoratus:non tamen permanſit in gratia:ſiquidem ægre ferens re
citantes:ſubito ac nulla niſi refrigerandi ſui cauſa indicta:ſenatu cum receſſiſſet : neq; uer
bis aduerſus principem:neq; factis extantibus poſt hæc temperauit:adeo ut quondam ī
latrinis publicis clamore cum ſtrepitu uentris emiſſo hemiſtichium Nerouis magna cō
ſeſſorum facta pronunciarit. Sub terris tonuiſſe puteſ. ſed & famoſo carmine cum ipſum:
tum potentiſſimos amicorum:grauiſſime proſcidit. ad extremum pene ſignifer piſonia
næ coniurationis extitit multus in gloria tyrannicidarum palam prædicanda : ac plenus
minarum:uſq; eo intemperans:ut Cæſaris caput proximo cuiq; iactaret. uerum detecta
cōiuratione nequaquam animi conſtantiam præſtitit:facile enim confeſſus:& ad humil
limas deuolutus preces:matrem quoque innoxiā inter ſocios nominauit: ſperans īpieta
tem ſibi apud principem profuturam:impetrato autem mortis arbitrio libero : codicil
los ad patrem corrigendos quibuſdam uerſibus exarauit : epulatuſq; largiter brachia ad
ſecandas uenas præbuit medico.

pomponii Infortunati. M. Annei Lucani Vita.

.M. Anneus Seneca e corduba ciuitate bethycæ Romam uenit:ſtatimq; eques factus
eſt. cuius declamactiones & ſi celebratæ:negligentia temporum ad nepotes non
peruenere. Suſcæpit in patria ex Elbia uxore liberos tris L. Anneum Senecam : Iu
nium Anneum Gallionem:& Anneum Melā:quem ut minorem natu domi reliquit. Se
neca & Gallio romæ pfecere ſub Marullo grammatico & Ceſteo ſmyrnæo atq; Aſinio
pollione rhetoribus. Mela cum adoleuiſſet iubēte patre rē domeſticam gubernauit: do
natus ut cæteri fratres amicitia Cæſarum equeſtri ordine. ꝯ. Aciliam duxit uxorem filiā
Acilii Lucani oratoris cuius tunc non mediocre nomen apud prouinciæ pconſules erat
Ex ea Melas. iiii. nonas nouembris C. Cæſare iterum & L. Cæſiano conſulibus M. Anneū
Lucanum impoſito ſoceri nomine genuit. faſtiditus inde familiari cura cum octimeſtri ī
fante romā uenit quietiori uitæ apud fratres uacaturus: ſperāſq; per procurationes acqui
rendæ pecuniæ breuius ſibi iter fore quo æquari conſulibus credebat. Lucanus ſtuduit ro
mæ ſub Rhemmio palæmone & cornuto:ex condiſcipulis Saleiū Baſſum & A. perſium
præcipue dilexit: Neroni cuius ætas patruo Senecæ commiſſa erat diu gratus:quæſtor an
te ætatem gladiatorium munus edidit:ſequenti anno populi fauore in auguratus ſacer
dotium aſcitus:ut papinius Statius refert.

Romani colitur chori ſacerdos.

Vxorē duxit pollā Argentariam polli Argentarii filiam de qua Calliope papinii canit.

Nec ſolum dabo carminum nitorem:
Sed tædis genialibus dicabo

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Doctam atq; ingenio tuo decoram:
Qualem Blanda Venus daretq; Iuno:
Forma:ſimplicitate:comitate:
Cenſu:ſanguine:gratia:decore.

Nero cum per Clinium Ruffum Niobem ſe pronuntiaturũ polliceretur pronũtiauit in theatro pompeii. Lucanus ex tempore Orpheum recitauit. Iudices quorum cẽſuram uerebatur princeps: coronam Lucano dedere. Non tulit id Cæſar: cuius natura fuit odio pſequi præcellentes: & contumeliis ac maledictis laceſſere. Interdixit igitur poetæ foro: theatro. & carmina oſtenrare prohibuit: de quo papinius.

Ingratus Nero dulcibus theatris
Et noſter tibi præferetur Orpheus.

Lucanus cum ſe premi odio animaduerteret: piſonianæ cõiurationi hæſit: quæ tunc ad extinguendam tyrannidem inſurgebat: quam & ipſe fateri uidetur cum ait:

Conſilio iuſſuq; deum tranſibis in urbem
Magne tuam: ſummuſq; feret tua buſta ſacerdos.

Corpus enim pompeii niſi extincto Iuliorum genere Romam transferri non poterat. Accuſatus diu ſilẽtium tenuit ſed promiſſa ĩpunitate matrem nominauit: acceptoq; mortis arbitrio uenas ſoluit. Cum frigeſcere pedes manuſq; & ſpiritum cedere intellexit pronunciauit uerſus quos per huiuſmodi imaginem de milite fecerat.

Sanguis erant lachrymæ: quæcunq; foramina nouit
Humor: ab his largus manat cruor: ora redundant
Et patulæ nares: ſudor rubet: omnia plenis
Membra fluunt uenis: totum eſt pro uulnere corpus:

Deceſſit pridie kal. Maii Silio Nerua Attico Veſtino conſulibus Qui conſul deſignatus cum plaucio Laterano erat Anno nondum ſeptimo & uigeſimo finito. Sepultus eſt in hortis ſuis: ubi forte tale potuit inſcribi epigramma.

Bethys habet natale ſolum: eſt annea propago.
De genitore Mela dat mater Acilia terris.
Vix luna octonos cælo confecerat orbes:
Cum me roma ſui reſperſit tybridis unda:
Seruatumque foro traxit phœboque dicauit:
Hinc ſiluæ: geminæq; faces: reus inde Sagitta:
Orpheus ingrati ſtimulus liuorq; tyranni:
Dum ciuile nefas aperit pharſalia noſtræ
Inuidit famæ Nero: proh muſæq; canentis
Interrupit opus gladio: ueniſq; reſectis
Aſſertore ſacros maculauit ſanguine uultus:

Scripſit Saturnalia ſyluarum libros. x. Medeam: Oprheum: incendium urbis: incendium Troianum cum priami calamitate. Oratiõe ſua Octauium Sagittam qui pontiam comfoderat damnauit. pharſaliam non finiuit: cuius primos tris libros cum uxore correxit quos inſcitia deprauatos cum reliquis ſeptem Io. Andreas Antiſtes Alerienſis diligentiſſime noſtro tempore emendauit rogantibus Conrado & Arnoldo qui ne lingua romana pereat libros laudabili inuentione imprimunt: Varius: copioſus: ſublimis: cõcitatus ut Quintilianus ait oratoribus magis q̃ poetis numerandus q̃uis aliter Martialis Sunt qdam q me dicũt non eẽ poetam. Sed q me uendit bibliopola putat Mela pater cæſo filio dum rem familiarem diligentius quærit: accuſatur a Fabio romano ex intimis Lucani amicis: ſimulataſq; filii ad patrem litteras retulit: ubi Nero inſpexit inhians opibus eius cædem imperat: Mela uenas ſecuit ſcriptis codicillis: quibus in Tigilinum & Coſſucianum Tigilini generum grandem pecuniam erogauit: ut cætera manerent adiecit & querelas: mori ſe ſcilicet nullis ſupplicii cauſis. Apud Cornelium Tacitum legitur Conſulibus Silio Nerua & Attico Veſtino coniurationem in Neronem cœptam & in primis Lucanum Anneum coniuraſſe ꝙ famam carminum eius premebat Nero: prohibueratque oſtentari uanus aſſimulatione: tum detecta coniuratione Lucanus Aciliã Matrem ſuam inter conſcios nominauit promiſſa impunitate. Sed Nero poſt mortem multorum Lucani cædem imperauit: Is profluente ſanguine ubi frigeſcere pedes manuſque & paulatim ab extremis diſcedere ſpiritum feruidus adhuc & compos mentis intelligit recordatus a ſe carmen compoſitum quo uulneratum militem per eiuſmodi mortis imaginem obiiſſe tradiderat: uerſus ipſos retulit: atque illi ſuppréma uox fuit.

Si generi ſocerique cupis cognoſcere bella:
 Non alium quæras: hic manifeſta facit.
Immatura dies rupit pharſalica fata:
 Quo bonus haud tantum clauderet auctor opus.
Quod nero crudelis facinus licuiſſe putaſti:
 A te non aliud debuit ire bonis.
Multa quidem licuere tibi: ſed plura relicta
 Imperfecta licet non tamen illa perit.
Viuet: & extinctis pharſalia nempe legetur
 Cæſaribus: cineres non capit urna ſacros.
Et licet hic partes uel plures rhetoris extent:
 Inuenies & quæ mira poeta canat.

Epigramma Laphranci Ch.

Lucanus ad lectorem.

Non rudis occurro: ſed lima terſus ad unguem:
 Nuper qui fueram ſordidus atque lacer.
Egredior: lingua iuuenes animiſq; fauete:
 Liuida turba tace: quid nocuiſſe iuuat?
pantagathi (fateor) monumenta prioribus annis:
 Sed mage taberii cura ſecunda placet.
O utinam tales producas Brixia bardos fetus:
 Vnde habeas nomen perpetuumq; decus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ioannes Taberius brixianus Franciſco Barbaro poſteriori patricio ueneto integerrimo
Salutem.

C Ommentaria quæ ĩ Annei Lucani pharſaliam ab Omnibono leoniceno edita pũ
tabantur:uiro ſi quiſq̃ fuit ætate noſtra eruditiſſimo:ſicut mihi mãdaueras Franci
ſce Barbare:ſucciſiua & tumultuaria quadam cognitione recenſui:R em quæ & altioris ĩ
genii uirum:& pluſculum temporis ad poematis magnificentiam depoſcebat. Tanta enĩ
in illis fuit errorum ſeries:ut mihi uiderer aliquãdo(quod aiũt)ſine filo labyrinthũ ingreſ
ſus:Nam præter odioſam prolixitatem:multa inepte nimiũ:multa contra ciuilis hiſtoriæ
fidem:atque etiam nihil ad poetæ expoſitionem conferentes nugas:ut immenſum opus
excreſceret:quiſquis fuerit:inculcauit. Neq; enim oibonũ ipſum iſtæc unquã ſcripſiſſe cre
diderim:ſed ab eo dictata uero ſimilius fit quempiam ex diſcipulis ĩ uolumen collegiſſe:
qui inſcriptione ipſa præceptori ſuo non tam benigne q̃ imprudenter acceptum retulit.
Ego uero etſi intelligebam nullam me pro laboribus gratiam ſuſcepturum:ꝙ eo delicia
rum omnes hac tempeſtate peruenimus:ut nihil ſit detrahentium morſibus inuiolatũ:
tuis tamen in me beneficiis aſtrictus:opus ipſum quod alioquin uerborum ambagibus
faſtidiendum uidebatur:pro ingenii tenuitate:ſed temperata caſtigatione correxi:ne for
te litteratorum uulgus criſpatis naribus inſurgẽs:alienæ meſſi nos auaram nimis falcem
ſubieciſſe contenderet. Tametſi quis iure ſuccenſeat? Addidimus quæ græce latineq; fue
rant opportuna:quæ autem non poterant ſine publico eminentiſſimi uatis diſpendio le
gi:recila ſunt. Deprauata loca fideliter emendauimus:eaq;(opinor)ſolertia:ut ſi quis erro
rum cauſas:& rationes emendationum:collato priore exemplari:ſepoſitoq; liuore dili
genter excuſſerit:pauca admodum ſint: quæ ad plenam poetæ ĩtelligentiam deſyderent.
Te igitur mihi aſſertorem Vir humaniſſime præſtabis:cuius auſpicio quicq̃d eſt hoc lu
cubrationis egreditur: Tu enim excellenti uirtute ſummoq; ingenio unus in primis litte
rarum ſubtilis æſtimator & cenſor intelligis qua uerborum ſentẽtiarumq; maieſtate poe
ta concitatus aſſurgat:intermiſſiſq; nonnunq̃ grauioribus ſtudiis poeticas interpretatio
nes inſpicis:& exploras: Stilus autem ſi quid te impolitior offendet:cogitabis trimeſtri
celeritate:& pauciſſimis quidem diei horis cuncta mutari non potuiſſe:urgente atq; indi
es expoſtulante impreſſorum turba. Cuius anguſtiæ teſtes mihi Hieronymum Aduoca
tum:Ioannemq; Britannicum raræ ſynceritatis uiros: & plane in ἐγκυκλιοπαιδείᾳ
diſertiſſimos appello. Quod ſi acutiſſimo iudicio tuo pharſalica hæc enarratio fuerit cõ
probata: nihil erit amplius quod a doctorum etiam bibliothecis ullam repulſam uerea
tur. Ama nos & Vale. Brixiæ pridie Calendas maias. MCCCCLXXXVI.

ſunt auctore Pli.li.v. lanificio ſyluaꝝ nobiles perfuſa aqua depectentes frondium caniciem:unde geminus fœ
minis noſtris labor redordiendi fila & rurſum texendi:tam multiplici opere:tam longinquo orbe petitur: ut ĩ
publico matrona tranſluceat. Seres mites quidem:ſed & ipſis feris perſimiles:cætum reliquoꝝ mortalium fu
giunt:adeo ut cæteraꝝ gentium commercia abnuant. Primum coꝝ fluuium mercatores ipſi tranſeunt: in cu
ius ripis nullo inter partes linguæ commercio: ſed poſita reꝝ pretia oculis æſtimantibus ſua tradunt: noſtra ñ
emunt. auctore Strabone. Apud hos populos ſunt quidam in arboribus uermes qui bombices appellantur: ii

S ub iuga iam ſeres:iam barbarus iſſet araxes.
E t gens ſiqua iacet naſcenti conſcia nilo.
T unc ſi tantus amor belli tibi roma neſandi:
T otum ſub latias leges cum miſeris orbem:
I n te uerte manus:nondum tibi defuit hoſtis.
A t nunc ſemirutis pendent ꝙ mœnia tectis
V rbibus italiæ:lapſiſque ingentia muris
S axa iacent:nulloque domus cuſtode tenetur:
R arus & antiquis habitator in urbibus errat.
H orrida ꝙ dumis multoſque inarata per annos
H eſperia eſt. deſuntque manus poſcentibus aruis:
N on tu pyrrhe ferox:nec tantis cladibus auctor
P œnus erit. nulli penitus diſcindere ferro
C ontigit:alta ſedent ciuilis uulnera dextræ.
Q uod ſi non aliam uenturo fata neroni
I nuenere uiam:magnoque æterna parantur
R egna deis:cælumque ſuo ſeruire tonanti
N on niſi ſæuorum potuit poſt bella gigantum:
I am nihil o ſuperi querimur:ſcelera ipſa nefaſq;

in araneaꝝ morem tenuiſſima fila deducunt:ut refert Seruius libro.ii.geor. Araxes:fluuius qui per armeniam labitur: unñ & Luc.in.vii.li. Armeniumq; bibit miles romanus araxem. Et gens ſi qua:in dubitatione ponit. quia non reperit ortus nili. Nam apud Herodotum legitur ꝙ Cãbiſes perſaꝝ rex ſubacta ægypto conatus eſt nili ortum inuenire:quod non potuit. Solinus uero dicit Iubam regem tradidiſſe:& punicos libros affirmare nilum originem habere a monte ĩferioris mauritaniæ qui oceano propinquat. Orbem totũ: quia orbem terraꝝ ĩperio ſuo roma ſubegit. Si:pro qñ. Tantus a. cõceſſio eſt color rhetoricus cũ aliquid tunc maxime negamus quod concedere uidemur: Vt hoc loco concedit:ut bella gerant: ſed tñ dicendo nefandum ſignificat nõ debere populum ro. hoc belli ciuilis affici amore In.i.contra. Verte manus:ad præſens tẽpus pertinet. At nunc ſemirutis:Sed nunc inquit ſi quis quæſierit:quam ob rẽ multa Italiæ oppida euerſa ſunt:aut deſerta:non inueniet id ab externis hoſtibus eueniſſe:nec eam aliũde acceſſiſſe cladem: ſed romanos ipſos bellorum ciuiliũ cauſam extitiſſe. ordo aũt tendit uſq; ad eum
locum:nec tu pyrrhe ferox. Tunc inquit ſi tanta belli cupido inceſſit:debebas ciuilia bella gerere: cũ hoſtes ex
ternos debellaſſes:ſed nunc non ita feciſti. nam prius urbes Italiæ bellis ciuilibus:aut euertiſti:aut deſertas feci
ſti. Pendent.i.ruinam ubiq; minantur. Semirutis:quia iã ferme ruerunt. Lapſis:euerſis. Nulloq; do.
cu.te.et quia deſertæ ſunt urbes:& ꝙ nulli ferme in illis relicti ſunt ciues. Rarus & anti. aut ꝙ oĩo deſtitutæ
ſunt:aut ꝙ rari admodũ in his habitant. Horrida ꝙ du. & ꝙ uniuerſa italia iam deſolata eſt. Manus:agri
colarum:non enĩ ſunt qui agros colant. Non tu pyrrhe fe. per pyrrhum regẽ epirotarum oẽs hoſtes exter
nos intelligit:qui bellum italiæ intulerunt. nam pyrrhus rex epirotaꝝ: materno genere ab Achille: paterno ab
Hercule oriundus cũ imperium orbis agitaret & romanos potentes uideret: Apollinem de bello conſuluit. ille
ambiguo reſpondit. Aio te Aeacida romanos uincere poſſe. hoc dicto in uoluntatem tracto auxilio tarenti
nis uenit:bellum romanis intulit:Leuinium conſulẽ apud Heracleam elephantorum nouitate turbauit. Quum
que romanos aduerſis uulneribus occiſos eſſe uideret. ego inquit talibus militibus breui orbẽ terraꝝ ſubige
re potuiſſem. amicis gratulãtibus: quid mihi cũ tali uictoria inquit ubi exercitus robur amittam? Ad uigeſimũ
ab urbe lapidem caſtra poſuit:captiuos Fabritio reddidit:uiſo Leuinii exercitu eandem ſibi ait aduerſus roma
nos quã Herculi aduerſus hydram fuiſſe fortunam. a Curio & Fabritio ſuperatus Tarentũ refugit:in Siciliam
traiecit. Mox in Italiam Locros regreſſus pecuniam proſerpinæ auehere tentauit. Sed ea naufragio relata eſt.
Tũ in græciam regreſſus dum argos oppugnaret ictu tegulæ proſtratus ẽ:corpus ad Antigonum regẽ Mace
doniæ relatum magnifice ſepultum. Pœnus erit: Sed romani ipſi ſe mutuis uulneribus occidere. Pœnus:
Hannibal qui ſexdecim annos Italiã occupauit & ſæpe romanoꝝ exercitus occidit. Diſcindere:uaſtare. Al
ta ſedent:ſed id fecit romana diſcordia. Alta:ꝓfunda quæ adhuc apparent. Sedent:ſunt:manent. Vir. Tur
nus ſecreta ualle ſedebat. Quod ſi non a. nũc ſenſim tranſit ad inuocationẽ:& ſine dubio hoc loco per iro
niam dicit Neronẽ ĩperatorem:haud indigne tot cladibus ad imperium ro. perueniſſe. Dicit. n. ſi aliter Nero ĩ
perator Ro. eſſe non potuit:niſi prius tot clades Italia pateret̃. iuſta cã fuit:cur bella ciuilia fuerint:nam ut talẽ
ĩperatorem Romani conſequerentur nulla bella:nullæ clades timendæ fuere:imo potius optandæ. ordo ẽ iã
nihil o ſuperi q̃rimur. Non aliã uen. fa. ne. i. ſi nulla alia rõne Nero potuit imperare Romanis. Magno. ſ.
pretio:labore & periculo. declarat periculũ:quia niſi prius bella contra Gigantes confeciſſent:dii non potuere
reges eſſe cæloꝝ. Tonanti:Ioui. Gigantũ:quia in eam aĩ elationem uenere:ut bellũ Ioui inferre auſi fuerint.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Scelera.ſ.ciuilis belli. Nefaſque:quæ cōtra ius diuinum & humanū geſta ſunt. Hac mercede:hoc præmio:ut Nero nobis imperet. Diros phar.cam.eſto:hæc oīa gaudemus contigiſſe:qñ non aliter datur:ut imperatorem hunc conſequamur. Impleat.ſ.ſanguine. Diros cam.ubi dira bella geſta ſunt. Et pœni ſaturentur ſan.ma.i.umbræ Carthaginenſium qui in Italia cæſi ſunt ſatientur.ut Aſdrubalis qui a claudio nerõe & Liuio collega cum multis carthaginenſibus occiſus eſt.ergo eorum aīæ gaudeant ſe ultionem cõſecutas fuiſſe. Vltima ſu.fuerit ēt prælium geſtum apud mundam ſi aliter Nero imperator eſſe non põt:quod quidem

H ac mercede placent:diros pharſalia campos
I mpleat.&pœni ſaturentur ſanguine manes:
V ltima funeſta concurrant prœlia munda
H is cæſar peruſina fames:mutinæq; labores
A ccedant fatis: & quas premit aſpera claſſes
L eucas:& ardenti ſeruilia bella ſub ætna:
M ultum roma tamen debes ciuilibus armis.
Q uod tibi res acta eſt:te cum ſtatione peracta
A ſtra petes ſerus prælati regia cæli
E xcipiet gaudente polo ſeu ſceptra tenere:
S eu te flammigeros phœbi conſcendere currus
T elluremque nihil mutato ſole timentem
I gne uago luſtrata iuuet:tibi numine ab omni
C ædetur:iuri que tui natura relinquet.

prælium ultimū cæſari fuit:nec illud quidē pro reliqua facilitate:ſed triſte & aſperū nā nec Cæſar pro more lætus fuit: ſed ante aciem mœſtus conſtitit ſeu conſideratione humanæ fragilitatis ſecundū Appianum: ſeu metuens ne id quod pompeio acciderat ſibi contingeret. Cum ergo diu æquo Marte pugnaſſet ſubitū inter milites ſilentium exortum eſt ipſe ēt nefas uidit:quod ante non uiderat:ut Veteranorū manus retro cederent.ex quo adeo deſperauit:ut de morte cogitaret: & uenenum hauriret. Cū igitur cohortes ex tranſuerſo ad eius caſtra uenirent:quas Labienus miſit ſimulauit eas fugere:& eas ad Mundā uſq; ſecutus eſt.& urbē Mundam obſideri iuſſit:& cæſorū hoſtium factis aggeribus caſtra uallauit. Vbi iam deſperatis rebus filius Pompeii antea intorto talo: latens in ſpelunca a cæſarianis occiſus eſt ī crure uulneratus ad Lauronem occidit.dicit ergo ēt bellum illud quod geſtum fuit apud Mundam accedat:ut tandem īperator Nero fiat. Cæſar.ſ.Iulius qui tribus & uiginti uulneribus in curia Pompeii occiſus eſt.conſpiratione in eum facta īterfectores cuius teſte Appiano Alexandrino fuerūt ex ſuis potiſſimum fratres duo Cæcilius & Buccelianus:& ultra hos Rubrius Riga:Quintus Ligarius:Marcus Spurius:Seruilius Galba:Sextius Naſo Põtius Aquila.Ex amicis uero cæſaris Decimus Caius caſca:Trebonius præterea & Tullius cimber:Minutius Baſiliuſq;. Peruſina fa. Auguſtus cæſar cū uigintiquattuor annorū eſſet Lutium Antonium Peruſiæ obſedit:& eum fame in ſeditionem uenire coegit:ibi & ipſi antonio dedit ueniam:& militibus eius. Vrbem ipſam diruit.redactiſq; in ptātem omnibus aduerſæ partis exercitibus bellum citra ullū ſanguinē confecit. Mutinæq; la.in mutina Marcus Antonius Decium Brutum obſidebat ad quē legati de pace miſſi:repudiati ſunt.Poſtremo ēt imperator Octauius & primo quidē panſa aduerſus Antonium male pugnauit:deinde Hircius fuſis ſociis pugnam adæquauit. Sed tertio Antonius uictus ab Octauio in Græciā confugit. Et quas pre.aſ.cl.Leu. Auguſtus Cæſar initio motus bellorū quæ Marcus Antonius fecit:traiecit Durachium:ut ibi ueniente Antonio & Cleopatra occurreret: poſitis caſtris Leucada promontoriū caſtris circundedit: Cornua ēt promontorii cinxit:& ſtatim cleopatra & antonius affuere:quadringentæ naues erant Auguſti:ducētæ uero amplius hoſtium: ſed magnitudo harum adæquabat illas.nam a ſenis in nonos remorum ordines ſurgebant.Præterea tabulata adeo alta erāt:ut caſtrorum & urbiū formā præberent:ſed hæc moles exitio fuit hoſtibus.nā agiles auguſti naues:graues Cleopatræ: plures ſingulas adortæ:facile diſſipauere:& ita Auguſtus Cæſar uicit. Premit:qa ibi ſubmerſæ ſunt Cleopatræ & Antoni naues. Et ardenti ſer.bel.ſub ætna:ſyrius quidam noīe Eunus:quaſi phanatico furore ſtimulatus ſeruos ad libertatem & arma uocauit:cum Syriæ Deæ comas rotaret.nam ampla in os nuce ſulphure ſtipata:accepta:cum ſingulis uerbis ſingulas flāmas emittebat:quo miraculo moti ſerui.primo duorum milium poſtea quadraginta milium exercitum cõfecit:& cœpit caſtra romanorū.ſ.Manilii.lentuli.ipſei.& piſonis: ſed hos tandem nouiſſime fame uictos & quaſi peſtilentia conſumptos apud ætnam montē perpēna in Ergaſtula duxit. Ardenti:quia ſemper flāmas emittit. Multum ro.q̃uis hæc oīa bella fuerint:in quibus tanta romanorum cædes fuit:tñ bene actum eſt tecum o Roma ꝙ talem conſecuta es imperatorem. Tibi res acta: .i.ad utilitatem tuam. Statione peracta aſt.pe.ſe. Apoſtrophat nunc ad Neronem:& per ironiam dicit illum ptātem habiturum cæli:cū ex hoc corpore humano diſceſſerit:ut quācunq; cæli partem uoluerit deligere poſſit. Hac ſta.p.i.hac uita finita.Nam ſtatio eſt locus:ubi naues ad tempus manent:non autē hyemant: ita & aīa in corpore noſtro quaſi in ſtatione manet. Serus:quia longa uita tibi ſupereſt. Prælati:præpoſiti:quia tu cælum præpones regiæ romanæ. Gaudente po quia oēs cæleſtes lætitiam agent te in cælum aſcendere.

Seu ſceptra:ſiue inqt rex cæli eſſe uolueris:ſiue currum ſolis aſcendere:facile tibi conſentient. Nihil ti.quē admodū timuit Phaeton cum currus patris rege uoluit.quaſi.d.non eris ſimilis phaetonti:qui zodiaci monſtris territus habenas equorū reliquit. Vago:errante:quia errauit tunc cum ſolis phaeton currū gubernauit



Luſtrare:circuire. Quis:pro qualis. Tuo iuri:tuæ poteſtati. Sed neq; in ar.monet ne imas cæli partes diligat:ne forte maiori onere axem premat:ſed dicit medium cæli locum capiendum eſſe:ubi ſedem ſuam ſtatuat.nam ſi e regione ſteterit non poſſet niſi ex obliquo Romam reſpicere:& ex hoc eum ſtrabonē fuiſſe ſignificat.Nec lege.pro elegeris. In ar.or.hoc eſt in ſeptentrionali :uidelicet in altero polo cæli.nā ſicut ī ſphæra uidere licet:diameter:hoc eſt axis alio nomine appellatur:ab altero polo uſq; ad alterum polum: per mediā tranſit ſphæram & primus polus arcticus.i.ſeptentriōalis dicitur ab arcto:ideſt urſa.nam αρκοσ eſt urſa. Al

Q uis deus eſſe uelis ubi regnum ponere mundi.
S ed neque in arctoo ſedem tibi legeris orbe:
N ec polus auerſi calidus qua mergitur auſtri:
V nde tuam uideas obliquo ſydere romam.
A eteris immenſi partem ſi preſſeris unam:
S entiet axis onus. librati pondera cæli
O rbe tene medio:pars ætheris illa ſereni
T ota uacet:nullæque obſtent a cæſare nubes.
T unc genus humanum poſitis ſibi cõſulat armis:
I nque uicē gens oīs amet. pax miſſa per orbem
F errea belligeri compeſcat limina iani.
S ed mihi iam numen es:nec ſi te pectore uates
A ccipiam:cyrrhæa uelim ſecreta mouentem
S ollicitare deum:bacchumque auertere nyſa.
T u ſatis ad uires romana in carmina dandas.
F ert animus cauſas tantarum expromere rerum:
I mmenſūque aperit opus:quid in arma furētem
I mpulerit populum.quid pacē excuſſerit orbi.

ter uero antarcticus eſt ex oppoſito arctici.ſ.auſtralis uel meridionalis. Dicit ergo ne in altera parte ſedem deligat Nero: ne nimio pondere cælū preſſum ruat. Nec po.hoc eſt ī extremitatibus cæli ſedere noli.nam utrinq; tibi periculum iminet. Auſtri.i.in meridie in altero polo neq; delegeris ſedē. Vergitur:uoluitur:quia cælū ſemper uoluitur ab oriente in occidentē: & uertitur circa polos.i. arcticum & arctāticum. Aduerſi:arctantico polo oppoſiti. Vnde tu.nam e regiōe poſitus: romam niſi ex obliquo aſpiceř poteris. Aetheris immen.noli in extremitate cæli ſedere:quia nimio pondere preſſum cælum in periculo eſt ne corruat. Axis: ſcilicet arcticus & arctāticus. Librati pon.quid igitur faciendum? utta īquit pars cæli erit: ſi in medio ſederis. Orbe.ſ.cæli:ideſt in media rotunditate & cõuexitate: nam cælum ſphæricum eſt. Librati.i.ſeipſum ſuſtinentis:quia ſuo pondere ſe ſuſtinet: ut ī nullam partem inclinet:ideo libratum cælum dicit. Pars.ſ.medii cæli. Vacet.i. tibi ſeruiat:& ſignificat Craſſi corporis hominem:ac ſi dicat tāta eſt tui corporis uaſtitas:ut totam cæli partem ſis occupaturus. Tunc genus humanum:hoc loco rurſus ironice & amphibologice loquitur. Videtur enim dicere tunc cum cælum tenueris & gentibus humanis imperare cœperis:pax totum orbem tenebit: ſed hoc dicit donec uiuus imperium tenebis ſemper bella erunt. At ubi e terris diſceſſeris:tum deniq; pax ubiq; regnabit. Tūc: poſtq̃ mortuus eris: uel poſtquam regna cæli tenueris. Gens omnis amet:ideſt ſit hominum inter ſe ſocietas atq; coniunctio:quæ dum imperas eſſe non poteſt. Ferrea belligeri:ſecundum hiſtoriam Liuii hoc dixit & conſuetudinem Romanam.nam Numma Pompilius templum iani ædificauit:ita ut cum clauſum eſſet pacem ſignificaret:apertum uero bellum. Belligeri iani:ideſt iani dei templum quod apertum bellum ſignificat. Compeſcant:claudant. Virgilius. Claudentur belli portæ:ſignificauit pacem futuram eſſe:tunc cū Octauius imperaret:quod ita fuit:nam regnante Auguſto cæſare pax per totum orbem erit. Sed mihi iam numen:ideſt tibi uiuo diuinos honores exhibeo teq; non minus in terris inuoco:q̃ ſi cælum teneres. Te pectore:ideſt ſi diuinitatem tuam mente animoq; concepero:mihi non opus erit inuocare apollinem:nec mufas:nec carmen quo bella romana deſcribam. Accipiam pectore:ideſt ꝙ te animo & mente concipiā. Nec uelim:ideſt nolim. Sollicitare deum:ſcilicet Apollinem. Cyrrhæa:cyrrha urbs eſt uetuſta ſub tirphin rupem iuxta delphos ubi colebatur Apollo.unde Iuuenalis.cyrrhæi ſpicula uatis. Nyſa: urbs fuit in felici arabia in qua bacchus enutritus fuit a nymphis de qua nunc intelligit.aliam eiuſdem nominis ī india bacchus cõdidit: fuit etiam uicus in helicone Strabo. Mouentem:ſcilicet tunc cum oracula dat:quia mons omnis circuncuti uidetur & tremere. Auertere:remouere quamobrem nec hunc:nec illum a ſuis ſedibus mouebo. Tu ſatis:ſcilicet eris & ſufficies. Romana carmina:in quibus res romanas ſcribere conſtitui. Fert animus:poſt ī uocationem narrare incipit:ſed ante q̃ narret attentos facit a rebus magnis:nouis & īuſitatis. Fert:ideſt cupit.

Expromere:aperire:ſicut in procemio diximus:licet hoc loco profiteatur ciuilis belli cauſas dicturum: tamē generaliter proſequitur:& primo quidem dicit quēadmodum Pompeius & Cæſar dominādi cupiditatem habuerint. Immenſum opus:quia non rem paruam ſcripturi ſimus:ſed magnam. Excuſſerit: remouerit.

Inuida fatorum:declarat generali cauſa:quia fata ſic uelle uidentur:ut nullum imperium ſit diuturnū: ſed ſi diuturnum certe non ſempiternum. Inuida:quaſi rebus humanis inuideat. Series.eſt diffinitio fati.nam ut ait Cicero.Fatum eſt quædam continua ſeries rerum ſeſe uoluens implicanſque per æternos conſequentiæ nodos. Stare diu:nam hoc imperium ſtare diu non potuiſſe:non tantum fuit cauſa bellorum:ſed fata quibus aduerſantibus nihil perpetuo durare poteſt. Lapſus:ſcilicet fuerunt cauſa huius belli. Graues ſub



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

pon.L.unum ex reliquo ſequitur.nam ſi pondus magnum eſt: ideo grandior eſt caſus. Ferens:ſuſtinens: qa
ad tantum culmen magnitudinis roma peruenerat:ut non amplius ex mole nimia ſtare poſſet. tráſlatio enim
ſumpta eſt a mole quæ ubi ad ſummũ peruenent neceſſe eſt:ut ruat. Sic cum com.ſo.per ſimilitudinem oñ
dit:quomõ pax turbata fuerit:fatis nolentibus imperium romanum diutius ſtare:cum ſit fuſa pax i orbem ter
tarum:ſic inquit & fuſa eſt pax:ſicut dicunt olim inter ſe diſſolutis elementis:omnia ad átiquum chaos reditu
ra eſſe. Sic:quõ pax fuit confuſa:ſicut machina mundi. Ordo eſt omnia ſydera concurrunt. Cũ:pro quádo

Soluta.i. concordia quæ elementorum ẽ
uinculum ſecundum Empedoclem : qui
dicebat quattuor quidem eſſe elementa :
Aquam:Terram:Ignem:& Aerem:ſed di
cebat duo eſſe formalia.uidelicet litem &
amicitiá:quæ elementa coniungunt & ſe
parant. Amicitia eſſe incipit cũ contrariæ
qualitates elemétorũ & diuerſæ diſcedũt.
Lis át tunc cum illæ contrariæ qualitates
redeunt : ſed hoc dicebat futurum ſpatio
duodecim millia annorũ.nam ut elemen
ta:concordent diuerſas qualitates habẽt.
cahos ẽ rerum oĩum rudis inordinatæq̃
materiæ confuſa congeries & dicit́ a χέω
.i.confundo. Ignea aſtra:quæ natura ſe
parata ſunt uidelicet ignis .i. æther miſce-
bitur cum elemento contrario :ideſt aqua.
Fretum :mare ipſum terrá inundare ui
debitur. Excutiet:cõfundet: ut omnia
inundentur. Phœbe.i.luna aduerſa ibit
ſoli:quæ a ſole ſemper naturaliter diſcedit
& quanto magis appropinquat ſoli: tãto
minus lucet:& ecõuerſo:& hinc eſt ꝙ lu-
na dicitur creſcere & decreſcere.ſed ſol ex
terius ſuum curſum facit Luna interius &
quantum ſpatii ſol conficit uno anno Lu
na uno menſe perficit. Obliquum or.i.
per zodiacum qui circulus ex obliquo zo

I nuida fatorum ſeries : ſummiſque negatum
S tare diu:nimioque graues ſub pondere lapſus.
N ec ſe roma ferens:ſic cum compage ſoluta
S æcula tot mundi ſuprema coegerit hora:
A ntiquum repetens iterum chaos:omnia mixtis
S ydera ſyderibus concurrent : ignea pontum
A ſtra petent:tellus extendere littora nolet.
E xcutietque fretum.fratri contraria phœbe
I bit:& obliquum bigas agitare per orbem
I ndignata diem poſcet ſibi : totaque diſcors
M achina diuulſi turbabit fœdera mundi :
I n ſe magna ruunt : lætis hunc numina rebus
C reſcendi poſuere modum.nec gentibus ullis
C ommodat in popolum terræ pelagiq̃ potentẽ
I nuidiam fortuna ſuam . tu cauſa malorum
F acta tribus dominis communis roma:nec unq̃
I n turbam miſſi feralia fœdera regni.
O male concordes:nimiaque cupidine cæci :
Q uid miſcere iuuat uires ? orbemque tenere

nas cingit.ergo ubi nunc noctem Luna tenet:tunc diem tenere uolet. Diem poſcet ſibi.i.relicto ſuo per cur
ſum ſolis incedere incipiet. Totaq̃ diſcors ma.i.concordia elementorũ qua omnes res conſiſtunt & ſeruan
tur. In ſe magna ruunt:cum inquit ad eam celſitudinem uenerit imperium romanum:ut altius aſcendere ne
queat:neceſſe eſt ut per ſe ruat:ſed ita dii uoluerunt ut ſit finis imperii. Lætis.i.proſperis:ſicut triſtia aduer-
ſa dicimus:ſic læta proſpera intelligimus. Fortuna cõmodat inuidiam:Hoc inquit:quas fortuna opes po-
pulo romano dedit inuidere cœpit:noluitque ut externæ gentes has opes proſternerent:ſed populus roma-
nus.ergo inuidiam ſuam nulli cõmodauit. Populum romanum.nam ita fortuna uoluit:ut romani inter ſe
concurrerent bello ciuili & ſuas opes profligarent. Tu cauſa malorum:roma enim fuit cauſa tantorum ma
lorum cum cœpit tribus dominis eſſe cõmunis.Nam Cæſar ut Iuliam filiam pompeio coniungeret & Craſ-
ſum conciliaret:ſe tertium ſocium fecit:ut nihil in republica gereretur quod ſuo arbitrio diſpliceret : ſed poſtq̃
concordia direpta eſt morte Iuliæ & cæde craſſi:qui bello parthico occiſus ẽ:ita bellum ciuile ẽ exortum. Tri
bus dominis:pompeio Craſ.& Cæ.qui inter ſe imperium ro.partiti fuerant.nam ut refert Appianus.Craſſus
ac Pompeius conſules ambo deſignati:Cæſari imperium Galliæ in aliud luſtrum prorogarunt.prouincias ip
ſi inter ſe exercituſq̃ partiti ſunt.Pompeius hiberiam ſortitus ac Libyam:amicis ad eas emiſſis:romæ perſtitit.
Craſſus uero Syriam ac ſyriæ proxima aſſumpſit:ad parthicum ſiquidem bellum anhelabat:ut lucrum & glori
am inde referret. Turbá:quia ſocietas regni nunquam duratura eſt:quomodo? Fœdera.ſ.fuerant cauſa.
Regni:quia regnum non patitur duos.ſic Statius.Sociiſque comes diſcordia regnis.hæc eſt ergo cauſa ma
lorum. Feralia:lætifera:ſed ſatius fuiſſet non fuiſſe concordes Cæſarem & pompeium:q̃ poſt concordiam
in diſſenſionem ueniſſe.Vnde dicitur Cice.prius conſuluiſſe pompeio:ne Cæſari ſe coniungeret:quia coniun
ctionem reipu.optimam uidebat:ſed diſcordiam pernitioſam intelligebat. O male concordes:o inq̃ pom
pei Craſſe & Cæſar quid tentatis inter uos ſocietatem iungere imperii? nõ ne ſcitis:nullum regnum ſociatum
eſſe poſſe? Male concordes nam ut ſcribit Plutarchus Non(ut plurimi exiſtimant)pompeii ac Cæſaris inimi
citia:ſed amicitia potius bellum ciuile peperit. Cupidine:quia libido regnandi uos in hanc ſocietatem dedu
xit. Miſcere uires:ideſt coniungere & eſſe ſocios quaſi dicat hoc fruſtra facitis. Orbem:ideſt imperium or
bis terrarum.nam roma domina erat & regina terrarum. In medio:in cõmuni:ut uos tres imperetis:nõ in-
telligitis hoc uos fruſtra tentare? quia tentatis facere quod numina prohibent:& dum mundi natura perſtabit:

ipſa nunq̃ fides inuenietur inter ſocios regnorum:nec fratres quidem inter ſe fidem ſeruarũt cum regnare cœ
perunt:quod ita ſit exemplis noſtris & ueterum probari põt:ut Etheoclis & Polinicis fratrum:& cũ regnũ the
banum uterq̃ teneret:tandem inter illos orta diſcordia mutuis uulneribus ſe ceciderunt:ſic Atrei & Thyeſtis :
quorum Thyeſtes uxorem fratris uitiauit. Atreus Thyeſte ad conuiuium uocato filios eius epulandos poſuit.
Dum terra leuabit.i.dũ orbis terrarum durabit.Leuabit.i.ſuſtinebit:quia terra ſuo pondere librata in certa p
manet circũferentia cæli.mare enim terram circundat.recte ergo dicit:quia terra fretũ ſuſtinet:aqua uero aerem

I n medio ? dum terra fretum:terramq̃ leuabit
A er:& longi uoluent titana labores:
N oxque diem cælo totidem per ſigna ſequetur :
N ulla fides regni ſociis:omniſque poteſtas
I mpatiens conſortis erit:nec gentibus ullis
C redite:nec longe fatorum exempla petantur .
F raterno primi maduerunt ſanguine muri :
N ec pretium tanti tellus:pontuſque furoris
T unc erat:exiguum dominos commiſit aſylum.
T emporis anguſti manſit concordia diſcors :
P axque fuit non ſponte ducum:nam ſola futuri
C raſſus erat belli medius mora:qualiter undas
Q ui ſecat:& geminũ gracilis mare ſepat iſthmos:
N ec patitur conferre fretum:ſi terra recedat

& terram:quia ſuo põdere aer ſuſtinet ter
ram:circundatus.n.eſt terra: in medioque
centro eſt terra.mare ambit terrá.ergo ter
ra ipſum ſuſtinet:quia in nullam partẽ de
clinari põt terra:ſed cum grauis ſit deor-
ſum tẽdit:& ad locũ ſuum redit. exempli
gratia:ſi circino facis orbem:punctus qui
in medio circunferẽtiæ erit.diſtabit æqua
liter ab ipſo orbe:nec in aliquá partem in
clinari põt:ſic nec terra íclinari poteſt: nec
a ſuo cẽtro diſcedere licet ſit ſuo loco mo
ta : ſiue dextrorſum: ſiue ſiniſtrorſum.er-
go ſequitur ut eá aer ſuſtineat: & neceſſa-
rio in ſuo centro permaneat. Longi la.
quia ſeptẽ ſunt planetæ.ſ.Saturnus: Iup-
piter:Mars:Mercurius:Venus:Sol:Luna:
quinq̃ ſe modo contra mundum ferunt:
modo cũ mundo retrogradi ſunt.duo .ſ.
Sol Luna ſemper contra mundũ ferunt́ :
ideo lõgos labores dixit:Nam laborat ni
tens contra uenientis ſphæræ uertiginem
Voluent:quia ſol ſemper contra mun-
dum uoluit́. Cælo.i.per cælum. Totidem per ſi.per quot ſigna currit ſol:per totidẽ etiam luna : ſed hoc
intereſt:quia ſol exterius curſum ſuum facit & ſingulo menſe ſingula zodiaci ſigna tenet.Luna uero per eundẽ
circulum curſum ſuum facit:ſed interius.zodiacus eſt circulus in quo duodecim ſigna poſita ſunt:& per obli-
quum zonarũ circundatur per hunc ſol & luna ſuum curſum faciunt:ſed exterius ſol & interius luna. ergo bre
uior eſt:ex quo ſeqtur:ut quantũ ſpacii uno anno ſol conficit in uno ſigno permanens:cunq̃ in oĩbus ſignis
curſum fecerit annum perficit.at uero luna uno menſe oĩa ſigna luſtrat:ideo recte dixit lunam ſuccedere diei.
Nox.i.luna. Nulla fi.re.ſ.erit. Oĩs po.ἑρμηνεύσις:nam cũ poetæ aliquid obſcure dixerint diffuſius
poſtmodũ dicere ſolent. Impatiens con.i.poteſtas nulla conſortium habere poterit. Nec gentibus ul.no
lo inquit externis gentibus credatis:ſed a uobis exemplum ſumite. Fatoꝝ.i.numinum & uoluntatis deo-
rum.Longe.i.ab externis:nam a uobis & conditoribus urbis exemplũ ſumere poteſtis.ná ut Liuius & omnes
hiſtorici tradunt:Romulus & Remus urbẽ condidere:& cũ augurio uellent inter ſe dignoſcere uter coꝝ urbi
nomẽ íponeret. Remus montẽ auentinũ romulus palatinum occupauit.prior ille ſex uultures:hic poſtea.xii.
uidit.Et quũ ſe remus tp̃e:romulus numero auiũ priorẽ contenderet.exorta eſt diſcordia:ut non multo poſt
celer tribunus militũ occiderit remũ.Alii dñt remum a romulo occiſum fuiſſe ꝙ ad ludibriũ fratris prima mœ-
nia urbis tranſilierit. Primi mu.i.ab initio ædificati. Nec pre.arguit a minori ad maius.ſi duo non potue-
runt i ſocietate regni permanere:cũ regnũ exiguũ eſſet.quanto magis pati non potuerunt ſimul regnare:cum
tm̃ imperium habeant:ut orbem terraꝝ poſſideant:multo magis impellentur:ut plures regnare non poſſint.
Cõmiſit.i.In diſſenſionẽ concitauit fratres.ná condita urbe Romulus & remus cũ uiderent ciuitatẽ infreq̃n
tem eſſe:ut aliunde ſibi ciues cõpararent:Aſylum conſtituerunt:ſed ante filii Herculis aſylum athenis fecerant.
Vnde Virg.quẽ romulus acer aſylum retulit.i.inſtar prioris ſtruxit.Aſylum aũt locus erat quo oĩs conuenien-
tes ut ingreſſi erant:ſi fures:ſiue homicidæ:ſiue latrones fuiſſent extrahi non poterant:unde dictũ eſt aſylum
α σῦλέω.quod eſt traho & prædor:a uero dicit priuationẽ. Aſylum:locus ipſẽ non urbs:ſed aſylũ paruum:
cá fuit:ut ipſum non magno p̃mio:ſed ꝑpter cædes conderetur:ex quo poſſumus intelligere quid facturi ſint
fratres regnoꝝ.idẽ Statius.Lis eſt de paupere regno. Tp̃s:more ſuo qđ obſcurius dixerat declarat. Diſcors
cõ.qũo diſcors ſi concordia eſt?& qũo concordia ſi eſt diſcors?qa pax erat int̃ Craſ.Cæ.& põpeiũ inuita.ergo
qa inuita:odioſa erat:diſcors erat. Paxq̃:ꝙ aĩos concordes inuiti tenerẽt declarat.Vere inq̃ inuiti põpeius &
cæſar in cõcordiá manſere.Craſſus aũt erat uinculũ concordiæ eoꝝ q poſtq̃ bello parthico deletus eſt:ſtatí ẽ
orta diſſenſio int̃ cæſarẽ & põpeiũ. Qualiter:per ſimilitudinẽ oñdit qũo medius craſſus tantiſper cæſarẽ &
pompeiũ in concordia retinuerit.eodẽ mõ inquit craſſus tenebat eos:ne bello concurrerent:quẽadmodũ ter-
ra inter ioniũ & ægeũ:duo maria continet ne inter ſe undis collidantur. Gracilis:ideſt tenuis & anguſta por
thmos & iſthmos contraria ſunt:iá porthmos eſt mare circundatum terra iſthmos dicitur terra quæ inter duo
maria poſita eſt. Conferre.i.inter ſe cõtendere ut undæ undis collidant́:ſi t̃ra recedat e medio:ſtatí maria illa



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

I onium ægæo franget mare:ſic ubi ſæua
A rma ducum dirimens miſerando funere craſſus
A ſſyrias latio maculauit ſanguine carras.
P arthica romanos ſoluerunt damna furores.
P lus illa uobis acie q̃ creditis actum eſt
A rſacidæ:bellum uictis ciuile dediſtis.
D iuiditur ferro regnum:populiq; potentis
Q uæ mare:quæ terras:quæ totum poſſidet orbẽ
N on cepit fortuna duos:nam pignora iuncti
S anguiuis.& diro ferales omine thedas
A bſtulit ad manes:parcarum iulia ſæua
I ntercepta manu.quod ſi tibi fata dediſſent
M aiores in luce moras:tu ſola furentem
I nde uirum poteras:atq; hinc retinere parẽtem.
A rmataſq; manus excuſſo iungere ferro:
V t generos ſoceris mediæ iunxere ſabinæ:
M orte tua diſcuſſa fides:bellumq; mouere
P ermiſſum ducibus:ſtimulos dedit æmula uirtus.
T u noua ne ueteres obſcurent fata triumphos:

undas miſcere incipiet:quaſi exoriatur ilico pugna:ſic craſſo ámoto inter ſe pompeius & cæſar concurre cœperunt. Sæua arma:hiſtoria talis eſt.Nam Craſſus aduerſus parthos profectus eſt auri cupiditate babyloniam aggreſſus:quod ſentiens Arſacides rex parthoꝝ:exercitum contra eum duxit:& cum regionem illam ingreſſus eſſet:telis parthoꝝ oppreſſus eſt. Dirimens:diuidens. Miſerando funere:bene miſerando:quia cum factum eſſet ut ad colloquium ueniſſet:per inſidias occiſus eſt. Carræ carraꝝ eſt ciuitas babyloniæ. Aſſyrias:quia babylonia eſt in aſſyria:ubi hoc factum eſt. Parthica.i.a parthis illata:& quæ ipſi ītulerunt romanis:ſed exercitus ſui bella ciuilia fecerunt. O arſacidæ:o perſæ. Pluſq̃ creditis:quia nõ tantum craſſum cum exercitu ſuo deleuiſtis:uerum ẽt populum ro.īter ſe bello ciuili concurrere feciſtis. Diuidit᷑:in duas partes oẽs opes populi ro.diuiſæ ſunt.

Quæ mare:per acclamationem dicit tátum imperium populi ro.hoc eſt terrá & maria fortunam regere:tñ in imperio ſuo duo capi non potuerunt:põpeius & cæſar. Non cepit:non continuit. Nam ideſt quia:aliam cauſam ſubiungit cur pompeius & cæſar ſimul concurrerent:uidelicet mortem iuliæ:nam ea affinitas continebat:hinc patrem:inde uirum:ne arma inter ſe mouerent. Iulia cæſaris filia ex pompeio prægnas ceſſit e uita:quo tẽpore Domitius Aenobarbus aduerſabat᷑ pompeio ad conſulatus petitionem. Die enim ſtatuta ad petendum deſcenderant:nec(teſte Appiano)ſuperueniente nocte e martio campo diſcedebant:dõec cœptis litibus inter eos:Domitii ſeruũ lumen afferentem īteremere. Inſecuta deĩde oĩum fuga Domitius uix in domo ꝓpria ſaluatus eſt.Pompeii ueſtis cruore ſordida:a ñ nullis ad ſuos ďlata cauſam mortis Iuliæ attulit. Pignora:uincula. Iuncti:coniuncti ſanguine. Ferales:quia tres duces male reip.ſociati fuerant. Thedas.i.nuptias:nam ſæpe uno inſtrumento totius rei proprietas indicatur.poſuit enim thedam pro nuptiis. Antiqui enĩ in nuptiis thedis.ideſt facibus utebantur:eo ꝙ uir ſpóſam noctu ducere ſolebat. Ferales:quia tres duces his nuptiis magno reipublicæ malo conſociati erant. Ad manes.i.mortua eſt. Parcarum:quia tres ſunt parcæ:Lacheſis:Clotho:Atropos:quæ uitam homium diſponere uidentur.nam Lacheſis quæ filat:principium uitæ cuiuſlibet perſonæ oſtendit:Clotho quæ colum ſuſtinet uitam hominum ducit.Atropos quæ fila rumpit:ſignificat finem uitæ hoĩs:& dicitur quaſi inexorabilis ab a & τρέπτω uerto quia uerti nõ poteſt cũ ad finem peruenerit.parcæ quoq; ſimiliter fila uitæ Iuliæ duxerunt. Quod ſi fata tibi:ratio dicti:quia ſi diu uixiſſes tu ſola potuiſſes in amicitiam coniungere uirum & patrem. Maiores moras.i.diuturniora ſpacia uitæ:quia Iulia ſignum erat pacis.

Manus:nam manuum coniunctio ſignum ẽ pacis. Vt generos:per ſimilitudinem declarat hiſtoriam tangens:Romulus inſtituto ludo Conſi:unde conſualia ludi illi:quos ingenti apparatu fecit:oẽs ciuitates conuenerunt romam:ſed dixit prius militibus ſuis cũ ſignum daretur:ut unuſquiſq; uirgines raperet:raptis itaq; ſabinis patres irati ſunt romanis quorum rex Tatius cum exercitu ſumptis armis bellũ romanis intulit:cũ autem utrinq; acies ſtarent dimicaturæ Virgines raptæ quarum iniuria bellum mouerat:ſciſſa ueſte:& crinibus ſparſis:hinc uiros:inde parentes arma deponere coegerunt.dicentes nos iratum cá ſumus:in nos conuertite ferrum.melius peribimus cum uiris:q̃ ſine uiris uiuere poterimus. quibus uerbis tunc pax tranquilla ſecuta eſt:& uires ſimul cõicarunt romani cũ ſabinis:& Tatius romæ uixit.quemadmodũ ergo ſabinæ uirgines:uiros & parentes armatos:in amicitiam duxerunt:ſic & Iulia ſi uixiſſet media fuiſſet inter manus armatas cæſaris & pompeii & illos in amicitiá coniunxiſſet. Fides diſ.i.diſſoluta eſt o iulia. Aemula uir.acceſſit uirtus æmula inuidia nam uterq; dux & princeps erat:& res maximas geſſerat.pompeius inquit dũ mare a piratis liberat:dũ Mithridatem ſubigit:dum Arabiam:Iudeamq; bello ſuperat. At uero cæſar dum Galliam:Germaniam:Britanniá cum illyrico decem annis populi romani īperio adiunxit. Virtus æmula:quia non poterat ſibi perſuadere:ut alter alteri cederet:nec parem pompeius nec cæſar ſuperiorẽ patiebatur:ergo æmula qa æmuli uirtutis inuicẽ erant. Tu ma.ſ.pompei.nam magnus poſt deuictá aphricá appellatus eſt a magnitudine reꝝ quas geſſit.

Noua ac.ti.ſ.Cæſaris:qui per decenniũ ſubegerat ſeptẽtrionis partem:& Britanniá quæ ab orbe terraꝝ quodámodo remota ẽ. Triumphos ue.quia triũphauit ſæpe Pompeius de Aphrica:de Hiſpania:de Mithridate.



E t uictis cedat piratica laurea gallis
M agne times.te iam ſeries uſuſque laborum
E xigit:impatienſque loci fortuna ſecundi
N ec quenquam iam ferre poteſt:cæſarue priorem
P ompeiuſue parem.quis iuſtus induit arma
S cire nefas.magno ſe iudice quiſque tuetur.
V ictrix cauſa deis placuit.ſed uicta catoni.
N ec coiere pares.alter urgentibus annis
I n ſenium:longoque togæ tranquillior uſu:
D edidicit iam pace ducem:famæque petitor
M ulta dare in uulgus:totus popularibus auris
I mpelli:plauſuque ſui gaudere theatri.
N ec reparare nouas uires:multumque priori
C redere fortunæ.ſtat magni nominis umbra.
Q ualis frugifero quercus ſublimis in agro
E xuuias ueteres populi ſacrataque geſtans
D ona ducum:nec iam ualidis radicibus hærens

Piratica laurea:nã piratæ mare ſuperum & inferum:ita occupauerant:ut intercepta eſſet mercatoribus nauigatio.hi primo a Seruilio Iſaurico.uicti fuerunt:deĩde a põpeio quadrageſimo die funditus deleti:qui(ut refert Strabo)ſupra mille & trecenta nauigia concremauit:ex hoĩbus qui plures uiginti milibus ſuperfuere:alios ĩ urbe ſolos habitatum deduxit:quam ille pompeiopolim appellauit alios Dimen urbem achæoꝝ hominibus effatam:quæ nũc romanoꝝ colonia eſt. Cedat gallis.i.ne uictoria gallorum maior uideatur:q̃ piratarum:his rebus elatus erat pompeius:ſed cæſar ſua geſta habebat:quæ illius aĩum extollerent te.ſ.o cæſar. Series.i.ordo continuus qui tuo tenore uictorias cõſecutus fueris. Vſuſq; la.quia bellũ per decennium geſſiſti ſemper inuictus. Secundi loci:quia non poteras ſecundus eẽ a pompeio:ſed iam illuc pompei & cæſaris æmulatio proceſſerat:ut non poſſent aĩum īducere:ut alter alteri cæderet:neceſſe eſt ergo ut diſſenſio incendat᷑:& ardeat

Quis iuſtius:magna laus Catóis cuius ſñiam comparat iudicio deorũ. nam magnum uterque iudicem hẽt belli ſuſcepti:dii iudices ſunt pro cæſare.cato uero pro pompeio:ut non inferior uideatur eẽ ſententia catonis iudicio deoꝝ. Nefas.i.nõ licet ſcire. quis.i.uter cæſaris an pompeii.

Victrix:declarat:quo iudice:Iudicio deorum ſe defendit cæſar:pompeius ſententia Catonis. Pares:non ætate:ſed pares cõgreſſu erant:quia iá in ſenium uergebatur pompeius.nam quadrageſimũ quartum annũ agebat:ſed cæſar iuuenis erat:põpeius inquit qui prouectioris erat ætatis cũ diu in pace uixiſſet:iam res bellicas oblitus fuerat. At Cæſar tunc maxime uigebat:& omnem ætatem per continuum decennium in bello gerendo conſumpſerat. Longo uſu togæ:ideſt longa pace. Dedidicit:oblitus eſt.i.iam neſcit ſe eſſe ducem. Famæ petitor:ideſt cupidus gloriæ & laudis. Dare:pro dabat. In uulgus:quia largitionibus liberior erat in populum romanum. Impelli:pro impellebatur.eſt caracteris hiſtorici:īfinitum pro præterito perfecto indicatiui ponere. Auris:ideſt fauoribus populi.nam apud hiſtoricos aura pro fauore ponitur. Virgilius.Gaudens popularibus auris.aura item ſignificat pulchritudinem. Horatius Tua ne retardet aura marites. Sui theatri:ideſt quod ipſe condiderat.nam ante pompeium nullum theatrum manſurũ conſtructum fuerat:ſed Pompeius primo illud lapidibus quadratis conſtruxit. gaudebat ergo plauſu populi quem in theatro ſuo dabat illi incedenti per theatrum.nam clari & bonæ exiſtimationis uiri in theatrum plauſibus excipi:mali uero exibilari ſolebant.Horatius:Datus in theatro quum tibi plauſus. Plauſu:quia lætitia quadam ſignificabat ꝙ pompeio uniuerſus populus faueret. Reparare:probat.hoc inquit nulli curæ erat pompeio nouas uires prioribus adiungere quaſi opes ſuæ ad culmen iam euaſiſſent. Credere priori fortunæ:quia non putabat priorem fortunam poſſe mutari. Vires nouas:hoc autem quod dicit non cõuenit ad illud quod Pompeius reſpondit:cum ſenatus eum admonuiſſet:ut prouideret & caueret:ne quid detrimenti reſpublica pateretur:non ignarus ꝙ cæſar cum ingentibus copiis contra ſenatus auctoritatem in Galliam ciſalpinam uenerat.pompeius uero dixit:nihil timeatis patres conſcripti nam ubi ego terram pede percuſſero oĩs italia mihi fauebit.poſtea cum inferior eſſet pompeius.numantius quidam miles cæſaris iubebat ut terram pede percuteret.hic autem miles ab Appiano Fauonius nomĩe dicitur. Stat:per ſimilitudinem oſtendit qualis erat fortuna Pompeii.comparat pompeium quercui uetuſtæ:quæ ioui conſacrata:ſæpe magnorum ducum ſpolia ſuſtinuit. Antiqui enim ſolebant cæſorum hoſtium ſpolia quercui ſuſpendere. Trophæum dicitur quod fiebat fuſis hoſtibus:ſed triumphus pro deuictis & cæſis hoſtibus:quemadmodum illa quercus quæ ſpolia cæſorum ducum ſuſtinet:nam cum eſt ſine frondibus nullam poteſt ſine ramis umbram facere:ideo eſt uetuſta.frondes enim ſigna ſunt uiriditatis in arbore.at uero cum frondes ceciderunt:ſignificat arborem iam uetuſtam.eodem modo antiquum & ueterem pompeium dicit fuiſſe:ſed prioris dignitatis adhuc inſignia retinere. Nominis:ſcilicet Pompeii. Stat:recta eſt & ſtabilis permanet. Vmbra:non ipſa gloria:ſed gloriæ quaſi ueſtigia. Exuuias ueteres:antiqua ſpolia populi declarat.uidelicet. Dona ducum:quia duces uouebant:ſi hoſtes uiciſſent illorum ſpolia ſe quercui ioui conſacratæ ſuſpenſuros. Nec ualidis radicibus:quia non nimis ualidæ ſunt radices:nam nimia uetuſtate ſunt commotæ.comparatio pertinet ad illud ut oſtendat pompeium prouectioris ætatis fuiſſe.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Suo pondere:quia ipſum arboris pondus eam ſtabilem faciet:ſic res geſtæ in maxima dignitate pompeiũ retinebant. Nudos:frondibus ſpoliatos: Non efficit um. non uigore ſuo efficit umbram arbor:ſic pompeius non uigore ſuo honoratur:ſed rerũ geſtarũ ſplendore. Sed quis:quis ipſa quercus inquit adeo uetuſta ſit:ut primo impetu uenti caſura eſſe uideatur:tñ cum aliæ arbores ualidiſſimæ ſint:ipſa præ cæteris in honore habetur:itidem pompeio contigit:nam licet multi duces ro. illo uiribus corporis & animi præſtantiores eẽnt tamen pompeius præ cæteris in honore habebatur. Euro.ſpecies pro genere.i.ſimulac primus uentus flare cœperit. Nutet:moueatur. Sola.ſ. quercus uetuſta. Sed non:talis erat pompeius:ſed cæſar quidẽ non erat tantæ gloriæ dux : uigebat tamen & aĩum habebat acriorem:ut nihil niſi uiribus & bello gerere gauderet. Neſcia uir. quia nullius uictoriæ exps eẽ uolebat:ſed coactos bello potiuſq̃ deditiõe hoſtes ſupare lætabatur. Acer & indo. unum ſequitur ex altero. nam qa indomitus ideo uehemens erat. Solent.n. duces uictoria fieri inſolentiores. Quo ira:pudebat aggredi illud quod aſſequi poſſe ſperabat:ſed quo ira illum uocaſſet ſtatim ſe rapiebat. Manuum:uires ſuas. Quo:deeſt eo. Temerato ferro:poluto ſanguine hoſtili. Vrgere:pro urgebat.i.impellebat:non expectabat fortunam ſecũdam:ſed eam urgebat. Inſtare fa.i.imminebat fortunæ:ut ei faueret. Impellensquicq̃d ipſi obſiſteret: ne ad ſummũ faſtigiũ perueniret: uiribus ſuis propulſabat. Ruina.i.oĩa pſternebat:contra hoſtium uoluntatem. Qualiter per ſimilitudinẽ oñdit cæſaris impetum. Talis inquit erat cæſar aduerſus hoſtes:qualis ĩpetus ſolet eſſe fulminis : qđ magno ſonitu fragoreq; torquet'. Expreſſum uentis:cũm fulminis tetigit:nam fulmen uẽtoꝝ conflictu & nubibus ĩ medium cohærentibus exprimitur:quemadmodum os cæraſi a digitis exprimitur.

R ondere fixa ſuo eſt:nudoſque per aera ramos
E ffundens:trunco non frondibus efficit umbrã.
S ed quamuis primo nutet caſura ſub euro:
T ot circum ſyluæ firmo ſe robore tollant :
S ola tamen colitur.ſed non in cæſare tantum
N omen erat:nec fama ducis. ſed neſcia uirtus
S tare loco:ſoluſque pudor:non uincere bello :
A cer:& ĩdomitus:quo ſpes:quoque ira uocaſſet
F erre manum:& nunq̃ temerando parcere ferro:
S ucceſſus urgere ſuos:inſtare fauori
N uminis : impellens quicquid ſibi ſumma peteti
O bſtaret:gaudenſque uiam feciſſe ruina.
Q ualiter expreſſum uentis per nubila fulmen
A etheris impulſu ſonitu mundique fragore
E micuit:rupitque diem:populoſque pauentes
T erruit obliqua perſtringens lumina flamma
I n ſua templa furit:nullaque exire uetante
M ateria:magnamque cadens magnamq; reuertẽs
D at ſtragem late ſparſoſque recolligit ignes.
H æ ducibus cauſæ ſuberant.ſed publica belli
S emina:quæ populos ſemper merſere potẽtes.
N anque ut opes nimias mundo fortuna ſubacto

Mũdiq; fragore.Strepitu cæli.Nam fragor dicitur ſtrepitus fractarũ arborũ. Rupitque diẽ.ideſt emiſit lucẽ.ideſt coruſcationẽ.prius.n.fit tõitru dei de ſequitur lux illa:quam coruſcationem uocant. Sed primo lux uidet' quia oculoꝝ uiſus celerior eſt: q̃ auriũ ſenſus:quia certior aure arbiter eſt oculus. Rupit:emiſit lucem.ſ. Virg.rupitq; has pectore uoces. Perſtringens lumina.i.obtenebrans oculos:nam perſtringere eſt obtenebrare:ſicut Perſtringens oculoꝝ aciem. Obliqua flamma:coruſcatione:quia ſemper fulmen per obliquum cadit. In ſua templa:ipſius iouis.i. ætheris: bene dixit:cum fulmen nihil ſit niſi ignis æthereus. Virg. Fœcundis nubibus æther Coniugis in gremium lætæ deſcendit.i.iunonis quæ eſt aer. Iuppiter uero æther dicitur. Templa:quia alta & excelſa loca fulmina capiunt. Nulla materia:quia nulla moles uim fulminis cohercere poteſt:ẽt ſi moles immenſæ magnitudinis obſtiterit:tñ facile exilit. Magnamq; cadẽs:quia ſi ingrediens ruinam fecerit:ita exiens ruinam facit. Nulla materia.nulla mole. Cadens:cum ĩgreditur. Reuertens:cũ exit. Recolligit:colligit ſimul illos ignes ſparſos. Hæ ducibus:nunc alia dicit fuiſſe illius belli principia:nõ priuata ſed publica.ſ.cupiditas & libido imperandi:quæ cauſa eſt belli:& hanc cauſam repetit & dicit:poſt belli amor dedit luxum : & ſuperfluitas rerũ haberi cœpit:& corrupti ſunt mores:tunc habendi & dominandi libido inuaſit homines:.. æ maximarum ſeditionum in republica cauſa eſſe conſueuit. Hæ cauſæ:ſupra memoratæ. Sed publica ſæ.ſ.fuerunt principia. Merſere:oppreſſere. Fortuna.ſ.regnandi.i.cupiditas dominandi: Has cauſas ẽt perdendi rempublicã commemorat Liuius in præfatiõe ſui operis. Cæterũ aut me amor ſuſcepti negocii fallit:aut nulla unq̃ reſpu. nec maior nec ſanctior:nec bonis exemplis ditior fuit:nec in quam ciuitatem tam ſera auaritia luxuriaque immigrauerint : nec ubi tantus ac tam diu paupertati ac parſimoniæ honos fuerit : adeo quanto rerum minus tanto minus cupiditatis erat:nuper diuitiæ auaritiam & abundantes opes deſideriũ pro luxum atq; libidinem pro eundi perdendi q̃ omnia inuexere:has igitur cauſas publicas commemorat : quia labente diſciplina lapſi ſunt mores:& omnia ſimul corruerunt ad ea uſque tempora. Opes nimias:non neceſſarias. Mundo ſubacto : orbe terrarum imperio romano ſubiecto. Mores : ſcilicet boni & temperati nam μέσον eſt.

Ceſſere ſecundis re.i.propter copiam & proſperitatem abierũt boni mores. Mores:quia diu populus romanus non argento uſus eſt.nam familia tota aeliorum quæ.xvi.uiros habuit claros:nec ſcrupulum quidẽ argenti poſſederat.ſed Paulus æmilius primus aelio tuberoni genero quinq; põdo argenti donauit:ut Valerius dicit. Licinius cenſor Corneliũ ruffinũ cenſoria nota damnauit q quinq; pondo arggẽti poſſideret. Seruius rex primus ſignauit æs nota pecudum teſte Pli. unde & pecunia appellata. Argentũ ſignatum eſt ãno urbis qngenteſimo octogeſimo qnto . Quinto Fabio conſule. Populus ro. ne argẽto qdem ſignato añ Pyrrhum regẽ deuictum uſus eſt. Nota argenti fuere bigæ atq; quadrigæ. nota æris fuit ex altera parte Ianus geminus:ex altera roſtrum nauis. aureus nũmus poſt annũ.lxii.percuſſus eſt:q̃ argenteus. Præda & hoſ.ra.i. præda hoſtilium rapinaꝝ per endiadim. Suaſere lu. quia quanto maiores opes eſſe cœperunt:tanto maior cupiditas hñdi romanis uenit iuxta illud. Et quũ poſſideant plurima:plura petunt. Modus.i. menſura nulla fuit in opibus. Fames:nõ modo in ædificioꝝ magnificentia & ĩ auro poſſidendo menſura non fuit. uerum ẽt in conuiuiis & epulis modum exceſſere romani. Aſpernata.ſ.eſt. Menſas prio. quia adeo continentes priſci romani erant:ut freqñtior uſus apud eos eſſet pultis:q̃ panis. Cultus.i.ornatus ueſtium oium:& in poſſidendo auro & in ædium magnificentia & in epulis cœperũt romani excedere modũ:& creuit habendi cupiditas:inde fuit ca bellorum:& ſeditionis. Viroꝝ.ſ.fortium uir a uiribus dr̃ quia maiores hẽat uires q̃ fœmina:a quo deriuatur uirtus ſecũdum Cice. Fœcunda pauper. uirorum paupertas fœcunda eſt. quoniã fortibus & bonis uiris paupertas abundat: in paupertate.n.duri:in diuitiis

I ntulit:& rebus mores ceſſere ſecundis :
P rædaque & hoſtiles luxum ſuaſere rapinæ.
N on auro tectiſque modus:menſaſque priores
A ſpernata fames. cultus geſtare decoros
V ix nuribus rapuere mares:fœcunda uirorum
P aupertas fugitur:totoque arceſſitur orbe:
Q uo gens quæque perit:cum lõgos iũgere fines
A grorum & quondam duro ſulcata camilli
V omere:& antiquos curiorum paſſa ligones
L onga ſub ignotis extendere rura colonis
N on erat is populus:quem pax tranqlla iuuaret :
Q uem ſua libertas immotis paſceret armis :
I nde iræ faciles:& quod ſuaſiſſet egeſtas.
V ile nefas:magnumque decus:ferroque petendũ
P lus patria potuiſſe ſua:menſuraque iuris
V is erat:hinc leges & plæbiſcita coactæ:
E t cum conſulibus turbantes iura tribuni :
H inc rapti faſces pretio:ſectorque fauoris
I pſe ſui populus: lœtaliſque ambitus urbi

molles & effœminati naſcuntur. Fugitur.ſ.a romanis & ab oĩ natione & populo. Arceſſitur.i.arcet':expellitur phibetur:ab arceo.n.fit arceſſo. Quo gens:nã pter aurũ mille doli cædeſq; perpetrantur.phocylides. χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ βιοφθόρε .i.aurũ maloꝝ artifex:corruptor uitæ. Tunc.ſ.ubi opes abundare cœperunt rõani contẽti erant modicis finibus agroꝝ:nunc latifundia poſſidere uoluerũt :ut finẽ agroꝝ nullum facerẽt. Iungere:pro .bát romani. Quondã ſul.q̃ quondã romani principes coluere:nã rõani principes glorioſe colere agros ſolebãt:& ab agris ad cõſulatũ alioſq; magiſtratus accerſebant. Qui.faſt.primo. Iura dabat populus poſito mõ prætor aratro.Paſcebatq; ſuas ipſe ſenator oues.uñ uiatores miniſtri illi dicti ſunt a uia: q ab urbe ad agros miſſi in urbẽ colonos arantes accirent ad magiſtratus . Longa ru. quia in agris culturæ dediti habitabant nanq; agrũ male coluiſſe cenſorium probrũ putabatur & quẽ bonum colonũ appellaſſent: ãpliſſima erat laudatio.auctor Cato. Longos fi.quia agrũ agro cõiungebat. Sulcata.i.arata. Vomere camilli. Nam Camillus agriculturam exercuit.hic fuit qui gallos diſſipauit:ciueſq; in urbe Romana retinuit:cum cõſilium caperent migrandi ueios. Curioꝝ:curius fuit qui cæſis ſannitibus & ſabinis deuictis magiſtratu relicto agrum coluit. Non erat is po.iã non talis erat populus ro.qui ut ante conſueuerat pro libertate bellũ gereret: & in pace ſine iniuria uiueret in bello aũt uiuebat cupiditate.ſ.poſſidendi. Sua li.ut contentus eſſet libertate. Iræ faci.quia romani facile iraſci cœperunt:ut parua cã ſubſiſtente bellum gentibus inferrent. Vile nefas.i. ut ſatiſfacerent cupiditatibus ſuis:nihil nefas eſſe putabant. Decus.ſ.romanis:erat.ſ.plus patria potuiſſe : q opibus atq; potentia cæteros uincerent id putabant eſſe decus:quod ferro & armis acquirerẽt. Potuiſſe plus pa.i.ſibi ſuæ patriæ iura ſubiicere. Ferroq;:non ſolũ inquit eſſe magnũ decus:ſed de quo dimicarent ferro & armis. Menſuraq; iuris uis erat:tñ quiſq; poterat:quantum uiribus ſuperior erat nã is iure oẽs anteſtare uidebatur:qui uiolentia cæteros opprimeret. Plæbiſcita.ſ.coacta ſunt:leges erant cõmunes tam patriciis:q̃ plæbeis:ſed plæbiſcita dicunt' ſtatuta:quæ a plæbeis ferebant':Tribuni pl.abrogabant leges ſenatoꝝ: patricii autẽ plæbiſcita opprimebant:inde inqt iura oia tacuiſſe. Iura cum cõ. qa ſemper tribuni infeſti fuere cõſulibus : nã tribuni rem plæbis augere uolebant. At uero conſules ſtudebant patriciis & nobilitati. Hinc.i.a ui. Rapti fa.ſed cœpit eſſe largitio in Po.ro.ut non bonis artibus ciuitati cõſulerẽt:ſed pecunia & largitionibus corrũperẽt populũ. Sector:iuris uerbũ ẽ.Sector dr̃ æſtiator redẽptorq; bonoꝝ pſcripti:q ea demũ maioꝛ ptio ſit uẽditurus:qi ſui lucri ſpem ſecaret.i.ſequeret': nam ſecare pro ſeq ponebant. Vir. Ille uiã ſecat ad naues.i.ſeqt'.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Sectorque fauoris.i.populus erat ſui fauoris uenditor:ita populus fauorem ſuum uendebat:ut qui maius pretium largiretur ei ſua ſuffragia daret. Ambitus:imoderata cupido hñdi magiſtratus.nam petituri magiſtratus precibus & pecuniis ſenatores ábibant:ut ſuis ſuffragiis proueherentur ad magiſtratus. ideo Letalis ambitus.i.peſtifera cupiditas magiſtratuum. Annua cer.quia conſulatus magiſtratus annuus fuit. Cápo ue. ideſt populo romano:quia in cápo martio ſua ſuffragia uendebant.continens pro contento poſuit. Hinc uſura uo.quia non ſuppetebant diuitiæ:ut poſſent ſuũ luxum ípleređ:ideo erat neceſſe:ut pecuniam í fœnus acciperent. Vorax:quæ ſemper & occulte deuorat. In tpe:quia uſura tpe creſcit.

Annua uenali referens certamina campo:
Hinc uſura uorax: auidumque in tempore fœnus
Et concuſſa fides:& multis utile bellum.
i Am gelidas cæſar curſu ſuperauerat alpes:
Ingéteſque animo motus.bellumq; futurum
Cœperat:ut uentum eſt parui rubiconis ad ũdas:
Ingens uiſa duci patriæ trepidantis imago
Clara per obſcuram uultu mœſtiſſima noctem.
Turrigero canos effundens uertice crines:
Cæſarie lacera:nudiſque aſtare lacertis:
Et gemitu permixta loqui: quo tenditis ultra
Quo fertis mea ſigna uiri:ſi iure uenitis?
Si ciues:hucuſque licet:tunc perculit horror
Membra ducis:riguere comæ.greſſuſq; cohercens
Langor:& extrema tenuit ueſtigia ripa.
Mox ait: o magnæ qui mœnia proſpicis urbis
Tarpeia de rupe tonans:phrygiique penates

Concuſſa.i.cómota & fracta: qa fides ex populo romano aufugit. Multis u. bel.nam qui fœnore ſunt oppſſi: ſemper bella deſiderant:ut aliena rapiant & ideo multis utile bellũ dixit. Iá geli. cæ.narratio.Poſtq̃ ciuilis belli ſæmina atq; principia tam priuata:q̃ uniuerſalia attulit: cũ rõnibus:quæ ſeditiones in ciuitatibus excitare ſolent.Nunc dicit quid cæſar fecerit poſtq̃ animo bellum gerere concepit:promoto.n. exercitu in galliam rhauenná appulit:deinde Ariminum ſe recepit:uñ poeta ab hiſtoria non declinat quá:ſi uoles:lector iuenies apđ Appianũ Suetoniũ Plutarchum.Floꝝ & in ſuis commentariis Iulium cæſarem. Curſu.i.celeritate.ná celeriter oía agebat Cæſar. Cœperat:pro conceperat animo. Motus: magni belli maximos motus conceperat. Vt uentũ eſt par.cũ cæſar perueniſſet ad rubiconem amné:& ibi aliq̃diu cogitaſſet qd facere deberet: feſſum laboribus & diuturnis ſolicitudinibus aí ſomnum oppreſſiſſe dñt:& in ſomniis obuerſatá eẽ urbis romæ imaginẽ q̃ illũ alloq uidebatur. Parui rubi.quia rubicõ amnis eſt haud ,pcul ab Arimino oppido ad qué Cæſar cũ ueniſſet ſubſtitit:cá aũt cogitationis fuit. Dubitabat enim ꝙ decretũ erat:ut quiſqs armatus hunc amnẽ tranſiret:ſiue ille imperator eſſet:ſiue miles: patriæ diiudicaretur hoſtis.quinẽt in portu Arimini:prope rubiconem adhuc erat marmorea cruſta:in qua hæc ſcripta erant. Impator:ſiue miles:ſiue tyro armatus quiſqs ſiſtito:uexillũ armaq; deponito:nec citra hunc amnẽ arma ſignaue traducito:& ſi quis contra fecerit hoſtis diiudicabitur populi ro.ac ſi arma contra pŕiam tulerit penateſq; deos abſtulerit. Patriæ tre.contra morẽ dubitantis.hoc dicit:qa cæſar ut hiſtorici tradũt & maxíe Suetonius:ſomniauit ſe cũ mr̃e ſua coire:aruſpices rñderunt ipſum ſubactuꝝ urbẽ romam:q̃ eſt mŕ cóis oíum ciuium. Clara.ſ.imago & mœ.táq̃ mœſtiſſima eẽt Roma. Turrigero u.qa turrita ẽ urbs Roma. Canos c.qa iá ſeptígẽti ferme áni pterierant:ex quo roma condita erat. Lacera cæ.laceratis crinibus ſignificabat mœrorẽ. Nudis la. ut mos eſt plorantiũ. O uiri quo té.ul.qa non licet uobis tranſire rubiconẽ armatis. Iure:qa dicit inſcriptio quiſqs armatus ſiſtito. Hucuſq; licet:uobis armatis uenire. Ciues:ſicut ciues debent:alioqn pŕiæ hoſtes iudicabimini:ſi amnẽ tranſiueritis. Horror:ẽ tremor cũ frigore. Riguere.i.erectæ ſunt:qđ ſiguũ eſt timentis.

Langor:qa torpore quodá ípeditus continuit gradũ ſuũ in ripa: & cõuerſus ad ,pximos ait:ẽt nunc regredi poſſumus.qđ ſi ponticulũ tranſiuerimus:oía armis agẽda erunt. Mox deinde amnẽ tráſiuit:dicens.Eať quo deoꝝ oſtenta & inimicoꝝ iniqtas uocat:iacta eſt alea.ſed hic põit alia uerba qbus uſus fuerit cæſar cũ tráſiret.

Proſpicis mœ.qa præſes urbis romæ iuppiter erat.ná in arce Tarpeia q̃ eſt in capitolio templũ Iouis cũ iunone colebatur:& cætera oía deoꝝ templa ſuperabat. Rupe:capitoliũ.n.appellatũ eſt rupes tarpeia a duce Spurio tarpeio qui primus arci romanæ pfuit. Phrygii pe.i.troiani dii quos æneas in italiá ſecũ tulit. Gentis iu.i. conſecrati a gente iulia:ná Iulus conſecrauit deos in Alba:deinde euerſa Alba tranſlati ſunt romá. Secreta q. hiſtoriá tetigit.ná cũ Romulus q qrinus eſt appellatus ſuos milites ad capreæ paludẽ recenſeret ſubito tẽpeſtas cũ procella & fragore exorta eſt: ut cælũ nubes obtexerit & aſpectũ oculis adimeret:in hoc turbine tẽpeſtatis euáuit Romulus:nec poſtea í cõſpectũ rediit. Vulgo creditũ ẽ illũ pŕibus fuiſſe laceratũ:qđ uerſimile uidebať:q uero ,pximi romulo ſteterát dixerũt illũ ſublatũ in cælũ euanuiſſe.populus mœſtus q deſiderio ſuis regis tenebať nó hoc ſibi pſuadere poterat:& qa appebat rẽ ad ſeditionẽ ſpectare.poſt dies aliquot Iulius ,pculus:ſiue id ratus:ſiue ut populi dolorem mœroremq; conciliaret in concionem prodiit: & his uerbis conſolatus eſt populum ro.dicens mane:& prima luce ſibi obuiam factum eſſe Romulum & dixiſſe.Abi nuncia romanis cæleſtes ita uelle.ut mea roma caput orbis terraꝝ ſit:proinde rem militarem colant:ſciantque: & ita poſteris tradant:nullas opes humanas armis romanis reſiſtere poſſe:hæc locutus ſublimis abiit. quapropter uerbis huius proculi fides eſt adhibita:ut omnes iuſſerit ſaluere Romulum deumque ſalutauerint.



Secreta:quia ipſum Romulum ſumma ope occultata diſcerptum atq; laniatum ſciebant. Latialis:quia in oppido alba quođ in monte condiderat Aſcanius tẽplum Iouis erat latialis:quod nomen accepit: quia latinæ feriæ illi erant dedicatæ.Latinæ.n.erant ſacra iouis celeberrime conſtitutæ:ad quæ ex omni latio populi cõueniebant:de quibus infra.Oſtendens confectas flamma latinas. Foci ueſtales:æterni ignes ueſtæ:nam ueſta græce ἑστία interpretatur ignis:eo ꝙ in templo eius perpetuus ignis ſeruaretur.Huic conſacratæ erant uirgines:quæ perpetuam uirginitatem ſeruarent:ideo ignis in templo eius repoſitus eſt: quia ex oíbus elementis ignis purior eſt: unde uirgines intemeratæ eſſe debent & incorruptæ ſicut ignis.

Gentis iuleæ:& rapti ſecreta quirini
Et reſidens celſa latialis iuppiter alba:
Veſtaleſque foci: ſummi quoque numinis inſtar
Roma faue cœptis.non te furialibus armis
Perſequor:en adſum uictor terraque marique
Cæſar ubiq; tuus:liceat modo nunc quoq; miles.
Ille erit ille nocens qui me tibi fecerit hoſtem.
Inde moras ſoluit belli:tumidumque per amnẽ
Signa tulit propere.ſicut ſqualentibus aruis
Aeſtiferæ libyes uiſo leo cominus hoſte
Subſedit dubius:totam dum colligit iram.
Mox ubi ſe ſæuæ ſtimulauit uerbere caudæ:
Erexitque iubam:& uaſto graue murmur hiatu
Infremuit: tum torta leuis ſi lancea mauri
Hæreat:aut latum ſubeant uenabula pectus.
Per ferrum tanti ſecurus uulneris exit.
Fonte cadit modico:paruiſq; impellitur undis
Puniceus rubicon cum feruida canduit æſtas:
Perque imas ſerpit ualleſ:& gallica certus
Limes ab auſoniis diſterminat arua colonis.
Tunc uires præbebat hyems:atque auxerat ũdas.
Tertia iam grauido pluuialis cynthia cornu:

Inſtar.i.quæ es mihi ad ſimilitudinem numinis. Furialibus.i.pernicioſis & lœtiferis armis:ideo inquit arma ſumo:ut p imperio tuo augendo atque amplificãdo pugnem. Ille erit no.ego iniuriam illius qui me ſibi hoſtem iudicauerit ulciſcar. Incertus cæſar his uerbis quid faceret:amnẽ tranſiuit. Tumidum:quomodo tumidum:cum dixerit parui rubiconis?qa imbribus creuerat amnis uſq; ad ripas. Sicut ſqual.per ſimilitudinem oñdit quemadmodum ſe habuerit cæſar:cum ad rubiconem peruenit.Hoc inquit:quõ leo facere ſolet:cũ uenator aut paſtor inſter obiiciens uenabulum:primo horret:deinde cũ cauda iram cõceperit:non timet uenatorem:nec ipſa arma inuadere:ita cæſar ſubſtitit aliquantulum ut leo. Squal:incultis ſterilibus:nimio calor. Nam aphrica ẽ in meridie:ubi ſol rapidiſſimus eſt:ió ſterilitatem in agris generat. Libyæ: aphricæ quæ ab iopia aquarum nomen habet: λείπω relinquo:& ὕω pluo. Colligit.i. recipit iram. Ver.cau.i.ſe cauda uerberádo.Nam qui de aíalibus ſcripſere:dicũt leonem ſe cauda uerberare:ut ad iram ſe cõcitet.Plinius.Leonum aí index cauda: immota blanditias oſtendit:iratus cauda terram uerberat:deinde terga ceu quodam íncitamento flagellatur. Stimulauit:incitauit in iram. Sæue:p ipſe ſæuus. Infremuit:cum fremitu emiſit. Tunc.ſ.ita iratus:nec ferrũ timet: ſed medios ruit moriturus in hoſtes. Si:p q̃uis. Mauri ſunt populi aphricæ Iberiæ oppoſiti:q a græcis mauruſii uocantur a colore peruſto μαυρον nigrum:& eſt ſpẽs pro genere:quia in aphrica maiores & ſæuiores leones naſcuntur q̃ alibi. Venabula:uenabulum ferrum aptũ uenationi.Iuue.Et nuda teneat uenabula mamma. Subeant:ſuccedant. Exit:emicat.exilit. Fonte:deſcribit fluuium quem cæſar tranſiuit contra præceptum fatoꝝ. Rubicon:ut oñdit Strabo inter Ariminum & Rhauenná excurrit in adriaticum pelagus:hunc fluuium & Eſim amnem qui labiť inter Anconem & Senegalliam:fecere ãtea terminos italiæ atq; galliæ. Delatus igiť cæſar ad rubiconem:qui italiam diffinit:parumper:ut refert Appienus:ſubſtitit:& ad fluuium ,pſpectans:quæcunq; euenire poſſent mala:ſi illum tranſiſſet armatus:mente cogitare cœpit:deinde ad præſentes conuerſus:hæc effatus dŕ.Continentia huiuſcemodi tranſitus o amici maloꝝ initium mihi affert:tranſitus uero uniuerſis mortalibus imponet.His dictis ueluti furore concitus tranſire pergit.Hoc inquiens iacta alea eſt: deinde curſu arrepto Ariminum circa auroram ingreſſus eſt:nec diumoratus ad ulteriora cõtendit:arcibus pſidia imponens:& quæcunq; in curſu obſtiterant uel ui uel humanitate ſibi uendicans.Fugæ igitur & conuerſiones oíbus in locis ſumma trepidatione fieri cœpere.Curſus quoq; nullo ordine admixto fletu.Quæ oía intelligentes conſules:Pompeium per italiam delectus facere ueluti rep.extremo in periculo poſita iuſſerũt. Reliqui uero ſenatorii ordinis cum cæſaris impetũ tam ſubito adeſſe intuerentur:trepidabant: & pœnitere eos contigit:ꝙ cæſaris petitiones ueluti iniquas reieciſſent:tunc quidem iuſtas arbitrati cum timor coꝝ aíos a contentione ad cõſilii maturitatẽ traduxiſſet. Fonte mo.parua aqua a natura abundat:ſed iugibus ac ppetuis ímbribus inflať. Puniceus:cuius unda puniccea ẽ.i.rubicunda a quo nomẽ accepit rubicon. Canduit.i.accenſa eſt tpe æſtatis. Per imas u.qa ipſe humilis ẽ p imas ẽt ualles labiť. Certus li.ẽ qdá q̃ſi terminus galliæ ciſalpinæ.Ná ab urbe rhauenna uſq; ariminũ ,ptendiť gallia ciſalpina:cuius rubicõ amnis eſt haud procul ab urbe Arimini ícipit:ſed ab Arimino flaminia uſq; ad Anconẽ tendit.deíde ícipit ager picenus q uſq; ad fines urbis Romæ tẽdit. Diſterminat:diſtinguit:uel diſcriminat in duas ptes findit.qa diuiſionẽ facit inť galliá & Italiá

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tunc:Si paruus fluit rubicon quomodo dixit tumidum amnem tranſire cæſarem?quia tunc cum tranſiuit tumidum amnẽ hyems fecerat. Cynthia tertia: ſignificauit tribus menſibus pluuiam iugem fuiſſe.Cynthia dicta eſt luna a cyntho monte deli:in quo ſolum natale fuit Dianæ & Apollinis. Grauido cornu: pluuioſam fuiſſe lunam oñdit eo ꝙ imbres cœperat:& auxerat amnem. Alpes euri reſo.fla.quia Eurus ab oriente flans ſemper alpes.i.niues alpium in pluuias reſoluit. Primus:oñdit quomodo tranſcendit amnem cæſar.ex obliquo enim amnis obiecit ualidiores equos:qui tantiſper obtinerent amnem dum imbecilles tranſirent. Obliquum.i.trãſuerſa aqua. Sonipes:a ſonitu pedum equus dicitur grandior & robuſtior. Rumpit:pro irrumpit:Apheresis eſt. Molli uado.Mollioꝛi facto eqs ferocibus Amnis impetum retinentibus.

E t madidis euri reſolutæ flatibus alpes.
P rimus in obliquũ ſonipes opponitur amnem
E xcepturus aquas:molli tum cætera rumpit
T urba uado faciles iam fracti fluminis undas.
C æſar ut aduerſam ſuperato gurgite ripam
A ttigit heſperiæ:uetitis & conſtitit aruis.
H ic ait:hic pacem temerataque iura relinquo:
T e fortũa ſequor.procul hinc iam fœdera ſunto.
C redidimus fatis:utendum eſt uindice bello.
S ic fatus:noctis tenebris rapit agmina ductor
I mpiger:& torto balearis uerbere fundæ
O cyor & miſſa parthi poſt terga ſagitta:
V icinumque minax inuadit ariminum: & ignes
S olis lucifero fugiebant aſtra relicto:
I amque dies primos belli uiſura tumultus
E xoritur:ſeu ſponte deum: ſeu turbidus auſter
I mpulerit.mœſtam tenuerunt nubila lucem.
C onſtitit ut capto iuſſus deponere miles

Fracti:oppoſitiõe equorum. Cæſar ut:Nunc proſequitur dicenſ:quod Cæſar fecerit poſtq̃ leges ſemel tranſierat: dicit enim cæſarem inuitũ hoc feciſſe:& cætera oĩa fatis permiſiſſe. Ripam aduerſam: ideſt ulteriorem. Superato.i.trãſgreſſo. Virg.Hoc ſuperate iugum. Aruis ueti. lege romanorũ. Heſperiæ:italiæ. Hic ait: conſcius uiolatæ legis inquit. Hic: hic anadiploſiſ eſt.i.geminatio quæ uehemẽtiam aliquam ſignificat. Temerata: uiolata. Te fortu.ſeq.quencunq; enim mihi exitum dederis:te ſequar. Pro:ſu. fœ.pro ſint.i.nulla fœdera poſthac,puentura ſunt:ſed oĩa ferro gerentur. Credi. .i.fidem dedimus.ergo utẽdum eſt fatis.

Vindice bel.quia bellum erit quod iniuriam noſtram ulciſci poterit: & oſtẽdere an iuſte bellũ ſuſceperim. Sic fatus:ſemper cæſarem celeritate faciendi præſtitiſſe cæteris oſtendit.dicit enim oẽs moras diſpuliſſe:nec diem expectauiſſe: comparationeq; exprimit mirã uelocitatẽ. Glandis:quã fundæ baleares mittere ſolẽt.nã ĩ mari gaditano ĩſulæ baleares nomine ſunt:q̃ hoc nomen ideo conſecutæ ſunt.ꝙ balearici peritiſſimi ſint ac iaculandi funda: & dñr ἀπό τοῦ βάλλειν.i.iaciẽdo eas græci gymnaſias uocant quia nudi æſtatẽ exigant.uel dicuntur a balteo herculis comite quem illic reliquit cũ ad geryonem nauigaret.Liuius.ſcribunt hiſtorici illic matres filiis ſuis proponere præmium:ſi metam deſignatam funda tetigerint:nec prius eos cibum attingere q̃ demonſtratam metam funda percuſſerint.dicit ergo motum cæſaris tanto celeritate fuiſſe:ut miſſæ glandis funda celeritatem ſuperaret.

Ocyor:uelocior. Torto uer.exprimit geſtum iaculantis. Funda.dicta a fundẽdo:ꝙ glãdem plũbeam fundat. Sagitta miſ.quia parthi fugientes tanta arte ſagittas mittunt:ut perſequentes percutiant.Vir. Fidentẽq; fuga parthum ueriſq; ſagittis. Vicinum:poſtq̃ rubiconem cæſar tranſiit:dicit ariminum ipſum ueniſſe: unde incipit flaminia.Ariminum:ut docet Strabo eſt umbrorũ colonia:ſicut & Rauenna:uerum utraq; romanos accepit inquilinos.habet aũt Ariminum portum & eiuſdẽ nominis amnem. Minax:minabundus quia quocũq; iret exitium minabatur. Aſtra fu.quia nocte quidem cœperat iter cum Ariminum uenit: iam ſolis ſplendori aſtra cædebant.i.iam dies aduentabat. Ignes.ſ.ſplendorem ſolis. Luci.ſtella eſt nuntia diei. in mane ergo & in ortu ſolis apparet lucifer unde a græcis φωσφόρος dicit᷑:ſic & nocte ueniente in occaſu uidetur eadem ſtella. Reli.luci.quia ultima ſtella cæli eſt lucifer:quæ ſplendore ſolis offuſcatur.ſtellæ autem nunq̃ occidunt:ſed fixæ ſunt ſemper in firmamento.ſed maiore ſolis ſplendore ſuperueniente offuſcãtur lucifer autem maior eſt ſtella cæteris:ideo ſplendor eius diuturnior eſt. Iamq; dies:iã dies oriri cœperat: in quo principiũ belli erat futuꝝ. Tumultus:dicitur auctore Fabio:quaſi timor multus:quia motu belli primo homines timent.dicit illam diem obortam:fuiſſe obſcuratam:ſiue quia ita dii uoluerũt:ſiue naturaliter ꝙ cælum nubes obduxerint. Nubila:pro nubes. Tenuerunt:texerunt:quia nubes obſcuritatem inducũt: quod ſignum mœroris eſt:ſicut lux lætitiæ:unum ſequitur ex reliquo:qa ſi obſcurum eſt cælũ:mœſtum ideo uidet᷑.

Sponte de.ut ſignificarent futuꝝ malum dii. Auſter:q uentus pluuiã inducit uñ aliter notus uocat᷑ ἀπό τῆς νοτίδος ab humore. Impulerat.ſ.illas nubes. Conſtitit:ubi cæſar oppidũ irrupit:primo foꝝ cœpit:deinde iuſſit claſſica canere:ut terreret Ariminenſes:qui nondũ ſomno excitati erant:audito ſtrepitu tubaꝝ expergefacti ſunt ad armaq; properauerunt:quæ diu fixa ſteterant:& his armis inſtructi in forũ concurrebant: ſed ut uiderunt cæſarem ſublimem in medio agmine ſtantem:ſtatim perterriti ſunt. Miles:exercitus poſuit in ſingulari pro militibus. Deponere ſigna:ideſt figere in medio foro. Lituus:dicitur incuruas tuba ad ſimilitudinem litui uirgæ: qua uſus eſt Romulus cum auſpicia urbis caperet. uel quia ſit litium teſtis.

Clangor:fictitium eſt nomen. Claſſica.orum.ſunt ſigna belli & tubæ flexiles:ſignificãt etiam ſonum ipſum. Rupta.ſ.eſt. Excita:mota e lectis:nam excio cis exciere penultima correpta ẽ tertiæ coniugationis:dicitur & excire quartæ coniugationis penultima producta. Diripuit:raptim abſtulit. Arma fixa:nam mos fuit ueterum:ut tempore pacis arma templis ſuſpenderent. Longa pax:quia longa pace uſi:nullis armis inſtructi fuerant. Fluen.di.i.tabeſcentes. Crate.α κρατεῖν tenere:quia inuicem uimina contexebantur.Cratibus.n. antiqui ſolebant uti pro ſcutis:nam crates uiminibus textas fuiſſe legimus:quibus conglutinationibus coniũgebant:ut eas ualidiores facerent:ideo dicit inuaſiſſe clypeos nudis cratibus cum tabuiſſent coria ſuperimpoſita.

S igna foro.ſtridor lituum clangorque tubarum
N on pia concinuit cum rauco claſſica cornu.
R upta quies populi: ſtratiſque excita iuuentus
D iripuit ſacris affixa penatibus arma:
Q uæ pax longa dabat. nuda iam crate fluentes
I nuadunt clypeos:curuataque cuſpide tela:
E t ſcabros nigræ morſu rubiginis enſes.
V t notæ fulſere aquilæ:romanaque ſigna:
E t celſus medio conſpectus in agmine cæſar:
D iriguere metu.gelidos pauor alligat artus.
E t tacito mutos uoluunt in pectore queſtus.
O male uicinis hæc mœnia condita gallis:
O triſti damnata loco: pax alta per omnes
E t tranquilla quies populos: nos præda furentũ
P rimaque caſtra ſumus.melior fortuna dediſſes
O rbe ſub eoo ſedem: gelidaque ſub arcto
E rranteſque domos:latii quam clauſtra tueri.
N os primi ſenonum motus:cimbrumq; furẽtem
V idimus.& martem lybies:curſumque furoris
T eutonici:quotiens romam fortuna laceſſit:
H ac iter eſt bellis gemitu ſic quiſque latenti
N on auſus timuiſſe palam. uox nulla dolori
C redita:ſed quantum uolucres cũ bruma coercet
R ura ſilẽt:mediuſque tacet ſine murmure pontus
T anta quies noctis.gelidas lux ſoluerat umbras

Nuda: aperta crate quæ coriis bouum tecta fuerat. Curuata tela:quia antea illis non uſi fuerant cuſpidem obtuderant. Scabros .i.aſperos quia rubigine ferrum corrodit᷑ niſi exerceas. Vt notæ:nunc dicit quõ ſe Ariminenſes habuerint poſtq̃ ſigna romana ĩ medio foro fixa cognouerit: & aqlas lucidas:& Cæſarem in medio agmine ſublimem conſtitiſſe. Notæ aqui.quia nouerunt ſigna romana Ariminenſes. q; p.i. & eſt ephexegeſis. Cælſus cæ.i.in ſublimiore loco. Dirriguere.i.horruere. Geli ar.quia metu membra torpeſcunt. Et ta.mu.uo.inſp. Hypallage eſt:pro ipſi muti ſecum taciti conquerebantur. O male ponit querelas ſecretas ariminẽſium: heu mœnia male condita:& reddit rõnem:qa pax per oẽs tranquilla eſt:nos uero prima bella romanis illata ſentimus:ſiue domeſtica ſiue externa fuerint. Male:ĩfelici auſpitio. Vicinis gal.qa teſte Appiano:hæc ciuitas gallia egredientibus prima in Italia ſeſe offert. Triſti lo.i.galliæ ciſalpinæ q̃ uſq; ad rubiconem fluuium tendit. Dãnata:qa uobis pro dãnatione contigit: ut hoc loco ædificaremini. Pax:per comparationem oñdit ipſos eſſe miſeriores: alibi pax oĩa tenet:nos iam initia belli ſentimus.

Alta:profunda:& eſt locus cõmiſerationis:cum oñdimus nos in maioribus miſeriis ſemper præ cæteris fuiſſe.ad cõmiſerationem cõmouentur auditores. Præda fu.i.gerentium bella. Caſtra:quia ſumus tanq̃ caſtra quotiens bellum hic incipitur. Orbe ſub eoo.i.india. Gelidaq; ſub arcto.i.in ſcythia & in ſeptẽtrione:quæ regio quamuis frigidiſſima ſit:tamen nobis eſſet gratior. Errantes:ſcilicet in meridie:nam in aphrica quæ eſt meridiei ſubiecta numidæ habitatores ſunt:qui nunquam in eodem loco conſiſtunt: una cum plauſtris liberos & omnia bona uehunt errantes:& ubi nox depræhenderit:ibi habitant:ſicut Virgilius dicit. Armentarius,apher agit tectumq; laremq;:an potius per domos errantes ſignificat ſcythas qui in tentoriis p campos errabundi uiuũt nullis urbibus:ut docet Saluſtius & Horatius in carminibus.Campeſtres melius ſcythæ quorum plauſtra uagas rite trahunt domos. Clauſtra:quia principium Italiæ eſt flaminia & ager picœnus. Nos primi motus ſenonum:ſenones galli urbẽ qui deuaſtarunt nos primũ inuaſere cimbrũ teutones & cimbri cum derelictis ſedibus ſuis cum uxoribus & liberis in Italiam uenere:ut illi imperarent:quos Marius funditus deleuit ad aquas ſeſtias:& primo quidem dicit eos Ariminum ueniſſe. Furentem:bello. Libyes ſcilicet Hannibalis.nã Hannibal de Pirreneis montibus primum Placentiam uenit:quæ ciuitas eſt Galliæ ciſalpinæ. Martem libyes:ideſt Hannibalem libycum qui de libya exercitum in Italiam deduxit. Curſumq; teutonici cum cimbris & ambronibus fuerunt:& cum magno ac prope innumerabili exercitu Italiam inuaſere. Quotiens ro.for.la.i.nunq̃ bellũ romanis infertur:quin nos illud primi ſentiamus:reddit ad illud qđ cœpat nos primi ſenonũ motus. Hac.i.p nĩam urbẽ bella ſentiũt᷑. Sic quiſq;:ſubaudi a ſupiori cõq̃ ebat᷑. Latenti.i.ſuppſſo:ne qs audiret qa timebat dicere palã. Credita:cõmiſſa. Sed q̃.uol.Similitudinẽ oñdit illos tenuiſſe ſilentiũ.Tanta inqt fuit Ariminẽſiũ qes:q̃ta ẽ auium tpe hyemis:aut q̃tæ ĩ mari cũ trãqllũ fuerit. Bru.cohe.uo.nã cũ pruĩa tecta ſunt rura:uolucres frigẽt:nec caneꝛ pñt. Lux ſol.exorta dies erat cũ hæc gererent᷑.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ecce faces belli:iam ĩquit dies aderat cum Curio & Marcus Antonius tribuni plæbis ex urbe depulſi:ꝙ partem cæſaris defenderent Ariminum uenerunt contumelia ſe affectos querentes apud cæſarem : quia fortuna etiam uolebat:ut iuſte bellum atqꝫ arma mouiſſe uideretur cæſar.nam cũ ſenatus conſulto deliberaretur : ut ſucceſſor cæſari mitteretur Marcus Antonius & Curio & Quintus caſſius.quoniam intercedebãt:ne illi ſucceſſor eligeretur : in curia primum quidem grauiter repræhenſi ſunt : & deinde cum in propoſito ſuo perſtare uellent:ſenatus conſulto a conſulibus ex urbe pulſi ſunt.unde ariminum uenerunt cõquerẽtes apud cæſarem de iniuria ſibi illata a romanis:hinc multo magis indignatus eſt cæſar contra romanos . Duo fuere marcelli cæſari aduerſantes & conſules ambo : primus Claudius marcellus qui teſte Suetonio retulit ad ſenatum:ut ei ſuccederetur ante tẽpus:quoniam bello confecto pax eſſet : ac dimitti deberet uictor exercitus:uerum ut Appianus refert:hũc Marcellum pompeius orationis placabilitate & beniuolentiæ ſimulatione compeſcuit.Nec multo poſt alter Caius Marcellus in conſulatu ſucceſſit fratri patrueli ſuo claudio Marcello:& æmilius Paulus:una cum eo ad conſulatũ eligitur.Tribunus uero curio : & ipſe inimiciſſimus Cæſari:populo acceptus: prætere ad dicendum paratiſſimus:ex his teſte Appiano.Cæſar marcellum nullis pollicitatiõibus ad ſe allicere potuit.Paulum uero mille & quingentis talẽtis beniuolum ſibi reddit:ut neqꝫ pro illo quicquam ageret:aut moliretur contra. Curioné autem ut pro ſe ageret:plurimo ære alieno oppreſſum facile adegit qui apertius ac turbatius rem protulit: nec ſucceſſores cæſari mittendos eſſe decreuit:niſi & pompeio mitterentur.egreſſis autem urbe conſulibus:enſeqꝫ pompeio oblato:ut pro patria in cæſaré ſurgeret.Curioni ulterius nulla ſupra urbé poteſtas erat:cum nihil proficeret:nec cæſari quicquam auxilii afferre poſſet:& iam tribunatus elaberetur tẽpus:ueritus pro ſe ipſo curio ſumma celeritate ad cæſarem contendit rauenná:blande admodum ſuſceptus.cæſar cum gratias ageret ob ea quæ egiſſet:rerum ſtatum cœpit inquirere.Curio copias oẽs in unum conferre ſuadet:uniuerſumqꝫ exercitum ad urbem agere:cæſari econtra de conciliatione adhuc agendum uidebatur.conſules porro Marcellus & Lentulus Antonium & Caſſium:qui tribunatum una cum Curione geſſerunt ſenatu excedere imperant: ne in tribunatu aſſidentes quicq̃ acerbius ab ullo patiantur.ii celeriter nocte iam multa clanculum ad cæſarem uenere:curru mercenario aduecti ſeruilibus amicti ueſtibus:quos cæſar eo habitu indutos exercitui oſtendit:uerbis milites irritans:ꝙ uiros tam præclaros:tamqꝫ ingentia operatos hoſtes iudicaſſent ac pro ipſis uerba facientes turpiſſime expuliſſent.hæc tangit Lucanus.Antonius tamen iuſſu conſulum poſtq̃ e tribunali deſcendit: queſtus ꝙ ſacroſanctam dignitatem contumelia affeciſſent:e ſenatu egredirur:bella:occiſiones: proſcriptiones:ciuium fugam:bonorum publicationes annuncians:exectationes etiam impias extulit in eos qui harum rerꝫ cauſam attuliſſent.

E cce faces belli:dubiæque in prælia menti
V rgentes addunt ſtimulos:cunctaſque pudoris
R umpunt fata moras:iuſtos fortuna laborat
E ſſe ducis motus: & cauſas inuenit armis .
E xpulit ancipiti diſcordes urbe tribunos
V icto iure minax iactatis curia gracchis
H os iam mota ducis:uicinaque ſigna petentes
A udax uenali comitatur curio lingua.
V ox quondam populi:libertatemque tueri
A uſus:& armatos plæbi miſcere potentes .
V tque ducem uarias uoluentem pectore curas
C onſpexit:dum uoce tuæ potuere iuuari
C æſar ait partes quanuis nolente ſenatu
T raximus imperium.tunc cum mihi roſtra tenere

Ecce faces.ſ.Marcus Antonius Curio & Caſſius tribuni plæbis. Dubiæ menti:Non ꝙ cæſar dubius eſſet bellum ſuſciperet an non:ſed dubius erat quid faceret:immo illis hoc exploratum erat:unde menti cæſaris potuerunt addere ſtimulum. Fata:deorum fortuna. Cunctaſqꝫ pudo.quia ſi quis pudor inerat menti cæſaris illum penitus ſuſtulerant. Iu.for.labo.quia fortuna uidetur hoc uoluiſſe oſtendere:ut bellum iuſte mouere uideretur cæſar. Armis:ideſt bellis. Ancipiti urbe:quia pars Cæſari:pars pompeio fauebant.

Diſcordes tri.ideſt An.caſ.& Curionem:qui interceſſerant ne ſucceſſor cæſari in galliam mitteretur. Victo iure:tribunitio:quia tribunitia poteſtas erat ſacroſancta:unde dicit curia minax:quia iure nemini tribuno plæbis poterat nocere. Iactatis:improperatis quia quod gracchis contigerat tribunis:idẽ & uobis contigit quia expulſi eſtis e curia. Hos iam:dicit curionem qui ſuperiore ãno tribunus fuerat ſe illis comitem dediſſe. hic Curio plurimum eloquentia ualebat & contionem ſæpe ad plæbem habuerat:ut ſeditionẽ in populo faceret : his ſtimulis impulſus cæſar eſt:ut quod aĩo conceperat.Nunc tandem efficeret. Hos.ſ.tribunos plæbis.M. Antonium &.Qu.Caſſium. Vicina:quia Ariminum eſt haud procul ab urbe. Curio audax:quia auſus eſt cõtra ſenatus auctoritatem partes cæſaris defendere. Venali lin.quia cauſidicus cauſas pretio egerat:illi linguam uendere dicuntur qui pretio cauſas agunt in foro . Vox quondam po.i.tribunus:quia uox populi ẽ tribunus plæbis:eo ꝙ agere ſolet de commodis plæbis. Libertatem.ſ.contra nobilitatem non dubitabat ſenatui,& patriciis ſi opus eſſet reſiſtere. Poten.nobiles. Vtqꝫ:quia tali erat ingenio & eloquentia: ut cæſarem uidit cogitabundũ & incertum:quid primum quidue ſecundum aggrederetur:his uerbis quæ ſequuntur Illũ aggreſſus eſt. Voluentem:cogitanté. Varias cu.quia in diuerſas partes cogitans trahebatur. Dum uoce:dum oratiõe mea factionem tuam potui defendere. Traximus:produximus imperium tuum: etiam inuito ſenatu:ut & prouinciam galliam cum imperio teneres. Nolente ſenatu : ut tibi ſucceſſor mitteretur.

Imperium:ut dux eſſes. Tenere roſtra:roſtra erant ſedilia in foro:ubi tribuni plæbis cõcionari ſolebãt ad populum.roſtra dicta ſunt:quia deuictis Antiatibus bello nauali a romanis anno urbis quadringenteſimo & ſextodecimo ſuggeſtum illud.i.ſedile erat ornatum roſtris nauium. Dubios quiri.quia concionibus crebris ego romanos incertos:ad partes tuas tranſtuli. Dubios:an tibi an pompeio fauerent.

I us erat.& dubios in te tranſferre quirites .
S ed poſtquam bello leges ſiluere coactæ
P ellimur e patriis laribus:patimurque uolences
E xilium:tua nos faciet uictoria ciues .
D um trepidant nullo firmatæ robore partes
T olle moras.ſemper nocuit differre paratis.
P ar labor atque metus pretio maiore petuntur .
B ellantem geminis tenuit te gallia luſtris :
P ars quota terrarꝫ:facili ſi prælia pauca
G eſſeris euentu:tibi roma ſubegerit orbem.
N unc neque te longi remeanté pompa triũphi
E xcipit:aut ſacras poſcunt capitolia lauros :
L iuor edax tibi cuncta negat:gẽteſque ſubactas
V ix impune feres : ſocerum depellere regno
D ecretum eſt genero:partiri non potes orbem :
S olus habere potes.ſic poſtquam fatus & ipſi
I n bellum prono:tantum tamen addidit iræ:
A ccenditque ducem:quantum clamore iuuatur
E leus ſonipes:quamuis iam carcere clauſo
I mmineat foribus:pronuſque repagula laxet .

Quirites romani. dicti ſunt a curibus ciuitate ſabinorum.nam .T.Tatius & romulus cum patibus auſpiciis imperium ro. regerent : Romulus ut ſibi beniuolentiam ſabinorꝫ coniungeret ro.'oẽs a curibus urbe ſabina qrites appellari uoluit. Sed poſtq̃:ait o cæſar ubi oppreſſæ ſunt bello leges : nec potuimus ꝑ magiſtratu noſtro agere quæ ad dignitatem tuá ſpectarent:per uiolentiam e ciuitate expulſi:ad te confugimus:in te ſpem noſtrá omnem reponentes ut tua uictoria nos in patria reſtituat. Leges ſil.quia contra bellũ & arma leges nihil ualent. ná leges ſilẽt inter arma. Pati.qꝫ uol.exi. non inuiti:ſed noſtra ſponte libenter exulamus cá tua. Faciet ui .ci.ſed uictoria tua uos qui hoſtes iudicati ſumus ciues reſtituet. Dum trepi.arguit a facili ná cũ exercitu tuo romam iuaſeris pompeiũ & alios romanos armatus & paratus ĩperator inermes offendes:facile ergo erit illos ſubigere.deĩde arguit a minori ad maius. ſi maior labor fuit maiuſqꝫ periculum debellãdi galliá.q̃ minus erit ĩ debellãda roma:debes ergo hanc ré ſuſcipere o cæſar.

Partes.ſ.cæſaris & pompeii:quæ in dubio ſunt. Tolle moras:quia nocuit ſemper differre paratis catholica ſententia eſt.

Par.la.ſi par eſſet labor & periculũ in capienda roma:quantus fuerit in debellanda gallia:appeti oporteret oĩo:quia maius ꝑmium cõſequereris:ſed cũ plus laboris pluſqꝫ periculi in debellanda gallia:q̃ ĩ capienda ro.ſit:minus tñ fuit ꝑmiũ. Pretio ma.quia ubi labor & periculum ſunt:pretiũ maius appetitur. Metus:ꝑ periculo poſuit a ꝑcedenti id qđ ſequitur. Bellanté:probat ꝙ maior fuit labor in debellãda gallia:q̃ roma capienda. Pars quota.q.d.minima.ſic Iuue.Quamuis quota portio fecis achææ. Geminis lu.quia per decẽ annos occupatus fuit in debellanda gallia:q̃ eſt minima pars terrarꝫ:ſed paruo tꝑis ſpacio romam cõparare poteris:& declarat per cõparationem:quia cũ ingenti labore galliam per decenniũ debellaueris:triumphũ tñmodo tibi dare non potuit:ſed uicta a te roma te dñm terrarũ faciet. Luſtrum:ẽ ſpacium quinquennii græce ὀλυμπιάσ. Facili euentu.i.non laborioſo exitu:quia facile finire bellũ erit imperatori.

Tibi roma ſu.or.capta roma dñs eris terrarꝫ:cum ex Gallia tñmodo inuidiam ſis conſecutus. Nunc.i. debellata gallia. Longi tri.quia ſic triũphare ſolebant:ut currũ auratum & albis equis ueherent: & lõgus ordo captiuorꝫ triũphantes antecederet. Remeanté.ſ.deuictis hoſtibus. Capitolia lau.ná in capitolium lauro coronati triũphantes uehebantur. Liuor cun.ne.quia nihil es conſecutus ex illa uictoria niſi inuidiá. Liuor:pro cá effectum ponit.ná inuidia facit hoĩes liuidos:quo nullum genus hoium eſt pernicioſius. Edax: quia rodit ſeſe:& alios:unde Iſocrates φθόνοσ ἐςὶ μέτιςον κακὸν τοῖσ ἔχουσι:hoc ſolum iuſtum habet inuidia ꝙ inuidũ prius pungit. Genteſqꝫ ſu.et(ſi diis placet)inquit:nõ potens uiciſſe impune:qa tibi pœna erit uiciſſe hoſtes:alii uero ſolent præmia hr̃e. Decretũ:deliberatum. Genero: Põpeio.inuidioſe dixit.

Socerꝫ:cæſarem. Partiri orbem.ſ.cũ genero tuo.ſed ſolus habere potes. Sic hæc:oĩo curionis uim maximá perſuaſionis habuit:ná aĩo ſponte ſua cõmoto facile erat ſtimulos addere.& per ſimilitudinem nõ aliter inqt cæſar incitatus fuit:q̃ curſor ſonipes in olympicis certaminibus:q q̃uis ſit arrectus aĩo ad curſum : tñ ubi clamorem circunſtantiũ & flagella audiuerit:multo magis curſu rapitur. Prono:qa Cæſar q̃uis ſponte iratus eſſet:tñ addidit ſtimulos. Eleus ſoni.i.equus curſor apud Elidé ciuitatẽ arcadiæ:ubi olympia iouis certamia apud olympũ monté ſingulis luſtris celebrabant̃:ad quæ curſores & pugiles cõueniebant. Carcere:pro carceribus:carceres eſt locus & meta ubi arcentur equi:anteq̃ ĩ curſum emittantur.& dr̃:quaſi arcer ab arcendis equis. Clauſo:qa adhuc linea recta teneatur. Carcere cla.retentis eqs. Foribus.ſ.carcerũ. Laxet repagula:



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quia toto pectore prodiuis lineam percutit:ut tranſiliat:ſed tamen ab auriga detinetur. Conuocat:nunc dicit qũo ad concionem exercitum ſuum conuocauerit.oratione ſua ad bellum incitaturus.cũ igitur magno ſtrepitu milites conueniſſent:uultu & dextra illis ſilentiũ impoſuit:ut ſignificaret apud eos orationẽ uelle habere quibus tacentibus:ſicut cæſar incepit. Maniplos:manipli dicuntur ordines militũ.collecti in principio fuerunt centũ tñ modo:& centuriones præerant maniplis.ſ.deinde Tarquinio regnante aucti ſunt.ná ex duobus factus eſt unus.ſ.latino & romano.nam romani & latini cũ adhuc pauperes eſſent haſtis fecerũt manipulos herbæ illigari:& eas pro uexillis ſequebãtur.

C onuocat armatos extẽplo ad ſigna maniplos:
V tque ſatis trepidum turba coeunte tumultum
C ompoſuit uultu:dextraque ſilentia iuſſit.
B ellorum o ſocii qui mille pericula martis
M ecum ait experti decimo iam uincitis anno.
H oc cruor arctois meruit diffuſus in aruis
V ulneraq; & mortes:hyemeſq; ſub alpibus actæ.
N on ſecus ingenti bellorum roma tumultu
C oncutitur:quam ſi pœnus tranſcenderet alpes
H annibal:implentur ualido tyrone cohortes:
I n claſſem cadit omne nemus:terraque marique
I uſſus cæſar agi:quid ſi mihi ſigna iacerent
M arte ſub aduerſo: ruerentque in terga feroces
G allorum populi?nunc cum fortuna ſecundis
M ecum rebus agat ſuperique ad ſumma uocantes
T entamur:ueniat longa dux pace ſolutus
M ilite cum ſubito:parteſque in bella togatæ
M arcelluſque loquax:& nomina uana catonis
S cilicet extremi pompeium emptique clientes
C ontinuo per tot ſociabunt tempora regno?
I lle reget currus nondum patientibus annis?

Ouidius Pertica ſuſpenſos portabat lõga maniplos.unñ maniplaris noĩa miles hẽt.

Signa:uexilla. Trepi.trepidãtẽ timore uel feſtinum.ut Ne trepidate meas teucri defendere naues. Turba.i.multitudine militũ:quæ magno fremitu concurrebat. Bellorũ o ſo.a beniuolentia principiũ facit cõmemorãs fortitudinẽ & uictoriam militũ.Illuc aũt tendit indignum eẽ ut uictores exilio mulctati:hoſtes patriæ iudicentur. Socii:proprie ſocius in laborẽ dicitur.& bene ſe parem illis facit. Mille peri.multa.finitus pro infinito. Decimo iam uin.an.quia per decem ãnos galliam ſubegit populo ro.& illyricum Germaniam & Britanniã. Arctois.i.ſeptentrionalibus:&.ppt germanos trans rhenũ incolentes dixit. Sub alpi.actæ: quia ibi oĩa gelu rigent. Non ſecus:uidete q̃ ingrati ſint romãi.ná quibus præmia uictoriæ debent:eos ẽt tanq̃ hoſtes perſequuntur:non certe maiore ui Hannibalem perſequerentur:q̃ nos perſequi ſtatuerunt.

Tranſcenderet al.Hannibal enim expugnata ſagunto trans alpes exercitum duxit:& cũ nulla parte in Italiam trãſire poſſet:in galliam ciſalpinam deſcendit:& urbi romæ per.xvi.annos bella & clades innumerabiles intulit:ut in maximo periculo fuerint romani:& fere uicti. Implentur:ſupplent. Tyrone:tyro nouus miles dr̃:ſignificat nouũ exercitum ab aduerſariis cõparari:& rapit eos in odiũ qa ſint crudeles:& in inuidiam:pp potentiã & factiones eorũ quibus bñfactorẽ inſectantur. In claſ.pp naues fabricandis. Ag:ipelli.i.eſt iuſſus. Quid.ſ.facerẽt.ſi a gallis uictus & fuſus fuiſſem?q.d.nullo pacto me incolumẽ paterentur. Feroces.ſ.ingenio & uictoria. Ruerent in ter.i.me fugientẽ perſequerentur. Nunc:poſt prooemium uenit ad argumenta:qbus oſtendat facile poſſe uinci inuidos & obtrectatores:& arguit a facili:ꝙ iperatores & nouis militibus inſtructos minore labore uincere poſſent:cũ ipſi ſint ueterani & in armis diu uerſati. Ad ſumma:ad maximã dignitatem & gloriam.

Tentamur:ipedior & initor ad bella. Veniat dux:trahit in contẽptionem aduerſarios:& primo oñdit idoneum non eſſe pompeiũ ad bella:quia fortaſſe illis difficilius uideri poterat:ꝙ Põpeius uir bellicoſiſſimus & bellicæ artis peritiſſimus uinci deberet:ſed in contrariũ probat dicẽs longa pace deſuetũ eſſe a bellis gerendis. Solutus:a priſtina bellicæ artis laude. Milite cũ ſu.cũ tyrone paulo ante parato qui facile ſuperetur. Togatæ: non armatæ. Partes:ut ſenatores. Marcelluſq; lo.hoc dicit ne aliquis miretur mirũ in modum ꝙ cõſules & ſenatus ſequerentur põpeiũ:& inter cæteros maxime cato:cuius ſñia probari poſſe ab oĩbus uidebatur.Marcellus enĩ conſul erat & Seruius Sulpitius quo tp̃e bellum ciuile nuntiatum eſt:q primi fuerunt conſules qui retulerunt de ſucceſſore Cæſari mittendo.Sed tribuni plæ.Marcus Antonius & caſſius & Curio interceſſerat. Loquax:quia marcellus nimia eloquentia fretus contra cæſarẽ nõ in arma procedendũ diffiniuit:ſed Cæſari mittẽdum ſucceſſorem ut priuatus exercitu rediret:& legiones dimitterentur. Et nomia ua.cato.non põt negare quin magna apud hoĩes habeatur Catonis opinio:ſed licet magna ſit:tñ uana & mendax. Scilicet:licet in odium adducit pompeiũ:& in inuidiam:tñ hoc loco præcipue id facit:ꝙ dicit illũ ante tp̃s clientes largitiõibus corrupiſſe:quibus fretus audet oĩa per prælium facere. Sociabunt.i.ſi ſemper clientibus fuerit ſociatus pompeius oĩ tp̃e regnabitur?q.d.non. Extremi humiles & abiecti. Empti.ſ.largitiõibus quos ſibi pecuniæ largitionibus ſubiectos fecit:ſignificat ergo ambitiõe pompeiũ tantas opes adeptũ eſſe. Tempora tc.i.ab adoleſcentia uſq; ad ſenectutẽ. Reget cur.i.triumphabit?quia triũphare erat cæſis hoſtibus imperatorem curru ſublimem uehi albis equis in Capitoliũ. Honores:nam.Cn.Pompeius in aphrica Caiũ Domitiũ & hyarbã regem libyæ bella molientes interfecit:& t..geſimo quarto anno qđ nulli romanorum contigerat:triumphauit.

Nunquam dĩmittet hono.nunquid tyrãnus ſemper erit?& finem dignitatibus nunquã ponet? Suppreſſa:ſubiecta.ſ.poteſtati ſuæ. Iuſſa famẽ:legem frumentariam tetigit quam Cicero defendebat.Cn.Pompeiũ annonæ præfectum:terræ mariſque quantum romani tenebant dñm fecerunt:unde & portus oẽs & merces: fruges:comitiaq; & totius agriculturæ negociationiſque negocia ſub ſua poteſtate erant:unde Clodius cauillari cœpit ſic pompeio & dicere.Non .ppter famem ſcriptam eẽ legem:ſed ut lex ſcriberetur factã eſſe famem.

Per orbem totum.ſ.cum dñs terræ mariſq; pompeius eſſet. Famem.ſ.cum præfectus eſt ãnonæ factus.

I lle ſemel raptos nunquam dimittet honores?
Q uid iam iura querar totum ſuppreſſa per orbẽ
A c iuſſam ſeruire famem?quis caſtra timenti
N eſcit mixta foro gladii cum triſte minantes
I udicium inſolita trepidum cinxere corona:
A tque auſo medias perrumpere milite leges?
P ompeiana rerum clauſerunt ſigna milonem:
N unc quoque ne laſſum teneat priuata ſenectus
B ella nefanda parat.ſuetus ciuilibus armis:
E docilis ſyllam ſcelerum uiciſſe magiſtrum.
V tque feræ tigres nunquam poſuere furorem
Q uas nemore hyrcano matrũ dũ luſtra ſequũtur
A ltus cæſorum pauit cruor armentorum.
S ic & ſyllanum ſolito tibi lambere ferrum
D urat magne ſitis.nullus ſemel ore receptus
P ollutas patitur ſanguis manſueſcere fauces
Q uem tamen inueniet tã longa potentia finem?
Q uis ſcelerũ modus eſt?ex hoc iã te iprobe regno
I lle tuus ſaltem doceat diſcedere ſylla.

Quis caſtra:quis neſcit pompeiũ militibus armatis circundediſſe forũ: & iudicia armis ſuis ſubegiſſe:quo tp̃e ſeptus erat corona militũ milo.unde Cicero pro Milõe cãm dixit:& ocioſo clodio: legem tulit pom.ut de cæde quereretur in appia uia facta.unde factũ eſt ut militibus armatis ſibi iura fori ſubiiceret. Gladii mi. armati milites:inſtrumẽta.p militibus. Trepi.milo.i.dubium:quia incertus erat milo abſolueretur ne:an tolleretur:& in exilium miſſus eſt. Medias leges.i.cõmunes. Põpeiana ſigna:quia exercitus põpeii circundedit forum. Reũ:accuſatũ.

Nũc quoq;:adeo inquit facile per uim oĩa facere fuit pompeio: & cũ in ſenectute ſit bellum quoq; gerere poſſit. adducit in inuidiam. Laſſum:ſenio confectum.

Priuata:ſine magiſtratu. Ciuilibus ar. quia ſyllam ſecutus eſt ciuilia bella gerentem contra Marium. Docilis:peritus.

Syllã ma.ſcele.nam contrariæ factiõis fuit pompeius.ſ.ſyllanæ:cæſar uero marianæ.ſylla:auctore Suetonio:cæſari multos marios ineſſe dixit. Magiſtrũ ſce.ad irriſionẽ dicit.nam ſylla pernicioſiſſimus & crudeliſſimus oĩum romanorũ fuit:q tot milia romanorum in cãpo martio cecidit & multos nobiles ac patricios uiros inẽfici iuſſit. Vtq; feræ:apoſtrophat ad pompeiũ:& per ſimilitudinẽ cædis auidum fuiſſe oſtendit:non aliter:q̃ tigres:quæ cum ſemel armentorũ ſanguinem hauſerint:ſaciari non poſſunt:ſic & tu Pompei cũ ciuilia bella tractare cœpiſti ab eis deſiſtere neſcis. Sitis.ſ.ſanguinis. Tigres:aĩalia ſunt tremendæ crudelitatis quæ in Hyrcania abundant:ſpeciẽ pro genere ponit:ut Virg.Hyrcanæq; admorũt ubera tigres.At earũ truculentia maxime probatur:cũ maternis curis incitantur:cũ catulorũ inſiſtũt raptoribus &(ut dicit Solinus)ſuccedant ſibi equites licet:& aſtu quantolibet fuga amoliri prædam uelint:niſi ĩ præſidio maria fuerint:fruſtra eſt auſum oẽ notantur frequentiſſime:ſi qñ latrones ſuos aſportatis catulis renauigantes uident in littore:irritata rabie ſe dare præcipites uelut propriã tarditatem uoluntaria caſtigantes ruina: quanq̃ de fœtu uniuerſo uix unus queat ſubtrahi. Feræ:crudeles. Hyrcanæ:nã Hyrcania eſt prouincia ſcytharum in aſia. Luſtra.cubilia ferarum. Poſuere:pro de. Altus:.pfundus:quia ex multis armentis ſanguis effunditur. Armentorũ:ſpondaicus uerſus. Sitis durat.i.ſic auiditas cædis tibi permanet. Lambere ferrũ:perſiſtit in trãſlatione.nã tigres lambunt ſanguinẽ ferarũ. Syllanum.i.ſyllæ quo tempore geſſit bella ciuilia contra mariũ. Nullus:pro non ut apud Terentiũ:nullus ſum pro non:ſic & põpeius ſemel aſſuetus bibere & ſequi ſanguinẽ ſyllæ manſueſcere non põt. Quem tñ:cum ita regnare cœperis & oĩa per uim facere nunquid tandem inueniet hæc tua potentia finẽ? Quis ſcele.mo.ſed ſi inquit nulla rõ adducit:ut exuas tyrannidem ſaltẽ exemplum tui magiſtri ſyllæ q perpetuam dictaturã depoſuit:te doceat:quia cũ ſylla nocte quieſcere nõ poſſet:amicis ſuadentibus dictaturam depoſuit:ut profunde dormire poſſet. Tamen:anacoluthon eſt:cõpletur q̃uis aſſuetus ſis bellis. Modus:finis. Regno.i.tyrannidi iuidioſe dixit Poſt cilicas:diminuit res geſtas pompeii:& dicit nunquid deuictis barbaris:ẽt contra me bellum põpeius ſuſcipiet:& poſtq̃ externorũ regũ prouincias multas ſuperauerit: ego ne ultima prouincia debellanda põpeio:demandabor a ſenatu?q.d. indignum eſt cũ contra hoſtes arma ſumpſerit contra ciuẽ romanum arma ſumere. Cilicas i.pyratas. cilices populi fuerunt minoris aſiæ quos pompeius ſuperauit.ná cum oĩs maritima regio eius ĩperio ſubiecta eſſet. adeo illi pyratæ infeſtũ reddiderunt mare:ut interdũ uſq; ad tiberis hoſtiũ peruenirent:ibiq; prætorem populi ro.cũ faſcibus cœperint:hanc indignitatẽ cũ non poſſent ãplius pati romani pompeiũ ĩperatorẽ delegerunt: ut maritimam regionem oẽm ſubigeret oẽſq; pyratas ſuperaret. Vagos:huc & illuc diſcurrentes pyratæ autem a græco dicti ſunt.περαω.i.a tranſeundo:qa naues mercatorias ex tranſuerſo tranſeuntes inuadebant.



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pontica.i.ponti:quia ponti rex Mithridates fuit contra quem miſſus eſt pompeius:& per Colchos fugientem cõpulit in boſſorum thracium.i.Conſtantinopolim:quæ dicta eſt Bizantium:& redacta in formam ꝓuinciæ poſtea filius Mithridatis noie phatnax patri bellum intulit:qui in turre obſeſſus ueneno cui aſſuefecerat uſque a puero ſe interficere uoluit:ſed cũ nihil proficeret a gallo percuſſore necẽ impetrauit.alii tamen acutiſſimo ueneno extinctum ferunt:quos hic Lucanus ſeqtur. Barbarico ue.quia non ſoliti fuerũt romani ueneno gerere bellũ:ſed armis.ergo barbaroꝝ fuit bellum non romanorũ cogere hoſtes ad uenenũ. Quod non: iniuſtam cãm belli dicit: quia uidelicet noluerim arma deponere.nã cum cæſar triumphum peteret:non ſolũ nõ obtinuit: ſed hoſtis patriæ iudicatus eſt. Mihi ſi merces:ſumit argumentum ab honeſto.nam cũ uolumus perſuadere exemplis aliquid ſolemus ab utili.uel ab honeſto uel a facili arguere.hic arguit ab honeſto & a iuſtitia cuius partes ſunt.iiii.ſ.Prudentia: Iuſtitia:Fortitudo:& Modeſtia: & a partibus iuſtitiæ naturalis quæ ſũt ſex.ſ.religio: pietas:gratia:obſeruãtia:ueritas:uindicatio. gratia eſt benemerentibus ſua debita munera reddere.ſed mihi nõ mõ reddiderũt debita gratiæ munera:uerum pro rep. bñ geſta hoſtis adiudicatus ſum.ſed gr̃a quæ mihi debetur non reddatur mihi: ſed ſaltem his militibus qui ſanguinẽ ſuum pro repu.effuderunt:captat beniuolentiam a militibus ſuis cæſar:cũ dicit non magnifacio:ꝙ mihi præmia ſint adempta: ſed his reddantur qui imperiũ populo ro.pepererunt ſanguine ſuo. Non cũ duce:excepto duce.i.nihil præmii dux habeat. Sub quolibet:me relicto. Conferet:ſi præmio ſuo milites in iuuenta priuent': cũq; ad ſenectutẽ peruenerint:un uiuent:& q-bus facultatibus ſenectutẽ ſuam ſuſtentare poterunt? q.d.nullis. Exanguis:& ꝓpter ætatem & propter bella quibus ſanguinem ſuũ effuderunt. Emeritus:dicitur qui debita militiæ munera cõpleuit. Veteranus:dicitur qui diu bella geſſit:& belli peritiſſimus eſt:cui contrarius eſt tyro. An melius: obiicit pompeio ꝙ cilicas quos maritimo bello ſuperauerat in coloniã miſit:ſed hoc fecit pompeius:ne iterũ congregati mare infeſtum redderent. Melius.ſ.q̃ uos o Ro.honeſtius ne uideretur uobis ꝙ pyratæ coloniam primi capiat: q̃ ipſi milites ro.qui pro pr̃ia ſanguinem ſuum effunderunt? Tollite:poſtq̃ probauit cæſar poſſe aduerſarios non magno labore ſuperari:& cãm ſuam ſatis honeſtam eſſe.nunc quaſi concludit & adhortat' milites:ut ſigna contra hoſtes ferant:quæ uincere didicerunt cũ præſertim ſibi deos adhuc fauere dicat: & cũ non id agat ut ciues ſubigerentur:ſed ab his libertatẽ defendat. Tollite tol.conduplicatio uehementiam habet. Iampridẽ.q.d.non expectate adhortationem meã. Victricia.i.quæ uincere conſueuerunt. Viribus uten.i.uires habendæ ſunt contra hoſtes. Arma tenenti.i.armato qui negat dare quod iuſtũ eſt:armatis dat: quæ etiam iniuſta ſunt. Nec numina de.non agimus contra deos ſi iuſta cãm ſuſcepi. Neq; præda quærit': non quærimus inquit ſubigere libertatem populi ro.immo tyrannos detrahere. Neq; regnum:non ideo bellum moui ut diriperem pr̃iam meam:neq; arma ſumpſi:ut regnarẽ & ciuium libertatem deprimerem. Dominos:ut pompeiũ. Seruire paratæ:quia roma oppreſſa opibus potentũ iam parata eſt ſeruire.quæ antea libera fuit. Ad dubium:milites romani cæſaris audita concione:non certũ reddidere clamorẽ: ut eis appareret: non placuiſſe quod facere cæſar inſtituerat:ſed aliter alii ſentiebant:pars laudabat cæſaris mentẽ:& pars improbabat. Dubiũ uul.i.ambigua multitudo militum. Incerta.i.anceps nunqd ſequeretur bellũ ciuile. Nõ claro:non aperto:quia alii inter ſe dubitabant de his quæ cæ.dixerat. Pietas:q̃uis inquit cædibus aſſueti milites cæſaris:negato præmio uictoriæ:incenderent' ad arma:tñ pietate pr̃iæ mouebantur. Patriiq; penates.i. domus patriæ:quia deſiderio ſuoꝝ & patriæ quiſq; tenebatur cũ diu a patria abfuiſſent. Frangunt:uincunt.

Feras mentes.i.tñ frangebantur pietate pr̃iæ licet mentes illis feræ ineſſent. Sũmi:cũ ita incerti eſſent milites Lelius ſurgens incertas impulit eorum dubitationes.& ſicut ait Terentius dum in dubio eſt aius paulo momento huc & illuc impellitur. Hic Lelius fuit qui altero ciuili bello iter Marcum Antonium & Octauium ad exercitum Lepidi miſſus cum Clodio ſub habitu meretricis ad Antonium:ut eum interficerent.nam exercitus paratus erat illum uel lepidum ſi uellet interficere. Antonius autem a duobus conſulibus Hircio & Pan

P oſt cilicas ne uagos:& laſſi pontica regis
P rælia barbarico uix conſumata ueneno.
V ltima pompeio dabitur prouincia cæſar.
Q uod non uictrices aquilas deponere iuſſus
P aruerim? mihi ſi merces erepta laborum eſt
H is ſaltem longi non cum duce præmia belli
R eddantur.miles ſub quolibet iſte triumphet
C onferet exanguis quo ſe poſt bella ſenectus
Q uæ ſedes erit emeritis? quæ rura dabuntur
Q uæ noſter ueteranus aret? quæ mœnia feſſis?
A n melius fient piratæ magne coloni?
T ollite iampridem uictricia tollite ſigna.
V iribus utendum eſt quas fecimus. arma tenenti
O mnia dat:qui iuſta negat.nec numina deſunt.
N am neq; præda meis neq; regnũ quærit' armis:
D etrahimus dominos urbi ſeruire paratæ.
D ixerat.at dubium non claro murmure uulgus
S ecum incerta fremit:pietas:patriique penates
Q uanquam cæde feras mentes animoſq; tumẽtes
F rangunt:ſed diro ferri reuocantur amore:

ſa uictus:ſupplex ad caſtra Lelii profectus eſt & captus hic Lelius ciuẽ ex hoſte ſeruauerat & quærnã coronã d: more romano geſtabat.nã qui ciuẽ romanũ ex hoſtibus ſeruaſſet coronã quærnã cõſequebat'. hic igitur lelius primipilus erat:& cẽturio ad cõfirmãdos aĩos militũ motus ẽ. Scilicet.certe. Exclamat' apte cẽturionẽ itroducit exclamantẽ ab exordio qđ uitioſũ ẽ:id aiax facit apud ouidiũ. Munera.i.officia. Pili ſũmi.i. primipili cui præerat cẽturio a pilo telo romano. In ſignia.Ornamẽta. Doni emeriti.i.coronæ ciuicæ.nã q ciuẽ ſeruaſſet: coronã ex quærcu aſſequebatur:quæ ciuica dicebat':fiebat etiã ex ilice quod genus ſuperiori proximũ eſt.corona autẽ obſidionalis fuit:quã ii qui obſidione liberati fuerãt:dabant ei duci:a quo ſeruati fuiſſent:obſeruariq; ſolitũ ut fieret e gramie:quod in eo loco generatũ eẽt intra quẽ clauſi fuiſſent q obſidebant':fuere & multa alia coronaꝝ genera.ut li.v.a Gelio oſtẽdit'. Referẽ.rep̃ſentãtẽ. Ro.ma.duc.o cæſar iquit quaſi de uolũtate tuoꝝ militũ dubitaſti? imo ipſi conquerimur: ꝙ nimiũ patiẽs fueris hanc iniuriã ulciſci.

Vis.i.poteſtas. Veras uoces.Quaſi liceat uicere ſentẽtiã ſuã. Lẽta patiẽ: ꝙ lẽtos faciat' homines ab effectu. Deerat fiducia? ideo tardus fuiſti iniuriã tuã ulciſci:ꝙ d ais & mẽtibus noſtris dubitares? Dum mouet.dũ uiuimus:dũ arma fixiſſe poſſimus togati romani tibi tua p̃mia auferãt? q.d.nõ debes pati: Hic ſá.δρκ Τηωσ Mouet corpo.ſecũdũ opinionẽ philoſophoꝝ:q' dicebãt ſedẽ animæ i ſanguie poſitã eẽ.unde Vir.& uitã multo cũ ſanguie fudit. Dege.tog.i.uiles & inertes togatos ro.q rẽpublicã occupauerit: Regnũq; ſe.ſ.patiere.ut ſenatus regnet? Miſerũ.ſ. eſt uincere bello:quaſi nõ deceat ciuile bellũ mouere:cũ te contra æquitatem opprimunt. Duc age:duc me p omnes populos:p regiones inhabitabiles:non dubito te ſemper quocũq; uolueris ſequi. Scythiæ:frigidiſſimæ regionis:quæ nimio frigore riget. Per ihoſptta ſyrtis:i libya ubi ſyrtes ſũt loca quæ nauigari nõ poſſũt. unde dicuntur απο του συρειω.i.traho:quia propter nimiã harenã deſiccatur unda & riuos in ſicco deſtituunt:Inter ſyrtes q̃uis terra pergentibus iter(auctore Solino)ſyderibus deſtinatur:nec aliter curſus pateſcit: nam putris ſoli faciem aura mutat:& minimo licet uento: tantam diuerſitatem flatus efficit: ut ſubinde peruerſis ſyrtibus locorum nulla inditia agnitioni relinquantur. Vtræque ſyrtes ducentis quinquaginta milibus paſſuum ſeparãtur.aliquanto clæmentior quæ minor eſt. Libyæ ſitientis.i.uſque ad torrentem zonam. Hæc manus: an oblitus es ꝙ non dubitauimus cauſa tua tranſire rhenum? Victum orbem.i.cum in britannos uſque exercitum Cæſar duxit:& eos imperio Ro.ſubegit: quaſi in alterum orbem terrarum tranſierit nam extra ambitum terræ britannia eſt: Oceani:nam in oceano occidentalis poſita eſt britannia. Fregit rhenum. Quia ponte uinxit rhenum.xi.dierum ſpacio:& tranſiuit in germaniam. Arctoo.Septentrionali ubi habitant germani.

Iuſſa ſequi:Ita inquit uolo ſicuti neceſſe eſt iperia tua & iuſſa ſequi quia iureiurando adducti ſumus ſequi imperatorem quocunque nos duxerit:nam quemadmodum neceſſe eſt ut uereamur:ita mihi eſt animus atq; uoluntas te ſequi quocũq; uolueris:poſſum autem:ideo uolo. Nec ciuis: ubicunq; fuerit ille contra quẽ ſigna belli cani iuſſeris:ille non ciuis meus erit:ſed hoſtis. Claſſica ſigna bellica. Per ſigna: hic ſignificat magnã ſuæ uoluntatis uehementiam lelius:ut ſequatur non modo quocunque impulerit cæſar:ſed ſi iuſſerit occidere parentes:& filios:& uxorem & uxoris grauidæ ex uentre infantem eripere:nihil ſe recuſaturum: quo minus imperio cæſaris pareat. Decem caſtris: Decem bellis a præcedenti quod ſequitur. nam decem bellis uictor fuit cæſar ſcilicet in britannia:Gallia:Germania.Primum bellum geſſit contra eluetios:ligures.Secundum contra germanos.Tertium contra belgas.Quartum contra neruios.Quintum contra liperas & tẽteritas.Sextum contra hiſpanos trans rhenum:Septimum contra britãnos.Octauum contra alriorzines.Nonum contra Ambianes Decimum contra eos qui auaricum uenerunt:ut eam obſidione liberarent.hæc bella geſta ſũt a cæſare.

Per tuos triumphos.per tuam uictoriam. Iug.par.i.ſi patrem fratremque iuſſeris occidere. Inuita dex: inuitus quidem hoc faciam:ſed tamen ſi iuſſeris faciam. Pleno partu.i.in uiſcera grauidæ coniugis.

D uctoriſque metu:ſummi tum munera pili
L ælius emeritique gerens inſignia doni:
S eruati ciuis referentem præmia quercum.
S cilicet exclamat.romani maxime rector
N ominis:& ius & ueras expromere uoces:
Q uod tam lenta tuas tenuit patientia uires
C onquerimur.deeratne tibi fiducia noſtri?
D ũ mouet hæc calidus ſpirantia corpora ſanguis:
E t dum pila ualent fortes torquere lacerti
D egenerem patiere togam:regnumque ſenatus?
V ſque adeo miſerum eſt ciuili uincere bello?
D uc age per ſcythiæ populos per inhoſpita ſyrtis
L ittora:per calidas libyæ ſitientis harenas.
H æc manus ut uictũ poſt terga relinqueret orbẽ
O ceani totiens remo compeſcuit undas:
F regit & arctoo ſpumantem uertice rhenum
I uſſa ſequi tam poſſe mihi quam uelle neceſſe ẽ:
N ec meus eſt ciuis in quem tua claſſica cæſar
A udiero.per ſigna decem felicia caſtris:
P erque tuos iuro quocunque ex hoſte triũphos:
P ectore ſi fratris gladium:iuguloque parentis
C ondere me iubeas:plenæque in uiſcera partu



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

C oniugis:inuita peragam tamen omnia dextra
S i ſpoliare deos:ignemque immittere templis
N umina miſcebit caſtrenſis flamma monetæ
C aſtra ſuper thuſci ſi ponere tybridis undas.
H eſperios audax ueniam metator in agros.
T u quoſcunque uoles in planũ effundere muros
H is aries actus diſperget ſaxa lacertis.
I lla licet tolli penitus quam iuſſeris urbem
R oma ſit.his cunctæ ſimul aſſenſere cohortes.
E lataſque alte quæcunque ad bella uocaret
P romiſere manus:it tantus ad æthera clamor
Q uantus piniferæ boreas cum thracius oſſæ
R upibus incubuit:curuato robore preſſæ
F it ſonus:aut rurſus redeuntis in æthera ſyluæ.
C æſar ut acceptum tam prono milite bellum
F ataque ferre uidet:ne quo languore moretur
F ortunam:ſparſas per gallica rura cohortes
E uocat.& romam motis petit undique ſignis
D eſeruere cauo tentoria fixa lemanno:
C aſtraque uogeſi curuam ſuper ardua ripam
P ugnaces pictis cohibebant lingones armis
H i uada liquerunt iſaræ:qui gurgite ductus
P er tam multa ſuo famæ maioris in amnem

Si ſpoliare:ſi iuſſeris etiã mihi ſpoliare templa deorũ facile paratus ero non ſolũ illa diripere: ſed cõburere. Caſtrenſis:militaris. Numina monetæ.i.tẽpla Iunonis monetæ quæ moneta appellata ẽ cũ terremotus factus eẽt:& a ſue plena fertur uocẽ illam ab æde iunonis ex ſũma arce auditã:ideo monetã iunonẽ appellatã fuiſſe dicunt a monẽdo. unde ſus plena & grauida illi ĩmolabatur. Hæc Cicero ĩ li.de diuinatione refert. Numina:tẽpla iunonis monetæ. Caſtra:etiã tuo iuſſu o cæſar cõtra patriã bellum geram. Ponere:Opponere. Tyb.thuſci.q flu.perlabit romã & originẽ habet a thuſcia. Metator:caſtrametator. Audax qa contra iura non dubitabo; patriam inuadere. Tu quoſcũq:quecũq mœnia oppugnari uolueris paratus ero. & arietẽ ſi opus erit ad mœnia expugnãda ĩpellã.aries ad ſimilitudinẽ arietis aĩalis dictus ẽ.nã aries aĩal ẽ qd capite urget obſtãtẽ.ideo huic ĩſtrumento nomẽ a ſimilitudine rei ĩpoſitũ erat:& ferratus erat ĩ extremitate:ut ſpetiẽ ꝑberet capitis arietini.nam tigillũ ferratũ ĩ capite ſuſpẽdebant unde retrahentes maximo impetu remittebãt:& eo pacto ſæpe urbiũ mœnia euertebant. Actus:Impulſus. Effundere.Euertere. Sit roma:Ideſt nõ dubito etiam romã euertere ſi iuſſeris. His. Nũc uerbis ĩquit leui omnis exercitus conſẽſit χεριο τομια.i.eleuatio manuũ facta ẽ:ut ſignificarẽt ſeſe promptos eſſe ĩ quacunq re quã ipſi x cæſar ĩperaret. Cohortes:Legio diuiditur ĩ tribunos: præfectos centuriones:decuriones.Legatus dicitur q præeſt legioni: Tribunus mille militibus præeſt:Præfectus præeſt cohorti:quæ conſtat ex qngentis & qnquaginta militibus: Centuriones præſunt centũ militibus: Decuriones turmis equitum. His. Scilicet uerbis lælii. Manus:Quod ſignũ eſt probari id quod dictũ fuerat ab ĩperatore. Clamor: non ſolum manu probabant quod cæſar dixerat:ſed clamore quẽ tantũ fuiſſe dicit:quantus ſolet fragor eſſe arborꝫ cũ uẽtus per ſyluas magno ĩpetu fiat. It. aſcẽdit. Thracius. Quia thracia eſt ĩ Septentrione unde boreas flat. Rupibus. collibus. Oſſæ mõtis theſſaliæ. q olim centaurorꝫ ſedes fuit:tanta pirorꝫ copia ut ramorꝫ flexu & reflexu tonitru repræſẽtet Solinus. Fit ſo.ſ.cum uẽtus ſpirans arbores uertit:quæ redeũtes in ſtatũ ſuũ ſonum faciunt.nam flectuntur & redeunt. Cur.ro.pro curuatis roboribus. Redeuntis.In ſtatum priorem. Cæſar: decem legiones habuit quarum partem in gallia & germania reliquerat:cum uenit in italiam:nun dicit exercitum de Gallia in italiam reuocatum:poſtq̃ bellum gerere cõſtituit. Fortuna:ut fortunam ſibi fauentem cæſ.uidit: magnum ex omni gallia exercitum ſuum reuocauit. Acceptum.ſ.eſſe. Prono:propenſo ad id quod uolebat. Ferre: ſ.ipſum.i.fauere cæſari. Langore:torpore. Sparſas cohor: Quia in hibernis & præſidiis exercitum liquerat: euocat ergo in italiam. Vndiq.i.ex omni parte galliæ & germaniæ. Deſeruere:incipit dicere qui milites cõuocati deſeruerint galliam. Tentoria.i.præſidium & hybernia. Cauo.i.profundo. Lemano:lacus ẽ inter celtas non longe a rhodano.unde lemani populi a lemano ſunt appellati:Eleuci:haud procul ide uicti ſũt a cæſare: ubi præſidium erat a tertia parte regionis ſuæ:tuti ſunt lemano lacu & rhodano qui prouinciam romanam ab Eleuciis diuidebat. Super ardua uogeſi:Sic legendum eſt:non ſuper ripam.Vogeſus enim ẽ mõs in finibus lingonum non amnis:Nam cæſar in cõmentariis dicit:mopſa flumen de monte uogeſo prodiit curnam ripam propter mopſam qui eſt in finibus lingonum.quos uicti eleucii a cæſare profugerant. Armis pictis.i.uerſicoloribus Pugnaces.Quia bellicoſſimi ſunt lingones. Hic uada:alii uocati ſunt ab Iſara fluuio qui labitur in rhodanum: & ſub alio nomine deſcendit in mare quia rhodanus maior eſt fluuius:& ubi illum ingreſſus eſt Iſara:nomen ammittit. Per tam multa.ſ.loca. Gurgite:uidelicet nullius fluminis alueo coniũctus. In amnẽ.ſ.rhodanũ. Rutẽ:rutẽ ẽt ĩ ꝑſidio relicti ueneẽt ĩ italiã q ſũt populi galliæ nõ ꝑcul ab auernis & ſanctõis. Statõe.i.ꝑſidio romãorꝫ q eã gẽtẽ puſillis caſtris ĩ ꝑſidio tenueẽt. Solu.liberãt & cõfluũt ad cæ.

L apſus ad æquoreas nomen non pertulit undas.
S oluuntur flaui longa ſtatione ruteni.
M itis atax gaudet latias non ferre carinas.
F inis & heſperiæ promoto milite uarus:
Q uaque ſub herculeo ſacratus numine portus
V rget rupe caua pelagus:non chorus in illum
I us habet:aut zephyrus: ſolus ſua littora turbat
C ircius:& tuta prohibet ſtatione monœci:
Q uaque iacet littus dubium:quod terra fretũq
V endicat alternis uicibus cum funditur ingens
O ceanus:uel cum refugis ſe fluctibus aufert
V entus ab extremo pelagus ſic axe uolutet:
D eſtituatque ferens:an ſydere mota ſecundo

Atax:fluuius ex monte pyreneo erũpens per fines eluecіorũ labitur:ſed tanta fluit leuitate:ut oculi in quam partem fluat diiudicare non poſſunt. Non ferre ca. quia diſcedentes uacuũ reliquerunt. Varus. App. finis Nam Varus fluuius eſt qui galliã ciſalpinam diuidit ab Italia:ut Strabo inqt & Plinius. Qua:ordo.gaudeat promoto milite illi qui habitant ea parte qua. Portus:liguriæ portum ſignificat:in quo eſt portus Monœcus:appellatus ideo ꝙ ſolus habitauerat Hercules aliis expulſis hoĩbus:uel ꝙ ĩ templo eius nullius dei numẽ colatur q̃ herculis:ſicut in tẽplo Iouis Iuno & Minerua:in tẽplo ueneris cupido & Adonis & dictus eſt monœcus a μομοσ ſolus.: οικοσ domus.i.qa ſolus in domo expulſis aliis diis colebat & portus herculeus monœcus. Vrget pelagus.ſ. dextra & ſiniſtra ne ĩgrediatur mare. Portus:qa portus liguriæ celeberrimus eſt inter alios:ideo urget mare ne ĩgrediatur:cũ naues in portum deuenerit tutæ ſunt ab aliis uentis præterq̃ circio uẽto occidẽtali:qui eſt collateralis fauonio: qui haud maximam uim habet qua poſſit nocere naui.Galli uentũ ex ſua terra flantem:quẽ ſæuiſſimum patiuntur.circiũ appellant a turbine ac uertigine ſua.Gelius. Vrget:a ſe coheret. Zephyrus:uẽtus occidentalis q fauonius a latinis dicitur. Prohibet.ſ.pelagus Statione:in portu tuto monœci herculis.ergo qui ĩ liguria conſtiterant relicto præſidio in italiam ad cæſarem uenerunt. Quaq:nunc dicit de Aquitania ueniſſe milites qui a cæſare relicti fuerant non de aquitania loquitur: quæ a garumna fluuio tendit ad pyrrneos montes: ſed de ea parte quæ ad hiſpaniam pertinet: & ſpectant inter occaſum ſolis & ſeptentrionem:hunc aut em locum per circuitionem ſignificat: non autem nominat: ſed Virgilius:hunc locum illic tetigit:Qua ui maria alta tumeſcant Obicibus ruptis:rurſuſq in ſe ipſa reſidãt.nam de oceano loquitur qui per hiſpanias & gallias erumpit contempta lege riparum qui igitur in ea parte galliæ poſiti fuerãt:qua oceanus aliquando per ipſam galliam & hiſpaniam erumpit in infinitum iubente cæſare in italiam uenerunt. Et.ſ.gaudent qui ſunt in ea parte. Dubium:quia modo mare excedit modo decreſcit. Vendicat:quia erumpente mari ſub poteſtate eius eſt littus:& redeunte in alueum ſuũ:terra littus continetur. Re.declarat.i.cum refluit in ſuum alueum. Ventus:hic diuerſas philoſophorum opiniones tangit & aſtrologorum: quare oceanus fluit & refluit tanto impetu. Alii dicunt hoc fieri ui & impetu uentorum:qui cum uehementius ſpirauerint maris undas euertunt:& inflatæ undæ terram inundant.alii dicunt fieri creſcẽte luna nam ardore ſuo & calore mare ferueſcere facit & creſcere:& cum decreſcit ille calor lunæ:ſic mare decreſcit:idem facit ſol cum creſcit aut decreſcit:nam ferueſcente ſole unda maris feruet & creſcit:ſed ſi longius abſcedit in ſuum alueum rediit.hãc opinionem plane tetigit Cicero in libro de natura deorum.ſunt autem ſtellæ ut flammeæ:quæ terræ mariſque uaporibus aluntur. Aliam huiuſmodi cauſam Macrobius dicit oceanus ab oriente duos ſinus refundit. unũ ad extremitatem ſeptentrionis ad auſtralis alterum:rurſus ab occidente duo pariter enaſcuntur ſinus:qui uſq ad ambas quas ſupradiximus extremitates refuſi occurrunt ab oriente demiſſis.& dum ui ſumma & impetu immaniore miſcentur:ex ipſa aquarum colliſione naſcitur illa famoſa oceani acceſſio pariter & receſſio:Sed neque ſolini prætermittenda ſententia eſt.Dubitatur etiam nunc inquit quibus ex cauſis intumeſcat oceanus & rurſus reſidat:nec obſcuro eſt plura pro ingeniis differentium:potius q̃ pro ueritatis fide expreſſa.Sed omiſſa ancipiti concurrentium quæſtione:has opiniones probatiſſimas inuenimus. Phyſici autumant mundum animal eſſe eumque ex uariis elementorum corporibus globatum: moueri ſpiritu:regi mente: quæ utraque diffuſa per membra omnia æternæ molis uigorem exerceant: ſicut ergo in corporibus noſtris commercia ſunt ſpecialia: ita in profundis oceani nares quaſdam mundi conſtitutas per quas emiſſi anhelitus uel reducti modo inflent maria:modo reuocent. At hi qui ſyderꝫ ſequuntur diſciplinã cõtendũt meatus iſtos commoueri lunæ curſibus: in qua quidem opinione Plinius eſt in ſecũdo. Aeſtus maris accedere & reciprocare maxime mirum eſt:pluribus quidem modis accidit:uerum cauſa in ſole lunaque. Quærite:ſcilicet uos philoſophi qui rerum:cãs latentes q̃ritis. Extremo axe.i.a cardine mundi. Deſtituat:quia cũ uentus ſe remiſerit:refluit in ſuum alueum mare. The.uagæ.i.uagi maris. Secundo ſy.i.mota luna:quia primũ ſydus eſt ſol: ſecũdum uero luna. Oris:quia cũ creſcit luna:ita & mare:ſi decreſcit in ſuum locũ rediit oceanus. Titan:ſol qa cũ ſol

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

declinat:mare etiam declinat:ſi creſcit:pari rõne ſeruet mare. Hauriat:quia cum ſol & luna calore ſuo trahũt ad ſe humorem maria tumeſcere uidentur. Tollat.ſ.calore ſuo qui mittitur ab humore.ná niſi humor eſſet ignis æthereus oia combureret.ideo deficiente humore deficeret mundus:qa dñt achademici aliqñ mundus igneſcat neceſſe ẽ. Ad ſy.qa ſtellæ cũ ſole & luna ſenſim trahunt ad ſe humorẽ & paululũ retinent:tũc ignis flãmá remittit:& deficiente humore:calor ẽ quapp ueteres ſydera,dixerũt ἀπὸ τῶν ὑδάτων ab aqs: quod Pli.innuit.et Achoreus ad cæſarẽ ait.Nec non oceano paſci phœbũq; polũq; Credimus. At mihi ſem.ſi ſupi uolunt:ut ſecreta ſua ne ſciá nec ego ſcire uelim. Late mi.i.ſis abſcondita latet mihi dicimus ꝑ abſcõdere: ſed latet me pro ignorare. Crebros mea.i.uarios fluxus: & refluxus maris. Tunc ru.pergit enũerare populos:uñ milites cõuocati ſunt: q aut i hybernis:aut í ꝑſidio poſiti fuerant.

Nemetes:populus germáiæ inť belgas q:ſub Arioniſto militabat duce gallorũ cõtra cæ. Satyris flu.germáiæ.Tarbelli populi:-ut inqt Srabo ſunt aquitaniæ apud quos ſcrobibus paululum defoſſis cruſtæ auri reperiũť. Curuo lit.ná ſinũ hñt maris reductũ introrſus ad quẽ effodiẽdi auri ſummũ apud oẽs ſtudiũ ẽ. Sanctonus gens ẽ gallicæ aqtaniæ iuxta toloſſanos ad oceanũ ſpectans:quoꝝ maxia ciuitas ẽ mediolanũ.Strabo. Amoto ho.:diſcedẽtibus militibus q ſolent eſſe onerosi populis & infeſti. Bituri:populi iter aquitanos q burdigalliá emporiũ hñt.hos Strabo bituriges & ioſcos noiat & cubos. Saxones:populi germaniæ q partẽ Britániæ occupauerunt:& de noie ſuo ſaxoniá appellanerũt. Leues.i.leuis armaturæ uel agiles. Longis ar.lõgis haſtis. Rhemis: populus ex belgis galliæ ꝓximus treuiris

Leuci:ſunt uicini lingonibus & ſequanis. Optius excuſſo lacerto: optimus iaculator. Excuſſo:qa prius excutitur lacertus:deinde emittitur ferrũ:ſubaudi gaudet amoto hoſte. Sequana gens:ſecanus & ſequanus dr:Antiq ení c & q pro eadẽ lr̃a habuerunt:ſicut græci:ubi nos ponimus q ponunt k & ſunt ſequani nõ mediocris fortitudinis populi galliæ q domicilia hñt trãs Ararim. Gens op.ſignificat hanc gentẽ peritiſſimá eqtandi fuiſſe. Frenis.i.frenatis eqs. Belgæ:populi galliæ ſunt oceano cõfines:quos matrona & ſequana fluuii a celtis diuidũt

Monſtrati:ná belgæ ab his populis ſequanis didicerũt regere equos trahentes currũ. Docilis.i.q facile didicit eſſe auriga Couinus genus ẽ currus británici falcatis axibus:meminit Põponius:& Martia. O iucũda couine ſolitudo:Carruca magis eſſedoq; gratũ. Aruerni.ſ.gaudẽt amoto hoſte aruernus populus galliæ q ſe gloriabatur originẽ ab iliaco ſanguine duxiſſe:q conſanguinei populi ro.ſunt appellati.ná quemadmodũ ab Aenea romani originẽ duxiſſe gloriabantur.Sic hi aruerni a ſanguine troiano ſe natos eſſe iactabant.Hoc tñ qđ de aruernis poeta ſcribit:hedui ſibi uendicabant:Cornelius tacitus.Hedui primi ſenatoriũ ius i urbe adepti ſunt: datũ id fœderi antiquo:& qa ſoli gallorũ fraternitatis nomẽ cũ populo ro.uſurpát.itidẽ Strabo:& Plutarchus in cæſare:& Cice.ad trebatiũ.Vna nr̃a congreſſio pluris erit q̃ non mõ hoſtes:ſed ẽt fratres noſtri hedui.ſed iõ hæc diuerſitas facta eſt:qm̃ aruernis hedui ſunt cõtermini. Neruii:ſunt populi inter belgas fortiſſimi: ad quos aditus nemini patet:niſi mercatoribus:q nihil patiuntur uini:nec aliaꝝ reꝝ ad luxuriá pertinentiũ intro ferri: q huiuſmodi rebus exiſtimant molleſcere aios:& a uirtute remitti.hi adeo pertinaciter contra cæſarẽ pugnauerunt:ꝙ ex hoium milibus ſexaginta quingenti tm̃modo ſuperſtites fuerunt.iõ rebellis nimiũ neruius. Sanguine cot.hiſtoria hoc habet galloꝝ aliquot populi ambiorige duce eburonũ defecerunt:ab iis Cotta &.T.Auruncuieius legati cæſaris:ut inqt Liuius eo in libro i quo ſummatim reꝝ geſtarũ capita referuntur:circũuenti i ſidiis cũ exercitu cui præerant cæſi ſunt quá rẽ latius narrat cæſar in.v.cõmentario. Vangiones.ſ.gaudent populi inť belgas uicini rhutenis. Laxis brachis.i.imitabantur brachas ſarmataꝝ. Sarmatæ:ſunt populi iuxta danubium aliter ꝓræuiromatæ dicti qui laxioribus brachis utebantur:ſunt autem ueſtes ab umbilico ad genua quibus pudenda obteguntur.grece αναξύριδες. Bataui:populi ſunt incolentes inſulam quam facit mopſa cum parte rheni q̃ uualis dr̃.alii penultimam producunt.Mar.Et mutat latias ſpuma bataua comas.

T hetydos una uagæ lunaribus æſtuat oris:
F lammiger an titan ut alentes hauriat undas
E rigat oceanum:fluctuſque ad ſydera tollat:
Q uærite quos agitat mũdi labor.at mihi ſemper
T u quæcunque moues tam crebros cauſa meatus
V t ſuperi uoluere late.tunc rura nemetis
Q ui tenet:& ripas ſatyri: qua littore curuo
M olliter admiſſum claudit tarbellicus æquor
S igna mouet:gaudetq; amoto ſantonus hoſte:
E t byturi:longiſque leues ſanſones in armis
O ptimus excuſſo leucus rhemiſque lacerto.
O ptima gens flexis in gyrum ſequana frenis.
E t docilis rector monſtrati belga couinni:
A ruernique auſi latios ſe fingere fratres
S anguine ab iliaco populi:nimiumque rebellis
N eruius:& cæſi pollutus fœdere cottæ.
E t qui te laxis imitantur ſarmata brachis
V angiones: batauique truces quos ære recuruo
S tridentes acuere tubæ.qua cinga pererrat
G urgite.qua rhodanus raptum uelocibus undis

Truces:bellicoſi. Quos ære recuruo.i.lituo.Lituus autẽ baculus ẽ recuruus:in cuius ſimilitndinem tubæ fabricanť. Stridentes:reſonantes. Acuere:incitauerunt ad bellum:nam tubæ cantu ad bellum incitantur milites. Cinga:fluuius,eſt galliæ. Qua rho.Viẽnenſes & lugdunẽſes ſignificat:apđ quos arar rhodano cõmiſceť: auctore Strabone. Gebẽnæ:oppidũ fuit galliæ in ꝑrupto montis gebẽnæ iugo conditũ. Caua rupe:ſ.niue:quia mõs ille frequenter niuibus tegiť. Tu quoq; læ.es.ſ.ut ex gallia milites ro.in italiá uocarenť a cæſare. Treuir:populus rheno ꝓxius in:cõfinibus germaniæ finitimus neruiis. Et nũc:tu quoque lætatus es ꝙ qui in ꝑſidio poſiti fuerát a cæſare:euocati te in libertate reliquerunt.

Ligures:populi ſunt in finibus italiæ: quoꝝ caput ẽ Genua. Nunc ton.ſ.ætate nr̃a tonſus es inqt Luca.ſed non ſuperiore tẽpore Comatæ.ſ.galliæ.ná triplex ẽ gallia:brachata:tonſa:& comata:de qua Catullus.Mamurram hr̃e qđ comata gallia. Decora:pulchra. Et illi.ſ. lætati ſũt conuerti prælia in romam. Teutates:lingua gallica mercurius dr̃:cui humaná hoſtiam imolabant:de quo apud Cic. legiť: qui dicit quinq; mercurios fuiſſe. Primus fuit q argum occidit:& ob eam cám in ægyptũ ꝓfugiſſe:eiſq; litteras & leges tradidiſſe:hũc uero ægyptii teutatem uocant. eodẽ noie primũ anni mẽſem appellabát hic trimegiſtus dr̃ ob multaꝝ reꝝ ſciẽtiá: qi ter maxius.ergo in ægypto Teutates Mercurius appellať: q coliť i gallia & humano ſanguine placať.Teutatẽ appellari mercurium docet ẽt Liuius. Immitis: quia patiť ſibi humaná hoſtiam imolari.

Eſus:ut qdam uolũt mars dr̃: cui etiá hũana hoſtia imolať:uñ Cic.ſic iqt.Quid Ariſteus q oliuæ dr̃ inuẽtor fuiſſe:apollinis filius:qui eſus:& alii quoq; patres dii fuerunt:non.n.ipſi in numero deoꝝ fulciunť: qui matre dea nati ſunt: opinor ẽt mars.Legiť in iure ciuili: ſicut q ex libera matre natus liber eſt:ita q dea matre ẽ natus:deus ſit neceſſe eſt.ergo orpheus & eſus muſa matre nati:dii ſť.Lactátius ẽt dicit hoc ꝙ eſus & Teutates humáo ſáguíe placáť.& tartarius.i.iuppiť qui:& ipſe placať ſanguíe humano apud cypros. Taranis:ſic appellatus eſt gallica lingua iuppiter. Ara.ſ. dianæ:& bis intelligiť ara. Non mi.quia dianæ in taurica regiõe humaná hoſtiá imolabant: cuius tẽplo aliquandiu ꝑfuit Iphigenia ab ipſa diana liberata. Voſq;:uos ẽt lætati eſtis diſceſſiſſe romanos:ut tranqllo aío uiuere poſſitis:nam dũ in ꝑſidio erant romani poſiti:ſolicitieratis & carmia canere non poteratis Bardus:lĩgua gallica cantor dr̃.Bardi.n.populi gallis in eximio honore ſunt: quoniam laudationibus & rebus poeticis ſtudent. Fortes lau.i.qui u roꝝ fortiũ laudes canitis. Fortes.i.uiroꝝ.fortiũ de gẽte bardoꝝ. Lõgũ æuum:nam uatũ labor ímortalitatẽ parat. Securi:ſine ſolicitudine romanoꝝ. Poſitis:ꝑ depoſitis. Barbaricos.i.mores barbaroꝝ. Morẽ ſiniſtꝝ:qa quoſdam hoies cõfigũt & intra ſacras ædes patibulo ſuffigũt: magnáq; e fœno cordo ſtatuam apparantes:eiq; lignũ iniectátes:pecoraq; & uarias mittẽtes belluas atq; homines holocauſtũ faciebant:ut ſcribit Strabo. Dryidæ:populi ſunt galloꝝ religioſi & ſapientes:q præť naturaliũ cauſaꝝ ſtudia moralẽ diſcipliná exercẽt.& qa ſyluas hitant iñ nomen traxerunt:nam δρυσ quercus dr̃ de his i cõmentariis cæſar.ſed Lucanus tetigit nũc ẽt alia:nam eſt mos illoꝝ ſibi perſuadere nõ interiť animas: ſed poſt mortẽ ab aliis ad alios tranſire:quod ad uirtutẽ maxie excitádá ꝑtinet mortis metu neglecto. Noſce deos:qa militiæ hñt uacationẽ:& aliaꝝ reꝝ:niſi cũ neceſſitas cogit:ſicut cũ cæſar bella intulit coacti ſũt ſumerẽ arma.nũc diſcedẽtibus militibus rõanis ad ſua rediere ſacra. Noſce de.uel ſoli didiciſtis qd ſit deus:uel neſcitis:aut cæteris eſtis ſapiẽtiores:aut ſtultiores. Remotis:dicit illos i ſolitudie abditos manere:ne freqñtia aliorũ a cognitiõe ſua remoueanť:& ne aliqd minus cõceſſum cogitare íducáť:& ibi dát theologicæ uitæ operá.

Vobis au.nõ licet uobis aías ad inferos deſcẽdere:ſed poſt mortẽ ab aliis ad alios tranſire. Tacitas ſe.i.pp ſilentiũ íferoꝝ:qa oía ibi ſilent.nõ.n.uoces exaudiunť. Ditis.i.plutõis:eo ꝙ diues ſit:ná oía redeũt ad íferos.

Orbe a.qa poſt mortẽ ab aliis ad alios tráſire creditis:ut nr̃as aías ad átipodes:antipodũ uero ad nos tráſſeri credatis. Artus:mẽbra. Regit:qa aía dr̃ regere corpus. Canitis ſi co.ſi ueꝝ eſt qđ dicitis i diſputatone.

I n mare fert ararim:qua mõtibus ardua ſummis
G ens habitat caua pendentes rupe gebennas
T u quoque lætatus conuerti prælia treuir.
E t nunc tonſe ligur quondam percolla decora
C rinibus effuſis toti prælate comatæ:
E t quibus immitis placatur ſanguine diro
T eutates:horrenſque feris altaribus eſus:
E taranis ſcythicæ non mitior ara dianæ.
V os quoq; qui fortes animas belloq; peremptas
L audibus in longum uates dimittitis æuum
P lurima ſecuri fudiſtis carmina bardi.
E t uos barbaricos ritus:moremque ſiniſtrum
S acrorum dryade poſitis repetiſtis ab armis
S olis noſſe deos:& cæli numina uobis
A ut ſolis neſcire datur:nemora alta remotis
I ncolitis lucis.uobis auctoribus umbræ
N on tacitas erebi ſedes:ditiſque profundi
P allida regna petunt.regit idem ſpiritus artus
O rbe alio:longæ canitis ſi cognita uitæ
M ors media eſt.certe populi quos deſpicit artos
F elices errore ſuo:quos ille timorum
M aximus haud urget lœti metus: inde ruendi

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Mors media eſt: mors eſt media uitæ: quia inter hanc uitam & ſequentem mors eſt media: ideo nō eſt finis: nec principium. Vnum ſequitur ex reliquo: ſi finis non eſt uitæ: ergo uita eſt longa: ſi mors media eſt: uita longa eſt. Certe populi: uerū ſit nec ne quod dicitis: nō ego affirmauerim: ſed illi populi hoc ſuo errore felices ſunt: qui non mortem eſſe uolunt: ſed tranſmigrationem tm̄ aīaꝝ. Arctos .i. ſeptentrio ſub quo habitāt dryidæ. Timor maximus læti: quia oīum terribilium maxime eſt mors. Haud urget .i. nō timet᷑ ab eis mors. Vrget: nō agitat. In ferꝝ mēs .p. quia neglecto mortis metu excitantur ad uirtutē cum ſecuritate. Prona: procliuis. Ruendi infer. quia inuadunt mortem ſine metu. Ignauū: uile dicūt. quid timenda eſt mors. cū ſit niſi tranſmigratio corporis ad corpus? Rediturae: in aliam formam .ſ. Et uos: inſtructus erat cæſar his militibus quos ad ſe euocauit in italiam qui in præſidio in gallia poſiti fuerant. Vos .ſ. milites oppoſiti .i. poſiti in pſidio ne caici rebellent. nunc acciti uenitis ad cæſarē. Caicos: populos bellis aſſuetos: uñ caici aſſueti a gallis dicunt᷑. Crinigeros: qui crines habent in hūeris demiſſos. Ripas rheni: qa iuxta rhenum habitant. Rhenus aūt oritur ex le pontiis qui alpes incolunt: & longo ſpacio per fines mantuantium: eluetioꝝ: ſequanoꝝ: mediomatricū: tribucoꝝ: treuiroꝝ: citatus fert᷑: & ubi oceano appropinquat in plures defluit partes: multis ingētibꝰ qꝫ inſulis effectis. Cæſar. Apertum gentibus orbem .i. regionē gallicam relinqtis a præſidio militum. Cæſar: nunc dicit quid cæſar fecerit collecto exercitu: i quo octo legiones fuiſſe traditur ab hiſtoricis. Præparauit .n. iter ſuum: & ad urbem intēdit: ſed prius de medio ſuſtulit: quæ ipſi adimenda uidebant᷑. Fama belli per oēm italiam ſparſa erat: quæ maiora ueris nuntiare cōſueuit. Romani ſibi aīo fingebant maiorem cæſarem deuictis gallis cum germanis aduētare: & cum populis barbaris ut romam eis diripiendam concederet. Immēſæ uires .ſ. totius exercitus. Collecto robore .i. undecunqꝫ cōuocatis militibus.

In ferrum mens prona uiris: animæque capaces
Mortis: & ignauum rediturae parcere uitæ.
Et uos crinigeros bellis arcere caycos
Oppoſiti petitis romam: rhenique feroces
Deſeritis ripas: & apertum gentibus orbem.
Cæſar ut immenſæ collecto robore uires
Audendi maiora fidem fecere: per omnem
Spargitur italiam: uicinaque mœnia complet.
Vana quoque ad ueros acceſſit fama timores:
Irrupitque animos populi: cladem que futuram
Intulit: & uelox properantis nuncia belli
Innumeras ſoluit falſa in præconia linguas.
Eſt qui tauriferis ubi ſe meuania campis
Explicat: audaces ruere in certamina turmas
Afferat. & qua nar tiberino illabitur amni
Barbaricas ſæui diſcurrere cæſaris alas:
Ipſum omnis aquilas collataque ſigna ferentem
Agmine non uno: denſiſque incedere caſtris.
Nec qualem meminere uident: maiorque feruſqꝫ
Mentibus occurrit: uictoque immanior hoſte:
Nunc inter rhenum populos alpemque iacentes
Finibus arctois patriaque a ſede reuulſos
Pone ſequi. iuſſamque feris a gentibus urbem
Romano ſpectante rapi. ſic quiſque pauendo

Fecere fidem .i. fiduciam dedere cæſari. Audendi ma. quia aīo cōceperat: ut urbē romā ſuo īperio ſubigeret. Cōplet mœ .i. exercitū duxit ad mœnia. uel cōplet .i. pſidiis munit & firmat mœnia quæ ceperat. Vana: nunc dicit famam pro conſuetudine ſua maiorem per italiam fuiſſe uulgatam. Virgilius: Fama malum. Vana: non ſolū uera: qa plus aliqͦ uulgat᷑ q̄ uerꝫ ſit. Vana: mendax. ut Cic. Nec uero eſt quicq̄ turpius uanitate. Irrupit: inuaſit. Properantis: feſtinantis. re uera. nam celeritate conficiēdi nullus īperator cū cæſare cōparari potuit. unde Cælſus dicit ipſum abſentē nihil minus metuebant q̄ præſentē. Falſa præc. qa multa falſa nuntiabātur & maiora ueris. Eſt q: alii inqt dictitabant cæſarē: alii in arma ipſum ſubito affore: & cum uniuerſo barbarico exercitu italiam inuadere: ut diripiendā urbē militibus concederet. Eſt .ſ. aliqs. Meuania: pars eſt thuſciæ: cuius & nōis inſula hibernis pxia Meuania dr̄: ſed de thuſcia hoc in loco loqt᷑. Explicat: extēdit. Tauriferis cā .i. paſcuis ubi tauri paſcūt᷑: nam loca Meuaniæ plena ſunt paſcuis: ubi armēta nutriunt᷑. Et .ſ. afferat .i. nuntiat ea parte qua. Nar: fluuius thuſciæ in tyberi defluens a cuius noīe ciuitas propiqua Narnia appellata ē. Vir. Sulphurea nar albus aqua. Alas .i. turmas. alæ dicūt᷑ equites q in acie apud antiquos dextro cornu ſiniſtroqꝫ collocabant᷑: lateraqꝫ aciei in alaꝝ modū tegebant: uñ interdū alæ oēm militū turbam ſignificant. Oēs aquilas: uniuerſum exercitū ſignificat poſuit .n. aqlas ſigna militaria .p. oī exercitu: q̄ inſignia rōana erāt. Non uno ag. ſed diuerſis agminibus. Dēſis: nā maxīa celeritate tribus caſtris ad urbē puenit .i. tribus diebus. Memi. uid .i. maiorē uidebāt cæſarē. q̄ ān: & maiora ueris expectabāt: ut faciūt q timēt. Occurrit: repītat᷑ maior ſolito. Hoſte: qa ueriſimilius putabat᷑ cæſar ſæuior eē q̄ germaniā & galliā cū britānia debellauerat: nā uictoria fac hoīes iſolētiores. Nūc: deīn ē q̄ afferat. Alpē: uidelicet gallos ciſalpios: nā ultra rhenū hītāt germāi. Arctois: ſeptētriōalibus: nā ī ſeptētriōe ē galla. Pōe .i. poſt cæſarē ſeq. Vir. Pōe ſubit coniūx. Vrbē: romā κατέχειν. Rapi. diripi. Ro. ſpe. qd idignius ē. Sic qſqꝫ .ſ. fingebat aīo qd metuebat: ut mos ē timētiū. Dat .u. f .i. auget famā.

Auctore nullo: nuntio mala nuntiabant: ſed quis ea diceret incertus erat auctor. Finxere .ſ. ea quæ cogitauerunt faciente timore. Nec ſolum uul. nec miꝝ inquit cæteram turbam timuiſſe: cū ſenatus terrore pulſus curiam deſeruerit & rēp. conſulibus demandauent. Seruius ſulpitius & Marcellus eo tempore conſules erant: quo in urbe romana bellum nuntiatum eſt. Inani terrore: quia nondum cæſar ſatis conſtituerat ad urbem aduentare: ſed cum ipſe mœnibus minime inſtaret: romam deſeruerunt. Sed curia & ipſi patres: declarat qđ dixit curia. Conſulibus: ſemper cum aliquis tumultū & periculū inferret urbi: ſolebant hoc uerſu tempu. demandare conſulibus ſenatores: Videant conſules nequid detrimenti reſp. patiatur ita nun factum eſt: nam ſenatus cum uidit tanto impetu cæſarem uenire & maiora nuntiarentur q̄ res ipſa eſſet: uerſiculo declarabant poteſtatem reip. cōſulibus demandandam: ut uiderent nequid detrimēti reſp. pateret᷑: qua poteſtate data poſſent bellum gerere: pacem iūgere: exercitū ſcribere: delectus habere. Fugiens: fugientibus patribus cæteri eos ſunt ſecuti. Tuta petant .i. quonam ſe tuto recipiāt. Metuenda relinquāt .i. quo non fugiant ſatis tuti. Quo quēq; fugæ tulit ipe .i. quo metus unum quenque patrum detulit: eo ſe contulit. Agmina prorumpunt .ſ. ex urbe. Hærentia: coniuncta inuicem. Credas: non aliter profugiebant romani ex urbe q̄ ſi incendio tota ciuitas correpta eſſet: aut certe hoſtes urbem cepiſſent. Credas: credere quiſque poteſt. Faces nefan .i. hoſtiles. Corripuiſſe .i. incēdio correpta eſſe tecta. Quatiente ru. quādo terræmotus eſſet. Turba: adeo oēs præcipites fugiebant: ui nulla ſpes niſi in fuga relicta eſſet. Lymphata: inſana. trāſlatio a canibus ſumpta: nam canes lymphati dicuntur: cū in rabiem ſitis obuerſi huc & illuc diſcurrunt. Lympha .n. aquam ſignificat: & nympham: quia nymphæ ſūt fontium deæ .n pro l ponitur. Incōſulta: furens. inconſiderata. Velut: tanq̄ in fuga ſalus eſſet .ſ. excedere muros. Vtruqꝫ dicit excedere muros .i. extra muros cedere. Excedere muris .i. a muris diſcedere. Qualis: fugiebant inquit anteq̄ hoſtes uiderent: ſicut nautæ cum uentus inſtiterit: & procedens nauem percuſſerit: metuentes ne nauis frangatur: ſe prius in undas præcipites trahunt.

Dat uires famæ: nulloque auctore malorum
Quæ finxere timent. nec ſolum uulgus inani
Perculſum terrore pauet. ſed curia & ipſi
Sedibus exiluere patres. inuiſaque belli
Conſulibus fugiens mandat decreta ſenatus:
Tum quæ tuta petant: & quæ metuēda relinquāt
Incerti. quo quenque fugæ tulit impetus: urget
Præcipitem populum: ſeriæque hærentia longa
Agmina prorumpunt. credas aut tecta nefandas
Corripuiſſe faces: aut iam quatiente ruina
Nutantes pendere domos. ſic turba per urbem
Præcipiti lymphata gradu: uelut unica rebus
Spes foret afflictis: patrios excedere muros:
Inconſulta ruit: qualis cum turbidus auſter
Repulit a libycis immenſum ſyrtibus æquor:
Fractaque ueliferi ſonuerunt pondera mali
Deſilit in fluctus deſerta puppe magiſter
Nauitaque: & nondum ſparſa compage carinæ
Naufragium ſibi quiſque facit. ſic urbe relicta
In bellum fugitur: nullum iam languidus æuo
Eualuit reuocare parens: coniunxque maritum.
Fletibus aut patrii dubiæ dum uota ſalutis
Conciperent tenuere lares. nec limine quiſquam
Hæſit. & extremo tunc forſitam urbis amatæ
Plenus abit uiſu: ruit irreuocabile uulgus.
O faciles dare ſumma deos: eademque tueri

Ordo eſt. ſic fugitur in bellum urbe relicta. Turbidus auſter: uentus a meridie: q ſemper pluuias inducit: iō turbidus. Libycis ſyrtibus: bene libycis dixit: qa a meridie flat auſter: ibi ſyrtes ſunt quæ a σύρω qđ eſt traho dicuntur. Veliferi: ferentis uela: quia antennæ malo ſuſtinent᷑. Deſerta puppe: ſic adhuc integra urbe romani fugiebant: ſicut puppe integra nautæ fugiunt. Sparſa: ſciſſa & diſſipata naui. Compage: iunctura. quia integra manet. Naufragiū ſibi quiſqꝫ fa. qſque facit: pceps ſe demittit in undas tanq̄ fracta ſit nauis: ſic romani ex urbe fugiebant licet ſecura. Fugit᷑: imperſonale eſt ad oēs pertinens. Nullum iam: dicit romāos tam conſternatos fuiſſe: ut nec pater filios: nec uxor maritum: nec frater fratrem retinere poſſent: quaſi hoſtes iminerent. Languidus æuo: qi ſenectus ipſa cōmiſeratione mouere deberet filiis relinqntibus parentes æuo cōfectos. Nullū .ſ. filium. Coniunxqꝫ: quæ lachrymas fundens rogabat maritū ne ſe deſereret: tm̄ impetrare nō poterat. Patrii lares: ſaltem inquit in urbe morari non poterant tantiſper dum uota diis facerent: ut ſe a periculo belli liberarent. Conciperent: nec tantum temporis ſumebant quantum animo uota pro patria conciperet: ne dum uerbis. In limine hæſit: ſicut qui caras ædes relinquunt: quaſi eas non amplius uiſuri in limine morantur: dicentes ecquæ tempus ut redeam? ſed hoc illi non faciebant. q̄ſi hoſtes nunc nunc iminerent. Plenus abit uiſu idest nemo diſceſſit ut ſaciaret uiſum & conſpectū ſuum prius aſpiciendo patriam: ſed immemor erat. Ruit irreuocabile uulgus: quod nulla ratione reuocari poteſt. O faciles dare ſumma deos: hic per exclamatione quaſi contra romanos inuehitur: q urbem deſeruerint rerum dominam: quæ uniuerſi terrarum orbis po.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Difficiles.urbem populis uictiſque frequentem
Gentibus & generis coeat ſi turba capacem
Humani:facilem uenturo cæſare prædam
Ignauæ liquere manus: cum preſſus ab hoſte
Clauditur externis miles romanus in oris:
Effugit exiguo nocturna pericula uallo:
Et ſubitus rapti munimine ceſpitis agger
Præbet ſecuros intra tentoria ſomnos.
Tu tantum audito bellorum nomine roma
Deſereris:nox una tuis non credita muris
Danda tamen uenia eſt:tantorũ danda pauorum
Pompeio fugiente timent:tum ne qua futuri
Spes ſaltem trepidas mentes leuet:addita fati
Peioris manifeſta fides:ſuperique minaces
Prodigiis terras implerunt æthera pontũ
Ignota obſcuræ uiderunt ſydera noctes.
Ardentemque polum flammis cæloque uolãtes
Obliquas per inane faces: crinemque timemdi
Syderis:& terris mutantem regna cometem.
Fulgura fallaci micuerunt crebra ſereno
Et uarias ignis denſo dedit aere formas

pulos capere potuerit:quanq̃ hoc dicit uoluntate deorum eueniſſe: qui facile res humanas augeant.ſed non tam facile defendant:non enim quemadmodũ proni ſunt res ſecundas hominibus præſtare:ita prompti ſunt eas defendere. Summa:magna ĩperia. Vrbem populis:probat ex eo quod romani fecere:Raro deos res magnas:ſicut dedere:ita etiã conſeruare. Frequentem:celebrẽ & plenam. Victis:nam etiam hoſtes uicti urbe romana donati ſunt. Populis:nam multi populi romã confluxerunt. Coeat ſi turba:quia ſi populi oẽs in unum coiiſſent poterat hæc urbs omnes tutos conſeruare eſt aũt hyperbole. Ignauæ manus: imbelles & effœminatæ:quaſi ſuæ uirtutis oblitæ. Facilem cæ.quam facile diripuit cæſar. Venturo:iam romam uerſus directo. Cum preſſus ab hoſte:ꝙ deoꝶ uoluntate hoc fuerit probat:ſæpe inquit romani exiguis caſtris a multitudine hoſtiũ circundatis ſe continuere.Nunc aũt ĩ tam ualidis mœnibus urbis ſe parũ tutos crediderunt. Preſſus ab hoſte:nunc autem nullo hoſte inuadente:ſed cæſare ciue.

Externis oris:nunc in patria. Nocturna pericula:nocte etiam putauit ſe tutum P.R.in caſtris.nũc ãt in ualidis mœnibus urbis ſe tutum non putat. Et ſubitus rapti:& ſecure dormiuit inter aggerẽ quẽ rapto ceſpite ſubito fecerat.nunc autẽ ĩ patria horæ ſpacio ſecurus ſtare non audet.

Rapti ceſpitis:raptim ſtructi.Ceſpes dicitur pars terræ cum uiridi herba reuulſa: ex quibus romani aggerem facere ſolebãt

Tentoria:tabernacula ubi milites pernoctant. Tu tm̃ audito:miles caſtra tenuit exiguo uallo:& nunc nõ fidit ſe poſſe mœnia contra cæſarem defendere:& iõ quaſi cõmiſeratione in hanc apoſtrophẽ uenit:cum dicit eos non circumſeſſos ab hoſtibus:ſicut caſtra circumſeſſa tenebantur:ſed tm̃ audito nomine cæſaris urbem deſeruiſſe. Nox una tuis:& nunc nõ ſunt confiſi ſe poſſe intra mœnia cõſeruari unius quidem noctis ſpacio. Danda tm̃ uenia:Excuſat quaſi romanos,dicens:qd mirum ſi cæteri ro.fugere:cum pompeius effugerit:q ſæpe magna ac periculoſa bella confecerit? Dan.dan.anadiploſis eſt quæ uehementiam quandam ſignificat. Tũ ne qua futuri:Præterea aliæ quoq; cauſæ acceſſerunt.Nam cæli terra pontus ſigna dabant futuri mali. Tum:præter q̃ qđ pompeius fugiebat. Ne qua ſpes futuri.i.ne ſperent.Spes.n.ſemper incerta eſt:ergo ſigna euenere adeo certa:ut non ſperent aliquid bonum futurꝰ. Leuet:leuiores faciat. Fati:fortunæ. Prodigiis terras:qa terra cælo mariq; ſigna apparuere:prodigia dicta ſunt a prædicendo:ꝙ futura prædicant.Dicit.n.Cice.præſenſiones reꝶ futuraꝶ quid aliud q̃ monſtra & prodigia ſunt? Appianus alexandrinus referens mõſtra ac ſigna cæleſtia quibus territabantur romani:ſanguine dicit pluiſſe deum:ſudaſſe: ſimulacra plurima e cælo tacta fuiſſe templa:mulam etiã peperiſſe:multaq; alia apparuiſſe horrenda:quæ reipu.interitum mutationẽq; portenderent.ſupplicationes quoq; in cõi conſternatione decretas fuiſſe.hæc quoq; & alia prodigia romæ apparuerũt: ut idem Appianus oſtendit:quo tp̃e geſtum eſt bellũ inter ſyllam & Mariũ.Nam & mula peperit:mulier prægnans uiperã pro infante edidit.terræ ẽt motus concuſſit terram.capitoliũ igne correptũ eſt. Ignota:inuſitata. Noctes.i.hoĩes in obſcura nocte. Ardentẽ po.hoc facit uentus cum ad altiora ſublatus partem ignis ætherei ſecum rapit. Obliquas per inane faces: cum uentus in altiora ſublatus partem ignis rapit. diuerſas ſpecies flammarum facit:& imitatur ſtellas cadentes. Per inane.i.per conuexitatem cæli. Crinemque timendi.ſ.cometem.nã cometes eſt crinita ſtella. Et terris:& pro.i. Fulguta fallaci:Ariſtoteles in meteoris (nam dicuntur μετέωρα q̃ apparent in regione ætherea)cometarũ cãm dicit.fulgura enim naſcuntur ex uno quinq; planetarũ uel a Ioue:uel a Saturno:uel a Marte:uel a Venere:uel a Mercurio.hi planetæ aerem q circa ſe eſt inflãmant:inflãmatũ ſuo ſplendore cõtrahunt:deinde cometæ ſpeciẽ præbent:ſed Saturni & Martis peiores ſunt:a reliquis aũt minus mali ſignificatur:ſed de his nũc intelligit.nam ſi a Saturno fuerint:famẽ & peſtẽ ſignificant:ſi a reliquis:uaria portendunt:ꝓ ut ipſi ſunt planetæ:quaꝶ naturam & Pli.in.ii.cõmemorat. Fallaci:quia tametſi ſerenũ uidebatur:tm̃ uerum non erat.Nam ut idẽ Ariſtoteles ait:non põt eſſe fulgur ſereno aere:cã materiæ eſt uapor ſiccus:q totus facile accenditur:locus ubi generatur tanq̃ uaſe eſt nubes aquoſa.Vterq; uapor & ſiccus & aquoſus rapido cælo ſubuehitur:& terreſtris uapor qui nõ tã facile diſcinditur:ſicut aquo

Nunc iaculum longo:nunc ſparſo lumine lampas
Emicuit cælo:tacitum ſine nubibus ullis
Fulmen:& arctois rapiens de partibus ignes
Percuſſit latiale caput:ſtellæque minores
Per uacuum ſolitæ noctis decurrere tempus
In medium uenere diem:cornuque coacto
Iam phœbe toto fratrem cum redderet orbe
Terrarum ſubita percuſſa expalluit umbra.
Ipſe caput medio titan cum ferret olympo
Condidit ardentes atra caligine currus
Inuoluitque orbem tenebris: genteſque coegit
Deſperare diem:qualem fugiente per ortus
Sole thieſtææ noctem duxere mycenæ:
Ora ferox ſiculæ laxauit mulciber ætnæ:
Nec tulit in cælum flammas: ſed uertice prono
Ignis in heſperium cecidit latus:atra carybdis
Sanguineum fundo torſit mare:flebile ſæui
Latrauere canes:ueſtali raptus ab ara
Ignis:& oſtendens confectas flamma latinas
Scinditur in partes:geminoque cacumine ſurgit
Thebanos imitata rogos::tum cardine tellus

ſus ĩ medio illius cõſtringitur:aquoſus circa illũ ĩ circuitiõis modum expandit̃: ſiccus uapor & calidus in medio cõprehenſus ẽ:& fugit:& fugiẽdo cõtrahit humidũ.humidus autẽ cõtractus fugiẽtẽ ꝓſequit̃ & urget: & impellit:ita ignis a contrario pulſus cõtrahit nubẽ:& magno cũ ſonitu & fulgure nubem erũpit. Nunc.Aliquãdo. Iaculũ:flãma illa fulguris quæ iaculus uidetur. Sparſo lumĩe lampas:ꝓ ipſa ſparſa per cælũ. Tacitũ:Hoc mirum fuit:ꝙ ſine fulgure fulminata ſint mœnia urbis. Tacitũ.ſ.tonitru nã fulmẽ cõtortũ ſine tonitru & ſine nubibus ꝓdigiũ ẽ:fulminũ auctore Plinio plura genera tradunt̃:ueꝶ quæ ſicca ueniũt nõ adurũt ſed diſſipant:quæ humida nõ urunt:ſed infuſcant:tertiũ ẽ quod claꝶ uocant mirificæ maxime naturæ: quo dolia exhauriuntur itactis operimẽtis:nulloq; alio relicto ueſtigio:auꝶ & æs & argentũ liquat̃:itus ſacculis ipſis nullo modo ambuſtis:ac ne confuſo quidẽ ſigno ceræ.Martia prĩceps romanoꝶ icta grauida:partu exanimato:ipſa citra ullũ aliud incõmodũ uixit. In catilinariis prodigiis põpeiano ex municipio herẽnius decurio ſereno die fulmĩe ictus eſt.

Et arctois partibus. Cũ deberet rapere de partibus meridianis. Latiale caput. Ideſt romam quæ eſt caput latii uel capitolium. Stellæ minores: Minores appellant̃ comparatione ſolis & lunæ & ideo ꝓdigiũ ẽ ꝙ ſtellæ moueant̃ quæ ſemper in firmamẽto fixæ ſtant: mouere autẽ uidẽt̃ quia cælum ſemꝑ uoluit̃. Cornuq; coacto:luna nõ obſeruato tempore ſubito obſcurata ẽ. Vmbra terrarum:tangit cauſam eclipſis lunæ: qui fit obiectu terræ inter ſolem & lunã:quũ plenilunium ẽ: & luna umbram terræ q̃ metæ figuram facit: attigent:repẽtinæ iducũt̃ tenebræ.ἐκλείπω ſignificat deficio:un̄ ἔκλειψισ defectus. Coacto:cõiuncto:cũ cornua ĩ unũ coierit luna tunc plena eſt. Fratrem.i.ſolis ſplẽdorem regereret orbi:nam non ſuo lumĩe luna lucet:ſed radiis ſolis illuſtrat̃: ſicut cætera ſydera.ſolis aũt eclypſis eſt:cum luna perpendiculariter ſubiecta ſoli fuerit:& ſolis radii excepti a luna ad nos peruenire non poſſunt:& maior eſt pro ut perpendiculariter ſoli ſubiecta fuerit. Fratrem.i.ſolem:nam Phœbus & diana ſecundum fabulas fratres ſũt: ex Ioue & latona nati. Expalluit eclypſim paſſa eſt. Inuoluit:circumuoluit. Deſperare diem.Quia gentes credidere nunq̃ diẽ redituruum. Solæ thieſteæ:non aliter obſcuratus eſt q̃ cum Atreus in cœnam fratris filium thieſtæ fratri epulandum appoſuit:nota fabula:quo ſcelere ſol obſcuratus eſt. Mycenæ thieſteæ.Vbi habitauit thieſtes:ſed fratrem pro fratre poſuit.nam Atreus maior erat & rex mycenarum. Duxere noctem. Quia ſol a meridie in ſuum ortum rediit. Ora ferox:dicit ætnam emiſiſſe ignem:ſed nõ rectum:ut antea:ſed italiam uerſus fluxiſſe:ut facile poſſet apparere peſtem italiæ ĩminere. Mulciber:ideſt uulcanus poetæ enim dicunt in monte ætna Vulcani officinam eſſe:& ignem emittere quotiens fornacibus ardentibus aliquid fabricare cœperit. Nec tulit in cælum.ſ.nam natura ignis eſt ſemper ſuperiora petere:Nunc autem non ita fecit.

In Heſperium latus.Quia aliquando ſicilia coniuncta fuit italiæ:ſed longo ſpacio tẽporis fluctus maris diremit latus ſiciliæ. Atra charybdis:in ſanguinem dicit conuerſas eſſe maris undas:qđ ſignum erat cædis futuræ. Flebile.pro flebiliter. Sæui canes.ſ.ſyllæ:nam hoc fabula habet ſyllam fuiſſe uirginem pulcherrimam: quam glaucus deus marinus amauit: Circe autem quæ amore glauci tenebatur:inuidere cœpit:& fontem uenenis uitiauit ubi ſylla abluere ſe ſolebat:in quem ingreſſa puella dimidia parte ſui in canes eſt conuerſa illa autẽ ſuis monſtris territa ſe in mare deiecit eſt autem locus in freto ſiculo ſaxa habens cauernoſa:in quæ colliſæ undæ latratum canum repræſentant. Veſtali raptus ab ara: ait etiam ueſtalem ignem ſubito correptum fuiſſe ab ara:& holocauſtum uictimarum diuiſum eſſe:quæ ſigna deorum indignationem ſignificabãt. Cõfectas: Finitas:nam ignis qui accenditur in fine holocauſti:oſtendit ſacrificium eſſe finitum.Holocauſta autem ſacrificia erãt ĩ quibus tota uictima cõburebatur græce ὁλοκαύτωμα latino uero ſacrificia in honorem iouis in albano mõte cõſtituebãt̃:quo omne latiũ cõuenire ſolebat dicta qm̃ eo die ĩter latinos & po.ro.fœdus ictũ fuit: licebatq; latis a ro.po.ex ſacris uiſceratione petere.Cicero ꝓ plãco:Quibus ẽ municipiis uix q carnẽ latis petãt ĩ ueniunt̃. Scidit̃ ĩ ptes.Quod ſignificat ducũ diſſẽſiões. Thebaos imi.ro.dicit nõ aliter ſciſſã fuiſſe flãmã q̃



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Subſedit:ueteremque iugis nutantibus alpes
Diſcuſſere niuem.thetys maioribus undis
Heſperiam calpen:ſummúq; impleuit atlantem
Indigetes fleuiſſe deos:urbiſque laborem
Teſtatos ſudore lares : delapſaque templis
Dona ſuis:diraſque diem fœdaſſe uolucres
Accipimus:ſyluiſque feras ſub nocte relictis
Audaces media poſuiſſe cubilia roma .
Tú pecudum faciles humana ad murmura líguæ
Monſtroſique hoíum partus:numeroq; modoq;
Membroꝝ matremque ſuus conterruit infans:
Diraque per populum cumanæ carmina uatis
Vulgantur.tunc quos ſectis bellona lacertis
Sæua mouet:cecinere deos : crinemq; rotantes
Sanguine iam populis ulularunt triſtia galli .
Compoſitis plenæ gemuerunt oſſibus urnæ .
Tunc fragor armoꝝ:magnæque per auia uoces
Auditæ nemoꝝ:& uenientes cóminus umbræ
Quique colút uinctos extremis mœnibus agros
Diffugiunt:ingens urbem cingebat erinnys
Excutiens pronam flagranti uertice pinum
Stridentiſque comas.thebanam qualls agauen
Impulit : aut ſæui contorſit tela lycurgi
Eumenis:aut qualem iuſſu iunonis iniquæ
Horruit alcides uiſo iam dite megæram .
Inſonuere tubæ : & quanto clamore cohortes
Miſcentur:tantum nox atra ſilentibus umbris
Edidit . e medio uiſi conſurgere campo
Triſtia ſyllani cecinere oracula manes :
Tollentemque caput gelidas anienis ad undas
Agricolæ fracto marium fugere ſepulchro.

ſciſſa é quõdam í rogis fratꝝ.Etheoclis & Polinicis:cũ ille a ſorore Antigone:hic ab uxore Argia rogo ſuper ípoſiti ſũt:quo rogo flámæ ſciſſæ ſũt tanq̃ adhuc mortui pugnare uellét. Subſedit:ſubmiſſa e. Cardie.i.a cẽtro ſuo declinata é. Nutátibus:Cócuſſis. Niuẽ:ſignificat aũt terræmotũ fuiſſe. Tethys maioribus.i. mare íflatũ é adeo:ut calpem undis ſuperaret.Calpe í europa & Abila í aphrica mõtes ſũt íter quos mare mediterraneũ irrũpit:& ídigenæ columnas herculis appellát. Athláta:mõs é,í mauritánia altiſſimus. Indigetes dicunt́ q ex hoíbus facti ſuut dii:dicti quaſi í diis agẽtes:uel ꝙ nullius rei ídigeant:q etiá diui dicunt́. Lares: deos Penates. Teſtes.L.ſ.ná qa marmora ſudabát:ideo magnũ laboré fore oſtendebát. Dona:arma. Diraſq;.d.f. u. ut bubones noctuas ueſpertiliones : ſtryges: quæ tẽpore noctis uolitare ſolent: nũc die uolabát. Syluiſq; fe. Hoc magnũ fuit ꝙ feræ irrũperẽt urbẽ & í me dio foro cubilia ponerét. Sub nocte:tẽpore noctis. Audaces:Quia í frequẽtiá hominũ uenire auſæ ſint. Tum pecu.faci. Acceſſit etiá boues locutos fuiſſe:pecudes autẽ ꝑ bobus poſuit.apud etiá.T.Liuiũ accepimus bouẽ locutá.io triũphe:caue tibi roma. Ad humana murmu.ad humaná uocé. Mõſtroſi partus hominũ. declarat : quia maiora & plura mẽbra habuere q̃ ſolét. Modo:magnitudíe. Matremq; ſuus: Quia cũ maiora & plura mẽbra ſe peperiſſe mater uideret q̃ ſolita ſıt : territa é. Dira carmia.c.u. Quæ í libris ſibyllinis íuẽta ſũt . uidelicet: R.R.R.F.F.F.& uates hoc mõ íterpretati ſũt.Regnũ romæ ruet:ferro:fame:fuga.

Tũc quos ſedis.Etiá Cybelis mr̃is deoꝝ ſacerdotes í furoré uerſi ſũt.bellonã aũt ꝑ cybele poſuit Ná ex Apuleii ſẽtẽtia eadem erat bellona:cybele:& íſis: iidemq; ſacerdotes triũ deaꝝ ſacra ꝑagebát í ſacriſq; bellonæ ipſi ſacerdotes nó aliẽo ſed ſuo cruore ſacrificabant: ſectis náq; humeris & utraq; manu gladios diſtrictos exerẽtes currebát: & uelut íſani ferebantur:quá turbam.Mar. entheatá.i.phanaticá appellauit ut Nec turba ceſſat entheata bellonæ. Sectis lacertis.i.brachioꝝ uenis ícíſis.ná galli ſacerdotes ſanguíe ſuo placabát Cybelem: & crinibus rotatis í furorem uertebant́. Cecinere deos.i.oracula deoꝝ. Sæua. Quia ſæuos facit ſacerdotes. Triſtia.ſ. oracula.

Cõpoſitis plenæ.Dicit ẽt ſepulchra mortuoꝝ gemitũ dediſſe. Cópoſitis.Locatis í urna.ſic Catullus:Inter cognatos compoſitũ meres. Tũc fragor ar.ſ.auditus é Eſt autem zeugma a medio. Per auia . Quæ ꝓcul a uia ſũt. Quiq; colũt.i.qui í ſuburbáis uicis habitát romá uenere nũtiátes ſe uidiſſe megærá quæ flámis & flagellis ſerpẽtinis urbẽ ambiret.

Erinnys.furia ífernalis. Excutiẽs ꝓná:ardẽté facé altera manu tenẽs:& altera ſerpẽtina flagella. Stridentes co.pp ſerpẽtinos crines. Agaué:agaue mater Pẽthei q ſacra liberi patris a mœnibus ſuis ámouit liber pater ídignatus Authonoẽ materterá & Agaué í furoré uertit quo furore exiſtimabát Pẽtheũ apꝝ eſſe.& eũ occidere.Mater uero caput filii ꝑ urbẽ furẽs geſtabat:putás illud apri caput. Sæui Lycurgi:regis thraciæ. Qui & ipſe ídignatus bacchũ ipſũ quoq; a mœnibus arcebat:& eo uſq; ꝓceſſit ídignatio:ut uites ẽt ícideret:quod dũ facere uellet ſua crura ícidebat.hoc ió fingit́:qm̃ abſtenius fuit. Eumeniſ:furiæ eumenides dicunt́ ab ἔυμε μησ beniuolus καταρτι φρασιρ. Horruit alcides.i.her.q ditem uidit & nõ timuit:ſed uiſa megæra totus horruit:ná her.rediẽs ab íferis:iuſſu Iunonis nouercæ í furoré uerſus é:& lycũ q urbẽ ſuá cepat occidit : ac ꝓpriós liberos cũ uxore megæra credẽs eos eẽ Lyci filios:hoc late patet apud Senecá í her.furẽte. Silẽtibus ũbris.

Hæc propter placuit thuſcos de more uetuſto
Acciri uates:quoꝝ qui maximus æuo
Aruns incoluit deſertæ mœnia lucæ
Fulminis edoctus motus:uenaſque calentes
Fibrarum:& monitus uolitantis in aere pennæ
Monſtra iubet primũ:quæ nullo ſæmine diſcors
Protulerat natura rapi : ſterilique nefandos
Ex utero fœtus infauſtis urere flammis:
Mox iubet & totam pauidis a ciuibus urbem
Ambiri:& ſeſto purgantes mœnia luſtro
Longa per extremos pomeria cingere fines.
Pontifices ſacri quibus eſt permiſſa poteſtas
Turba minor ritu ſequitur ſuccincta gabino:
Veſtalemque chorum dueit uittata ſacerdos
Troianam ſoli cui fas uidiſſe mineruam .
Tum qui fata deum ſecretaque carmina ſeruant:
Et lotam paruo reuocant almone cybellem.
Et doctus uolucres augur ſeruare ſiniſtras :

.i.ſiléti nocte. Medio uiſi.con.& uiſæ ſũt umbræ:hic ſyllæ triſtes:ide marii lætæ. Cápo: qa í cápo martio ígẽti pópa.P.R ſepultus ſylla fuerat. Triſtia: ſignificabat eni pópeiũ cũ ſuis uictũ iri. Gelidas anienis : ná apud ripas anienis ſepultus erat marius.ibi eni erát ſepulchra mariana. Hæc pp placuit:ꝓdigia eiuſmodi diuerſis í locis futuri mali ꝓnũtia apparuerát.Cẽſuit ergo ſenatus accerſẽdos eẽ uates etruſcos:q omni diuinatione periti erát:ſicut ab ipſis ſacroꝝ omniũ pricipia manauerát:& eoꝝ uetuſtiſſimus erat Arons: q audito prodigio.primo ꝑparat ſi q̃ róne deos placare poſſet. Hæc pp:hyſterologia é.i.præpoſterus ſermo: q fit quotiẽs ſermo q ꝑponi deberet poſtponit́. Placuit.ſ.ſenatui populoq; romáo. De more uetuſto:Sic eni mos erat romanoꝝ uates etruſcos accire:ꝙ eiuſmodi reꝝ pitiſſimi erát. Lunæ:Luna é ciuitas liguriæ q̃ nũc deſerta é eiuſdẽ noís portus iuxta eſt pulcherrimus:quẽ græci σελίμησ.i. lũæ appellát. Ful.edoc.i. q noſcit quotiens fulmía uel róne ferũt́:uel præter róné. ná ſi róne mouet́ ꝓdigiũ nó é:ſi uero contra róné ꝓdigiũ id appellat́.Mouet́ auté fulmiua & locis & tẽporibus ſecũdũ róné:locis:ut í frigidis & calidis:tẽporibus in frigidis raro mouet́ fulmé: ut pote in ſexto & qnto climate:mouet́ aũt í tropico æſtiuo cũ ſol é í capite cácri uel accedens:uel recedẽs:tũc é fortis calor: & uapoꝛs terræ ſubleuat,qbus cóiunctis fulmé efficit́:locis calidis í æqnoctiali tropico: & frequẽtius cũ ſol é í capite arietis uel libræ:qa í locis calidis nó pót moueri tropico æſtiuo:qa calefacti calores cóſumerét́ prius q̃ ſubleuarẽtur:& fulmé fieri nó poſſet: ꝙ ſi moueret́ fulmé ꝓdigiũ eẽt:ergo dicit eũ fuiſſe doctũ quotiẽs eẽt ꝓdigiũ uel nó. Venaſq; calẽtes: Aruſpicinæ pitũ fuiſſe ſignificat.

Calẽtes:Adhuc palpitátes:& ſi lætæ fuiſſent:rẽ ꝓſperá futurá ſignificarẽt:ſi e cótra aduerſá. Fibraꝝ: fibræ ꝓprie dicunt́ uenæ iecoris. Monitus: admonitióes:ſignificat auſpicii pitũ. Pénæ:hoc é ꝑpetis auis pté ꝑ toto poſuit.ná auiũ aliæ ſũt ꝑpetes:aliæ oſcines.ꝑpetes ſũt quæ auſpicia uolatu ſignát.oſcines uero quæ uoce futura prænũtiát : dictæ ab ore & cano.

Mõſtra iubet.i.aboleri & cõburi mõſtra q̃ ſupra dixit. Natura diſcors:qa ſibi ipſi natura diſſẽtiebat quũ ꝑduceret mõſtroſos ꝑtus. Nullo ſemíe:ió ꝓdigiũ qa ꝑter naturá: ut anili ſemíe aut uirgineo . Semíe: Quia uirgo. Sterili:Quia anus. Nefádos:execrabiles. Mox iubet.i.iuſſit ambaruale ſacrificiũ fieri:quo ciuitas qbuſdá ſacris ambiebat́. Feſto lu.feſtiua circuitióe.ná luſtrare é circumire. Lóga:late porrecta. Pomeria:nó magis dicũt́ pomeria ꝙ ſint extra mœnia,q̃ ꝙ mœnia ſint poſt ſe.dicit́ pomeriũ ſolũ illud quod íhabitat́:ſiue íntus:ſiue extra mœnia. Sacri:Pro ſacrificii.ná í poteſtate pótificũ ſũt ſacrificia.uidelicet qbus diis & qbus tẽporibus ſacra fieri uelit. Ritu gabino:Ná gabini cũ extra mœnia ſacra celebrarẽt:hoſtes ſupuenere:ipſiq; ſine armis erát:togá a tergo reiecerũt:ita ut a dextera pte ad ſiniſtrá reiecta:ultimá pté extremæ togæ in ſiniſtꝛe humeꝝ uerterét:ſic táq̃ clypeo muniti ita pugnarũt ut uicerét:& ita ſeruatũ eſt ſacrificia romæ more gabinoꝝ fieri. Veſtalẽ choꝝ:d.u.ſ. ẽt ſacerdos ueſtalis quæ ꝑeſt cæteris choꝝ ſuaꝝ uirginũ circũduxit. Vittata:uelata more ſacerdotũ. Troianũ ſoli.i.palladiũ.ná ſicut í urbe troiana palladiũ ſeruabat́:ita & aruſpices reſponderũt.dũ ea ſtatua ſeruaret́:fore ut Priamus tutus regnaret quod oraculũ cũ audiſſẽt græci Diomedes & Vlyxes ſeruili habitu íduti cæſis cuſtodibus rapuere palladiũ:quod cũ ueniſſet ad manus Diomedis italiam petẽtis diuerſis agitabat́ curis & tẽpeſtatibus:ueritus ne hoc pateret́ ira palladis:dedit operá ut palladiũ redderet́ Aeneæ:quod deide romá traductũ é & ſeruabat́ í tẽplo ueſtæ. Fas é:neq; eni ulli palladiũ uidere licet ꝑterq̃ ueſtali uirgini. Qui fata deũ.i.qndeci uiri q ꝑerát libris ſibyllís í qbus fata romana cótinebát́. Secreta carmina.ſ.ſibyllæ cuius libꝛ:ut íqt Solinus:ad Corneliũ uſq; ſyllá,cóſulebát romani pótifices. Et lotá puo: cybeleros ſacerdotes dicit.Quibus mos erat quotiẽs iratũ numẽ placare uellẽt ſtatuá deæ almonis aqs ablucre. Cybelẽ:Quá de Peſſimóte acciuere romani. Almóe:Almo fluuius é ad capená portá ubi ſacerdotes ſimulacꝛe cybeles lauabát.Maris:phrygiũq; latus almo q̃ lauat ferꝛ. Et doctus uolucres.i.augures. erat eni romæ collegiũ auguꝛ. Siniſtras:ſecũdas:qa ut Cicero dicit:græcis & externis a dextra ueniẽtes aues ſignificát ré aliq̃ ſecũdá:ió optát dari a dextra.At uero noſtri optauẽre dari a ſiniſtra:qua ſæpe bona ꝓuenere. Septẽ uir:ná ut Cicero ait ſub perſona Catonis:Romæ erant ſacra deæ matris in quibus diebus feſtis nocte epulabantur.erant autem ſeptem numero.Sed magis placet intelligi ſepté ſacerdotes Iouis:qui epulones appellabantur:quoniá

ante auream iouis ſtatuam epulabant̃ i capitolio nec nõ epulas ĩdicendi ioui cæteriſq; diis poteſtatẽ habebãt. hi e generoſis ciuibus eligebant̃: cũ lictore ſellaq; curuli ꝓcedẽtes. Ticii ſodales: dicti ſũt a ticiis auibus (ut inqt uarro) quas ĩ certis auguriis obſeruare ſolebãt. Et ſalius læto: Salii erãt duodeci: q ancilia p urbẽ geſtabãt canẽtes Marti carmẽ & extremo hymno ueturii mamurii memoriã. ſic. n. Mamurius faber petierat. Flamen: Tres flamies erãt. ſ. Quirialis: Dial̃: & Martial̃. Dial̃ dr̃ iouis ſacerdos. Quirinal̃ qrini. i. romuli. Martialis uero Ma. flam̃ q̃ſi filam̃ ñ. n. licebat ſacerdoti eẽ capite apto: ſed cũ ſacrificar̃t æſtate pileũ laneũ geſtar̃ ñ poterat: uirgã cũ filo lãæ pp calorẽ geſtabat. alia ratio: ut ĩde aues abirẽt: q̃ ſæpe ĩ uictimaꝝ ĩteſtia impetũ faciebãt Vel dr̃ q̃ſi pileam̃ a pileo quo caput tegebat̃. Dũq; illi. ſ. ſupra memorati ſacerdotes. Effuſã: late porrectã. Anfractibus: Ideſt lõgis cliuis. Diſpſos ignes: .i. ignitũ fulmẽ. Cõdit: ĩcludit. ſ. collectũ fulmẽ. Colligit: eo loco: ubi ceciderat fulmen. Mœſto mur: ut ſupplices faciunt.

Datq; nomen lo. Locus ille bidẽtal appellat̃. nam quotiẽs fulmina placare uolebant bidẽtes ĩmolabant. Sacris tunc ad mouet: ideſt tauꝝ ioui ĩmolauit. Iam fũdere Bac. More ſacrificantis. nã cum ſacerdotes experiri uolebãt bona ne uictima foret: uirum intra cornua fundebant: ꝙ ſi uictima ĩmota ſtetiſſet: diis placebat: ſi uero ſe mouiſſet diſplicebat. Vir. Et ductus cornu ſtabit ſacer hyrcus ad aram. Obliquo cultro: ritu ſacrificantis. Molas: mola fiebat aqua ſale & farre Orno. ideſt unius ãni & hac liniebant cultros: & a cauda ad uerticẽ uictimæ cultro circunducto iugulabãt.

Impatiens: Oſtendit non gratã fuiſſe uictimam: quia non ſtetit aris. Premerent. Quia miniſtris prementibus tandem uictima uicta requieuit. Nec cruor: aperto iugulo cruor non exiluit ſolitus: ſed ſanies quædam effuſa eſt. Palluit atro: Aruns ubi: hæc uidit: totus expalluit. Feralibus. Lætiferis. Ipſe color: Quia pallidus ſanguis erat inteſtinorum. Tincta notis: ideſt nigris diſtincta maculis. Liuor: proprie eſt color plumbeus. Iecur madidũ: Inteſtina ĩ duas partes diuiſerat: unam Põpeio alteram uero cæſari attribuerat. uidit autem partem pompeio ſpectantem: mœſtam eſſe: partem uero cæſari deſignatam lætam & exultantem. Madidum: putridum: & hæc pars erat põpei. Venas mi. ho. d. p. u. ideſt de parte cæſaris. nam hoſtis patriæ iudicatus erat qui rubiconem tranſiſſet armatus. Pulmonis anheli: Spiritum reciprocum trahentis & remittentis. Latet: Quaſi trepida. Paruuſque ſecat ui. li. ideſt paruum interuallum uitalia diſtinguit ſignificat autem ducum inter ſe concurrendi magnam cupiditatem. Vitalia: Quæ ſunt cor: iecur: & iecoris capita. Cor iacet: ſcilicet a parte pompei. Iacet: Demiſſum eſt. Omenta: Omentum membrana eſt pinguis & tenuis qua uentriculi atque inteſtina obteguntur. penetralia igitur omenti patebant: & putridum ſanguinem emittebant. Quodque nefas: euidentius ex inteſtinis bellum futurum apparuit: nam iecinoris pars quæ conſtituta pompeio erat: & quæ cæſari: ita ſe habuerunt: ut altera alteram fugere uideretur. Impune: ideſt nunquam ſine exitio & pernicie. Capiti. ſcilicet iecinoris: nam αρηπατορ græce dicitur caput iecinoris: dicit ergo caput unum qnod erat cæſaris inſurrexiſſe: quaſi uellet cum aliis fibris concurrere. Alterius capitis: ſcilicet cæſaris. Pars ægra: ſcilicet pompei iacet. Micat: Emicat cæſaris pars. Et celeri uenas. m. i. p. pars cæſaris palpitabat: quaſi adhuc uiueret. His ubi: Aruns ubi tam manifeſta ſigna uidit in hanc exclamationem prorupit o ſuperi tanta ne mala apparent: ut uix oratione mea explicari poſſint? His. ſ. prodigiis quæ in extis uiderat. Litaui: Recte dixit. nam inter ſacrificare & litare magna eſt differentia. omnes ſacrificant: pauci uero litant. litare, eſt ſacrificia diis grata facere. ergo non grata tibi iuppiter ſacrificaui: ſed Plutoni. Cæſique: pro ſed copulatiua pro aduerſatiua. Non fanda: adeo deteſtabilia mihi timentur: ut nec fari quidem liceat. Sed uenient: magnus quidem metus eſt malorum inſtantium: ſed mala ipſa multo maiora erunt. Dii uiſa ſecun. O utinam inquit uiſa: quæ tanta mala portendunt ſint minus infeſta q̃ apparent. Et fibris ſit nul. fi. Et mala falſa utinam ſint: quæ fibræ demonſtrant. Artis: haruſpicinæ. Finxerit iſta: non uera docuerit: ſed falſa finxerit. de Tage apud Ciceronem libro de diuinatione ita legimus. Tages: Cuidam dicitur in agro tarquinenſi q araret ſtatim apparuiſſe & uiſus eſſe in ſpecie puerili: ſed ſenili prudentia ad cuius conſpectum attonitum fuiſſe qui arabat: & clamorem magnum edidiſſe: & undique concurriſſe breui temporis ſpacio totam pene etruriam. Tũ ille multis audientibus plena uerba mandauit: & quæ de aruſpicina traduntur mãdaſſe dicitur ha idẽ tangit Ouidius in metamorphoſi. Flexa: implicata obſcura. Ambage: circuitione uerboꝝ.

At figulus: ex altera parte aderat aſtrologus peritiſſimus nomine figulus qui ꝓdigia explicaret: quæ in cœlo apparuiſſent. Noſſe de: ideſt arcana deorum quæ curſibus ſtellarum ſignificantur. Aegyptia memphis. i. par figulo nemo eorum eſt q habitant apud memphim ciuitatem ægypti. ægyptios autem ſcimus aſtrologiæ peritiſſimos immo inuẽtores a quibuſdam dicuntur fuiſſe. Numeris: numeros dixit quoniam non eodem temporum ſpacio ſydera circumaguntur. Nam ſaturnus trigita annis iuppiter. xii. Mars duobus: ſol diebus. ccclv. & viii. horis. Vẽus tricẽis & duo de qnq̃gẽis diebus. Mercurils diebus. ccc. lix. luna. xxvii. additis horis. viii. ſigniferi ambitum peragunt. Aut hic errat ait: aut inquit temere omnia reguntur: aut diuina prouidentia gubernantur. ſi temere reguntur nihil eſt quod metuamus: ſed ſi diuina prouideutia gubernantur: exitum magnũ & pernicies præparatur urbi noſtræ: & toti orbi terrarum: ſed tolle alterum: ſequitur ueritas alterius: non autem temere reguntur: ſed diuina prouidentia gubernantur: ergo ingens calamitas inſtat. Errat: fertur ſine ullo dei regimine. Lege: ſine dei prouidentia. Mouent. ſ. cælum. Vrbi: ſcilicet romæ. Generi hu. per conſequens generi humano. nam urbs imperium tenebat.

Lues: exitium pernicies. Dehiſcent: aperientur: & ſubita uorago cuncta ſorbebit? Subſident urbes: nunquid hiatu terræ ſorbebitur urbs: ut ad barathrum genus humanum deſcendat? An tollet fer: Aut inficietur aer & omne genus animantium peribit? Segetes: tellus etiam: ſi ſemina terræ mandaueris: fidem non ſeruabit agricolis? terra enim fidelis eſt cum ſeminibus acceptis reddit multiplicia. An infuſis. m. u. u. an iquit corrumpentnr fontes & amnes: ut qui ex his hauſerint ueneno pereant? O ſuperi Admirantis exclamatio cũ horrore. Extremi dies. i. mors multorum conueniet in unum diem. i. multi peribunt eodem tempore. Summo pergit nunc per duodecim ſigna zodiaci & uniuſcuiuſque ſigni domum ĩnuit: oſtendit autem ſigna ſuas domos deſeruiſſe: & cœlum marti reliquiſſe: ut ex eo appareat magnum futurum bellum. Si frigida cœ: Saturni domus eſt capricornus & aquarius. dicit ergo ſi ſaturnus in domo ſua aquario incenderetur fieret diluuium: ſed non ita eſt. Frigida: nam Saturnus torpentis eſt naturæ: & ideo cæteris planetis tardior eſt. unde etiã gradum. xxx. annis perficit. Nigros. i. nocentes & mortiferos uel minus fulgentes: nam quia ſaturnus ſummus eſt omnium planetarum: ideo & minimus uidetur. Deuca. fu. aqua. catacliſmum quo terræ inundant̃. deucalioneas autẽ quia tempore deucalionis diluuium fuit: ſed non uniuerſale: nam theſſaliam ferme omnem inundauit. Si ſe. rad. domus ſolis eſt leo & lunæ cancer: ꝙ ſi ſol in domo ſua leonem accenderet: ſignificaret omnia flammis peritura. Ne. leo. Nemea ſylua eſt inter phliontem & argos iuxta cleonas in qua Hercules primo certamine uaſtiſſimum leonem proſtrauit: qui inter. xii. ſigna zodiaci relatus eſt. Premeres: Leonẽ incenderes. Hi ceſſant ignes. i. nihil tale minantur ſydera. Tu qui flagrante. Martis domicilium eſt Aries

S emptemuirque epulis feſtus: ticiique ſodales.
E t ſalius læto portans ancilia collo:
E t tollens apicem generoſo uertice flamen:
D umque illi effuſam longis anfractibus urbem
C ircueunt: aruns diſperſos fulminis ignes
C olligit: & terræ mœſto cum murmure condit.
D atque locis nomen: ſacris tunc admouet aris
E lecta ceruice marem: iam fundere bacchum
C œperat: obliquoque molas inducere cultro
I mpatienſque diu non grati uictima ſacri
C ornua ſuccincti premerent cum torua miniſtri
D epoſito uictum præbebat poplite collum:
N ec cruor emicuit ſolitus: ſed uulnere largo
D iffuſum rutilo dirum pro ſanguine uirus.
P alluit attonitus ſacris feralibus aruns:
A tque iram ſuperum raptis quæſiuit in extis.
T erruit ipſe color uatem: nam pallida terris
V iſcera tincta notis: gelidoque infecta cruore
P lurimus aſperſo uariabat ſanguine liuor.
C ernit tabe iecur madidum: uenaſque minaces
H oſtili de parte uidet: pulmonis anheli
F ibra latet: paruuſque ſecat uitalia limes.
C or iacet. & ſaniem per hiantes uiſcera rimas
E mittunt: produntque ſuas omenta latebras.
Q uodque (nefas) nullis impune apparuit extis
E cce uidet capiti fibrarum increſcere molem
A lterius capitis: pars ægra & marcida pendet.
P ars micat: & celeri uenas mouet ĩproba pulſu.
H is ubi concepit magnorum fata malorum
E xclamat: uix fas ſuperi quæcunque mouetis
P rodere me populis. neque. n tibi ſumme litaui
I uppiter hoc ſacrum: cæſique in pectora tauri
I nferni uenere dei: non fanda timemus
S ed uenient maiora metu: dii uiſa ſecundent:
E t fibris ſit nulla fides: ſed conditor artis
F inxerit iſta tages. flexa ſic omnia thuſcus
I nuoluens: multaque tegens ambage canebat.
A t figulus cui cura deos ſecretaque cæli
N oſſe fuit: quem non ſtellaꝝ ægyptia memphis
A equaret uiſu: numeriſque mouentibus aſtra.
A ut hic errat ait nulla cum lege per æuum
M undus: & incerto diſcurrunt ſydera motu.
A ut ſi fata mouent: urbi generi que paratur
H umano matura lues. terræ ne dehiſcent?
S ubſidentque urbes? an tollet feruidus aer
T emperiem? ſegetes tellus infida negabit?
O mnis an infuſis miſcebitur unda uenenis?
Q uod cladis genus o ſuperi? qua peſte paratis
S æuitiam? extremi multorum tempus in unum
C onuenere dies: ſummo ſi frigida cælo
S tella nocens nigros ſaturni accenderet ignes:
D eucalioneos fudiſſet aquarius imbres:
T otaque diffuſo latuiſſet in æquore tellus.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

& Scorpio:hunc dicit totum ſcorpionem cum Libra occupaſſe ita ut incenſo ſcorpione bellum ſignificet.nam
ſicut Mars totum cœlum occupauit:ita & bellum uniuerſo orbi futurum apparet. Cauda:Videmus eni ſcor
pion m cauda letiferum uulnus inferre. Chelis:ipſius ſcorpionis quæ libram efficiunt:ergo ſcorpio occupa
uit etiam Libram quæ domus eſt Veneris. Tantum:ſcilicet malorum. Gradiue:mars. Nam mitis ab alto:
Iuppiter relicta domo ſu a Piſce & Sagittario:in occaſu conſtiterat:ergo quoniam ſydera præter naturam per
cœlum feruntur aliquod magnum malū orbi impendet. Cyllenius:tardatur mercurius præter naturam:nam
ipſe mercurii curſus cæteris celerior ē:præ
ter lunam(ut dictum eſt) Cyllenius:mer
curius a cyllenio monte Arcadiæ in quo na
tus eſt. Et cœlum mars:ſequitur ꝙ cum
cætera ſigna relictis domibus ſuis uacuum
cœlum reliquerint marti: & bellum toto
terrarum orbi futurum ſit. Obſcura fer.i.
cum ſol & luna patiantur eclypſim præter
rationem. Enſiferi ful.orion.oriō Vena
tot fuit & auſus eſt Dianam de ſtupro cō
pellare.Diana uero indignata ſcorpionem
in eum miſit qui eū ueneno confecit:mox
ī ſignum cœleſte trāſlatus eſt:quod ī ortu
ſuo bellū ſignificat. Enſiferi.χρυσαον
apud græcos dicit q̄ſi aureū enſē ferēs. La
tus:Quia lateri accōmodauerat enſē. Ra
bies: Furor. Ius: Diuinum & humanū.
Scelerīq; nefādo:Quia uiolētia appellabi
tur fortitudo.Nam Cæſar qui per uim oīa
agebat fortis appellabitur. Sceleri:impie
tati & uiolentiæ. Multoſque: ideſt ma
gnus & diuturnus erit hic furor. Vt ſu
peros.Primo furor erit ingens non ſolum
inter ciues:ſed inter cognatos.deinde diu
turnus:quia multi interfuere āni uſque ad
extremum bellum:quod Auguſtus geſſit
cum Antonio & cleopatra:deīde finis eiuſ
modi erit:ut ſatius fuerit non finiri bellum
nam exitu ciuilis belli ſeruitus erit quia cæ
ſar omnia tenebit.ergo quid eſt quod ſupe
ros oremus ut finiant ciuile bellum: quan
do finis belli deterior futurus ē ipſo bello?
Cum domino pax iſta uenit: ergo ſerui
erunt romani.nam dominus & ſeruus cor
relatiua ſunt. Duc roma: apoſtrophat ad
urbem Romam noli īquit quærere finem

S i ſæuum radiis nemeæum phœbe leonem
N unc premeres:toto fluerēt incendia mundo
S uccenſuſq; tuis flagraſſet curr ibus æther
H i ceſſant ignes. tu qui flagrāte minacem
S corpion incendis cauda:chelaſq; peruris:
Q uid tantum gradiue paras:nam mitis in alto
I uppiter occaſu premitur: ueneriſq; ſalubre
S ydus hebet:motuq; celer cyllenius hæret:
E t cælum mars ſolus habet:cur ſigna meatus
D eſeruere ſuos:mundoq; obſcura feruntur:
E nſiferi nimium fulget latus orionis.
I mminet armorum rabies:ferriq; poteſtas
C onfundet ius omne manu:ſceleriq; nefando
N omen erit uirtus:multoſq; exibit in annos
H ic furor:& ſuperos quid prodeſt poſcere finē?
C um domino pax iſta uenit.duc roma malorum
C ontinuam ſeriem:clademq; in tempora multa
E xtrahe:ciuili tantum iam libera bello.
T erruerant ſatis hæc pauidam præſagia plæbem
S ed maiora premunt.nam qualis uertice pindi
H edonis ogygio decurrit plena lyæo
T alis & attonitam rapitur matrona per urbem
V ocibus his prodens urgentē pectora phœumb
Q uo feror o pæan?qua me ſuper æthera raptam

belli:quia tam diu libertas durabit:q̄ diu etiā bellum durabit. Duc:protrahe. Cōtiuuam ſeriem:ideſt continu
um ordinem belli ſine intermiſſione. Extrahe:prolata. Terruerant ſatis.Hæc quidem quæ thuſcus uates
prædixerat & Figulus aſtrologus uaticinatus fuerat ſatis trepidam ciuitatem reddiderant: ſed acceſſit etiam ꝙ
quædam matrona furēs per urbem:ambage uerborum exitium belli prædixit:& mortem Pōpei qui apud ægy
ptum a phtolemæo iuſſus eſt occidi:& etiam filios pompeii. Cn.& Sextum tetigit:bellumque inter Antoniū
& Auguſtum ex una:& ex altera parte brutum:nec prætermiſit bellum auguſti contra antonium & Cleopatrā
prædixit & mortē cæ. Hæc:quæ dicta ſūt ab Arunte & figulo. Nam qualis:dicit non aliter per urbem de bac
chatam matronā hanc:q̄ ſolet in monte thebano furere:Bacchi ſacerdos orgia celebrans. Pindi:pindus mōs
eſt theſſaliæ:ubi bacchanalia mulieres frequenter celebrare ſolebant:quæ mænades dicuntur. μαινομαι.i.in
ſanio. Edonis.i.threiſſa mulier Edon autem mons eſt thraciæ.unde patronimicum fœ. edonis dis fecit autē
ſyſtolē:nam o natura productum eſt.Ouidius. Protinus in ſyluis matres edonidas omnes. Ogygio lyeo.
Baccho thebāo.nam bacchus filius iouis:& Semeles q̄ Cadmi fuit lycus dicit̄ q̄a liberet hoīes a curis λύω ſol
uo.Horatius:nūc uīo pellite curas Ogygio:ogyges primus thebanoꝝ rex fuit poſt cadmū.ergo a rege Bac
chū ogygiū appellauit. Prodens:manifeſtās. Vrgentē:prementē.nā plena erat numine phœbi q cogebat eā
mala futura prodere. O pæan:Pæan proprie laus eſt Apollinis:hymnū aūt p ipſo deo poſuit. Qua me ſup

æquora:ſic enim exiſtimabat ſe ab Apolline ſuper æthera raptā fuiſſe.deinde in terram conſtitui. Video pan
gæa:dicit ſe uidere locum ubi cæſar & pompeius concurrerunt. Pangæū:mōs ē thraciæ iunctus macedōiæ.
Cana iugis:quia ſemper niuibus teguntur. Hemi:hemus mons eſt thraciæ:qui in theſſaliam uſq; porri
gitur:ad cuius radices iacent philippici campi. Latos philippos:longe lateq; porrectos:campi philippici ap
pellati ſūt a philippo rege macedoniæ. Quis furor eſt.ſ.quem uideo per theſſaliam? Quæ acies admiratio
eſt. Manuſq;:nā ſibi uidere uidebatur romanas acies manū conſerere. Bellumq; ſi.quia ciuile. Quo di
uerſa feror:ſtati ſe a philippiciſ cāpis rapi ī
ægyptum exiſtimabat. In ortu:nam in
oriente eſt ægyptus. Qua mare lag.ea
parte qua nilus ī mare influit:& maris un
das mutat: nam nilus ſeptē hoſtiis mare
ingrediens ſua magnitudine aquaſ cōfun
dit:ita ut alium colorem tribuat. Lagei:
ægyptii:nam ptolemæus lagi filius unus
ex principibus alexandri fuit:qui poſt ale
xandrum imperauit a quo oēs ægyptii re
ges ptolemæi ſunt appellati. Hunc ego
fluminea: dicit cauſam cur phœbus ſe in
ægyptum rapuerit: ut prædiceret mortē
pompeii qui poſtq̄ in theſſalia uictus fuit
ac diu quo confugeret:congitaret:tādem
petiit ægyptū:ubi ptolemæus regnabat:
cuius patrem aliq̄n in regnum reduxerat.
ſed ubi ptolemæus audiuit pompeiū acie
pharſalica uictum cōſilio Achillæ & Pho
tini cenſuit occidendum:ut grām cæſaris
iniret. Fluminea harena.i.harena nili flu.
Deformis truncus:quia ſine capite. nā
Achillas & Photinus cum pompeium in
naue prætoria recepiſſent:abſciſſo capite
truncum in littore nili reliquerunt: caput
uero theodotus ad cæſarem tulit. Du

C onſtituis terra?uideo pangæa niuoſis
C ana iugis:latoſq; hemi ſub rupe philippos
Q uis furor hic o phœbe doce:quæ tela manuſq;
R omanæ miſcent acies?bellumq; ſine hoſte eſt.
Q uo diuerſa feror?primos me ducis in ortus
Q ua mare lagei mutatur gurgite nili.
H unc ego fluminea deformis truncus harena
Q ui iacet agnoſco.dubiam ſuper æquora ſyrtim
A rentemq; feror libyen:quo triſtis erinnys
T ranſtulit æmathias acies?nunc deſuper alpis
N ubiferæ colles: atq; aeream pyrenen
A bripimur:patriæ ſedes remeamus in urbis.
I mpiaq; in medio peraguntur bella ſenatu.
C onſurgunt partes iterum:totumq; per orbem
R urſus eo.noua da mihi cernere littora ponti
T elluremque nouam. uidi iā phœbe philippos.
H æc ait:& laſſo iacuit defecta furore.

biam ſuper æquora ſyrtim:turſus in alias regiones ſe tranſfert.ſ.in Libyam ubi bellum ciuile geſtum eſt:cū Ca
to collegiſſet reliquias exercitus poſt pompeium interfectum:ad Iubam Numidiæ regem ſe contulit qui mox
ut inſtantis cæſaris manus effugeret:uticæ ſe ipſum interfecit:unde uticenſis eſt appellatus. Dubiam: quia
ſyrtes aliquando uidentur aquam habere ad uehendas naues:deinde ſubito areſcunt:& in ſicco relinquunt na
ues. Arentemque feror libyen: quia aquæ penuria laborat. Quo triſtis erinnys: acies enim pompeii in
Theſſalia uictæ tranſlatæ ſunt in Aphricam a Catone. Nunc deſuper alpis:& iam hinc trahitur in hiſpaniam
Nam ibi Cneus & Sextus filii pompeii ingentem exercitum compararunt una cum Scipiōe:qui poſt mortem
Iuliæ ſocer fuerat pompeii:ibi etiam Labienus qui rei militaris peritus erat & multa præclara in gallia cum cæ
ſare geſſerat:ibi ergo bellum geſtum fuit:adeo acre:ut cæſar uenenum haurire cogitauerit.nam ut oſtēdit Plu
tarchus:quanuis adhuc adoleſcentes eſſent filii pompeii:dignas tamen imperio uires & audaciā oſtentabant:
ita ut extremum cæſari diſcrimen intentarint:magnum prælium ad urbem Mundam commiſſum eſt. in quo
cum cæſar ſuos ægre impetum ſuſtinere cerneret per medias armatorum acies diſcurrens:elato clamore:ſi ni
hil inquit pudoris ſupereſt:corripite me:& in puerorum manus tradite:magna uſus promptitudine & animi
audacia repulſis hoſtibus triginta milia eorum cecidit:ex ſuis mille fortiſſimos amittens:poſt præliū excedens
ad familiares conuerſus:ſæpenumero pro uictoria inquit:nūc autem pro uita dimicaui. Nubiferæ:quia nu
bibus frequenter ſunt obuolutæ alpes. Aeream pyrenem:mons eſt hiſpaniæ altiſſimus ad quem ſicut Liui
us in tertia decade ſcribit:Hannibal peruenit tranſiturus in italiam. Patriæ ſedes remeamus in urbes: & ſta
tim uiſa eſt reduci romam:ubi ſe uidere uidebatur cæſarem in ſenatu a Bruto & Caſſio confodi. Conſur
gunt partes iterum:nam Marcus Antonius cadauer cæſaris in forum contulit: & orationem habuit qua per
commiſerationem mouit plæbem contra Brutum & Caſſium. Totumque per orbem:quia bella geſta ſunt
uſque in ægyptum. Rurſus eo:quia uideo bellum inter Antonium & Cleopatram ex una:& Octauium ex
altera:quos uicit apud acciacum promontorium. Littora pōti:quia exiſtimat ſe iterum rapi ad campos phi
lippicos ubi Octauius cum Bruto & Caſſio conflixit ideo noli me inquit illuc reducere. Nam ipſos iam pri
dem uidi:ſed potius me reduc uſque in pontum regnum Mithridatis hoc autem dicit propter bellum quod
aduerſus cæſarem renouauit pharnaces mithridatis filius ex ponto:& ſine ulla belli mora uictus eſt. Et laſ
ſo defecta furore:ſic enim fieri ſolet:ut cum aliquis afflatus fuerit recedente ſpiritu: relinquatur exanimus.

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Anque iræ patuere deum: in huius ſecundi libri principio agitur quõ romani manifeſta certaq; ſigna belli uidentes: magno dolore affecti ſunt & omnes quærebāt quõ deos placare poſſent: q̄q̄ adeo irati erant: ut nullis precibus moueri potuerint. Sed poeta ad deũ apoſtrophat quærens quid nã ita uoluerit hoíes præſcire inſtantia mala: quibus prouideri non poſſit. Nam: ſicut etiam Ci. dicit: præſcientia malorum inutilis eſt cui prouideri non poteſt: deinde dicit hoc eueniſſe: aut caſu: aut uoluntate fatorum. Patuere: apertæ ſunt ſignis & prodigiis: quæ terra cælo mariq; apparuere. Leges: conſtitutiones. Fœdera rerum. i. concordiā: nam tunc mutata ē lex rerum: cum bos peperit uitulũ capite humano: & mulier infantē capite elephātino. Præſcia monſtrifero: naturale ē ut ex uulnere ſequatur ſanguis: ſed ex uulnere uictimæ non uenit ſanguis: ergo natura dedit hoc: quæ multorum futurorum præſcia erat. Tumultu: perturbatione.

Indixitq; nefas: uerbum fæcialium eſt qui præſunt fœderibus faciendis: hi enim conſulto populi ro. cum quibus uolebāt pacem iungebant: bellumq; quibus uolebant indicebant. Indixit: denunciauit.

Nefas: nefas appellat ciuile bellum: qđ inter cognatos & parentes geſtum eſt.

Cur hanc: apoſtrophat poeta ad Iouē: quærens cur hoíes in ſpe tenere noluerit: o Iuppiter: inquit: cur mala ita aperta eſſe uoluiſti ut ſperare non poſſent Romani meliora fore? Olympi: cæli quaſi ὅλος λαμπρος. i. totus ſplendēs. Per omina: per prodigia ſæua quæ ex deorum ira procedunt. Siue parens rerũ: quaſi conqueritur de deo ſiue natura: quæ nõ occuluerit mala: ut interi hoíes ſperarẽ poſſent: ſed ut dicit ſpe remota: certa ſigna futuri mali dediſti: eſt aũt ordo: quodcunq; paras ſit ſubitum: & mens ſit cæca futuri ſiue parens rerũ finxerit cauſas. Senſus eſt ſiue omnia diuina prouidentia reguntur: ſiue omnia fortuitu trahuntur: non debueras manifeſta ſigna hoíbus dare: quid futurum eſſet: ſed incertos tenere: ut ſpe ſaltem inani fruerentur. Parens rerum: ſiue natura ſiue deus: non enim differũt re: ſed nomine. Cum primũ infor. re. cum primum chaos de rerum omniũ materia fuit: & eam diſtinxit deus. Informia: ſine forma: quia oía pexmixta erant & confuſa: nec elementum alterũ ab altero diſcernebatur. Que: pro. i. Flāma cedente: pro recedente. quia diſtinxit ignem ab aqua: terra: & aere: quo facto ſtatim lux apparuit. Nã terra quia grauior eſt in firmamento perſiſtit: circa quam eſt aqua quæ leuior eſt terra: Aer uero quia leuior eſt aqua: ſuperior exiſtit: at uero ignis oíum leuiſſimus regionem aereã petiit. Finxit in æternũ cauſas. i. fata rebus conſtituit: quæ præteriri non poſſint: nam fatũ nihil aliud eſt q̄ ſeries cauſarũ: ſuis ſeſe ordinibus inuicem tenens. Se quoq; lege tenens: quia legem tuam ſibiipſi deus impoſuit ut quicquid ſemel ſtatuerit: illud mutari non poſſit. Et ſæcula iuſ. fer. ſecundum Stoicos qui oía fatis regi dicunt. Limite ſtabili: termino fatorũ. Siue nihil poſitũ. i. firmatum & ſtatutũ diuina prouidentia: hoc aũt ſecundũ Epicureos: qui oía caſu & fortuna regi dicunt. Fertq; refert ui. quia mõ hoc agit mõ illud. Vices: res hoíum. Et habent mor. ca. i. ſunt ſubiecta fortunæ ptāti. Sit ſubitum. i. íprouiſum. Liceat ſpe. ti. ideo uelim ignarã eſſe mentem futurorũ malorum: ut ſaltē ſpem habere poſſint. Ergo ubi: poſtq̄ inq̄t iã certũ erat fore bellũ romãi magna ex parte parabāt deos placare & ſubito iuriſdictio indicta eſt: & mœſti oẽs ueſtes lugubres induerũt: & oía honoris íſignia depoſuerũt. Conſtatura fi. i. certitudo deorũ magna clade cõſtatura ſit. Ferale: letiferũ calamitoſum: nã iuſtitiũ dicebaŕ quotiēs trepidatio aliq̄ erat in urbe: uñ iuſtitiũ q̄ſi iuris ſtatio: & eſt uerbũ iuris ciuilis. Oís honor: ædilis: p̄tor: cenſor: conſul: & cæteri magiſtratus. Nullos faſces. i. nullos honores: faſces aũt ꝓprie inſignia conſulũ ſunt ſed pro oí magiſtratu poſuit. Tunc tenuere. ſ. q. i mente. ſ. q̄a tantus dolor erat ut uocē emittere non poſſent. Virg. Et uox faucibus hæſit. Magnuſq; p oẽs: declarat quõ quæſtus ſuos tenuere: quia præ nimio dolore uox p̄mebaŕ.

# M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER SECVNDVS.

Anque iræ patuere deum: manifeſtaq; belli
Signa dedit mũdus: legeſq; & fœdera rerũ
Præſcia monſtrifero uertit natura tumultu:
Indixitque nefas: cur hanc tibi rector olympi
Sollicitis uiſum mortalibus addere curam
Noſcant uenturas ut dira per omina clades?
Siue parens rerum: cum primum informia regna
Materiamque rudem flamma cedente recepit
Finxit in æternum cauſas: qua cuncta coercet:
Se quoque lege tenens: & ſæcula iuſſa ferentem
Fatorũ immoto diuiſit limite mundum:
Siue nihil poſitum eſt. ſed ſors incerta uagatur:
Fertq; refertq; uices: & habent mortalia caſum.
Sit ſubitum quodcunq; paras: ſit cæca futuri
Mens hominum fati: liceat ſperare timēti.
Ergo ubi concipiunt quantis ſit cladibus orbi
Conſtatura fides ſuperum: ferale per urbem
Iuſtitium: latuit plæbeio tectus amictu
Omnis honos: nullos comitata ē purpura faſces.
Tunc quæſtus tenuere ſuos: magnuſque per oẽs



Sic funere: per ſimilitudinē oſtendit quomodo queſtus ſuos tenuerint quẽadmodum fieri ſolet cum aliq̄s moritur: primo quidem domeſtici tacent præ nimio dolore: deinde ubi iã ſpiritum oẽm emiſerit oẽs una uoce conclamant. Primo funere: cũ primum ſpiritum emiſerit. Domus. i. domeſtici. Conclamata iacent: ſecundum conſuetudinē antiquorum locutus eſt: quia ſpiritus uitalis excluſus hoíes plærunq; fallebat mortuos calida aqua lauare inſtituerunt & per interualla conclamare: nã cum uidebant eum interlauandum non moueri: conclamabat unus. ha. ha. he. he. deinde uentrem iterũ lauabant: & iterũ conclamabant: poſtremo ueniebant ad uitalia & ubi uidebant ſpiritum penitus abiiſſe: tũ demum oẽs conclamabant.

Nec maŕ cri. ſo. ideſt nondũ iubet præficas uenire quæ more rõano fierent mortuos: præficæ dicuntur mulieres quæ pretio conducuntur ad funus deplorandũ.

Exigit: poſtulat. Premit. i. palpitat explorans nunquid uiuat. Rigentia: frigida.

Vita: anima. Vultus exaíes: nunq̄d aliquis ex ore ſpiritus reddatur. Oculos i morte minaces: ideſt minātes & quaſi toruos ſicut morientes habent. Necdũ ille dolor. i. nondum extat & apparet: dum adhuc ſpes aliqua ſupereſt: nã mater neſcit quid faciat: & præ nimio dolore ei uox intercluſa eſt. Mirantur ma. i. obſtupefacta eſt. Cultor ma. pri. matronæ quoque ſuas ueſtes exuerunt: & lugubria indumenta accepere: & per templa diuiſæ ſunt. Priores cultus: quibus in pace utebantur. Hæ lachry. ſpar. de. i. aliæ impleuere lachrymis ſimulacra deorum.

In limine ſacro. i. ueſtibulo templi. Fudere: ſparſere comas more mœſtarũ. Aſſuetas uo. uotis: quia uotis deos inuocare ſolebant. Diuiſere deos. i. deorum tēpla: quia aliæ alia tēpla petiere. Parens. i. multitudo matrum q̄ ſolent timere filiis ſuis. Inuidiam. i. odium diis concitatura pp nimias querelas. Quarum una madentes: una ex illis matrõis: quæ cæteris nobilior erat adhortata ē alias: ut nunc planctu miſerias ſuas flerent: qñ poteſtas eſſet flendi: nam cũ alter ducũ uicerit: etſi dolor magnus nobis erit: tamen lætitia erit ſimulanda. Madentes ſciſſa genas: ſynecdoche. Sciſſa: laniata. Liuentes lacertos. i. liuidos quod fit ex nimio planctu: nam mos erat lacertos nudos percutere. Nunc: quia nunc tempus eſt: ut omnes noſtras miſerias lugeamus. Neue hunc differte dolorem: iam enim certa ſunt ſigna mali futuri. Nec ſummis ſeruate malis: ideſt nec ſeruate ad extrema mala: nam cum alter ducum uictoriam obtinuerit: reprimendus erit luctus & ſimulāda lætitia: ergo nunc cum licet lugeamus. Flere: pro flendi facultas: & eſt conſtructio græca. Pendet fortuna. i. dum incertum eſt uter uincat. Gaudendum eſt: ideſt ſimulanda lætitia etiam ſi dolore pectora noſtra afficiantur. His te ſtimulis: ſic inter ſe conquerebantur mulieres primariæ. At nec ipſi uiri aliter affecti erant: cum diuerſos duces ſequi cogerentur: ſibi enim ipſis in memoriam reducebantur bella elapſa: & antiqua ſcilicet marii & Syllæ & comparatione illorum hæc inſtantia mala illis deteriora eſſe dicebant. His ſtimulis: his adhortationibus ad luctum. Dolor: ideſt dolentes mulieres. Diuerſa caſtra: quia alii Cæſarem: alii Pompeium ſecuturi erant. Iuſtas querelas: quia iuſte conquerebantur de ſæuitia deorum & ſecundum Epicureos locutus eſt: qui nullam curam rerum humanarum deos habere uolebant. O miſeræ ſortis: ac ſi dicat ſatius fuiſſet ꝙ periſſemus q̄ ad hæc mala ſeruari. Punica tempora cannarum: uicus erat Apuliæ ignobilis cannæ: ſed clade romana poſtea nobiliſſimus factus: & duorum ducum alter occiſus eſt Paulus æmilius. alter uero Terentius Varro fugit & incertum fuit: uter magis probaretur: nam æmilium cæſo exercitui ſupereſſe noluiſſe conſtat: At uero Terentium ut creditum eſt de re publica nõ deſperaſſe: ut apud Liuiũ diffuſe legitur & Valerium.

Errabat ſine uoce dolor. ſic funere primo
Attonitæ tacuere domus: cum corpora nondum
Conclamata iacent: nec mater crine ſoluto
Exigit ad ſæuos famularũ brachia planctus.
Sed cum membra premit fugiente rigētia uita:
Vultuſq; exanimes: oculoſque in morte minaces:
Necdũ eſt ille dolor: ſed iã metus incubat amens:
Miraturque malum. cultus matrona priores
Depoſuit: mœſtaque tendāt delubra cateruæ.
Hæ lachrymis ſparſere deos: hæ pectora duro
Affixere ſolo: laceraſque in limine ſacro
Attonitæ fudere comas: uotiſque uocari
Aſſuetas crebris feriunt ululatibus aures.
Nec cunctæ ſummi templo iacuere tonantis:
Diuiſere deos: & nullus defuit aris
Inuidiam factura parens: quarũ una madentes
Sciſſa genas planctu liuentes atra lacertos:
Nunc ait o miſeræ contundite pectora matres:
Nunc laniate comas: neue hunc differte dolorē:
Et ſummis ſeruate malis: nunc flere poteſtas:
Dum pendet fortuna ducum. cum uicerit alter
Gaudendum ē: his te ſtimulis dolor ipſe laceſſit.
Necnon bella uiri diuerſaque caſtra petentes
Effundunt iuſtas in numina ſæua querelas.
O miſeræ ſortis ꝙ non in punica nati
Tempora cannarum fuimus: trebiæque iuuentus:

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Trabiæ iuuentus:ná prima clades romanorum fuit apud Ticinum flu.ſecunda ad Trebiam.tertia ad lacum
Tiaſimenum.Quarta ad cannas.nam apud Ticinū exercitus ro.primo fuſus ē ab Hannibale:& dux ro.Scipio
ſauciatus fuit:captuſque erat:niſi a filio qui poſtea a deuicta aphrica aphricanus ē appellatus:liberatus fuiſſet:
huic bello Trebium ſucceſſit:haud procul a placētia ubi milites ſuos igne oleoq; fouit Hannibal:& hoíes ab
Aphrica calida regione:romanos in ſua hyeme duce ſempronio uicerunt:dicit ergo ſe uelle fuiſſe ex his q apud
Trebiá ab Hannibale cæſi ſunt. Non pacē:alii inquit pacē optarunt:nos uero bellum undique inferri: ná pa
ce ciuilia bella excitantur:at uero cū bellū
inſtat:romani relictis bellis ciuilibus ſum
ptis armis ſe defendunt:huc igitur malo-
rum prouecti ſumus ut melius ſit optare
bellū:q̄ pacem. Date gen.iras:optat ut
ab oíbus partibus orbis terraꝝ bellum ut
bi romanæ inferatur ſic.n.ciuilem diſcor-
diam ſedari poſſe dicit:nam cum bellum
cōe eſt ſtatim diſcordia & ſimultates iter
ciues deponunt. Vrbes ſe.cum quibus
nunq̄ bellum fuit. Achemeniis ſu. ſuſa
nobiliſſimū eſt perſidis oppidum: in quo
(ut docet Solinus)templū fuit Suſæ Dia
næ & auctore Strabōe libro .xv. fere ſuſia
perſiæ pars ē inter eá:& Babyloniam po-
ſita:& ſuſa urbem clariſſimá habet:ná per
ſæ & Cyrus ſuperatis medis cū propriam
terrá in ultimis ſitam uiderent:Suſiam ue
ro interius & Babyloniæ & aliis gentibus
propinquá in ea iperii ſedem locauerunt:
ſimul & regionis confinium oſtendentes

N on pacem petimus ſuperi:date gentibus iras.
N unc urbes excite feras: coniuret in arma
M undus.achemeniis decurrant medica ſuſis
A gmina:maſſagetem ſcythicus non alliget iſter.
F undat ab extremo flauos aquilone ſueuos
A lbis:& indomitum rheni caput:oíbus hoſtes
R eddite nos populis:ciuile auertite bellum.
I nde dacus premat:inde getes: occurrat iberis
A lter: & eoas hic uertat ſigna pharetras.
N ulla uacet tibi roma manus:uel perdere nomen
S i placet heſperium o ſuperi:collapſus in ignes
P lurimus ad terram per fulmina decidat æther.
S æue parens utraſque ſimul parteſque duceſque
D um nondum meruere feri:tanto ne nouorum

Suſa a tithono condita dr̄tur:Mēnonis pr̄e.Suſii etiam Caſſii ſunt appellati:Nam Eſchylus Mēnonis mr̄em
Caſſiam uocat.Vrbis mœnia & tēpla & regiæ ſtructura erant babylonicis ſimilia: & coctili latere & bitumine:
ut quidá ediderunt.A ſuſis uſq; perſepolim ſtadiorū quattuor milia &.cc.atq; hinc uſq; in Carmaniæ fines ſūt
mille & ſexcenta nationes incolunt regionē quæ patiſchores appellantur.Itē magi qui honeſtū quoddá uiuen
di genus ſectantur:& Achemenidæ:de quibus loq̄tur Lucanus:ex India reuertentes ab Azanio carmaniæ flu-
mine ſeptentriones primū uident:Achemenidis in hoc tractu ſedes fuerunt:auctore Solino. Medica.i.me-
diæ prouinciæ:Media ut inq̄t Solinus ab occaſu tranſuerſa utraq; Parthiæ regna amplectitur:a ſeptentriōe Ar
menia circundatur:ab ortu caſpios uidet:a meridie perſidē:deinde tractus hic procedit uſq; ad caſtellū:qd̄ ma-
gi obtinent phydaſarciola noíe:hic cyri ſepulchꝝ eſt. Hiſter:hiſter fluuius in germaniæ iugis mōtis arnobæ
multiſq; ultra alpes milibus ac per:innumeros lapſus gētibus danubii nomē hēt:ut primū illyricū alluit hiſter
appellatur:ſexagintaq; ánibus receptis:in pontū uaſtis ſex flūinibus euoluitur.Pli.ultra danubiū incolunt maſ
ſagetæ. Maſſagetē:maſſagetæ in ſcythia aſiæ populi:tm̄modo ut refert Strabo libro.xi.ſolem deū putant:at
q; illi equum mactant:ſinguli ſingulas uxores ducunt:utunt̄ ēt uxoribus aliorū:idq; haud occulte. Alliget:
teneat quo minus ueniant in Italiá. Sueuos:populi ſunt galliæ contra quos magno periculo bellū geſſit cæ
ſar. Flauos:quia flauos per colla crines geſtant:& ex Gallia ſunt quæ comata dr̄. Albis:flu.eſt in ſueuis &
fluuiū pro regione poſuit. Indomitū:q̄a bellicoſiſſimi ſunt populi. Oíbus ho.ſummatim hoc p̄ſtare: ut
oís terrarū orbis bellum inferat:modo ciuile bellū auertatis. Auertite:ná cum romani ſe uiderint undiq;ab
hoſtibus premi:depoſitis ſimultatibus ſe defendent. Dacus: daci populi thraciæ ſic a romanis appellati a
græcis getæ dr̄tur:ut ſcribunt Pli.& Appianus q̄uis hos nunc poeta deſtinguat ſicut inferius:motura dacaſ ut
clade getaſq;. Occurrat iberis Al.ſ.cæſar & bn̄ prouinciá hiſpaniæ ei dat:q; galliæ & cæſar præfuerat & ex ea
uictor redierat. Ad eoas hic uertat.i.pōpeius & ſuá quoq; Pompeio prouinciá dat q; hic aliq̄n de oriētalibus
triumphauit quo tp̄e Mithridatē & tigrannem ſuperauit. Pharetras:quia orientales arte ſagittandi peritiſſimi
ſunt:& præcipue parthi qui interfugiendū ſagittis utunt̄. Nulla uacet ti.i.nullū ſit tibi ociū. Vel perdere
no.nunc quaſi tacitæ quæſtioni rn̄det:q̄a occurebat hoc tu bellū optas:ut bella ciuilia deſinát:at iuppiter ita ſta
tuit:ut imperiū ro.pereat:reſpōdet ſi dii ita uoluere:potius nos fulminibus occidant:q̄ mutuis uulneribus pe
reamus. Collapſus in ig.nam æther:cæleſtis ignis eſt.αιθηρ.n.ab αἴθω ardeo dr̄:quia elementū illud ſem
per ardet. Sæue parens:& anteq̄ nocentes fiant fulmine inquit oēs perde.ac ſi dicat ſatius eſt nobis perire i-
nocentibus q̄ noſtro ipſi ſanguine maculati uideamur meruiſſe. Sæue:uel magne:uel crudelis. Feri:per-
cute. Dū nondum:dū adhuc ſunt innocentes & ſanguinem nondū inuicem fudere. Tanto ne nouorū:
nunquid hoc permittendū fuit o ſuperi ut duces tanto ſcelere quærerent uter eorum imperaret? Eſt aūt argu-
mentum ualidiſſimum:nam hoc dicit.q; romani bellum ciuile gerant:ut uel Cæſar uel Pompeius imperet eſt
iniquum & nefarium:at uero ſi bellum gereretur pro libertate ut neuter eorum imperaret: æquum eſſet: ſed
tamen nec pro libertate quidem tantum bellorum fieri deberet: quanto minus pro ſeruitute licet.

Prouentu ſcelerum.i.acceſſione ſcelerum. Vix tanti.i.uix cauſa erat ut bella iſta tanto furore concitarent̄:
ad hoc ut neuter imperaret:ſed libertas ſeruaretur. Talis peritura pietas:quia paulo poſt pietatē belli habe-
bunt nullá:cū partes ſequentur omiſſa pietate bellū ſumma libidine gerent ergo pietas peribit. At miſeros:
ſeniores dolebant q; tamdiu uiuerent ut cogerentur ſecundū bellum ciuile uidere:nam primū uiderant inter
Syllam & Marium. Fata uiuatia.i.uitam ſuam nimium diuturná. Grauis ſenectæ:quæ ipſis moleſtior eſſe
cœperat. Seruatoſq;:ſic Euander uirgilianus.Tuq; o ſanctiſſima coniunx Felix morte tua:neq; in hunc ſer-
uata dolorem. Contra ego uiuendo uici
mea fata ſuperſtes. Atq; aliquis magno:
nunc per comparationem oſtendit ipſos
cæteris miſeratiores eſſe:ná etſi præterito
tēpore bellum gerebatur a Mario & Sylla
tn̄ ſi bellum illud cum iſto compararetur:
multo illud hoc inferius eſſe uidebit̄:quo
tempore inquit Marius exul urbe pulſus ī
minturnenſibus paludibus latuit eadem
mala parabant̄ quæ nunc nobis íminent.
Aliquis:ſcilicet & romanis ſenioribuſ.
Exempla quærens.i.cogitans: nunq̄d
antea tale aliquid populus romanus me
miniſſet. Alios motus:q̄.tempore no
ſtro. Cū poſt teutonicos:Marius poſt

P rouentu ſceleꝝ quærunt uter imperet urbi?
V ix tanti fuerat ciuilia bella mouere:
V t neuter:talis pietas peritura querelas
E gerit.at miſeros angit ſua cura parentes:
O deruntque grauis uiuacia fata ſenectæ:
S eruatoſque iterum bellis ciuilibus annos.
A tque aliquis magno quærens exempla timori.
N on alios inquit motus tunc fata parabant:
C um poſt teutōicos uictor libycoſq; triumphos

debellatū Iugurtham cum rediiſſet romá:& triumphus uniuerſi ſenatus decreto ei concederetur: fama ſubito
ſuperuenit inſtare,Cimbros:Gallos:Senones:Teutones:quos rumor ita uulgauerat deſeruiſſe regiones ſuas
eo aío cum liberis & uxoribus ut italiá occuparent:& pulſis romanis ipſi imperiū tenerent. Et quemadmodū
eſt apud Plutarchum.xxx.myriades fuere:& unaquæq; myrias decem milia hoíum tenet. Marius cū maxima
lætitia ſuſceptus eſt:non tm̄ propter uictoriam ex Numidia partam:quantum q; in tempore ueniſſe uidebat̄:
ut tanto malo ſolus reſiſteret:neq; alius eſſe uidebatur idoneus:qui hoc tantum bellū ſuſciperet.Ille ergo con
tinuo factus eſt conſul:& quod raro contigit iuſſus eſt conſulatum cōtinuare:duxit igitur exercitum aduerſus
hoſtes:primo quidē eos uicit haud procul ab atheſi flumine:deinde alter cōſul Catulus cum oppoſitus eſſet
Cimbris:nam ipſe Teutones uicerat:in loca tutiora ſe recepit:ueritus non poſſe uim tantá hoſtium ſuſtinere:
& cū uictor Marius lætitiam cū uniuerſo exercitu ageret:rumor uenit Catulum cū ſuis ab hoſtibus fuſum eē:
tunc perturbata nō nihil eſt lætitia Marii & militū ſuorum:ſed tn̄ ſumpto animo ſe cū exercitu ad Catulum re-
cepit quem inuenit ſe in locis tutioribus tueri:nullam tn̄ cladem ab hoſtibus recepiſſe.Collectis igitur exerciti
bus aduerſus hoſtes pugnandi occaſionem expectant.Hic cum ſæpe equitū caſtris hoſtes per ludibria inſulta
rent:ut cogerent romanos e uallo exire:& romanam illá fortitudinē oſtendere.Marius ſe cōtinebat. Tandem
legati miſſi ſunt a Cimbris q peterent a Mario & populo ro.ſibi terræ tantum dari ut urbē condere poſſent:
& in Italia habitare:cui legationi Marius rn̄dit ita:uos terram tm̄modo petitis uobis:at uero ſociis ueſtris nun
quid non prouiſum eſſe uultis?Nobis inquiunt tm̄modo:tunc cæteri quidē riſum tenere non potuerūt.Cum
hoc audiſſet Marius:recte inquit facitis q; ſociis ur̄is terram non petitis:nam terram hn̄t nunq̄ amiſuri.Tunc le
gati intellexerunt quid marius diceret: & illi quaſi non crederent:minati ſunt multis cōtumeliis mariū pœnas
daturum:& ne unquá marium mentiri exiſtimarent:teſtimoniū rei facere uoluit:iuſſit enim reges teutonicos
ad ſe duci:quos in uincula captiuos habebat: quos cū cathenis uinctos uidiſſent:tunc in maximos eiulatus
conuerſi ſunt:& ſe ad pugnam crudeliter apparabant:ut appareret nunq̄ deſcendiſſe in bellum & arma uentu
ros.marius cenſuit differendum:donec intercepta occaſione tēporis pugnarēt:& ſimiliter uicti ſunt Cimbri
oēs:mulieres autem ne in poteſtatem hoſtiū uenirent:aliæ uiros uulneratos occiderunt:aliæ parentes:aliæ fili
os:deinde ſe cruribus ſuſpenderunt:aliæ autem ſe pedibus equoꝝ laqueis nectebát:& ipſos equos ad curſum
incitabant:quo facto ad unum oēs conſumptæ ſunt mulieres:ſed tamen in poteſtate hoſtium ſex milia uene-
runt.Poſt hanc uictoriam ſpecioſum triumphū de hoſtibus egit.Et alter Catulus collega marii cum exultatio
ne triumphauit.Poſt aliquot annos marius cum pacem pati non poſſet:conſul egit ut ſibi prouincia mithrida
tis demandaretur quam ante conſul alter Sylla ſortitus fuerat.Et cū Sulpitius Tribunus plæbis legem tuliſſet
de prouincia demandáda mario exorta eſt contentio in foro. Et.Qu.Pompeius alter cōſul collega Syllæ ma
xima ui reſiſtebat:ne illa lex conſumaretur:quod diceret prouinciam datam eſſe Syllæ:ſed confirmata tandem
lege ut prouincia demandaretur mario:miſit legatum Gratidium qui exercitum a Sylla acciperet: ſed legatus
ille a militibus occiſus eſt: Sylla ubi uidit contra leges ſibi prouinciam arripi & nulla ſeruata conſuetudine in-
iuriam ſibi fieri:cum exercitu maximo romam uenit: Marius metuens ne reſiſtere poſſet ſyllæ:qui cum tanto
exercitu uenerat clam ex urbe fugit: Vrbem ingreſſus eſt Sylla: & omnes qui aduerſi fuerant occidit: deinde
conuocato ſenatu retulit in ſenatum: ut hoſtis patriæ iudicaretur Marius: & ſenatuſconſultum factum eſt ut
mitterentur interfectores qui Marium occiderent: Marius minturnas ſe receperat:qui cum audiſſet interfecto
res adeſſe diuertit apud quendam paſtorem:eumque rogauit ut ſe in abdito loco poneret:ut periculum effu-
geret: q; ſi opera ſua contigiſſet:pollicebatur illi ingentia præmia aliquando daturum: paſtor metuens illum
domi ſuæ tenere traduxit in ſolitudinem & ipſum in paludibus deliteſcere iuſſit: idemque retulit ſe nulli in-

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dicatutum:interſectores cum inueſtigarent eum & audiſſent apud paludes diuertiſſe ad eũ uenere:nunc pro‑miſſis:nunc minis:tandem paſtorem illũ coegerunt:ut ſibi latebras oſtẽderet. Ad quem cum ueniſſent: ipſum paludibus & cœno oblitum eduxerunt:& interficiendũ minturnenſibus tradiderunt. Marius igitur i carcerem & in uincula coniectus eſt:deinde cuidam cimbro negociũ demandatum eſt:ut Marium occideret. Cimber il le ut carcerem ingreſſus eſt quaſi ulciſci uellet gentem ſuam:quã Marius deleuerat bipenni inſtructus cum ad Marium ueniſſet:ſtatim lux maxima oculis oborta eſt & maieſtate illius perterritus eſt &(ſicut ipſe dicebat)uox audita eſt quæ illũ a cæde Marii arceret.il le ergo cimber maxima dubitatione car‑cerem egreſſus magna uoce dixit: nõ poſ ſum interficere marium:mariũ interficere non poſſum. Vnde ab illis ſtatim mintur nenſibus audito clamore e uinculis edu‑xerunt mariũ:illiq; optionem fecerunt eũ di quo uellet:ac ſe paratos auxiliũ præſta re fugæ.cũ uero Marius cõſideraret quid nam potiſſimũ faceret.Ecce uidit aſellum obiectũ ſibi pabulum relinquere: & celeri tate maxima ad aquã confugere: tunc ma rius peritiſſimus auguriorũ intellexit: ſalu tem ſuã in mari poſitam eẽ:uñ nauiculam aſcẽdit:& Carthaginẽ profectus in Aphri cam cui a Sextilo qui præerat aphricæ iu‑betur ſe continere a regionibus ſuis quas ipſe teneret. Interea romæ ſeditio oritur i ter conſules. Octauium & Cinnã :Lucius Cornelius Cinna cũ leges proſterneret : & per uim & arma omnia faceret a cõſule Octauio urbe pulſus:ille corruptione Ap

Exul limoſa marius caput abdidit ulua :
Stagna auidi texere ſoli:laxæque paludes
Depoſitum fortuna tuum.mors uincula ferri
Exedere ſenem:longuſque in carcere pædor.
Conſul & euerſa felix moriturus in urbe.
Pœnas ante dabat ſcelerum.mors ipſa refugit
Sæpe uirum:fruſtraque hoſti conceſſa poteſtas
Sanguinis inuiſi:primo qui cædis in ictu
Diriguit:ferrumque manu torpente remiſit.
Viderat immenſam tenebroſo in carcere lucem:
Terribileſque deos ſcelerum:mariumque futurꝫ
Audieratque pauens:fas hæc contigere non eſt
Colla tibi:debet multas hic legibus æui
Ante ſuam mortes:uanum depone furorem.

pii Claudii exercitum in ptãtem redegit:marius uero hæc audiens in aphrica milites collegit ubi erat Sertori‑us & Cneus Carbo:qui ingenti multitudine uenerãt paſtorꝫ conuenarum & huiuſmodi generis hoium:& in genti exercitu urbẽ romam inuaſere:ſed anteq̃ romam uenirent hoſtes urbẽ ro.expugnatione diripiunt:dein de ad ianiculum oppidum profecti cũ iſtud expugnarent a conſule Octauio pulſi fugantur.marius tres colo‑nias Antium:Aritiam:Lauinium expugnauit:Optimates cum ſpem nullã reſiſtendi haberẽt pigritia militum qui pugnare nolebant corrupti recepti ſunt i urbẽ quattuor exercitus:quorum duo inter Sertorium &.Cn.Car bonem dati ſunt:ingreſſi urbem eã ferro & rapinis uaſtauerunt:multi nobiles contrariæ partis a mario fuerunt occiſi:in primis Octauius conſul:Antonius uir conſularis:& eloquentiſſimus orator obtrũcatus eſt:cuius ca‑put marii menſis expoſitum fuit. L. Cæſaris oratoris caput roſtris ſuſpenſum eſt : tunc atharius quia ſalutare mariũ noluit:ipſo inſpectante mario occiſus eſt. Alii oẽs itidem fecerunt:nam marius ſignũ militibus ſuis de‑derat:uti oẽs occurrentes quos ipſe non ſalutaret.aut quoꝫ ſaluti non rñderet in uiis necarent . Numitorius bebius per mediũ forum lacerati carnificũ uncis tracti ſunt:ipſe quoq; quintus maximus pontifex ſcæuola.per cõparationem igitur oſtendere uoluit mala inſtantia grauiora fore:q̃ marii & ſyllæ ciuilis fuerit rabies. Theu tonicos:quia primo theutonicos & cymbros uicit marius. Libycoſq; triumphos:quia iugurtam numidiæ re gem captiuum in triumphũ duxit. Que pro ideſt. Auidi ſoli.i.ſorbentis terræ. Fortuna:quia fortuna uolebat tantiſper ſeruari incolumẽ marium:ut malorum cã foret. Mox uincula:tunc cũ Marius in carcerem & uincula coniectus eſt. Exedere:quia ferrea uincula corroſere mẽbra. Senem.i.mariũ Cathenatum:nam ſexaginta ãnos natus erat. Longus pædor:quia q̃diu fuit i carcere:imunditia & ſqualore obſitus erat:pædor eſt ſitus & ſordes quæ in opacis enaſcitur locis:& in mẽbris nexorum:dr a pede:quod pediculum ſignificat: an potius a παισ παιδοσ puer:qm̃ pueri a ſordibus neſciunt abſtinere. Conſul & euerſa:marius in carce rem coniectus eſt mox conſul futurus:& in ſumma felicitate moriturus uicta roma. Pœnas ante dabat.i. an teq̃ ſcelera cõmitteret:pœnas ſcelerum dabat marius. Refugit uirũ.i.marium:nam in minturniis paludibus latuit: quem ẽt hoſtis cimber expauit occidere. Hoſti.i.uni ex cimbris conceſſa poteſtas occidendi marium . Diriguit:contractus & debilis factus eſt. Torpente:languente manu : quia ferire non poterat marium : Viderat:rõ eſt uidere enim ſe exiſtimabat imenſam lucem. Terribileſq; deos ſce.per deos ſignificat furias. uñ græce αρσενοθηλεσ dicuntur dii qui hñt utrunq; ſexum:ut Virg.de Venere.Deſcendo ac ducente deo.i. uenere:quia non diſcernitur ſexus in diis hinc eſt ꝙ dicunt ὁ καὶ ἡ θεοσ.Deos igitur ſcelerũ.i.furias uidit.Me gerã:Tiſiphonẽ:Alecto. Mariũq; futurum:non qualis erat in carcere:ſed qualis eſſet futurus. Debet mul tas mor.ideſt actor erit multaꝝ cædiũ anteq̃ ipſe moriatur. Legibus æui:ideſt fatis. Ante ſuam:ſ.mortem. Depone:o cimber. Vanum furorem:ideſt nihil nociturum mariu. Seruate ſenẽ:uobis o cimbri ſatius ẽ ut ſeruetis incolumem marium:quia ultor erit ueſtrorũ malorum multis enim cladibus romã capiet:& ſit ma‑lorum ueſtrorum fuiſſe ultor uidebit. Si libet ulciſci.ſ.uobis cymbris placet habere ultorem : ſeruate marium. Deletæ gentis:cymbricæ ab ipſo mario conſumptæ. Non ille fauore : non eſt ideo ſeruatus marius ꝙ ro mæ fauerent numina:ſed quia romanis erant irati dii: ideo ſeruatus eſt ad ciuium perniciem. Vir ferus:mari‑us imitis & truculentus. Sufficiens fato:hic unus erat qui ſufficere poſſet uoluntatibus deorum qui romam perdere cupiebant. Idem.ſ.marius. Iniquo pelago:pelagus iniquum appellauit ꝙ non obruerit marium q cauſa malorum fuit. Hoſtilem in terrã:aphricam bello ſubiugauit & Iugurtham uictum in triumphum du‑xit. Vacuis mapalibus:ideſt quæ ipſe ua cua & deſerta fecerat:mapalia caſæ ſunt pa ſtorales. Nuda regna . nanque debella‑ta aphrica deſertos agros fecerat. Pœnos preſſit cineres.i.ſepulchra & cadauera: nu‑midarũ calcauit: quos ipſe occiderat. So‑lacia fati:uiciſſim utrunque miſeria & ruina alterius conſolabatur : quia marium con‑ſolabatur ruina carthaginis: & miſeria ma‑rii carthaginem.carthago enim euerſa & ip ſe marius ad extremam miſeriam redacti fuerant. Ignouere deis : nolo indignari dicebat marius:ſi ad extremam miſeriã re‑dactus ſum:cum uideam Carthaginem in tantum excidium deueniſſe:Et carthago di cit:non iraſcor:cum uideam meum hoſtẽ ad hanc deſcendiſſe calamitatem. Colli‑git iras libycas.ideſt iras quales habuit cũ libyam bello ſubegit. Fortuna.ſ. ſecunda quæ interea a Mario diſceſſerat:cum primũ rediit. Soluit ſeruilia ag.quia Cinna pul‑ſus a collega ſuo Octauio conſule exercitũ Appii Claudii corruptum in poteſtatẽ ſu‑am redegit:& Marium exulem cum cæte‑ris exulibus ex Aphrica acciuit in Italiam.

Si libet ulciſci deletæ funera gentis
Hunc cymbri ſeruate ſenem.non ille fauore
Numinis ingenti ſuperum protectus ab ira
Vir ferus:& romam cupienti perdere fato
Sufficiens:idem pelago delatus iniquo
Hoſtilem in terram:uacuiſq; mapalibus actus
Nuda triumphati iacuit per regna iugurthæ
Et pœnos preſſit cineres.ſolatia fati
Carthago mariuſq; tulit:pariterq; iacentes
Ignouere deis:libycas ibi colligit iras
Vt primum fortuna redit.ſeruilia ſoluit
Agmina:conflato ſæuas ergaſtula ferro
Exeruere manus:nulli geſtanda dabantur
Signa ducis:niſi qui ſcelerum iam fecerat uſum:
Attuleratq; in caſtra nefas.proh fata quis ille
Quis fuit ille dies:marius quo mœnia uictor
Corripuit?quantoq; gradu mors ſæua cucurrit?
Nobilitas cum plæbe perit:lateq; uagatur
Enſis:& a nullo reuocatum eſt pectore ferrum .
Stat cruor in templis:multaq; rubentia cæde
Lubrica ſaxa madent: nulli ſua profuit ætas
Non ſenis extremum piguit uergentibus annis
Præcipitaſſe diem:nec primo in limine uitæ
Infantis miſeri naſcentia rumpere fata:
Crimine quo parui cædem potuere mereri?
Sed ſatis eſt iam poſſe mori:trahit ipſe furoris

Exeruere:liberauere & nudauere. Erga‑ſtula:Ergaſtulum erat locus ad quem mit tebantur ſerui fugitiui ut operas ſuas com pediti dominis abſoluerent : nam ἔργον opus στελλω mitto : ſed poſuit hic pro ſeruis cathenatis . Ferro conflato : nam cathenæ ergaſtuli conflatæ ſunt i gladios. Ducis.ſ.Marii. Nulli:ideſt nullus ge ſtabat uexilla Marii:niſi qui iam in maloꝝ & ſcelerum conſuetudine uerſatus eſſet. Nefas in caſtra:uel parricidium uel latro‑cinium uel proditiones. Proh fata: per ex clamationem commiſeratur tempora :quibus a Mario capta eſt ciuitas.Romana. Quis:non interrogantis : ſed obſtupeſcentis eſt. Quis fuit ille dies:ideſt q̃ pernicioſus & letifer. Victor.ſ.Syllæ. Corripuit mœnia. Nam ut dictum eſt quatuor exercitus:quorum duo dati ſunt Cneo Carboni:&. Qu. Sertorio inuaſere Italiã: & prima expugnatione hoſtium ciuitatem Ro.diripiunt:deinde ad Ianiculum ueniut:ubi ab Octauio Conſu le pulſi fugãtur:Sed Marius iam tres colonias expugnabat:ſcilicet & Lauinium Antium & Aritiam optimates uero quia ſpẽ amiſeraut poſſe reſiſtere tantis exercitibus:uel ſua uel pigritia militũ pugnare uolebãt.Marius & cina recepti ſunt in urbẽ:quã captã cædibus atq; rapinis uaſtauere. Gradu.i.celeritate. Nobilitas cũ ple.pe. qa nullis pcebant aduerſæ partis ciuibus:ſiue nobiles:ſiue ignobiles eſſent. Et a uullo.re. quia qcunq; obuiã fierent oẽs occidebantur. Stat cruor i tẽplis:non proderãt etiã tẽpla illis:Nam mos eſt:ut qui ad tẽpla deo‑rum cõfugiũt tuti ſint:ſed tũc illis non proderant templa. Lubrica ſaxa: quibus ſtrãta erant pauimenta tem‑plorum. Madent.ſ.ſanguine. Nulli ſua profuit ætas.nulli inqt parcebãt:uel plebei:uel nobiles:uel mares an fœmine:an ſenes:ſiue iuuenes:ſiue pueri:an infantes fuiſſent. Piguit.i.non graue fuit militibus marianis occi dere ſenes qui ad extremũ diẽ uenerãt. Præcipitaſſe:acceleraſſe. Annis uergentibus:declinantibus in ſenium & decrepitam ætatem. Non.ſ.piguit occidere infantem paulo ante natum:quod eſt miſerrimum calamitatis genus. Primo limine:primo ingreſſu:quia uix natus erat. Fata.i.fila parcarum:quæ uix cœperaut ducere fi‑la infanti. Crimine quo parui.cum commiſeratione quod crimẽ iquit cõmiſerũt ipſi pueri:ut tã crudeliter oc cidi deberent? Sed ſatis eſt iã poſſe mori.i.ſufficiebat militibus Marii:ꝙ q paulo ãte natus erat mori poterat.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Trahit.ſ.milites Marianos. Impetus.qa quocūq; trahebat eos ipetus furoris:eo ueniebant:ſiue nocens:ſiue inocēs erat unū quēque occidebant. Viſum lenti.i.uidebatᷣ ille piger qui q̄ſiſſet nū al'quis eſſet ſyllanus:nam nullo excepto omnes trucidabantur. Ignota ceruice.i.obtrūcabant quos nunq̄ cognouerat. Dū uacua pudet ire manu:ne ocioſus q̄ſq̄ eſſet alicuius ignoti hois caput mario geſtabat. Spes una ſalutis oſcula:nam hoc ſignū marius ſatellitibus ſuis dederat:ut ſi alicui ſalutanti manū nō iungeret Marius: ſtatim ille occideretᷣ:ſi uero porrigeret:abſtinerēt ſe a morte illius. Vnde Ancharius qdā:qa manū Marius porrigere noluit: i

I mpetus:& uiſum eſt lenti quæſiſſe nocentem.
I n numeꝝ pars magna perit:rapuitque cruentus
V ictor ab ignota uultus ceruice reciſos:
D um uacua pudet ire manu.ſpes una ſalutis
O ſcula pollutæ fixiſſe trementia dextræ.
M ille licet gladii mortis noua ſigna ſequantur
D egener o populus uix ſæcula longa decoꝝ eſt:
S ic meruiſſe uiris:nedum brene dedecus æui:
E t uitam dum ſylla redit:cui funera uulgi
F lere uacet:uix te ſparſum per uiſcera bebi:
I nnumeras intercarpentis membra coronæ
D iſcerpſiſſe manus.aut te præſage malorum
A ntoni:cuius laceris pendentia canis
O ra ferens miles feſtæ rorantia menſæ
I mpoſuit:truncos lacerauit fimbria craſſos:
S æua tribunitio maduerunt robora tabo.
T e quoque neglectum uiolatæ ſæuola dextræ

ipſius conſpectu occiſus eſt. Hic.Qu.Ancharius(ut refert Appianus)Mariū capitolio ſacra factuꝝ obſeruabat:ſperās i ſacrificio inuentū facile conciliatuꝝ ſibi. Ille inchoato ſacrificio igredientē Anchariū:eūq; appellantem:ab aſtantibus iuſſit interfici.

Fixiſſe.i.porrexiſſe. Tremētia oſcula:pro ipſoꝝ trementium. Pollutæ.ſ. ſāguine.

Mille licet gladii:Reprehendit eos qui tam effœminati fuerunt:ut uitā redimerēt oſculādo manū:& dicit etiam ſi mille genera mortis ſubeunda eſſēt:ſatius fuiſſet mori q̄ ſic turpiter uiuere per oſculū manus impuriſſimæ. Sic.ſ.oſculādo manū. Noua ſigna.i.īditia quæ indicant noua genera mortis. Mille gladii:mille genera mortis. Vix ſæcula longa decorum:uix honeſtum erat illis uiris(ſi modo nomine uirorum appellandi ſunt)oſculari manū cruentam:etiam ſi uita illis diuturna futura eſſet:ſed cum uicturi īquit tantiſperſitis: dū Sylla uictor redeat qui reliquias Marii trucidabit: q̄to minus uobis fuit honeſtū eā manum oſculari? Breue dedecus:qa nō uita ſed ignominia appellatur Sylla eni oēſ illos interficiet. Cui uacet.uacuum ſit.q.d.tempus deerit ſi quis noluerit uulgi cadauera deſſerre. Flere:ꝑ flendi. Bebi:hic Bebius cum numitorio:quia ſyllanus erat Iuſſu marii per forum unco carnificis protractus fuit:ut oſtendit.L.florus. Hūc tamen membratim dilaceratum fuiſſe lucanus ſcribit hiſtoriam cōmutans:nam alius Bebius ſine ferro:ritu ferarum Iubente ſylla lancinatus fuit. O Bebi:ordo uix uacat flere inumeras manus coronæ intercarpentis membra diſcerpſiſſe te o bebi. Diſcerpſiſſe mēbra: quia ſine ferro laceratus fuit mēbratim. Intercarpentis:in medio carpentis:participiū ab itercarpo.pis. Mēbra:tua o bebi. Aut.ſ.uacat flere. Te præſage maloꝝ:quia ſic diuinabat futura fata ſua Antonius. hic enim Antonius uir conſularis & clariſſimus orator occiſus eſt & proditus a quodā ſeruo per iprudentiā: Marcū.n.Antoniū(ut Appianus & plutarchus docent)ad fundū quēdā fugientē:agricola diligenter occuluerat:benigneq; ſuſceperat:ſeruū deide iduſtriū i diuerſoriū ire. Iuſſerat ut uinum emeret:cauponi uero cur diligentius uinū poſceret iquirenti: cām iſuſurrauit auribus.Ille cū diſceſſiſſet:propere ad mariū accelerans caupo:rem aperuit:qua percepta Marius lætitia geſtiens accurrit:ueluti operā necis eius ſuſcepturus:retinētibus eū amicis:Tribunus militū Annius ad id facinus electus:cæteros intra domū imittit: quos Antonius dicendi peritia ſuauiſſimis detinuit ſermonibus:multa uarie pieq; elocutus:donec Tribunus ipſe domū igreſſus:milites itentos ad audiendū miratus:Antonium perornate differentē:iteremit:caputq; ad Mariū detulit.ſed audi genus crudelitatis iauditū nam dicitur Marius manibus caput illud ad ſe delatū uoluiſſe & conſyderaſſe: & diu i conuiuio ſuper menſam iſolenter tenuiſſe. Menſæ feſtæ.i.feſtiuæ.ſ.Marii. Ora.i.caput. Canis quia ſenior erat:& ꝑcrines caput eius. Fimbria miles fuit marii qui duos craſſos:patrem & filiū occidit i penatibus propriis:& in mutuo alteꝝ alterius conſpectu obtruncauit:ideo craſſos pluratiue dixit. Appianus tamen dicit ꝙ Craſſū cum filio una fugientē:cum hoſtes iſequerentur:filium prius occidere maluiſſe:ipſe deinde ab inſequentibus occiſus eſt. Tribunitio tabo: Nam cum ſeptimum conſulatū ſibi Marius & Cina uſurpaſſent: ſtatim ſimul atq; magiſtratū inierunt:Sextus lucius trib.pl.e ſaxo calendis Ianuarii ꝑcipitatus eſt:ꝙ mario futuras calamitates ꝑdixerat. Robora:erat locus in carcere qui robur appellabatur e quo maleficorum genus præcipitabatur.ſic dictum ꝙ ante robuſteis arcis.i.ſcrinīis ex robore factis induebantur:deinde præcipitabantur:hinc tracta eſt conſuetudo de robore præcipitatus eſt:ut apud Valerium:familiares gracchi de robore præcipitati ſunt:ita & hoc in loco Lucanus intelligit. Dici tamen poteſt robora.i.roſtra ex robore facta maduiſſe ſanguine Antonii:prætorum ac conſulum quoꝝ capita i foro ꝑ roſtris appēſa fuerū:ut docet Appianus. Scæuola:nō a Mario ſeniore iuſſus ē occidi:ſed a minore mario. Hic aūt.Qu.Mutius ſcæuola pōtifex maximus fuit:q mortuo Mario ſeniore minoris marii iuſſu ueſtales ductus ante aras occiſus ē. Neglectū:cōtēptū:qa q̄uis pōtifex eſſes:tamen religionē tuā cōtempſerunt

Violatæ dextræ Alluſit ad nomen illius primi ſæuolæ:qui dextram combuſſit. Ante ipſum:in ueſtibulo ædis ueſtæ. Sed feſſa ſenectus: ſed iam inquit ſenior erat:ut uix poſſet ſanguinem effundere cum occideretur.

Flammiſque pepercit: quia nec rogus ſanguine illius extinctus eſt. Septimus annus.ſepties enim conſul fuit:Marius & in ſeptimo conſolatu mortuus eſt. Omnia paſſo.q.p.f.po.quia nuuc aduerſa: nunc ſecunda fortuna illum comitata fuerat:nam hoſtis patriæ iudicatus Marius exulauit:& minturnis in carcerem cōiectus eſt. Quæ melior:triumphauit enim de Iugurtha de Cymbris de Teutonibus:& conſul factus ultus: eſt iniurias inimicorum. Menſoq; hōi.i.Mario qui omnia impleuerat quæ fata de illo iudicauerant futura: nam cum adhuc pubeſceret Marius & i agro moram ageret: perhibent illum ueſtibus excepiſſe nidum ab aquila delatum: in quo ſeptem pulli ferebantᷣ:cum uero domum ueniſſet cum nido parentes admirati quæſiuerunt a uatibus:quid illud portenderet:Reſponderūt hūc hominem ſepties ſummum magiſtratum cum imperio conſecuturum. Iam quot: Hic neſcioquis qui a poeta loqui introducitᷣ,q pergit narrare cladem ciuiū Romanorum:quæ fuit bello ciuili:quod inter Marium & Syllam geſtū eſt.Marius qdem ſenior inumerabiliū cladiū aliaꝝ ſuper alias auctore extitit Romanis:ſed iunior qui patri ſucceſſit:haud paruā calamitatē urbi Romæ itulit:cū Sylla ſubacto Mithridate Romā fortior rediit:idq; cū Marius ſenior audiſſet:cū iā ætate confectus eſſet:partim dolore:parti ſenectute:diē ſuū obiit.Marius itaq; ſenior cū uideret ſe non poſſe urbē aduerſus tantū exercitum Syllæ defendere:ut tamē iterea ulciſceretur inimicos ſuos ex ſenatu eligi iuſſit quoſdam quos i carcerē cōiecit & ſingulos eductos īgulandos mittebat ad mariū iuniorē:deide ex urbe egreſſus i Saniū profugit:& Lamponium & Theleſinū duces Samnitū ad auxiliū Marii iunioris conuocauit q atrocius Pyrrho & Hanibale Etruriā omnē atq; cāpaniā depopulati ſunt:iā Sylla ad urbē applicabat:dū omnes copiæ ueniſſent ad ſacriportū & ad collinā portam:concurrerunt:ibi ſeptuagita milia hominū & amplins Sylla occidit. Sacriportum:eſt temeſis:& eſt locus non procul a preneſte urbe.ubi exxercitū habebat Marius:ad portā uero collinā Lamponius & Theleſinus oppreſſi ſunt Sānitū duces:& ſeptē milia ibi occidit Sylla:unde i magno diſcrimīe fuit iperiū Ro.ne ſubacti Ro.regerētᷣ a Samnitibus:q antea a Romanis uicti fuerant.Marius illius clarioris marii affinis atq; cognatus:ut īquit Appiāus:cū ad ſacriportū ueniſſet:copias i prælıū educit:acriterq; ab eo pugnatū: uigeſimū nūdū egreſſo ānū:ſiniſtra acie iclinante:qnq; peditū cohortes:duæ equitū:non expectata alioꝝ conuerſione:arreptis ſignis ad Syllam confugerunt:at tū primo Mario cladis origo emerſit:iterfectiſq; plurimis:reliq preneſte fuga contendere. Quot cateruas?q.d.inumeras. Caput mūdi.i.Roma. Tranſlata locū:qa i periculo fuit:ne iperiū Romanū trāſferretur ad Samnites. Romanaq; ſamnis.i. ſamnitum populus ſeperauit maiorē uictoriā tempore Syllæ:q̄ apud furcas caudinas conſecutus olim fuerit: tangit hiſtoriam. C. Veturius & Spurius poſthumius conſules Romani: cum ducerēt exercitum aduerſus Samnites: qui luceriam ſociam urbem populi Romani obſidebant.Duæ uiæ erant:una breuior:ſed circundata collibus ac ſaltibus:& per fauces duas ingredi oportebat.Altera uero latior:& longior:ſed quia res celeritate indigebat miſerunt Romani exploratores ad Samnites:ſed Samnites rati id quod futurum erat:ſub habitu paſtorali miſerunt exploratores Romanis cum gregibus & armentis.Romani ſtatim ut hæc uident greges & armenta dirripiunt:paſtores captiuos ad Imperatorem ducunt:conſules quærunt de rebus hoſtium:paſtores reſponderunt:Samnites omnes occupatos eſſe circa Luceriæ ruinā:quod romani credentes ſtatim ingreſſi ſunt fauces uiæ breuioris:uix ingreſſi ſunt cū clamor exortus ſignificauit romanos hoſtibus eſſe circūdatos:ut nullo modo exire poſſēt:tādē cū fruſtra tētaſſent exire i collocutionē hoſtes uenerūt.Pōtius uero Sānitū dux cū noluiſſet cōſilio parere patris ſui q iuſſerat filio ut oēs romāos aut iterficeret:aut dimitteret itactos ſub iugūt oēs miſit cū maxīo dedecore & clades:& cū magna uictoria Sānitū. Poteſtas re.i. imperium ro. Vltra uulnera.i.ſupra quam fuere clades romanorum apud furcas caudinas cum conſules romani Luceriæ obſeſſæ ſuccurrere uellent. Hæc hiſtoria eſt apud T.Liuium. Sperauit.nam ſamnites ob hanc cladem ſperauerunt potius ro.imperium ſe conſequi poſſe:q̄ tunc cum exercitum ro.clauſum inter anguſtias caudinas tenuere. Caudinas:a caudio oppido quod haud procul inde fuit. Sylla quoq; Sylla quoque acceſſit Mario qui clades romanorum augeret: quas Marius ſenior & iunior itulerat.

A nte ipſum penetrale deæ: ſemperque calentes
M actauere focos:paruum ſed feſſa ſenectus
S anguinis effudit iugulo:flammiſque pepercit.
S eptimus exequitur repetitis falcibus annus.
I lle fuit uitæ mario modus: omnia paſſo
Q uæ peior fortuna poteſt:atque omnibus uſo
Q uæ melior:menſoque homini qd fata pararēt?
I am quot apud ſacri cecidere cadauera portum?
A ut collina tulit ſtratas quot porta cateruas?
T uuc cum pene caput mundi rerumque poteſtas
M utauit tranſlata locum:romanaque ſamnis
V ltra caudinas ſuperauit uulnera furcas.
S ylla quoque immenſis acceſſit cladibus ultor:
I lle quod exiguum reſtabat ſanguinis urbi

Vltor.i.ut ꝑtes ſyllanæ ulciſcerētᷣ clades a Mario illatas:ipſe quoq; ſtragē fecit. Exiguū:q̄uis exiguū eſſet: tamen ille fuit ultor. Dnmque minus:dum recidere uult id ciuium quod corruptum erat:recidit etiam quod ſa



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

num erat:tranſlatio ſumpta a medico:q cũ putridũ ulcus icidere uult:periculũ iminet ne cũ putrido ſanũ amputet:quod feciſſe dicit Syllam ſupra modũ. Qua morbi:qua ira impellebat militum animos:ea ſecuti ſunt: ut occiderent marianos omnes:'nam Syllæ cum occidendi nullus modus eſſet.C. Metellus:uel ut alii dicũt: offidius eius aſſentator:& quis inquit finiſerit cædis? nondum enim quos occidi uelis ſtatuiſti: & quos ſeruari?tum ſylla nõdum conſtitui:dic ergo quos occidi uis?faciam inquit ſylla:& triduo amplius quingentos ciues ro.ꝓſcripſit:tum demum ſenatus tacuit:tum ſylla duo talenta dedit illi qui proſcriptos occideret. Quod autem iniuſtiſſimum erat ex eoꝝ bonis q occidebantur ærariũ fecit. Senatores quadragita:equites mille & ſexcẽtos ad mortem condemnauit teſte Appiano: deſcripſit & præmia interfectoribus: & his qui accuſarent:& ſupplicia occulentibus inſuper aſcripſit:nulli inimicoꝝ ad extremum uſqꝫ ſupplicium pepercit: ueꝝ prætores: quæſtores:tribunos: & quoſcunqꝫ alios qui cum hoſtibus ſimul quidpiam egiſſẽt ſummis pœnis affecit:dicit ergo ante Syllæ conſtitutioнẽ nocentes ſimul & innocentes periſſe. Periere no.ante quã innocentes perirent: conſumpti ſunt prius nocentes omnes. Soli nocentes:occiſis nocentibus innocentes ſupererant:& demum in innocentes ſæuitum eſt.unde quidam.Qu.aurelius ciuis ro.mediocris fortunæ uir nec dicto nec facto bellis ſe implicans cum in foꝝ ueniſſet:uidit nomẽ ſuũ in tabella proſcriptum.hei mihi dixit Prædia i albano me proſequũtur: nã pp ſuos agros i albano ꝓſcriptus erat:uix hæc uerba dixerat:cum ſtatim interfector ſuperueniens ipſum in foro obtruncauit. Tũc data:quia permiſſum fuit cuicunqꝫ ſyllão inimicos ſuos iterficere: & occidentibus decreta ſunt duo talenta:ſiue ſeruus dominum:ſiue filius patrem occideret. Reſolutaque re.fre.i.libera ꝓhibitione legũ.

Non uni cuncta da.ſed ſibi qſqꝫ dirripiebat. Fecit ge.quia occidit illos: quorũ opes affectabat occupare. Sibi: ad utilitatem ſuam. Infandũ do.quia decretũ eſt præmium ſeruis:ſi dominum ſuũ occiderent:frater fratrem:filius patrem. Certatum eſt:filii certabant inter ſe uter prior occideret patrem. In fratrum:quia frater a fratre occiſus eſt. Buſta repleta fuga.i.fugientibus plena ſunt ſepulchra. Permixtaque uiua ſepultis:quia uiua corpora latebant in ſepulchris. Latebræ ferarum:tanta multitudo fugientium erat:ut illam cubilia ferarum capere non poſſent.

H auſit:dumque nimis iam putrida mẽbra recidit
E xceſſit medicina modum:nimiumque ſecuta eſt
Q ua morbi duxere manus:periere nocentes.
S ed quum iam ſoli poſſent ſupereſſe nocentes:
T unc data libertas odiis:reſolutaque legum
F renis ira ruit:non uni cuncta dabantur:
S ed fecit ſibi quiſque nefas:ſemel omnia uictor
I uſſerat.infandum domini per uiſcera ferrum
E xegit famulus:nati maduere paterno
S anguine:certatum eſt cui ceruix cæſa parentis
C æderet:in fratrum ceciderunt præmia fratres:
B uſta repleta fuga: permixtaque uiua ſepultis
C orpora:nec populum latebræ cœpere ferarum:
H ic laqueo fauces eliſaque guttura fregit:
H ic ſe præcipiti iaculatus pondere: dura
D eſiluit percuſſus humo:morteſque cruento
V ictori rapuere ſuas:hic robora buſti
E xtruit ipſa ſui:nec dum omni ſanguine fuſo
D eſilit in flammas:& dum licet occupat ignes.
C olla ducum pilo trepidam geſtata per urbem
E t medio congeſta foro.cognoſcitur illic
Q uicquid ubique latet ſcelerum. non thracia tm̃
V idit biſtonii ſtabulis pendere tyranni:
P oſtibus anthei libye:nec græcia mœrens

Hic laqueo fauces:cum aliter mortem fugere non poſſent:ſe occidebant ne occiderentur. Hic ſe præcipiti:aliquis ſe de altiori parte ædium præcipitem dabat. Morteſque cru.ra.ui.ſuas:qa ſatius ducebant ſibi ipſis inferre mortem q̃ in poteſtatem hoſtium uenire. Hic robora buſti:alter ſibi rogum ſtruebat ut ſe in eum iniiceret. Deſilit in flammas.i.cum uix ſe iugulaſſet:ſuperiniiciebat ſe rogo. Et dum licet.i.antequam occidi iuſſus ſit a Sylla:uel dum ſupereſſet aliquid ſanguinis. Colla ducum:ut Marii & Cinnæ telo ſuperimpoſita per urbem gẽſtabant. Medio conge.fo.quia roſtris imponebantur. Illic:in foro. Cognoſcitur: in foro cognitum erat quicquid ſcelerum commiſerant: & non corpora ſed capita cæſorum in foro cognoſcebantur ſuſpenſa. Non thracia:per ſimilitudinem oſtendit crudelitatem ſyllanam:dicens non plura capita hominũ nec corpora in præſepibus Diomedis regis thraciæ occiſa fuiſſe ab equabus ſuis quæ humanis carnibus ueſcebantur.& non plura cadauera cæſorum fuerunt appenſa poſtibus Anthei gigantis:uel ad aulam regis Oenomai in ueſtibulo:q̃ capita romanorum in foro pendebant. Non tantum.ſ.cæſorum. Tyranni biſtonii: Diomedis regis thraciæ:nam Biſtonia pars eſt thraciæ. Libye:nec libye.ſ. uidit tantum cæſorum hominum.

Antheus:gigas fuit qui hoſpites quicunqꝫ per libyam tranſirent ad luctam inuitabat: & uictos occidebat: quoꝝ capita poſtibus ſuis ſuſpendebat:ut cæteros terreret:cum autem in libyam hercules ueniſſet: ꝓuocatus ab illo certauit:& ſublimem illum pectori ſuo lacertis aſtrictum ſuffocauit. Nec græcia:œnomaus rex Piſæ filiã habuit hippodamiam pulcherrimã:quã matrionio diſpõſare uolebat hac lege:ut qcũqꝫ eũ curuli cetamie uinceret:filia potiret̃: ad hoc plures forma puellæ capti cum certamen ueniſſent uicti ſũt:& corpora cæſorum iuuenũ i aula œnomai ſuſpenſa ſunt:ut cæteri pterrerent̃:pelops tandem certauit: & corrupto mirtyllo auriga puella potitus ẽ:dicit ergo non plura capita i aula œnomai fuiſſe ſuſpenſa q̃ i roſtris populi romani. Aulea pyſea.i.œnomai regis pyſæ. Cũ iã tabe.:ſed cũ iqt hic diu ſtetiſſẽt ſuſpẽſa:tãdẽ remiſſa ira data ẽ ptãs unicuiqꝫ cognoſcẽdi ſuos. Fluũt:ꝓ fluxẽrt:pſẽs ꝓ pterito Cõfuſa:qa nõ cognoſcebant̃. Notas:ſigna & iditia.Pauido ſub eo fur.adhuc metuebant:quamuis ira non nihil extincta eſſet. Subducit: deſt clam ſubripit. Meque ipſum.fingit hoc poeta dici ab eo quẽ ipſe loqui itroducit qui uix caput fratris ſui dicit cognouiſſe.

T ot laceros artus piſæa fleuit in aula
C um iam tabe fluũt:confuſaque tempore multo
A miſere notas miſeroꝝ dextra parentum
C ollgit:& pauido ſubducit cognita furto.
M eque ipſum memini cæſi deformia fratris
O ra rogo cupidum: ueritiſque imponere flãmis
O mnia ſyllanæ luſtraſſe cadauera pacis:
P erque omnes truncos cum qua ceruice reciſum
C onueniat quæſiſſe caput:quid ſanguine manes
P lacatos catuli referam?cum uictima triſtis
I nferias marius forſan nolentibus umbris
P endit in expleto non fanda piacula buſto?
C um laceros artus æquataque uulnera membris
V idimus:& toto quãuis in corpore cæſo:
N il animæ lœtale datum: moremque nefandæ
D irum ſæuitiæ pereuntis parcere morti:
A uulſæ cecidere manus:exectaque lingua
P alpitat:& muto uacuum ferit aera motu.
H ic aures:alius ſpiramina naris aduncæ
A mputat:ille cauis euoluit ſedibus orbes:
V ltimaque effodit ſpectatis lumina membris.
V ix erit ulla fides tam ſæui criminis unum
T ot pœnas cœpiſſe caput.hic mole ruinæ
F racta ſub ingenti miſcentur pondere membra.
N ec magis informes ueniunt ad littora trunci
Q ui medio periere freto:quid perdere fructum
I uuit?& ut uilem marii confundere uultum?
V t ſcelus hoc ſyllæ cædeſque oſtenſa placeret

Imponere flã.i.cremare. Luſtraſſe:circuiſſe. pacis ſyllanæ: pacẽ appellat finem cædis. Perque omnes truncos: caput ipſum aptabã ceruici cæſorum:donec inueni corpus fratris mei. Quid ſanguine: nunc ſpecialiter nominat non nullos q crudeliter occiſi fuerunt:iter quos Marium uiꝝ ſenatoriũ ducis ipſius fratrẽ: quẽ dicit iubente Sylla ad ſepulchꝝ Catuli tractum fuiſſe:& ibi tanq̃ uictimam occiſum: mẽbratimqꝫ laniatũ fuiſſe.cruribus eni brachiiſqꝫ fractis:auribus præfectis: & oculis effoſis apud Catuli ſepulchꝝ: aliq̃diu ſeruatus eſt ut p ſingula mẽbra moriret̃: auctor Liuius. Inferias ap.piacula. Catuli: hic eſt catulus:quem cũ Marius occidi iuſſiſſet:orãtibus amicis ut ueniã daret: nil aliud reſpondit Marius:mori oportet:q cum ſenſiſſet Marium ipetũ i ſe facere: cubiculo recẽti calce illito: igniqꝫ præcalefacto incluſus expirauit:& ſic cõtumeliã hoſtis aufugit:nũc ergo Sylla q̃ſi placare uellet catuli mães.Mariũ ducis ipſius fratrẽ ad ſepulchrũ catuli trahit iuſſi: ut ibi tanq̃ uictima imolaret̃. Marius.ſ.iunior frater. Pẽdit ꝓ pepẽdit:præſens ꝓ præterito. Nolẽtibus ũbris.q̃ſi tantã crudelitatẽ nec umbræ catuli q iuſſus fuerat occidi a ſeniore mario patiebant̃. Vmbris.ſ. Catuli. Nõ fan. deteſtãda. Inexpleto buſto: nõ ſaciato: qa ſaciari nõ poterat Sylla cæde huius adoleſcẽtis. Vidimus qa poeta itroducit̃ loq dicit hoc ætate ſua uidiſſe. Aequataqꝫ uulnera mẽbris:qa quot mẽbra erãt tot uulnera i eius corpore cõſpiciebant̃. Corpore cæſo:q̃uis eẽt itercíſus uiuebat tñ: cũ uitalia læſa ñ eſſent:nã ſingulis articulis iuſſit eũ icidi Sylla:iuſſitqꝫ oculos poſt oĩa mẽbra effodi.ut ſui corporis lacerationẽ uideret. Lœtale:mortifeꝝ. Datũ aniæ.qa uitalia læſa ñ erãt. Morẽqꝫ nefãdæ.i auditũ crudelitatis genus.ſ.parcere morti peũtis:qa cũ pibat mori tamẽ ñ poterat. Auulſus: deſcribit quomodo itercíſus fuerit. Palpitat li.i.mouet̃. Muto:qa mouebat̃ ligua:tamẽ uocẽ emittere nõ poterat. Hic alius ex ſatellitibus Syllæ. Euoluit orbes:oculos poſtremo euulſit. Spectatis mẽbris.i.poſtq̃ mẽbra uidit tum oculi effoſſi ſunt. Vix erat illa fides: uix credi poſſet tam crudele facinus:uidelicet unum caput accepiſſe tot pœnas quot membra in uno corpore ſunt. Sic mole:per ſimilitudinem oſtendit quomodo laniatus erat Marius:Non aliter inquit moles quæ de monte ceciderit in corpus alicuius ipſum confringit q̃ erãt diſſipata membra Marii:aut certe quale eſt cadauer in undis maris iactatum:tandem a piſcibus laniatum in littus iacitur. Miſcentur:confunduntur. Ruinæ:montis uel ſaxi:uel tecti. Quid perdere fructum:miror qꝑ hoc fecerint ſatellites Syllæ:perdiderunt enim fructum :quia deformauerunt membra ſui inimici:& Sylla inimicum Marium cognoſcere non potuit:quem ſi cognouiſſet gratius fuiſſet Syllæ. Iuuit.ſ.Satellites Syllæ. Perdere fructum:quia nihilo magis cognouit eum Sylla q̃ ſi alterius ciuis corpus eſſet. Agnoſcendus erat. non ita defotmis eſſe debebat:ut cædes inimici eſſet grata ſyllæ. Fortuna præneſtina:quia ut inquit Strabo:habet



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

prænefte fortunæ templum illuſtre:unde certa eduntur oracula. Vidit colo.cunctos.appo. populum pereuntem tempore unius mortis. Vidit colonos:Sylla expugnata prænefte:ſex milia præneſtinorum in cāpo martio:dum ipſe in æde bellonæ conuocato ſenatu:haberet orationem per ſatellitas iugulauit:ad quorū ploratus attonito ſenatu:Iuſſit omnes ſenatores ſylla quieſcere & itentos animos uerbis ſuis p̄ſtare:nec q̄ foris gererent̄ curare:qm̄ ſuo edicto caſtigarēt̄ qdā flagitioſi.Cædebāt̄ autem i uilla publica. Nā publica uilla in cāpo martio erat:& domus oēs extra mœnia ſūt appellatæ uillæ:qa ibi plærūq̧ aliqd cū populo agebat̄:ſi ſupueniret i-

Agnoſcendus erat.uidit fortuna colonos
Præneſtina ſuos cunctos ſimul enſe receptos
Vnius populum pereuntem tempore mortis
Tunc flos heſperiæ latii iam ſola iuuentus
Concidit:& miſere maculauit ouilia romæ.
Tot ſimul infeſto iuuenes occumbere lœto
Sæpe fames pelagique furor ſubitæque ruinæ
Aut terræ cælique lues aut bellica clades
Nunquam pœna fuit.denſi uix agmina uulgi
Inter & exangues immiſſa morte cateruas
Victores mouere manus.uix cæde peracta
Procumbunt:dubiaque labant ceruice:ſed illos
Magna premit ſtrages:peraguntq̧ cadauera partē
Cædis:uiua graues elidunt corpora trunci.
Intrepidus tanti ſedit ſecurus ab alto
Spectator ſceleris:miſeri tot mila uulgi
Non piguit iuſſiſſe mori:congeſta recepit
Omnia tyrrhenus ſyllana cadauera gurges.
In fluuium primi cecidere:in corpora ſummi
Præcipites hæſere rates:& ſtrage cruenta
Interruptus aquis fluxit prior amnis in æquor.
Ad molem ſtetit unda ſequens:nā ſanguinis alti
Vis ſibi fecit iter:campumque effuſa per omnem
Præcipitique ruens tyberina in flumina riuo:
Hærentes adiuuit aquas:nec iam alueus amnem

ber ſe i eā uillā recipiebāt : ut tecti eēnt:i q̄ ēt uilla q̄ttuor aut ſecūdū Liuiū octo milia deditorꝝ iermiū ciuiū Romanorꝝ Sylla iuſſit interfici. Ouilia: appellauit ſepta illius domus publicæ:ubi hos iuſſit iterfici. hāc uero hiſtoriā appianus ita refert:Lucretius fella p̄neſte recepto: ſenatores oēs q cum Mario ea i urbe geſſiſſent bellū pti iterfici pti i uicula cōiecit:quos Sylla ſubide aduc niēs neci tradidit:iuſſitq̧ ex p̄neſte ſine armis i campū p̄dire oēs q i urbe morā duxiſſent:Ex his quoſcūq̧ ſibi utiles:paucos tamē e cæteris elegit:reliquos i tres partes diſtixit:Romanos Sānites & Preneſtinos: cum diuiſi forent: Romanis i primis per præconem ānūciat:qm̄ morte digna ppetraſſent:Veniam illis elargiri:reliquos confodi iuſſit:mulieribus eorumq̧ filiis liberē abire pmiſit: ac ciuitatē diripuit hoſtiliter: opibus qdē refertā maxis i hunc igit̄ modum præneſte capitur. Populum pereuntem tēpore mortis unius:ſubaudi fortuna uidit populū præneſtinū mori tam breui ſpacio q̄to ſolus homo periret:nā omnes ferme eodē momēto iterfecti ſunt. Vnius.ſ.homis nō unius mortis. Tot ſimul iſeſto. hoc dicit uel peſtilētia uel fame uel bello:tot iuuenes ſimul alqn̄ pire potuerīt ſed uno tēpore tantā fuiſſe multitudinem dānatam nūq̄ auditū ē:ſicut Sylla nūc iuſſit eos iterfici. Pellagiq̧ furor: ut naufragio. Subitæ ruinæ:ut tectorꝝ. Cœliq̧ lues.i.peſtilētia. Clades bellica:qa bello mlti piere. Pœna.ſ. ꝙ tot dānati ab uno occiderēt̄ nūq̄ auditū ē. Vix agmina uulgi. tanta multitudo cæſorꝝ marianorꝝ erat ut pp dēſitatē uix ſyllani gladios uibrare & mouere iter eos poſſēt. Immiſſa mor.qa mors furere uidebat̄ iter eos Peracta cæde.i. occiſione. Procūbūt:anteq̄ morerent̄:metu cōcidebāt. Dubia ceruice:qa icertū erat an mortui an uiui eſſent. Strages p̄mit:quia alius ſuper aliū cumulabatur. Peraguntq̧ ca.partem cædis:quia mortui uiuos occidebant cadendo ſuper eos. Partem ſcilicet eorum qui mortui nondum erant. Graues trunci.i. grauitas illorum truncorum. Elidunt:ſuffocant:ut eliſos oculos. Intrepidus.Sylla in ſuggeſtu conſedebat omnia conſpectans tanq̄ ſi ad ſpectaculum conſtitiſſet. Securus: ſine cura. Alto tribunali. Non piguit: non graue fuit Syllæ. Gurges tyrenus ideſt tiberis thuſcus:qui partim ut inquit Strabo per Etruriam excurrit:deinceps ipſam diſterminans : primum quidem ab ea diuidit umbriam:poſtea uero Sabinos & latinos Romæ ad littus uſq̧ finitimos. ex Apenninis autem montibus Tyberis effluit:igitur omnia cadauera cæſorum iuſſit in tyberim coniici : ita & egerat Marius : nam ut inquit Appianus:iuſſerat ne corpora humarentur: ſed fluuio imergerentur. Syllana cadauera.i.quæ a ſylla cæſa ſunt. In fluuium primi cecidere:qui prius iactati fuerunt trahuntur ad mare:ſed ultimi in fluuium minime cadere poſſunt ob tantam cæſorum cōgeriem. In corpora.ſ.cecidere. Præcipites rates quia cum naues magno uento & remorum impulſu agitarentur : tamen tanta uis cadauerum erat ut tenerentur. Præcipites:remis & uentis impulſæ. Interruptus:intercluſus. Prior ānis:prima pars ānis deſcēdit in mare:ultima cadere nō poterat:quia detinebatur aqua mole cæſorꝝ. Ad molē ſtetit unda:ideſt aqua retenta ē a mole cadauerꝝ. Vis alti ſanguinis:uis abūdātia ſāguis traxit cadauera i mare Effuſa.ſ.ſāguis uis p oēm cāpū:ruens i fluuiū:adiuuit aquarꝝ iter. Nec alueus:ſpaciū qd̄ eſt iter utrāq̧ ripā.

Redeunt ca.cam.emittunt corpora in terram. Diuidit æ.tanta fuit ſanguinis abundantia:ut ſuffocatis undis fluminis in mare prorumpens illi colorem imponeret purpureū. His ne:ſylla.n.reip.Ro.ſalus uocabat̄ cum pro rep.pugnaret:ſed nunc tanta fuit crudelitate ut hoc noie dignus non uideatur. Inquit ſenex: meruit ne ſalus rerum uocari Sylla? His.i.propter hæc facta?q.d.minime. Felix:ſylla a fortuna felix dictus : cū paruulus a nutrice ferret̄: mulier obuia ſalue inquit puer tibi & reip.tuæ felix:& ſtatim quæſita quæ hoc dixiſſet:n̄ potuit inueniri.ad quod alludit poeta dicens felix.Appianus tamen ait imaginem ſyllæ ex auro equeſtrem ante

Nec retinent ripæ:redduntque cadauera campo:
Tandem tyrrhenas uix eluctatus in undas:
Sanguine cæruleum torrenti diuididit æquor.
His ne ſalus rerum:felix his ſylla uocari:
His meruit tumulum medio ſibi tollerere cāpo?
Hæc rurſus patienda manent:hoc ordine belli
Ibitur:hic ſtabit ciuilibus exitus armis:
Quanq̄ agitant grauiora metus:multumq̧ coitur
Humani generis maiore in prælia damno.
Exulibus mariis bellorum maxima merces
Roma recepta fuit.nec plus uictoria ſyllæ
Præſtitit inuiſas penitus q̄ tollere partes.
Hos alio fortuna uocas:olimque potentes
Concurrunt: neuter ciuilia bella moueret
Contentus quo ſylla fuit:ſic mœſta ſenectus
Præteritique memor flebat:metuenſque futuri:
At non magnanimi percuſſit pectora bruti
Terror: & in tanta pauidi formidine motus
Pars populi lugentis erat:ſed nocte ſopora
Parrhaſis obliquos helice cum uerteret axes:
Atria cognati pulſat non ampla catonis
Inuenit inſomni uoluentem publica cura
Fata uirꝝ:caſuſq̧ urbis:cunctiſque timentem
Securumque ſui:farique his uocibus orſus.
Omnibus expulſæ terris olimque fugatæ
Virtutis:iam ſola fides quam turbine nullo

roſtra colocatam fuiſſe : inſcriptūq̧ fuiſſe Cornelio ſyllæ imperatori fortūato:ſic.n. illum adulatores in hoſtes feliciter pugnātem appellare conſueuiſſe : quæ adulatio ſtabile tandem nomen obtinuit: refert itē nonnulla legiſſe i quibus ſylla ex decreto uenuſtum appellari ſe uoluit:quod nō lōge a felici & fauſto differre uidetur:meruit ne uocari felix?certe non. Sylla ſe in oībus felicem uocari uoluit : unde filio ſuo fauſtum ſyllam nomē impoſuit. Tumulum:nā.ſylla fuit a ſenatu honorifice ſublimi ſepulchro in campo martio ſepultus

Hæc rurſus:reuertitur ad p̄poſitū oſtēdens maiora eſſe quæ timent romani q̄ ea quæ olim ſylla intulit. Hoc ordine:q̄lis fuit ſyllanus:talis erit pompeianus & cæſarianus ordo bellorꝝ. Hic exitus: finis erit huius belli futuri:ut tot ſint occidēdi inter cæſarem & pom.quot fuerunt occiſi inter ſyllam & mariū. Grauiora:quoniam illi pugnabant pp uidictam: ſed cæſar & pom.martem collaturi ſunt : ut romano potiantur imperio. Multum humani:maior pars humani generis cōgregatur i prælia maiori damno q̄ fuerit ill d̄ ſyllanum. Maxima merces bel.hanc ſylla mercedem maximam bellorꝝ arbitrabatur:cum roma recepta foret mariāis factis exulibus.Vel ſic.Maxima erat merces marianis exulibus ut romam redimerēt a ſyllanis:ſed pompeius ac cæ.non contentabuntur hac mercede:qm̄ maiorem affectabunt.ſ.ſeruitutem romanam. Hos alio fortuna uocas : o fortūa tu uocas hos duces ultra mercedem mittēdi partes aduerſas in exilium. Olim:alquando concurrent pompeius & cæſar potiundi imperii gratia. Sic mœſta:imponit finem orōni illius ſenis : qui præteritæ memor calamitatis futuram romanorꝝ miſeriam lugebat. At non:quædam romæ præclara familia portia: quæ a tuſculo oppido traxit originem:illuſtris duobus claris uiris.ſ.cenſorio & uticenſi catonibus.Huius uticenſis catonis ſoror ſeruilia Iunio bruto nupſit:de qua hic brutus editus præclaram mulierem Portiam Catonis filiam in uxorem accepit.Igitur & nepos & gener erat catonis:ad quem ſuam facturus eſt orōnem. Cum eni tota ciuitas eſſet i tremore:ſolus brutus ſecurus uidebatur:qm̄ erat magnanimus. Terror:eſt in agente: utputa in bellis:tremor in patiente. Et pars:ſubaudi non erat pars populi lugētis. Motus pa. qui hoies pauidos efficit. Parrhaſis he.legit̄ apud Hom.atq̧ Oui.quandam adoleſcētulam Caliſtonē dictam iunonis iſtinctu in urſam fuiſſe cōuerſam:quam(ut aiunt)in polū arcticū tranſtulit:quæ Parrhaſis dicta eſt a parrhaſia ciuitate archadiæ de qua fuit oriunda.uocabat̄ etiā helice.Ait itaq̧ ꝙ urſa iā flexerat curſus ſuos.qn̄ brutus ſe domum catonis contulit. Non ampla : qm̄ neque libidini neq̧ iautæ uitæ cato ſtoicus deditus fuit. Cognati ca.quia & nepos erat & gener catonis. Publica fa.de ſtatu ciuitatis cogitantē inuenit catonē.Virum.n.conſilii tota non oportet dormire nocte ut ait Hom. Cunctis ti.cunctorꝝ gratia timore afficiebat̄. Oībus expulſæ:hæc oratio in deliberatiuo genere conſtituta habet honeſtatem:quoniam illud laudibus proſequitur: quod ab omni uiro laudari deberet. Suadet enim Catonem remanere domi a bellis ciuilibus abſolutum: quod officium ſuaſionis eſt boni uiri. Sola fides:o cato ſolus es refugiū uirtutis ab omnibus aliis remotæ. Captat beniuolentiam ab auditore oſtendens rem eius magnificam.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Fortuna:ſiue ꝓſpa:ſiue aduerſa nūq̄ uirtutē tibi excutiet:hoc ē nullus rer̄ euētus tibi uirtutē auferre poterit: In cōcuſſa fortūa ē rei icertus euētus. Nāq; alii:arguit ab hōeſto ut cæſarē aut Pō.nō ſeqͣt:ut alii faciūt ipenti. In cōcuſſa ueſtigia tenēs .i.firma ueſtigia tenēs:i uirtute tueris pacē:an bellū gerere uis? Mūdo dubio.i.toto orbe i bellū cōcitato uis tueri pacē?ac ſi.d.ſolus es q pacē tueri debes. An placuit abſoluere:abſoluere.i.pficere unde ue ſtem abſolutā i omni re pfectā appellamus:abſoluere etiā ē a dānatiōe liberare.Brutus igit̄ inqt o Cato uis ne abſoluere.i.pficere bellū ciuile te alicui ducū fauēte?Eſt autē ordo?an placuit.ſ.te imixtū ducibus ſceler̄:& cladibus populi furētis abſoluere bellū ciuile

Excutiet fortuna tibi:tu mente labantem
Dirige me:dubium certo tu robore firma.
Nanque alii magnum:uel cæſaris arma ſequantur:
Dux bruto cato ſolus erit:pacemne tueris
Inconcuſſa tenens dubio ueſtigia mundo:
An placuit ducibus ſcelerum populique furentis
Cladibus immixtum ciuile abſoluere bellum?
Quenque ſuæ rapiunt ſcelerata in prælia cauſæ:
Hos polluta domus:legeſque in pace timendæ:
Hos fero fugienda fames:mundique ruinæ
Permiſcenda fides.nullum furor egit in arma.
Caſtra petunt magna uicti mercede:tibi uni
Per ſe bella placent.quid tot duraſſe per annos
Profuit immunem corruptis moribus æui?
Hoc ſolum longe pretium uirtutis habebis:
Accipient alios:facient te bella nocentem.
Nec tantum o ſuperi liceat furialibus armis.
Has etiam mouiſſe manus:nec ipſa lacertis
Miſſa tuis cæca telorum in nube ferantur.
Nec tanta incaſſum uirtus eat:ingeret omnis
Se belli fortuna tibi:quis nolet ab iſto
Enſe mori quāuis alieno uulnere labens?

Scelerata:q̄ n̄ tuēdē libertatis gra fiunt. Quæq; ſuæ rapiūt:Suaſit Brutus:ne bellū ciuile igrederet̄:Cato a cōſequēri.nā ſi ita i qt o Cato bellū patieris:id pbat uideberis: & cæteri libentius bellū hoc ſuſcipiēt.Nūc arguit hoc modo.Cæteri iquit excuſari po terunt:ꝙ aliqua cā ipulſi bellū petāt: tu uero nulla excuſationis cauſa moueris : duæ ſunt cauſæ ſcilicet ipulſiua & ratiocinatiua. Impulſiua eſt quæ ipellit hominē ſine cogitatiōe ulla nō prius habita ratione ipſius rei.Ratiocinatiua eſt quotiēs prius diligentius cōſyderata re & rōne ad eam accōmodamus:cæteri habēt cauſam ratiocinatiuā: qa uel cōmodi conſequēdi uel icōmodi uitādi cauſa bellū petunt. Hos poluta domus.i.cauſa uitādi icōmoda. Hos ferro fug.fa.hoc cauſa cōſequendi cōmodi. Fides:ſubaudi ſemper rapit a ſupioribus: alii enī promiſerūt ſeq Cæſarē uel Pōpeiū:etiā ſi reuerteret mūdus:ideo promiſſa fides ruinæ mūdi trahit aliquos. Poluta:nocēs. Domus q delictū aliquod cōmiſerūt uel parricidiū.uel adulteriū:uel furtū:unde libenter bellū hoc amplectunt̄:ut poſſint effugere ſuppliciū futuror̄. Leges: quæ iprobis pœnā ſtatuūt. In pace qa i bello ipunitas ſceler̄ amat̄:ubi ſperat unuſq; licēter uiuere. Hos furto:cauſa conſequendi cōmodi. Fames.i.paupertas:qa i bellū ꝓficiſcunt̄ paupertate ducti. Permiſcenda fi. qa fide aſtricti ſequunt̄:alii cæſa.alii Pompeiū quā ſeruare nō poſſunt ſine mundi ruina: neceſſe ē ergo ut ruat mundus. Nullū fu.nemo ira percitus ad hoc bellū proficiſcit̄.q.d. tollerabilius eſſet ſi ira & indignatione inimicitiarum moti bellum peteret:ſed cum ſpe commodi hoc faciant iniuſtior cauſa eſt. Mercede.ſ.quā uterque dux militibus ſuis promittit. Tibi uni. Validum argumentum cur non debeat ipſe huic bello intereſſe:quoniam nulla cauſa excuſabili hoc feciſſe uidebitur:nam alii cauſa uitandi incōmodi:tu ue ro cupiditate uideberis bello itereſſe. Quid tot:arguit a iuſticia:nā q inocētiā p oē tēpus uitæ ſeruauit: debet i ea perſeuerare:nam ſi bellum petis inocentia tua corrūpet̄ a nocētia:& ab officio inocētis & integri uiri deſiſtes ergo debes te o cato mouere ante acta uita ut nolis inocentibus cōnumerari. Tibi:o cato. Immunē:crimi nis iexpertē. Corruptis moribus:cum mores totius mundi cupiditate corrupti fuerunt:tu uero incorruptus es. Quid profuit.q.d.nihil ſi bellum hoc petieris. Hoc ſolum:o Cato hoc præmium conſequeris:nā cæ teri in caſtra nocentes proficiſcentur:tu uero inoces ut primū ꝓficiſceris nocens efficieris:ergo a bello deſiſte: quod te nocentē faciet. Pretium:hyronia:imo pœnam. Alios nocentes. Non tantū:nūc p exclamationē deteſtatur hoc conſilium:ut nolit cato bellis ciuilibus itereſſe. O ſupi ꝓhibete hoc nefas:ne hoc bello Cato uir innocens ſe inſerat:ſi uero o Cato hoc feceris tibi uni cædes aſcribentur:nam ſi quis uulneratus fuerit dicet ſe periiſſe magis tuo telo q̄ aliorum:maior ergo pars huius belli tibi aſcribetur. Feralibus:ideſt lætiferis uidelicet mouiſſe manus. Has.ſ.Catonis. Nec pila lacertis.i.ne tua brachia ferantur i cædē Romanor̄. Pila. ſunt tæla Romana. Ferātur.ſ.temere ideo cæca nube dixit. Eat icaſſum: euaneſcat:nam ſi ſemel te imiſcue ris ſceleſtis ciuibus tua omnis uirtus periiſſe uidebitur. Ingeret:inculcabit ſe tibi. Quis nollet.q.d.omnes. Mori:qui occidi cupient a te. Alieno uulnere:ideſt alterius militis:tamen te auctorem fuiſſe cædis ſuæ dicet.Melius.o brute diſſuaſti ꝙ non ſit proficiſcendum in bellum:ſed nunc ſuade quid ſit faciendum: nam non ſatis ē ꝙ monueris qd ſit fugiēdū:niſi ēt qd ſit faciendū.Hoc ergo dicit Brutus o cato conſiliū tuū debet hoc eē:ut a bello ciuili remotus i aliq̄ regiōe ſolus pmaneas:& ibi tua tranqllitate ai fruaris:&ꝑ ſimilitudinē oſidit ut

ſecurus uiuat in ſolitudine a ſceleſtis hominibus remotus. Nā quēadmodū altiora cæli nō ſentiūt pturbatio nem:nullaq; uētor̄ uel fulgur̄ uel fulminū procellā:ita tua mens quæ cæleſtibus cōparanda eſt omni pturbatione uacare debet. Solus:o Cato. Melius:q̄ hūc uel illū ducē belli ciuilis ſequaris. Sicut:fac ut eandē ſtabilitatē propoſiti tui quā ſydera ſeruant quod ab initio ſibi ipoſuit diuina ꝓuidentia ab eo nō declinat: ita & tua mens quæ cæleſtibus cōparari poteſt. Cæleſtia:ut ſol luna ſemper eodem motu ſuū curſum perficiunt : hinc eſt ꝙ Stoici crediderunt ſtellas:& non ſolum corpora cæleſtia animata eſſe:ſed etiam terram mare de os eſſe:ſicut Cicero etiā oſtendit dicens :

Et ſcelus eſſe tuum?melius tranqlla ſine armis
Ocia ſolus ages:ſicut cæleſtia ſemper
Inconcuſſa ſuo uoluuntur ſydera lapſu:
Fulminibus propior terræ ſuccenditur aer:
Imaque telluris uentos tractuſque coruſcos
Flammarum accipiunt:nubes excedit olympus
Lege deum:minimas rerum diſcordia turbat.
Pacem magna tenent:quam lætæ cæſaris aures
Accipient tantum ueniſſe in prælia ciuem:
Nam prælata ſuis nunquam diuerſa dolebit
Caſtra ducis magni:nimium placet ipſe catoni
Si bellum ciuile placet:pars magna ſenatus
Et duce priuato geſturus prælia conſul
Sollicitant:proceresque alii quibus adde catonē
Sub iuga pompeii : toto iam liber in orbe
Solus cæſar erit:quod ſi pro legibus arma
Ferre iuuat patriis : libertatemque tueri
Nunc neque pompeii brutum nec cæſaris hoſtē
Poſt bellum uictoris habes:ſic fatur : at illi
Arcano ſacras reddit cato pectore uoces.

Solem lunā ſtellas:& non ſolum corpora cæleſtia:ſed etiā terrā mare deos eſſe:quia regunt̄ ratione quadā:& ꝙ oia aiata itelligentia pmaneant:nā cū uidemus ſolem & lunam ſemper eadē ratiōe moueri: nec unq̄ a curſu ſuo declinare:id ſine rōe nō poſſe fieri arguebant:& rationem habere nō poſſe:niſi animata eſſet: ſed ualde decepti ſunt:nō eni animata ſunt cæleſtia: ſed deus diuina prouidentia angelū uel ſpiritū ſiue itelligentiā ut theologi dicunt ipoſuit cæleſtibus:qua regunt̄ & gubernant̄:& iō nō ſine ſūma ratione mouent̄. Suo lapſu:diuina prouidētia hoc faciēte. Fulminibus:cæleſtia quæ in alto ſublata ſunt: nullā aeris pturbatiōnē ſentiūt:ſed craſſus hic aer humilior & terræ propinquior ſuccendit̄ fulminibus:ſic tu o Cato. Aer ꝓpior terræ.ſ.Craſſus. Ima telluris.i.pars iferior terræ. Uentos:hic aer terræ ꝓpinqor i nubibus iuoluitur: & e nubibus ignes ætherei erūpunt q pacem & trāqllitatē hāc pturbent. Tractuſq; coruſcos:ſignificat fulgura quæ ſciſſis nubibus erūpere uidentur. Olympus:pars cæli altior:uel Olympus excellēs uertice mons theſſaliæ tantus attollit̄:ut ſūma eius teſte Solino cælū accolæ uocent:ara eſt i cacumine ioui dedicata:cuius altaribus ſi qua de extis iferantur nec diſflant uentoſis ſpiritibus: nec pluuiis diluuntur:ſed uoluente anno cuiuſmodi relicta fuerint : eiuſmodi repeiuntur:& omnibus tempeſtatibus a corruptelis aurarum uidicatur quicqd ibi ſemel ē deo conſacratū. Litteræ i cinere ſcriptæ ad uſque alterā āni cerimoniam permanent. Excedit:ſuperat nubes:nam in æthereа regione non nubes non uenti ſunt:ſed omnia quieta ſilent. Lege deum:deorum uoluntate factum eſt ut omnia cæleſtia ſint quieta. Minimas rer̄.i.humiles res & terræ ꝓpiquas pturbat. Sūma.i.alta. Quā lætæ cæſaris:alia ratio cur nō debeat bella ciuilia ſeq Cato:ne Cæſarē licētia augeat armor̄:nā ſi Cæſar uiderit te eſſe ſecutum Pom.ciuilia bella mouētē gaudebit : & licentius arma contra remp.ſumet:& dicet Cato arma ſumpſit:ſic Cæſar ſumere poteſt. Nā prælata:ꝙ Pom.ſequaris:non dolebit Cæſar:nā ſe ſatis placuiſſe Catoni exiſtimabit:cum bellū ciuile a Catone probabitur. Diuerſa:inimica. Magni:Pompei. Nimiū placet: qa ſi Catoni placet bellū:& ipſi Cæſari magis placet:q eiuſdē ſentētiæ ſunt:idē approbāt & iprobāt:uel nimiū placet.ſ.ſibi .i.gloriat̄ & nimis ſuperbit cæſar:ſi bellum placet catoni. Pars magna:alia ratio:ſi tu bellū ciuile ſecutus fueris te Pompeio ſubiicies:ſicut ciues omnes Ro.parati ſunt ſeruire Pompeio:imo omnes Pompeium ſolicitant ut bellum hoc ſuſcipiat:quoniā ſeruire parati ſunt:ſi tu idē feceris: omnes ſerui tunc erunt ꝑter Cæſarē. Sollicitant .ſ.Pōpeiū:ut uelit iperiū ſuſcipe cōtra Cæſarē. Adde Catonē.tūc oēs alii ſerui erunt:& ſolus Cæ.liber iudicabit̄. Pars magna:quia ex maiori parte ſenatus imperium Pompeio demandabatur:ut bellum ſuſciperet contra Cæſarem. Priuato duce.i.Pompeio qui eo tempore nullum magiſtratum gerebat. Conſul.i. Marcellus & Seruilius:qui conſules eſſent:tamen quia in bello uidebant præſtantiſſimum ducem pompeium eſſe ideo ei priores partes dedere. Sub iuga Pompei:ſi ipſe uelit ſe ſubiicere Pompeio omnes quidem ſeruiunt: præter Cæſarē. Quod ſi p legibus arma:ſed ſi inqt Brutus o Cato hoc bellū uelis ſeq:ut ꝓ libertate & patria pugnes : ſcito me ante uictoria nec Cæſaris:nec Pompeii hoſtem eſſe:poſt bellum uero me hoſtem fore uictoris. Pro legibus:romanis:ut leges defendant̄ aduerſus Cæſarem qui iura omnia diuina & humana perturbat. Libertatemque tueri.ſ.aduerſus cæſarem qui eam perſequitur. Poſt bellum uter eorum uictor fuerit eius hoſtis ero. Summum brute nefas:cum aliquid ſuadere uolumus ſi oſtendere poſſumus id eſſe honeſtū utile:delectabile:facile:& neceſſarium:nihil ſupereſt ꝙ ad ſuaſionē afferre poſſimus:& econuerſo ſi diſſuademus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

turpe:inutile:difficile triſte:& nõ oportunũ:ſed iter oïa neceſſariũ maximũ eſt.Parũ & enĩ eſſet id quod ſuadere uolumus & honeſtũ & utile eſſe ſi fieri nõ poſſet.Cum igit̃ brutus.ſuadere conatus ſit ab honeſto: ne uelit iter eſſe bellis ciuilibus cato:idꝫ negare nõ poſſet honeſtũ eſſe:& inocentiæ ſuæ conuenire.In principio orationis ſuæ id cõfirmat cato:ſed ad neceſſariũ confugit:oſtendit quoꝫ honeſtũ eſſe id quod ſuaſerit brutus:tamẽ neceſſitate compelli ſe ait:ut una cũ cæteris uelit põpeium ĩ bella ſeq. Fatemur:fatemur ĩquit cato eẽ nefas ſeq ciuile bellũ:& ſi ab eo abeſſe poſſimus id æquius eſſet: ueꝝ cũ nos fata compellãt quibus reſiſtere nõ poſſum: ſi qd turpe ĩ hoc erit:non mihi:ſed diis erit aſcribendũ. Virtus:ſenſus eſt idẽ quẽ Euripides in tragediah He cuba poſuit:oẽ ꝙ neceſſe eſt ſapiẽtibus ſeruit.i.neceſſitas ſeruit ſapiẽtibus:ſi neceſſe ẽ aliqd eẽ nemo reſiſtere poteſt:ſi non reſiſtit:ergo ſeruit neceſſitati ſapiẽs.ſed ille dicit ꝙ neceſſitas ſeruit ſapiẽti: & recte.Sapiẽs enĩ cũ intelligit aliqd eſſe neceſſe facit id eſſe uolũtariũ:unde deſinit eſſe neceſſe:ita etiã hoc loco uolumus & nos ſeq bellũ ciuile:qa neceſſe ẽ. Crim̃ erit ſuperis:ſi oẽs nocẽtes ſũt: ego quoꝫ nocẽs, ero culpa deoꝝ. Trahunt: arguit a neceſſitate. Sydera:probat argumentũ:cũ tãta ſit totius orbis terraꝝ pturbatio qs eſt q ĩter pturbationẽ omniũ ſolus ipſe qeſcere uelit? Probat a neceſſitate ſi totus orbis terraꝝ pturbatus ẽ: nẽo põt eẽ trãqllus: & ꝙ ſit pturbatus appet: nã ſigna cœli mare & terra ſignificãt uniuerſo orbi terraꝝ magnũ & ineuitabile piculũ inſtare. Expers metus: uidetur Cato philoſophi non ſeruare grauitem:quia dicit ſe terroris non poſſe eſſe expertem:philoſophus animum ita conſtituere debet: ut nihil metuat:nihil ſperet:& nulli paſſioni ſubditus ſit. Aduertendum eſt autem quod uir fortis ſicuti omnis uirtus in medio conſiſtit:ita ipſe medium teneat: alioquin a uirtute deſiſtit: ſiue ad extremum per exceſſum declinauerit: ſiue per defectum ad aliud contrarium extremum declinauerit. Vir fortis dicitur qui non timet: qui non ſperat:qui no gaudet:qui non dolet:ſed timet tantum quæ ſunt timenda. Si uero nõ timet quæ ſunt timenda:declinare incipit ad extremum per exceſſum:nam appellatur audax:ſi uero timet ea quæ non ſunt timenda per aliud extremum declinat:nam timidus eſſe incipiet:ſed quotienſcunque aliquis per exceſſum timẽda contemnit:poteſt in audaciam & furorem incurrere. Terror autem eſt ſupra facultatem hominis:aut ſecundum facultatem:ſi ſupra facultatem conſyderatur dupliciter:aut ſecundum magnitudinem:aut ſecundum magis & minus ſecundum magnitudinem eſt:uerbi cauſa multi hoſtes maiorem terrorem incutiunt q̃ pauciores ſecundum magis & minus eſt:ut ſi hoſtes uicini ſint magis timendi q̃ remoti:in hoc terrore poteſt intrepidus eſſe uir ſapiens & fortis:terror eſt ſupra facultatem hominis:de quo hic loquitur cui reſiſtere nemo poteſt: ut terræmotus diluuium incendia prodigia.quæ ſunt ſupra facultatem hominis:& ſi quis hunc terrorem non ſentiret:iam non fortis:ſed inſanus & furens diceretur. Nunc ergo Cato dicit ſe timere hunc terrorem: qui gentibus inſtat:qui eſt huiuſmodi:ut facultatem hominis ſuperet:qu em ſi quis contemneret non fortis: ſed furens appellabitur:quod ĩ ſequentibus probat Cato quum dicit:procul hunc arcete furorem. O ſuperi. hic locus ex arcanis philoſophiæ depromitur. Compreſſas tenuiſſe manus:ſumptum eſt ex prouerbio.nam dicere ſolemus ignauis cum omnes prouident periculo:iſte manus tenet compreſſas. Coeuntis mundi.i. corruentis.

Gentes ne furorem:totus orbis terrarum ad hoc bellum concurrit:ego ne ſolus in ocio perſiſtam? q.d.nõ. Furorem heſperium.i.bellum ciuile. Ignotæ:in extremis terrarum partibus poſitæ. Reges alio ſub ſydere.i.alio climate habitantes q̃ Ro. Diducti fre.diuiſi per maria nauigantes ad hoc bellum. Procul hunc arcete furorem.quia non eſſet fortitudo:ſed potius amentia non timere hoc bellum. Clade:ciuili bello.

Me ſecuro.i.ſine cura manente. Ceu morte:ego inquit non aliter ero urbi Romæ ac libertati:q̃ pater ſolet eſſe filio nam ſicut pater adeſt in funere filii:nec ſolum uult adeſſe:ſed rogum ſtruere: facem tenere quam rogo ſubiiciat:ita ego interero exitio Romæ patriæ & parenti libertatis:dum ad finem peruenero: & ſi ueram libertatem retinere non petero:umbram ſaltem libertatis amplectar:donec aliquis ſit exitus. Producere funus ideſt comitari pompam funeris. Ad tumulos ideſt dum fertur ad ſepulchrum. Inſeruiſſe.immiſcuiſſe.

Summum brute nefas ciuilia bella fatemur:
Sed quo fata trahunt uirtus ſecura ſequetur:
Crimen erit ſuperis:& me feciſſe nocentem
Sydera quis mundum uelit ſpectare cadentem
Expers ipſe metus? quis cum ruat arduus æther:
Terra labet mixto coeuntis pondere mundi:
Compreſſas tenuiſſe manus? genteſne furorem
Heſperium ignotæ romanaque ſigna ſequentur?
Deductique fretis alio ſub ſydere reges?
Ocia ſolus agam? procul hunc arcete furorem
O ſuperi:motura dacas ut clade getaſque
Securo me roma cadat: ceu morte parentem
Natorum orbatum longum producere funus
Ad tumulos iuuat ipſe dolor:iuuat ignibus atris
Inſeruiſſe manus:constructoque aggere buſti

Atris.i.rogalibus:ut cadauer filii cremetur. Conſtructo ag.bu.i.conſtructa pyra ad cadauer comburendũ. Ipſum.ſ.iuuat patrem. Tenuiſſe faces:quod miniſterium a propinquioribus præſtabatur. Ante reuellar:eodem modo me geram in ruina patriæ & libertatis. Reuellar:a bello. Vmbram:declarat illud:nomen libertatis. Sic eat:qm ita diis placuit ut nullus ſanguis abſit huic bello ciuili. Piacula.i.expiationes: uel ſcelera propter quæ bellum patimur. Nullo ſanguine:nec meo quidem. Immites:implacabiles:qui exorari non poſſunt ut iperio ro.parcant. O utinã:tñ abſit inquit:ut ego ſolus uelim a bello ciuili remotus eſſe:immo ſi fieri poſſet me libẽter pro po.ro. & libertate deuouerẽ:exẽplo deciorũ. Duo fuerunt Decii pater.ſ.& filius: alter bello gallico ſe deuouit:alter latino:cum uterꝫ dux.ſ. Decius & Manlius cum latinis ſequenti die cõgreſſuri eſſent:hũerunt uterque ĩ ſomniis:cuius exercitus dux periret: uictoriam haberet:ubi illuxit inter ſe cõicauerunt conſilium de ſomnio & ſic inter eos conuenit ut ſi altero cornu milites pedem referrent:tunc imperator ſe deuoueret pro oĩbus: forte accidit ꝙ ſub ſiniſtro cornu:ubi Decius cõſiſtebat:cohortes refugerent:tũ uero Decius ritu Gabino cinctuſ toga prætexta ſe deuouit.M.Valerio ſacerdote pontifice maximo uerba deuotionis ſcribẽte deinde prælium ingreſſus: fortiter pugnans occiſus eſt:& ex eo loco ubi ſe deuouerat hoſtes ceſſere:tanq̃ procella ingens percuſſiſſet ipſos: & uictores fuere ro.eodem mõ filius ſe deuouit bello gallico:itidẽ precatur cato de ſe. Pœnas cunctas.i. pœnas cunctorũ. Cateruæ hoſtiles.i.multitudines latinoꝝ. Geminæ acieſ:hinc Cæſaris ĩde põpei. Rheni:qa germãos ſecũ ducebat cæſar uictos iuxta rhenũ. Medius.i.poſitus inť utrãꝫ aciẽ. Peruius.i.penetrabilis. Excipiã uulnera.i.a telis oĩum confodiar. Hic: δεικτικῶσ dixit.i. huius hoĩs catonis.

Quicquid ro.i.quicquid ſupplicii crimina populi ro.meruere:id oẽ in meum caput redundet. Mores.ſ.ſceleſti nam με̄ σορ eſt. Ad iuga:populi ingt nil merue runt:ut pereant:quia parati ſunt parere uictori:ego uero q pati non poſſum ſeruitutem libentius pro oĩbus peream:q̃ pro libertate pugnem. Ad iuga.i.ſeruitutem Me ſolum:qui ſeruire nõ poſſum. Me fru.le.qa tametſi arma ſumpſerim ꝓ ſenatu:tñ uideo me fruſtra ſuſcepiſſe. Hic hic:ἀμαδὶπλωσῖσ q̃ ſemper uehementiã aliq̃ ſignificat. Hic iugulus.ſ.Catonis q ſolus eſt q reſiſtat tyrannis. Poſt me.poſt mortẽ meã. Non opus ẽ bel.qa nemo erit q reſiſtat. Quin pu.ſi.concludit aĩ ſui ſñiam:ut ſequatur Pom.q decreto ſenatus arma cõtra Cæſarẽ ſumit:nã hic bellum cõtra Cæſarẽ iuſtius ſuſcipere uř:ut ſenatus auctoritate:q̃ſi ꝓ pñia & libertate pugnaturus ſit. Publica ſi.qa auctoritate ſenatus põpeius arma ſumpſit. Nec ſi for.fa.ſed ita ſequar Pom.ut ẽt parta uictoria iperiũ populi ro.ĩ libertate eſſe uelĩ: ꝙ ſi aliť efficere uoluerit opinionẽ ſuã falſam eſſe inueniet:nec.n.ſibi concederet. Fauebit:ut Põ.uĩcat. Hũc: Pom. Ius mũdi.ut ipſe dñs ſit orbis terraꝝ. Cõpertũ:exploratũ eſt põpeio: Nec non bñ cõpertũ:duæ negatiões magis negãt more græco:ẽt ingt ſi fortuna fauebit:ut uincat nõ debet ſibi ſoli iperiũ cõicare:ſed reip. Ideo me mi.uin.ob hanc cãm uictor ſit:ſi exiſtiet me milite nõ ſibi:ſed reip.uiciſſe. Sic fatur & acres:hæc ubi dixit cato:q̃ contra Bruti opinionẽ erant:ſed tñ his rõnibus firmata:ut aliť uideret facere nõ poſſe:qn bellum ſequeret quaſi tanti uiri auctoritate motus brutus ad bellũ & ipſe accenſus eſt. Iuuenis calorem:uehementia quadã iritat iritatũ Brutum:eo tñ aĩo & conſilio:ut uictoris hoſtis eſſet. Interea phœ.cũ brutus & cato inter ſe belli conſilia cõicarent eo tpe cũ iã illuceſceret dicit pulſaſſe fores Martiã:q̃ relicto catone nupſerat Hortenſio:ſed more ro.obtentio facta ẽ:ut mutuo ſibi uxores darẽt:ſed nũc mortuo Hortenſio redibat ad catonem ſupplex oratura:ut ſe reciperet:ut ꝑpetuo apud eũ uiuere poſſet:quod etiam factum eſt. Fores:ſcilicet ædiũ catonis. Pulſatæ.ſ.a martia. Gelidas:qa nox eſt humida & frigida.Virg.Noctis lentus nõ deficit humor.

Ipſum atras tenuiſſe faces:non ante reuellar
Exanimem q̃ te complectar roma:tuumque
Nomen libertas:& inanem perſequar umbram.
Sic eat:immites romana piacula diui
Plena ferant:nullo fraudemus ſanguine bellum.
O utinam cælique deis herebique liceret
Hoc caput in cunctas damnatũ exponere pœnas.
Deuotum hoſtiles decium preſſere cateruæ.
Me geminæ figant acies:me barbara telis
Rheni turba petat: cunctis ego peruius haſtis
Excipiam medius totius uulnera belli:
Hic redimat ſanguis populos.hac cæde luatur
Quicquid romani meruerunt pendere mores.
Ad iuga cur faciles populi? cur ſæua uolentes
Regna pati pereunt? me ſolum inuadite ferro:
Me fruſtra leges & inania iura tuentem.
Hic dabit hic pacem iugulus:finemque laborum
Gentibus heſperiis:poſt me regnare uolenti
Non opus eſt bello. quin publica ſigna ducemꝫ
Pompeium ſequimur: nec ſi fortuna fauebit
Hunc quoque totius ſibi ius promittere mundi
Non bene compertum eſt.ideo me milite uincat
Ne ſibi ſe uiciſſe putet.ſic fatur: & acres
Irarum mouit ſtimulos:iuueniſque calorem
Excitat in nimios belli ciuilis amores.
Interea phœbo gelidas pellente tenebras

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Martia:ſancta:nam pudiciſſima mulier fuit:quæ caſtitatem uiris ſuis ſeruauit:non enim pulſa a catone: ſed ſponte tradita fuit Hortenſio.Sic enim mos erat apud antiquos ro.ut cum ex muliere prolé ſuſcepiſſet uir primus:alii uiro poſſet tradere.auctores Strabo & Plutarchus:Hac át Martia teſte Appiano Philippi filia plurimũ oblectatus eſt Cato:filioſque ex ea genuit:deinde Hortenſio amico habendá tradidit ueteri conſuetudine:cũ ille filiorũ cupidus nuſquam mulieri fœcundæ conueniſſet:hanc tamen ex catone prægnanté domum reduxit. Relicto buſto.ſ.hortenſii:qui e uita migrauerat. Irrupit.ſ.ædes Catonis. Quondá uirgo:quæ uirginitate ſua primum Catoni cõiuncta fuit.

P ulſatæ ſonuere fores: quas ſancta relicto
H ortenſi mœrens irrupit martia buſto
Q uondam uirgo toris melioris iuncta mariti.
M ox ubi connubii pretium merceſque ſoluta eſt
T ertia iam ſoboles:alios fœcunda penates
I mpletura datur geminas ex ſanguine matris
P ermixtura domos: ſed poſtq̃ condidit urna
S upremos cineres miſerando concita uultu
E ffuſas laniata comas:contuſaque pectus
V erberibus crebris cinereſque in geſta ſepulchri
N on aliter placitura uiro:ſic mœſta profatur.
D um ſanguis inerat:dum uis materna peregi
I uſſa cato:& geminos excepi fœta maritos
V iſceribus laſſis partuque exhauſta reuertor
I am nulli tradenda uiro.da fœdera priſci
I llibata tori:da tantum nomen inane
C onnubii:liceat tumulo ſcripſiſſe: catonis
M artia:nec dubium longo quæratur in æuo
M utarim primas expulſa an tradita tædas:
N on me lætorum comitem: rebuſque ſecundis
A ccipis:in curas uenio partemque laborum.
D a mihi caſtra ſequi:cur tuta in pace relinquar
E t ſit ciuili propior cornelia bello?
H æ flexere uirum uoces:& tempora quanquam
S int aliena toris:iam fato in bella uocante
F œdera ſola tamen uanaque errantia pompa
I ura placent:ſacriſque deos admittere teſtes
F eſta coronato non pendent limine ſerta:
I nfulaque in geminos diſcurrit candida poſtes.
L egitimæque faces gradibuſque acliuis eburnis

Melioris mariti.i.catonis q melior fuit Hortenſio. Mox ubi:ubi functa eſt officio apud catonem q tres filios peperit: ſatis uiſum eſt: & eá tradidit Hortenſio: ut illi quoq filios pareret. Pretiũ merceſq.i.filii qui ſunt pmia connubii: quorum gr̃a matrimonium conſtitutum eſt.

Penates:hortenſii. Et ſanguine ma. quia filii hortenſii & catonis fratres erant ex matre. Sed poſtq̃:ſed ubi ſepulchro mandauerat hortenſium:ſqualore obſita uenit ſciſſis crinibus:& atra ueſte(neq .n. aliter nouerat ſe placere poſſe Catoni).

Condidit:collocauit í urna cineres hortenſii. Concita:cõmota miſerando uultu quia adeo triſtis erat:ut intuentibus cõmiſerationem mouere poſſet. Cineres ingeſta ſep.quia cinere ex buſto hortenſii aſperſerat crines ſuos quod erat ſignum mœroris. Non aliter pla.ui.ratio eſt cur hac forma uenerat. Dũ ſanguis cato inquit:dum mihi facultas fuit procreandi filios:ſatiſfeci tibi & hortenſio ſicut iuſſeras:nunc poſtq̃ deſino a puerperio ad te confugi:obſecrãs ut me iterum ſuſcipere uelis:& cũ finis uitæ meæ uenerit ſepulchro inſcribatur.Hic iacet Martia Catõis.

Sanguis.ſ.iuuenilis ad concipiendum.

Vis materna.ſ.ut cõcipiens parere poſſem. Viſceribus laſſiſ:faſſiſq amplius cõcipere non poſſunt. Priſci thori:qa primo fuit coniuncta tibi. Illibata:incorrupta. Nomen inane:ſine fructu coeũdi.

Nec dubium:mihi concedas hoc cato: ut dubitari non poſſit: an expulſa fuerim a te:an tua ſponte tradita Hortenſio: qđ ſi non feceris uidebor repudiata.ne igit in hunc errorem icidam obſecro te ut me ſuſcipias. Expulſa:quaſi indigna connubio tuo. Tradita:ſponte tua. Nõ me: non ueni inquit ducta ſecũdis rebus tuis: ut exiſtimes me nõ amore tui: ſed potius felicitate rerum tuarum ueniſſe. Da mihi caſtra:nec inquit uelim me domi relinquas in ocio:ſed tecum in caſtra ducas:quia ſicut dignum ẽ ut Cornelia ſequatur Pom.ſic etiam nec Martia deſerat Catonem. In curas.i. ut tuarũ curarum ſim particeps. Cornelia:quæ Scipionis filia fuit:& mortua Iulia Cæſaris:Pompeius duxit corneliam. Hæ flexere:nunc dicit quem effectum haberent preces Martiæ:qa motus eſt cato. Et tẽpora quanq̃:q̃uis tempus eſſet minime idoneũ nuptiis:tñ cum potuit:eam cato recepit. Iam fato in bella:rõ quia fata deorum iá in bella impellebant. Fœdera.ſ.matrimonii. Sacris.ſ.nuptiarum. Deos teſtes:de átiquo more hoc tractum eſt a poeta:ná in nuptiis Thalaſius inuocabatur qui græce ὑμεναῖος dr̃:Hiſtoriá & cauſas ponunt Liuius & Plutarchus. Infula.ſ.lanæ:nam noui ſponſi ianuam frondibus & lauro coronabant cádida faſcia lanea intercurrente.Iuue.Ornentur poſtes & grandi ianua lauro. Legitimæ faces:quæ quinq ſecundũ leges multis rõnibus erant:uel q impar numerus:ſicut in plæriſq melior eſt:ita in nuptiis.par uero numerus interualla ſuſcipit:& paritas repugnat:& aduerſatur:uerbi cá quattuor repugnat:interuallum inter duo & duo:& paritas aduerſat:qa quot primi duo:ſunt totidẽ & reliq:& í hac parte duo:í illa duo.ergo repugnat.

Impar numerus oío ſcidi nõ poteſt:& ſi diuidat aliqd cõe utriq reliquitur.uidelicet qnq: ſi diuidat duo & duo unũ relinqt qui utriq coniunget:ita ſignificat non poſſe diuidi uirũ ab uxore:tanq̃ maſculus cũ fœmina miſceat:uir p numerũ triariũ:fœmina p binariũ.ná uir eſt pfectior muliere:ſic trinarius numerus eſt pfectior binario.maſculinus eni eſt numerus trinarius:mulier uero binarius:ná trinarius numerus ẽ perfectior binario:in quo conſtat pric piũ mediũ & finis:binarius uero ex pricipio & fine conſtet:ideo quiq faces itererát nuptiis.

S tat torus:& picto ueſtes diſcriminat auro:
T urritaque premens frontem matrona corona
T ranſlataque uetat contingere limina planta.
N on timidum nuptæ leuiter tectura pudorem
L utea demiſſos uelarunt flammea uultus:
B alteus haud fluxos geminis aſtrinxit amictus:
C olla monile decens:humeriſque hærẽtia primis
S uppara nudatos cingunt anguſta lacertos:
S icut erat mœſti ſeruans lugubria uultus
Q uoque modo natos:hoc eſt amplexa maritum
O bſita funerea cælatur purpura lana:
N on ſoliti luſere ſales:nec more ſabino
E xcepit triſtis conuitia feſta maritus.
P ignora nulla domus:nulli coiere propinqui:
I unguntur taciti contentique auſpice bruto:
I lle nec horrificam ſancto dimouit ab ore
C æſariem:duroque admiſit brachia uultu:
V t primum tolli feralia uiderat arma:
I ntonſos rigidam in frontem deſcendere canos
P aſſus erat:mœſtamque genis increſcere barbam

Vel alia ratio: quia cum ſignum ſit pariẽdi nõ poteſt mulier plus quiq numero uno eodemq partu naturaliter parere. Poſtremo etiam quinq deos precari ſolebant:& eos iuocabant qui cõnubio coniungebantur.ſ.Iouem adultum:Iunonem adultam: Venerem & dianam í primis:quam ad partus auxiliũ mulieres uocabant Vnde Terẽtius:Iuno lucina fer opẽ. Gradibus eburnis:nõ habebat lecticam ex ebore. Acliuis:íclinatus. Diſcriminat: uariat. Auro:non ueſtibus aureis: ideſt auleis aureis tectus nõ erat thorus. Frontem:ſpõſæ.

Corona turrita:quia matronæ imponebant coronam nouæ nuptæ uerbenis:floribus:herbiſq factam. Turrita:quia ícincinato capite eminens corona erat. Planta:ideſt cauerent:ne pede tangerent limen: tribus ratiõibus:quia nec Sabinæ raptæ a Romanis:cum domũ ingrederent:uectæ ſunt ultra limen:quia ſponſæ iuitæ eo ígredi uidẽt.ubi pudorẽ ſuũ amiſſuræ ſũt.aut certe q ſpõſa domo patris egreſſa: nec ad ſuos amplius reuerſura cum uiro ppetuo pmanſura pficiſcit:unde apud Ro. axem currus ferebát: p foribus currus comburebat:ut ítelligerent illic ppetuo habitandũ eſſe. Non timidũ q̃ í nuptiis fieri cõſueuerant apud priſcos: nihil celebratũ fuiſſe cõmemorat í reuocatiõe huius matrimonii:dicit eni Martiá uelo flámeo nõ fuiſſe uelatá flameũ uelum ẽ quo noua nupta tegi ſolet ad celandum pudoré unde fláminea uxor flamís ſacerdotis:illo utebat cui nõ licebat facere diuortiũ:erat autẽ crocei coloris: quo:ut dictũ noua nupta tegebat ut celaret pudorem:ſed eſt etiam alia cauſa ut í hiſtoriis legit:flámeo utebat flaminia uxor flaminis:cui flamí ñ licebat facere diuortiũ uſq í ſenectutem:ergo ut ppetuam oſtenderẽt cõiunctionẽ futuram íter uirũ & uxorem hoc flameo utebant. Gẽmis.i. gẽmatis fibulis. Fluxos amictus.i.fluentes:longos:& ſyrma trahentes. Monile ornamentũ colli: a munio dicitur:quod pectus ambit. Suppara: Supparus ẽ puellare ueſtimentũ lineum qđ alio noíe dicit ſubucula.i. camiſia:qa ſub aliis ueſtimentis ẽ poſita. Humeris hærentia:quia mulieres faciebant extremá horam ſuppari apparere í ſummis humeris & lacertos tegere:ut nõ nihil appareat í extremo lacerto:dicit ergo iſtis ornamẽtis: nõ tá exqſite íſtructá fuiſſe Martiá Catonis:ac noſtræ matronæ diẽ ipſũ cõſumũt í ſe ornando. Sic erat:quẽadmodũ íterfuerat funeri hortẽſii paulo ante ſepulti ita ſe Catoni obtulerat. Mœſti cultus: quo comitata ẽ hortenſii funus. Purpura q etſi purpurá hẽbat:tamẽ atra ueſte tegebat. Funerea lana:ueſte ferali:q̃ funeſtis conueniret. Nõ ſoliti lu.ſales:non uerſus ioculares auditi ſunt:quos iactabant í ſponſos: ut nimiam læticiá tẽperarent. Sales:ioculares uerſus. Feſta conui.i.ioculatoria:q̃ iactabant í ſponſos & ipſos mordebant uerſibus tam urbanis:ut læticiam temperarent. Pignora.ſ. conuenerunt.i. nulli affines utriuſq familiæ íterfuerunt. Iungunt taciti.ſine ſtrepitu & cantu tibiarum. Auſpice bruto:ad antiquá conſuetudinem reſpexit: ná ſicut cicero í li.de diuinatione ait.Maiores quondam:nil publice quidem priuatim ue gerebant niſi auſpicatu: quem morem nunc í his nuptiis declarat ſicut & Iuuenalis.Veniet cum ſignatoribus auſpex.omiſſa re:nomen tantũ declarat:quia ſatis fuitítereſſe nuptiis nomen auſpicis:auſpiciũ uero captare non poterant. Ille: Cato í hac renouatione matrimonii non iuſſit ſibi tonderi barbá:ná graui mœrore afficiebat: q ítelligeret bella ciuilia futura. Horrificá:quia horrorem í uultu oſtendit ítuentibus. Duro.i.ſæuo uultu nullá humanitatem oſtendens. Vt primũ:dicit cauſam cur pmiſerat creſcere crines & barbá. Rigidam:í aſperam frontem deſcẽderant crines. Mœſtamq.ſ.erat paſſus barbam creſcere:quæ mœrorem ſignificat. Vni:ſolus cato erat qui poſſet apte humani generis lugere miſeriam:quæ íſtare uidebat expers erat ipſe cupiditatis: nec huic magis q̃ illi fauebat:ſed cõmunẽ tantummodo reip.utilitatem ſeruabat. Vni ua.i.licet ipſi Catoni. Odiis.ſ.inimi-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

citia:quia nec amore:nec odio cuiuſq̃ mouebat̃ cato:uacuus enĩ erat omni ꝑturbatione mentis. Priſci thori. .i.nec uoluit cũ uxore concũbere. Iuſto amori:nam tanto robore animi fuit Cato:ut etiam legitimũ amorem prætermitteret. Robur.i.fortitudo animi. Iuſto:legitimo:matrimoniali. Immota:ſtabilis quæ concuti non poterat. Seruare modũ:laudat eum a modeſtia quæ eſt quaſi firmamentum & ſolida uirtus: ex ea naſcitur moderatio : quæ temperat omnia i dictis aut factis & i cæteris officiis. Naturamq; ſeq:hoc idem Cicero ait primo officioꝶ quod a Catone præclare ſcriptum eſt.Non nobis ſolum nati ſumus:ſed etiam ortus noſtri partẽ patria partem amici uendicãt:deĩde ĩfra ĩ quo debemus naturã ſeq tanq̃ optimam ducem:nam ſeq naturam eſt ĩpendere uitã patriæ. Genitũ.i.non ſibi ſoli natum eſſe. Huic epulæ:comedebat ipſe cato ut uiueret: non uiuebat ut comederet:ſecundũ illud Virgilii poſtq̃ exempta fames epulis:ſignificat ipſos comediſſe q̃tũ ſatis erat. Magniq; penates:ſignificat ipſum ĩ ædificiis ſeruaſſe continentiam:nã cõtinẽtia ẽ per quã appetitus conſilio & ratiõe ĩmittit̃ : ea ẽ cum ratiõi appetitus obtemperant. Sũmouiſſe hyemẽ tecto.i.ut tantum haberet ædiũ : q̃tũ ſatis eſſet defendere ſe a frigore & uento.

Togam hyrtam : ut togatus ĩcederet.

More q̃ritis:more Ro.ciuis.q̃rites dicti ſunt ro.a curibus ciuitate Sabinoꝶ:nã id ſtatuit primũ Romulus ut ſe gratificaret̃ Tatio & cæteris Sabinis: quos ĩ partẽ regni acceperat. Hyrtam togam.i.piloſam aut hypallage ẽ : ꝓ ĩduxiſſe togã ſup hyrta mẽbra. Veneris huic:ipſe tm̃ uenerĩ ĩdulgebat q̃tum ſatis erat ad ꝓcreandã ſobolẽ. Vrbi pater:q̃a ipſe patriæ libertatem defendebat:& in eo ſemp occupatus erat:ut nullius opes plus ualerent q̃ reſp. Vrbiq; maritus: ſignificat pietatẽ ĩ patriã:quæ ẽ iuris naturalis pars :nã ſex ſunt ptes iuris naturalis:uidelicet iuſticia: pietas:gratia:iudicatio:uirtus:obſeruãtia.

Iuſticiæ cultor:ũde poſt ſpeciẽ cõtinuo poſuit gẽus ſic Virgilius εὐταξίαμ.i.bonum ordinẽ ſeruauit: ubi dicit de Aenea: quo iuſtior alter:nec pietate fuit nec bello maior & armis:nã primo iuſticiã tetigit:quæ ẽ genus:deĩde ad ſpeciẽ deſcẽdit.i.pietatẽ. Rigidũ:dicit̃ rectũ:& ꝙ flecti nõ põt ulla animi ꝑturbatiõe. In cõe bonus.q̃a ꝓpriũ inocẽtis ẽ oĩbus ꝓdeſſe nulli nocere. Nata uoluptas.i.naturalis uoluptas quæ naturalis ẽ hõi: ſic cupiditas & libido:nõ ſolũ ueneris ſed etiã aliaꝶ reꝶ quæ uulgo appetunt̃ ut diuitiaꝶ & honoꝶ nullã ptẽ habẽt ĩ Catonem inimicũ uoluptatũ omniũ. Nata.i.naturalis. Subrepſit.i.clam irrepſit q̃a titillatiõibus q̃buſdã uidet̃ irrepere uoluptas:cũ ſenſus naturæ flectit̃. Partẽq;:q̃a nulla cupiditate flecti poterat. Interea: cũ tãta eſſet ĩ urbe trepidatio:q̃tã ſuperius Luc.de ſcripſit:iã Pom.ex urbe trepidus diſceſſerat:& ĩ cãpaniã uenerat ubi comparato exercitu caſtra poſiturus erat obſeruãs quid nã Cæ.facturus eſſet ut illi uenienti:ĩ italiã occurreret. Mag. Pom.nã maximo reꝶ omniũ metu uerſat̃ Pom. Trepido:feſtino & timenti ſimul. Dardanii coloni.i.capuæ a capy:nã capys cũ Aenea troiano ĩ Italiã uenit:de quo Virgilius. At capys hinc nomẽ cãpanæ dicit̃ urbi.

Hæc ſedes.ſ.cãpana. Placuit.ſ.Põpeio. Hinc:ex cãpania. Sũma mouẽti.i.de ſũma reꝶ pugnare parãti. Sparſas ptes.ſ.ne qua parte Cæſar poſſet ĩ Italiam uenire:q̃n obuios milites haberet. Occurſum.i.ut occurreret hoſti cæſari. Vmbroſis:nũc deſcribit locũ ubi caſtra Põpeius poſuerat : expectaturus & obſeruaturus q̃d Cæſar faceret:placuit Põpeio extẽdere ſpſas ptes ea pte qua Apœninus mons oẽm Italiã mediã umbroſis collibus ſenegaliã atq; cãpaniam mediam diuidens ſcabroſis & cliuoſis collibus in finem campaniæ tendit.

Vmbroſis collibus:q̃a ſcabroſis finibus Appẽninus ĩ finẽ campaniæ tendit. Nullo uertice:a nulla parte.

Olympo.i.cælo ut ibi tuto loco caſtra poneret. Mons:de hoc Appẽnino loquit̃ dicẽs quõ Italiã oẽm mediã diuidit. Gemĩas undas:hic mõs ea pte q̃ tẽdit ĩ lõgũ:mediã diuidit Italiã a dextera pte mare ĩfeꝶ ſpectat a ſiniſtra ſiculũ uſq; fretũ ꝓgredit̃. Inferni.i.tyrrheni. Superi.i.adriatici. Colles q̃ ĩ Italia ſunt utrinq;

Tyrrhena uado:primo q̃dẽ hic mõs Appẽninus nõ nihil tẽdit ĩ boreã:deĩde uergẽs ĩ auſtꝶ tyrrhenũ mare ſpectat:& Lunam ciuitatem:Lucam.Piſas:Piſtoriũq;:& Florentiam nobiliſſimam Thuſciæ ciuitatem ad meridiẽ lingt:hic tandẽ ĩ modũ cubiti ſe flectẽs ceu portus ſui partẽ ĩ adriaticum mare iaciens ꝓmontorium facit ĩ cuius ꝓmontorii extremitate ſyracuſani tyrãnidem Dionyſii fugientes urbem ancona condidere. Hinc:ab hac parte. Tyrrhena æquora:quia non nihil in boream tendit. Illinc ab illa parte. Ancon . obnoxia.ſ. eſt.i.ſubiecta. Dalmaticis fluctibus:ubi ſunt populi iſtriæ. Fontibus hic uaſtis . Nunc dicit de appennino multos flu.deſcẽdere: & alios q̃dem ĩ ſuperum mare:alios ĩ iferum defluere. Hic.ſ.appẽninus. Concipit generat. Gemini ponti.i. iferi & ſuperi maris. Metaurus.flu. eſt q̃ præterlabit̃ Fanũ oppidũ.& q̃a ibi fortunæ Fanũ fuit ideo Fanum eſſe appellatũ uolũt. Cruſtumiũ.flu. q̃ præterlabit̃ Ariminũ. Sapis.flu.q̃ præterlabit̃ Cæſenã. Iſaurus flu.q̃ præterlabit̃ piſauꝶ. Sena.flu. qui ꝑterlabit̃ ſenegaliã : quæ finus galliæ dicitur. Aufidus.flu.eſt Cãnaꝶ:ubi Hãnibal exercitum Ro.deleuit. Vndas adriacas hunc flu.mons Appẽninus effundit ĩ adriaticũ mare & galliã ciſalpinã reſpicit.

Quoq; magis nullũ.ſ. conſpicit ab hac pte. Soluit ſe ĩ nul.am.i.nõ capitur ullo ãne.Eridanus græce: Padus latine dicitur Eridanus ut nõ nulli uere ſentiunt dictus eſt:eo ꝙ circa padũ paſcua opima ſunt & ouibus opportuna ab ἐριον lana & δα ρειομ lucꝶ:unde daniſtæ appellãt̃ fœneratores lucri. Tellus ſoluit:q̃a oẽs Italiæ fluuii ĩ padũ deriuant̃. Fractas ſyl.Virgilius.Fluuioꝶ rex eridanus campoſq; per oẽs:cũ ſtabulis armenta tulit. Heſpiãq; ex aq̃s:q̃a oẽs pene Italiæ fluuii deriuat̃ ĩ illũ. Fabula.ſ.eſt dicit notã eſſe fabulã phaetontis filii phœbi & Climenes q̃ decidit ĩ padum.dicit ergo phaetontẽ curꝶ duxiſſe:haud ꝓcul a terra:adeo ut oẽs fluuii nimio calore ſolis deficcauerint:ſed ſolus Eridanus tãto calori reſtitit ut deſiccari nequerit ex quo magnitudinẽ illius amnis oſtendit. Coro.populea: q̃a circundatæ ſunt ripæ padi his arboribus ĩ corõarum modũ. Phaetõ:filius ſolis eſt autẽ dictio triſſyllaba. Varro p ſynaliphen ꝓtulit.Quũ te deiectum flagranti fulmine phæton. Ducens diẽ pronũ. q̃a neſciebat regere paternos currus. Pronũ.ꝓcliuẽ ĩ terrã uergentem. Tranſuerſo limite: non recto quo ire conſueuerat. Loris:curribus ptẽ ꝓ toto. Flagrant:loris.i.ardẽti curru. Gurgitibus raptis:nimio calore deſiccatis. Penitus tel.pu.q̃a penitus ardebat:& tãtũ calorẽ ſolis ſuſtinere nõ poterat. Pares.un.phe.igni.q̃a ſolus calori reſtitit. Nec minor non minor eſſet padus nilo niſi ꝙ nilus maior uidet̃:q̃a quotãnis uniuerſam inundat ægyptũ & eã fecundiſſimã facit:unde nilus q̃ſi νεοσ ἴλυσ nouus limus. Aegypti iacẽtis p plana:q̃a ægyptus ĩ plano poſita ẽ.Vnde ĩter Scythas & Aegyptios maximũ certamẽ fuit:q̃ nã priores nati eſſent.Aegyptii ſe primũ his rationibus natos dicebãt:ꝙ illa regio eſſet tẽperatior:& p conſequens ubi aer tẽperatior eſſet:ibi primũ etiã genus humanum natum fuiſſe At uero Scythæ contradicebãt cum ſe prius natos aſſererent non fieri poſſe hoc:ſed cum ſit humilis ægyptus & ĩ plano iaceat: ideo poſtremã fuiſſe quæ a fluctibus maris derelicta fuerit:nam cum primum deus elementa & aquas a terra ſeparauit:primo regionem ſuam.i.ſeptentrionem:q̃a altior ẽ a mari deſtitutã fuiſſe:& ideo ibi primum hoĩes natos eſſe. Stagnaret:q̃a facit ægyptum oẽm nilus eſſe ſtagnum:tum cum inundat eam. Nec minor hic iſtro. nec padus minor eſſet iſtro niſi ꝙ iſter anteq̃ in mare ueniat omnes undiq; amnes cõprehẽdit:hic flu.alio nomine Danubius dicitur:qui ſexaginta amnes capiens.vii.hoſtiis in pontum influit. Non ſolus:q̃a.lx.amnes accipit: &.vii.hoſtiis in pontum influit ſiculum. Dexteriora petens:nunc.d.a dextera parte quos flu.habeat. Tybrim:tyberis a dextera parte ex hoc monte deſcendit Thuſciam uerſus. Rutubamque cauũ:ideſt profundum flu.qui in finibus liguriæ labitur. Vulturnus:flu.eſt qui præterlabitur Capuam. Nocturnæ editor auræ ſarnus: ſarnus flu.qui præterfluit ueſeuũ campaniæ:Et oſtendit naturam huius flu.qui nebulam craſſam & obſcuram facit:ut noctem imitari uideatur. Lyris : eſt flu.inter pompeios & Vulturnus labens iuxta

Vni quippe uacat ſtudiis odiiſque carenti
Humanum lugere genus . nec fœdera priſci
Sunt tentata tori : iuſto quoque robur amori
Reſtitit:hi mores:hæc duri immota catonis
Secta fuit:ſeruare modum:finemque tenere :
Naturamque ſequi:patriæque impendere uitam :
Nec ſibi ſed toti genitum ſe credere mundo .
Huic epulæ uiciſſe famem : magnique penates
Summouiſſe hyemem tecto : pretioſaque ueſtis
Hirtam membra ſuper romani more quiritis
Induxiſſe togam.ueneriſque huic maximus uſus
Progenies.urbi pater eſt:urbique maritus :
Iuſtitiæ cultor:rigidi ſeruator honeſti .
In commune bonus: nulloſque catonis in actus
Surrepſit:partemque tulit ſibi nata uoluptas.
Interea trepido diſcedens agmine magnus
Mœnia dardanii tenuit campana coloni .
Hæc placuit belli ſedes: huic ſumma mouenti
Hoſtis in occurſum ſparſas extendere partes .
Vmbroſis mediam quam collibus apœninus
Erigit italiam:nullo qua uertice tellus
Altius intumuit propiuſque acceſſit olympo .
Mons inter geminas medius ſe porrigi undas
Inferni ſuperique maris:colleſque coercet
Hinc tyrrhena uado frangentes æquora piſæ:
Illinc dalmaticis obnoxia fluctibus ancon .
Fontibus hic uaſtis immenſos concipit amnes :
Fluminaque in gemini ſparſit diuortia ponti.
In leuum cecidere latus:ueloxque metaurus
Cruſtumiumque rapax:& iunctus ſapis iſauro :
Sennaque:& adriacas q̃ uerberat aufidus undas.
Quoque magis nullum tellus ſe ſoluit in amnem
Eridanus fractas deuoluit in æquore ſyluas
Heſperiamque exhaurit aquis:hunc fabula primũ
Populea fluuium ripas umbraſſe corona
Cũque diem pronum tranſuerſo limite ducens
Succendit phaethon flagrantibus æthera loris:
Gurgitibus raptis penitus tellure peruſta
Hunc habuiſſe pares phœbeis ignibus undas.
Non minor hic nilo : ſi non per plana iacentis
Aegypti libycas nilus ſtagnaret harenas .
Nec minor hic iſtro:niſi ꝙ dum permeat orbem
Iſter caſuros in quælibet æquora fontes
Accipit:& ſcythicas exit non ſolus in undas.
Dexteriora petens montis decliuia tybrim
Vnda facit:rutubamq; cauum:delabitur inde
Vulturnuſque celer:nocturnæque editor auræ



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sarnus:& umbroſæ lyris per regna maricæ
Veſtinis impulſus aquis:radeníque ſalerni
Culta ſiler:nullaque uado qui macra moratus
Alnos uicinæ percurrit in æquora ~~lunæ~~ . nullos
Longior educto qua ſurgit in aera dorſo
Gallica rura uidet:deuexaſque aſpicit alpes:
Tunc umbris marſiſque ferax : domituſq; ſabello
Vomere piniferis amplexus rupibus omnes
Indigenas latii populos:non deſerit ante
Heſperiam q̃ cum ſylleis clauditur undis
Extenditque ſuas in templa lacinia rupes.
Longior italia donec confinia pontus
Solueret incumbens:terraſque repelleret æquor.
At poſtquam gemino tellus eliſa profundo eſt
Extremi colles ſiculo ceſſere peloro.
Cæſar in arma furens nullas niſi ſanguine fuſo
Gaudet habere uias:q̃d non terat hoſte uacantes
Heſperiæ fines:uacuoſque irrumpat in agros:
Atque ipſum non perdat iter: conſertaque bellis
Bella gerat:non tam portas intrare patentes
Quam fregiſſe iuuat : nen tam patiente colono
Arua premi:q̃ ſi ferro populentur & igni.
Conceſſa pudet ire uia:ciuemque uideri
Tunc urbes latii dubiæ uarioque fauore
Ancipites:quanquam primo terrore ruentis

minturnas. Maricæ umbroſæ.ſ.ſyluæ a marica nympha Latini matre q̃ templum habuit ĩ ripa lyris. Veſtinis aquis.i.auctus curſu ab aquis q̃ defluunt a ueſtinis populis:nam lyris quem antea clanin appellabant labitur p agros ueſtinorum. Culta.i.arua. Salernis:q mons ferme ĩ uiſceribus ſuis Beneuẽtũ habẽs ĩ Salernũ reſpicit. Salernũ:oppidũ cãpaniæ dictũ a ſilere amne p αρτιςοιχει ορ.i.mutatã litterã. Macra:dictuſ a ꝓprietate rei:qa macer eſt fluuius p pontremulũ labens:qa tã rapide & humiliter fluit:ut etiam naues ſuſtinere nõ poſſit. Nullas alnos: Ideſt naues. Longior educto.ideſt ab aquilone reſpicit Padũ & galliam oẽm Ciſalpinam. Surgit:attollit̃ ĩ aerem. Gal.ru. ideſt Galliam ciſalpinam. Deuexas:inclinatas alpes.pars altior Appẽnini ab aqlone padum ꝑſpicit:deĩde Mantuã. Parmam.Rhegium. Paduã:& alia oppida lõgior hoc dicit quod & ſupius dictũ ẽ quo modo Appẽninus ĩ modum cubiti ſe flectens:uel ptẽ ſui potius in adriaticũ mare uergẽs:ꝓmontoriũ facit:ĩ cuius extremitate ueteres græci urbẽ Anconã cõdidere:poſt uero firmũ.Picenũ.Aſculũ. Marſos.Pelignos reſpicit:deĩde alteꝶ flexũ faciẽſ altiſſimus uerticibus garganeis appellatis ĩ adriaticũ mare ĩfluẽs Maſſiliã ciuitatem amplectit̃. Ferax.ſ. Appẽninus abũdans:qa ibi ſunt populi fertiliſſimi: nam. Vmbria & Marſia abũdãtiſſimæ regiões fuere. Sabello .i.ſabino:ĩ eã ptẽ uergẽs.
Piniferis.i. ferẽtibus pinus. Indigenas.i.ĩde genitos.ĩdigenæ dicunt̃ q non aliũde uenerũt:ſed ĩde nati ſunt ubi habitant a græcis αυτόχθορεσ .Nõ deſerit ante:ut ante dictũ:habet fere ĩ uiſceribus Beneuentũ.Salernos.Lucanos:donec extremũ Italiæ oppidũ rhegiũ reſpicit:ubi a peloro diuiſus a dextra ſyllam facit. Nõ deſerit heſ.nõ terminat ante Italiam. Sylleis undis:nam q̃ pte aſſiduis maris fluctibus claudit̃ :ibi ſtatĩ ſyllam facit a dextero latere. Suas rup. ĩ tẽp.la.i. ꝓmontoriũ laciniũ ubi ẽ templũ Iunonis Laciniæ: ibi Hercules ſupato lacinio latrone tẽplũ cõdidit ĩ honorẽ Iunonis:& de nomine Laciniæ Iunonis laciniũ appellauit: ẽ autẽ ꝓmontoriũ haud ꝓcul a petilia. Lõgior Italia: Appẽninus ẽ lõgior q̃ ſit italia:qa ĩ Siciliam uſq; tendit uel uerius totam continens Italiam terminat quod Virgilius oſtẽdit.Hæc loca ui quondã & uaſta conuulſa ruina Diſſiluiſſe ferunt cum ꝓtinus utraq; tellus una foret.i.Italia & ſicilia ſimul cõiũctæ erãt.
Incumbens.ſ.appẽnino qua parte cũ Sicilia iũgebat̃ Italia. Confinia.ſ.Italiæ atq; Siciliæ. Terras:uideli cet hinc terram Siciliæ: hinc:Italiæ. Gemino ꝓfundo:ſiculo & adriatico mari. Ceſſere colles peloro:qa pte ſiciliæ pelorus terminat̃:& a pte italiæ Appẽninus. Cæſar ĩ arma:Cæſar poſtquã ſenſit Pompeiũ relicta urbe ĩ campaniã cum ſuis copiis ꝓfectũ caſtra poſuiſſe uim & ĩpetum Cæſaris oſtendit Luc.dicit enĩ illum nihil magis quæſiuiſſe q̃ ut uires ſuſcipet :multoſq; tandẽ ibi populos armatos ĩueniret:ut uiribus magis q̃ uolũtate uinceret. Furens hoc ꝑpetuo facit poeta pompeii ptes extollit:Cæſarem acerbiſſime ĩſectatur:non ĩſpecta ueritate:fuit enĩ clæmẽtiſſimus: & humanitate uſq; ad pœnitentiam cunctos ſupauit. Terreat hoſte uacãtes.i.non gaudebat populari terras hoſte carentes:ĩmo hoſtibus plenas. Terreat:uaſtet populetur. Atq; ipſũ nõ pdat iter.ſ.uĩcendo non pdat iter:qa niſi uinceret iter pdere uideretur. Conſertaq; bellis bella gerat.i.bella bellis ĩferre:nam finis unius belli principium eſt alterius. Fregiſſe.ſ.uiolentia armorum. Pati colo.i.uolente populo. Ciuẽq; uideri:quia non ciuis.ſed hoſtis uult uideri Cæſar. Tunc urbes:populi licet uiderẽt non poſſe tantum Cæſaris impetum ſuſtinere: muniebant tamen ſua quiſque oppida:& parati erant defendere : quoad uires haberent. Tunc:tempore quo ita Cæſar craſſabatur per Italiam. Dubiæ:incertæ quid facerent. Varioque fauore:quia hinc Cæſar timore trahebat eos:inde Pom.terrebat auctoritate ſenatus q bellum iuſtum contra Cæſarem mouere uidebatur. Ceſſuræ.ſ.cæſari. Denſo forti. Abrupto : feſtinato & abrupte facto. Saxorumque orbes: ideſt ſaxa rotunda quaſi uidetur deſcribere machinam quam uocamus

Ceſſuræ belli denſo tamen aggere firmant
Mœnia & abrupto circundant undique uallo :
Saxorumque orbes : & quæ ſuper eminus hoſtẽ
Tela petant altis murorum turribus aptant.
Pronior in magnum populus:pugnatque minaci
Cum terrore fides:ut cum mare poſſidet auſter
Flatibus horriſonis hunc æquora tota ſequunt̃.
Si rurſus tellus pulſu laxata tridentis
Aeolii tumidis immittat fluctibus eurum :
Quãuis icta nouo uentum tenuere priorem
Aequora nubifero polus conceſſerit euro
Vendicat unda notum : facilis ſed uertere mentes
Terror erat:dubiamque fidem fortuna ferebat.
Gens etruſca fuga trepidi nudata libonis :
Iuſque ſui pulſo iam perdidit umbria thermo
Nec gerit auſpiciis ciuilia bella paternis
Cæſaris audito conuerſus nomine ſylla :
Varus ut admotæ pulſarunt auximon alæ
Per diuerſa ruens neglecto mœnia tergo
Qua ſyluæ:qua ſaxa fugit.depellitur arce
Lentulus aſculea : uictor cedentibus inſtat:
Diuertitque acies:ſolus ex agmine tanto
Dux fugit:& nullas ducentia ſigna cohortes.
Tu quoque nudatam commiſſæ deſeris arcem

bombardam:nam legitur apud Ioſephum:& plutarchum ueteres uſos fuiſſe hoc genere tormenti: unde tormẽtum dicit̃ a torquendo:quia magna ui torquet̃ bombarda. Sup:p deſup a mœnibus. Pronior: nunc dicit populi qua uolũtate fuerit.omnes qdem erant ꝓniores ĩ Pom.ſed metu cæſaris ab eo deterrebant̃. Populus.ſ.italus. Pugnatq; minaci cũ ter.fi.qa hic fides ad Pom. trahit:ĩde terror cæſaris ab eodẽ illos deterret
Vt cum mare:p compatiõnẽ oſtẽdit quomodo animi populoꝶ ĩ diuerſas ptes diſtrahebant̃:nam ſicut maris unda ĩcerta ẽ cum diuerſis uentis agitat̃:primo ſi auſter flauerit ſequit̃ auſtꝶ unda:at ſi deĩde flare cœperit eurus:tunc relicto auſtro eurum ſequitur: ita animi populoꝶ diſtrahebant̃ ĩ uarias ptes. Vẽdicat unda notum.i.unda maxima notũ trahit:uel poteſt eſſe hypallage ꝓ uendicat notus undam. Auſter:uentus a meridie perflans græce νοτοσ.
Hunc:auſtꝶ. Laxata:pulſata.tellus.i. ſubterranea ſpelunca : ubi æolus uentos clauſos habere dicit̃ a poetis : quos cum uult emittere ſua uirga pcutit terrã. Tridentis æolii:qa æolus tridentem habet ſicut Neptunus:quo ĩperat uentis. Euꝶ uentum orientalem q dictus ẽ quaſi απο τὴσ ἑωρεων.i.ab aurora fluens. Priorẽ uentum.i.prioris uenti reliqas: qa prioris uenti ĩpetu adhuc mare criſpat̃ & tremulum ẽ. Facilis terror:q̃uis pugnet cum terrore fides tamen uim maiorem habet terror a cæſare. Dubiamq; fidem:qa ꝑ fortuna mutabatur fides. Gens:libo p̃erat etruriæ.Cæſar M.Antoniũ cũ cohortibus qnq; miſit Aretiũ:Libo ubi audiuit iam adeſſe Antonium trepidus aufugit.
Nudata.ſ.ẽ. Vmbria thermo: Thermus prætor tenebat tignium oppidũ umbriæ cæſar factus certior Vmbriam a thermo teneri:& omnium uoluntates ſibi conciliare Pompeium: Curionem cum tribus cohortibus quas piſauri & Arimini habebat miſit : Cuius aduentu cognito diffiſus municipii uoluntatem cum qnque cohortibus thermus aufugit & curio oppidum recepit. Nec.Sylla: hic ſenioris fuit filius qui fauſtus eſt agnominatus: ubi ſenatuſconſulto cum decreta mauritania eſſet:Philippus tri.ple.ĩterceſſit. Auſpiciis paternis:qa bella feliciter geſſit ſylla:unde ſe felicem appellari uoluit:q etiam filio fauſtum Syllam nomen ipoſuit. Varrus:cæſar audita deditione thermi oppidi cõfiſus uoluntati municipum tertiæ decimæ legionis cohortes euocauit ex præſidio Auximonq; ꝓficiſcit̃:hoc oppidum tenebat actus.Varrus aduẽtu Cæſaris cognito milites Varꝶ circũſiſtũt oratiõe:docẽtq; quæ ſit uolũtas municipum hoꝶ oratiõe ꝓmotus Varrus eductis cohortibus fugere tẽtauit:ſed tamẽ ex prio ordĩe pauci milites illũ cõſerere manũ adhortãt̃:ſed cõmiſſo prœlio deſerit̃ a ſuis:ps demũ fugerũt:reliq ad Cæſarẽ tranſfugiunt.
Varrus:ordo ẽ.Varrus ruẽs p diuerſa mœnia neglecto tergo fugit:ea pte qua ſyluæ ſunt & ſaxa. Alæ admotæ.i.cohortes Cæſaris appropiquatæ pulſarunt Auximon oppidum non ꝓcul ab Ancone. Neglecto tergo: qa modo hac modo illac petebant milites. Syluæ:p loca auia fugit trepidus deſertus a ſuis. Lentulus : q præerat Aſculo:cum decem cohortibus:& cum audiuit aduẽtare Cæſarem:ipſe quoq; trepidus relicto oppido fugit:Hic Lentulus cũ deſerto Aſculo fugeret ĩcidit ĩ Iubiliũ rufum q præmittebat̃ a Põpeio:ut piceni agri ciuitates & populos cõfirmaret:ab eo admonitus quæ gerant̃ a Cæſare:milites accepit & cõtractis militibus Põpeii corphinum ad Luciũ domitiũ Aenobarbũ pueniunt:& coniunctis copiis oppidum muniuere ut ſe a Cæſare tueantur. Diuertit:ideſt a fuga ad ſe reuocat acies aſculanorum. Dux.ſ.Lentulus. Agmine: quia a ſuis deſertus eſt. Nullas cohortes: quia ſolus ipſe Lentulus cum uexillis aufugit:alii uero milites eius ad Cæſarem confugerunt. Tu quoq; nudatam nunc dicit ſcipionem deſeruiſſe luceriam ciuitatem q̃q̃ robuſtiſſimis illam munitam cohortibus teneret:nam ibi duabus legionibus Scipio:præfectus erat.Legiones autem hæ ante ſub Cæſare militauerant:nam cum Gallia in aliud quinquennium Cæſari prorogata eſſet:fauente Pompeio cum quo Cæſar affinitate tunc coniunctus erat:quæ cum ſtipendiis decreta eſſet in ſupplementum unam legi

onem Cæſari pompeius dedit. Poſtq̃ uero craſſus cum exercitu a Parthis deletus eſt: duæ legiones Cæſari detractæ ſunt ſub prætextu parthici belli iminentis: qa ſenatuſconſultum factum eſt: ut duæ legiones ad bellum parthicum mitterentur. una a Cneo Pompeio: altera a cæſare: Sed cæſar cum eſſet certus de uoluntate inimicorum ſuorum ex ſenatuſconſulto legionem ſuam Pompeio reddidit: & qntadecimam legionem: quá ipſe i gallia citeriore habuerat ex ſenatuſconſulto ité tradidit: Has legiones dicit i præſidio Luceriæ poſitas fuiſſe qbus præerat Scipio: qui tametſi firmos ac certos milites haberet: tamen & ipſe terrore cæſaris præſidium deſeruit. Nudatam. ſ. præſidio & militibus ſuis.

Scipio luceriæ: quanquam firmiſſima pubes
His ſedeat caſtris: iampridem cæſaris armis
Parthorum ſeducta metu: qua gallica damna
Suppleuit magnus: dumq; ipſe ad bella uocaret:
Donauit ſocero romani ſanguinis uſum.
At te corphini ualidis circundata muris
Tecta tenent pugnax domiti: tua claſſica ſeruat
Oppoſitus quondam poluto tyro miloni.
Vt procul immenſam campo conſurgere nubem
Ardenteſque acies percuſſis ſole coruſco
Conſpexit telis: ſocii decurrite dixit
Fluminis ad ripas: undiſque immergite pontem
Et tu montanis totus nunc fontibus exi:
Atque oés trahe gurges aquas: ut ſpumeus alnos
Diſcuſſa compage feras: hoc limite bellum
Hæreat: hac hoſtis lentus erat ocia ripa
Præcipitem cohibete ducem. uictoria nobis
Hic primum ſtans cæſar erat. nec plura locutus

His caſtris: i præſidio Luceriæ. Seducta cæſaris armis. i. ab armis qa ſenatuſcõſultum factũ eſſet: ut duæ legiones mitterent̃ ad bellũ pthicum: una a cæſare: altera a Pompeio: ſed has legiones prius i ſupplementũ exercitus Pom. cæſari tradiderat. Qua: pube. Suppleuit gallica damna. i. i ſupplementũ exercitus Põpeius dedit cæſari: & ſuppleuit exercitũ: cuius pté bello gallico cæſar amiſerat. Ipſe: cæſar. ad bella uocaret. ſ. gallica. Socero: cæſari ut uteret̃ hac legione: & ſanguiné eorũ pro ſanguine & gloria ſua effunderet.

Ac te corphini: Lẽtulus ut dictũ ẽ Aſculum tenebat: hic audito cæſaris aduẽtu ex oppido ſtatiꝰ pgrediens milites ſecum ducere conatus eſt: ſed a maiori pti militum deſerit̃: incidit autem i Iubilium rufum a Pompeio magno miſſum ad cõfirmádas piceni agri ciuitates: hic a lentulo multos accepit milites auditis quæ facta erát a cæſare. ſ. ꝙ municipium uoluntates iclinatæ erant i cæſarem contractis undiq; cohortibus quos potuit milites ſecum adduxit & magnis itineribus corphinum itendit ad. L. domitium ænobarbum ſucceſſorem cæſari a ſenatu deſtinatũ qui præerat corphino: cæſar eo confeſtim cohortes duxit cum cohortibus iam quinque præmiſſis qui pontem fluminis iterrumperent diſtantem ab oppido pſſauum circa tria milia: cæſar cum ad ponté ueniſſet prœlium cõmiſſum eſt: milites ſtatim domitiani repulſi ſe i oppidum receperunt: cæſar ad oppidũ cohortes ducit ad muroſq; caſtra ponit: & oppidũ magnis opibus itercludere iſtituit. Interea. L. Domitius deſperatis. Cn. Põpeii auxiliis fugá pabat: id cũ ſenſiſſent milites cenſentes ſalutis ſuæ quoq; habendá eſſe rationem ipſi cũ cæteris domitiũ circunſtát: ipſumq; pductũ i publicũ cuſtodiunt: poſtera die ubi illuxit p Lentulũ facta deditione Cæſar i poteſtaté acceptos: educi iuſſit: fuerunt auté patricii tribuni militum eqteſq; Ro. & patriciorum liberi: iter quos erat. L. Domitius corphini præfectus & Lẽtulus ſpinter rufus Varrus Quĩtilius quæſtor. L. rubrius & domitii filius: hos oẽs Cæſar contumeliis & conuitiis militũ ſuoꝝ phibitos icolumes ex uiculis dimiſit: accepto tamen Corphino: hoc habet hiſtoria: quá breuiter Lucanus amplectitur. Tecta. i. mœnia: nõ priuata ædificia dixit corphini. Tua claſſica ſeruat: hi ení milites uel ps eoꝝ ex delectibus Põpeii fuerũt: quos ſub poteſtate ſua dicit habuiſſe domitiũ qbus aliquando foꝝ pompeius obſederat: quo tempore Milo circundatus corona militũ non auſus dicere cauſam damnatus eſt de cæde clodii. Poluto miloni. i. nocenti cædis clodianæ. Oppoſitos: obſeſſo a militibus Pompeii foro ne qua uis fieret iudicibus: & cauſam ſuá dicere coactus eſt milo: p quo orationem iſignem Cicero habuit. Dixit ſ. domitius. Nubem. ſ. pulueris: nam ex puluere q ſublatus erat cognouit adeſſe cæſarem: deinde poſt puluerem acies conſpexit. Ardentes. i. fulgentes. Virgilius Ardentes ære cateruas. Immergite: rumpite flumis pontem. Et tu montanis: ad ipſum torrentem apoſtrophat. L. domitius: quem rogat ut totas uires contrahat: & iflatus hũc Cæſaris impetum retineat: quod ſi fecerit uictoria prima domitio attribuetur: ꝙ ibi primum ab impetu ſuo Cæſar remoratus fuerit. Exi: egredere o amnis: ſed torrens erat ſine nomine. Ingentes trahe aquas. i. contrahe omnes aquas ut impleatis & ingentes quoq; naues ſuſtinere poſſis. Alnos: naues. Diſcuſſa compage. i. ut diſſoluantur naues nimia ui aquaꝝ. Hoc limite hæreat. i. hoc termino retardet̃ Cæſaris impetus. Lentus: ab ipetu ſuo tardatus.

Cohibete. ſ. cõmilitões cõprimite Victoria nobis. i. cæſaré ab ipetu ſuo repſſum eẽ iſtar uictoriæ nobis erit.

Nec plura locutus: hæc ut dixit Domitius ita ẽt fecit: ná milites ſtati ad flumé cõcurrũt. & póté demoliri parát

Deuoluit. i. emittit ex mœnibus. Nequicq̃: nam cæſar audiens aduentare cohortes domitii: indignatus magna celeritate cohortes ſuas duxit: & ibi cõmiſſo prælio ſtatim domitiani repulſi in oppidum ſe recipiunt.

Prior cæſar: ſignificat ducis diligentiam qui prior ex oíbus uidit: ubi ſibi obſtaculum fieret. Amne ſoluto. i. ſoluto ponte amnis. Prolatus: quaſi porro latus a ſe ipſo quaſi alienus eſſet: ira nimia percitus. Quæſiſſe latebras pauori. i. ut ſe in muris abſcondant pauore deterriti. Ganges flu. eſt indiæ: de cuius ortu ignorat̃: ſicut nili: hic non paucioribus hoſtiis oceanum ingreditur q̃ nilus: bene elegit hunc fluuium gangem cæſar in gentem: ut oſtédat ſe nulla ui reprimi poſſe.

Deuoluit rapidum nequicquam mœnibus agmẽ:
Nam prior e campis ut conſpicit amne ſoluto
Rumpi cæſar iter: calida prolatus ab ira
Non ſatis eſt muris latebras quæſiſſe pauori
Obſtruitis campos: fluuiiſque arcere paratis?
Ignaui. non ſi tumido me gurgite ganges
Summoueant: ſtabit iam flumine cæſar in ullo
Poſt rubiconis aquas: equitum pperate caterua:
Ite ſimul pedites: ruiturum aſcendite pontem:
Hæc ubi dicta: leuis totas accepit habenas
In campum ſonipes: crebroq; ſimillima nimbo
Trans ripam ualidi torſerunt tela lacerti:
Ingreditur pulſa fluuium ſtatione uacantem
Cæſar: & ad tutas hoſtis compellitur arces:
Et iam moturas ingentia pondera turres
Erigit: & mediis ſubrepſit uinea muris.
Ecce (nefas) belli reſeratis agmina portis
Captiuum traxere ducem: ciuiſque ſuperbi
Conſtitit ante pedes: uultu tamen alta minaci
Nobilitas recta ferrum ceruice popoſcit
Scit cæſar pœnamque peti: ueniamque timeri.
Viue: licet nolis & noſtro munere dixit
Cerne diem: uictis iam ſpes bona partibus eſto.
Exemplumque mei: uel ſi libet arma retenta
Et nihil hac uenia ſi uiceris ipſe paciſcor.
Fatur: & aſtrictis laxari uincula palmis
Imperat: heu quanto melius uel cæde peracta
Parcere romano potuit fortuna pudori:

Poſt rubiconis aquas: poſtq̃ rubiconem ſemel traieci: nullus fluuius erit qui me retinere poſſit. Ponté ruiturũ: priuſq̃ euertatur. Hæc ubi dicta. ſ. ſunt a cæſare ſtatim eius imperiũ executi ſunt milites. Leuis uelox. Totas acce. habe. i. oíbus equis ad ponté delati ſunt militeſ.

Crebroq; ſimillima nymbo: tanta telorum copia fuit ut iber cælitus cadere uideretur: poſuit nymbũ pro uento cũ pluuia

Validi lacerti: pro ualidoꝝ militum lacerti. Vacantem: uacuũ hoſtibus. Pulſa ſta. i. pulſis militibus: q in ſtatione pontis poſiti fuerant. Arces: corphini. Erigit tur. nam poſitis ad muros caſtris oppidũ ipſum magnis operibus munire iſtituit Cæſar: ut illud expugnaret. Ingentia põ. turres facit quæ rotis uehi poſſent quocunq; uellent. Subrepſit: clá admota eſt. Vinea: tegmen eſt in modũ turris quæ admota muris defendit milites: qui mœnia concutere & effodere uoluerunt.

Ecce: facta per Lentulum deditione Lu. Domitiũ milites ſui cũ cæteris apprehenſum ad Cæſaré traxerunt. Agmina: milites domitiani. Nefas: poteſt eſſe intpoſitio: ut dicat o nefas: quaſi deteſtetur hác perfidiam militum qui ducé ſuum prodiderunt hoſti. Conſtitit. ſ. Lu. domitiuſ.

Ciuis ſuperbi: cæſaris. Vultu minaci: q̃uis áte pedes Cæſaris ſtetiſſet domitius tamen minaci uultu ituebatur Cæſarem: qui cupiebat potius interfici q̃ ſupplex uiuere. Nobilitas: domitii generoſitas & magnanimitas. Recta ceruice: non demiſſo collo ſicut ſupplices facere ſolent.

Popoſcit ferrum: quia mori mallet.

Scit cæſar: cæſar intellexit illum potius mori uelle q̃ uiuere: ſed tamen ueniam dedit Domitio ac cæteris quos in captiuitatem redactos cõtumeliis militum prohibitos incolumes dimiſit. Pœnamq; peti: ſcit domitiũ petere mortem. Viue licet nolis: licet ſciat hoc eſſe Cæſar: tamen ait: uiue etiam inuitus. Noſtro munere: quia i poteſtate noſtra ſita eſt uita tua. Cerne diem. i. uiue. Victis iam bona ſpes partibus eſto: hoc uelim eſſe principium meæ clementiæ: ut oés intelligant aduerſæ partis me non ideo arma ſumpſiſſe: ut crudelitatem uelim exercere in ciues: ſed ut iniuriam potius ppulſem q̃ inferam. Eſto bona ſpes: exemplo tui ſeruati cæteri ciues oẽs bene ſperent de Cæſare: ut facile a nobis ueniam impetrent. Exemplumq; mei. i. eſto exemplum meæ manſuetudinis & clementiæ. Vel ſi libet arma: non recuſo quin iterũ arma repetas contra me: & ſi uiceris nolo mihi gratiam fieri. Vel: pro etiam. Retenta: iterum tenta: q̃uis tibi ſemel male ceſſerit. Nihil paciſcor: ideſt nullum pactum faciam ueniæ quam tibi cedo. Heu quanto: deplorat ignominiam Lu. Domitii Lucanus: ꝙ coactus fuerit ueniam a Cæſare accipere cum honeſtius mori debuerit. Parcere romano pudori: quia hoc fuit magno dedecori romanis ciuibus: ut ueniam ab hoſte accipere cogerentur. Pœnarum: declarat illud pudori: hoc inquit loco ſupplicii magni: ut ignoſcatur habuit: quia meliorem cauſam ſecutus eſt.

Ignoſci ciui. Domitio: Ordo eſt. hoc ignoſci fuit extremum pœnarum ciui ꝙ quia ſit ſecutus caſtra patriæ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Extremum pœnarum:hoc fuit loco extremi ſupplicii:ut ſibi ignoſceretur:quaſi ingens facinus admiſerit.
Extremum:ultima pœna qua nulla maior eſſe poterat. Premit ille: q̄q̄ indignabundus & interitus a Cæſare eēt Domitius:tamen iram ī pectore claudebat:& cum diu cogitaſſet:quid nam faceret an bello ſecederet: an in aliquam ſolitudinem ſe reciperet deliberat ut potius moriatur:q̄ ipſe cæteris bellum gerentibus in pace quieſceret. Premit:claudit. Virg.Premit altum corde dolorem. Et ſecum.ſ.cogitat quæ ſequuntur. Petes:adibis ne romam quaſi beneficium cæſaris probans ꝙ te dimiſerit incolumen. Degener:ſi hoc feceris.ſ.

Pœnarum extremum ciui quod caſtra ſecutus
Sit patriæ:magnumque ducem:totūque ſenatū
Ignoſci:premit ille graues interritus iras.
Et ſecum .romamne petes?paciſque receſſus
Degener? in medios belli non ire furores
Iandudum moriture paras?rue certus:& omnes
Lucis rumpe moras:& cæſaris effuge manus.
Neſcius interea capti ducis arma parabat
Magnus:ut immixto firmaret robore partes:
Ianque ſecuturo iuſſurus claſſica phœbo
Tentandaſque ratus moturi militis iras
Alloquitur tacitas ueneranda uoce cohortes.
O ſcelerum ultores melioraque ſigna ſecuti
O uere romana manus:quibus arma ſenatus
Non priuata dedit:uotis depoſcite pugnam:
Ardent heſperii ſæuis popularibus agri:
Gallica per gelidas rabies effunditur alpes.
Iam tetigit ſanguis pollutos cæſaris enſes.
Dii melius belli tulimus:ꝙ damna priores
Cœperit inde nefas:iamiam me præſide roma

Receſſus:ſolitudines. Medios belli: ſe ipſum alloquitur:o ignaue adhuc dubitas:quaſi tibi morituro non intelligas ſatius eſſe in bella ruere? Rūpe moras.i. omnes dilationes frange. Rue certus: ideſt rue in media hoſtiū arma:ut interficiar s:& ſic pereat donum cæſaris qui te icolumem eſſe uoluit:& ſicut dixerat Domitius fecit: nā ſe ad exercitum pompeii recepit.Sed aliter res ipſa tamē ſeſe habet nam domitius captus corfini tædio uitæ uenenū hauſit: poſtq̄ uero biberat audita cæſaris dementia:pœnituit facti: & oī opere ut uiueret annixus eſt:ut ſcribit Pli.

Neſcius interea:redit nunc ad Pompeium:dicens quid fecerit: poſtq̄ audiuerit Cæſarem quæcunq; p̄ſidia romana debellare.Parabat igitur pompeius ut firmaret exercitum aduerſus Cæſarē. Capti ducis.ſ.domitii. Immixto robore:ex diuerſis militibus parabat exercitū. Partes:q̄ erant aduerſæ cæſari. Ianq;:anteq̄ caſtra moueret pōp ius primo orōnē ad ſuos milites habere uoluit:ut aīum tentaret oīum:quo fortes ſtudioſiq; arma ſumerent contra cæſarem. Claſſica:ſigna mouendi caſtra:claſſicum ſignum eſt militare: tuba cōtorta. Secuturo phœbo:die ſeq̄nti. Iras militis:ideſt ut iram ſumeret contra hoſtes. Veneranda uoce:propter uenerandam uocem ducis Pompeii & maieſtatem:quo attentos orationi ſuæ milites faceret. O ſcelerum ultores:hæc oratio eſt in deliberatiuo genere:cuius finis eſt ſuadere arma contra Cæſarem eſſe ſumenda: ſuaſio finem babet utilitatis honeſti & facilis:ut cum oſtendimus quod ſuadere uolumus eē utile:delectabile:facile: honeſtum:& neceſſarium:hic arguit ab honeſto & a facili magis:deinde beniuolētiam captat primo a perſona commilitonum:qui ſecuti ſunt pompeium & fortiter arma pro patria ſumpſerunt contra parricidam cæſarem.

O ſcelerum ultores:Sumit beniuolentiam:laudans eorum res geſtas:ꝙ ſcilicet:arma fortiter ſumant uindicandi ſceleris cauſa. Melioraq; ſigna:a cauſa arguit.a re ipſa beniuolentiam cōparabimus:cum noſtram cauſam extollendo laudabimus:aduerſariorumq; uituperando deprimemus. Meliora.i.quæ ſenatus populuſq; romanus mihi tradidit. Vere romana manus.q.d.ſtudioſa libertatis:& qui pati non poteſtis ſeruitutem cæſaris. Non priuata arma:ſed publica ad illud reſpicit:ꝙ cæſar bellum gerebat contra patriam priuato conſilio. Ardent heſperii:beniuolentiam cōparamus a perſona aduerſariorum tribus locis.uidelicet in odium:in inuidiam:in contemptum:aduerſarios inducendo:quos nunc in inuidiam adducit:res eorum ſuperbe & crudeliter factas proferens:quia contra patriam ſumpſit arma cæſar. Heſperii:itali:unde Quintilianus ardentē & concitatum Lucanum dicit:& oratoribus magis q̄ poetis enumerandum. Popularibus:quia quacunque ibat cæſar depopulabatur agros. Gallica rabies:quia bellicoſos gallos cæſar ſecum duxerat. Sanguis.ſ.romanus. Dii melius:a cauſa arguit:quia nos non bellum gerimus in alios:ſed ut propulſemus iniuriā: quia nocens qui iniuriam infert:ſed innocens eſt qui illatā propulſat licet.n.uim ui repellere. Dii melius:ſcilicet fecerunt. Tulimus:paſſi ſumus non intulimus aliis:ergo licet iniuriam propulſare. Inde:ſcilicet ab aduerſaris & a cæſare. Iam iam:Nunc incipit arguere bellum eſſe ſuſcipiendum contra cæſarem:primo a partibus iuſticiæ:quæ eſt pars iuris naturalis.Ius naturale diuiditur in religionem:pietatē:gratiam:uindicationem: obſeruantiā:ueritatem:hoc loco eſt a uindicatione.Vindicatio eſt per quā ondimus male merētibus pœnam eſſe ſtatuendā:qa Cæſar male meritus eſt de p̄ria:iō petit ſumi ab ipſo ſuppliciū. Me p̄.me duce & īperatore.



Prælia iuſta:quia latrocinium potius eſt q̄ bellum. Sed uindicis iram:ideſt ultoris patriæ:non eſt bellum appellandum:ſed ita:ab attributis negocii arguit. Hoc bellum:quod ſuſcepimus contra Cæſarem. Quā cum catilina:qui patriam eodem incendio rapiniſq; conſumere parauit. Lentulus:qui prætor romanus cōiurationis huius conſcius & particeps fuit.Hiſtoria nota eſt apud Salu. Exerti cethegi:ideſt deſerti & nudati:nam poſtea nudatus fuit cum in carcerem coniectus eſt:aut melius:exerti.i.ſtrenui & accincti: cethegi enim celeritatem maxime probarunt:& ideo nunq̄ tunica uſi ſunt.ut tradit porphyrio. O rabies miſe.ecce breuis

Supplicium pœnamq; petat: neque.n.iſta uocari
Prælia iuſta decet:patriæ ſed uindicis iram.
Nec magis hoc bellum eſt:q̄ quū catilina parauit
Arſuras in tecta faces: ſociuſque furoris
Lentulus:exertique manus uæſana cethegi.
O rabies miſeranda ducis:cum fata camillis
Te cæſar magniſque uelint miſcere metellis.
Ad cinnas marioſque uenis:ſternere profecto:
Vt catulo iacuit lepidus:noſtraſque ſecures
Paſſus ſicanio tegitur qui carbo ſepulchro.
Quique feros mouit ſertorius exul iberos.
Quanq̄ ſiqua fides his te quoque iungere cæſar
Inuideo:noſtraſque manus ꝙ roma furenti
Oppoſuit: parthoꝝ utinam poſt prælia ſoſpes
Et ſcythicis craſſus uictor remeaſſet ab oris
Vt ſimili cauſa peteres qua ſpartacus hoſtis.

totius argumenti cōplexio quid eſt ꝙ cæſar agit?non eſt bellū:ſed eſt proditio patriæ quam miſerandā rabiem appellat.Miſeranda:ſcilicet quæ deteſtabilitate ſua miſerabilis eſt: Ampliat hoc argumentū per locum illum:cum oſtēdimus id commiſſum eſſe ab illo quod oporteret ipſum ſi ab alio comitterretur:defendere. Cum fata camillis:dii te patriæ defenſorem cæſar eſſe uolebant. nō antem proditorem.

Camillis: ſimilem facere camillo:qui defendit patriam a gallis. Metellis:quorum alter a Iugurtha patriam defendit: alter ueto a Cretenſibus. Ad cinnas marioſque uenis:ſimilis eſſe uoluiſti his qui patriam prodiderunt:ut fuit Cinna & mariuſ.Cinna flagitioſiſſimus rempublicam ſumma crudelitate uaſtauit:primo conſulatu ferens de exulibus reuocādis legem ab Octauio collega prohibitus & honore priuatus urbe profugit uocatiſque ad pileum ſeruis aduerſarios uicit: Octauiū interfecit.Ianicuium occupauit.Iterum & tertio conſulem ſe ipſe fecit: quarto conſulatu cum bellum contra Syllam pararet Anconæ ob nimiam crudelitatem occiſus eſt. Sternere:arguit a facili per ſimile. Catulo lepidus: facile erit Pompeio uincere Cæſarem:quoniam ſemper uincere conſueuit:arguit etiam a poſſibili: a maiori ad minus:nam ſi magnos impetatores uici:uincam etiam minores:prætetea uult comparare Cæſarem fugitiuis: ut bellum hoc non dici poſſit:ſed potius latrocinium. Catulo lepidus.M.Aemilius lepidus cum tētaſſet acta Syllæ reſcindere bellum excitauit:unde a.Qu.Catulo eius collega pulſus eſt:qui cum ſe in Sardiniam recepiſſet bellum molitus eſt:ubi paulo poſt periit. Carbo.Cn.Pompeius cum imperio miſſus ē in Siciliam aduerſus carbonem a Sylla proſcriptum:quem etiam occidit:ſed turpiter mortuus eſt:nam cum duceretur ad ſupplicium: petiit tantum temporis ſpacium ut aluum leuaret cumq; illic diutius moram traheret:a militibus ſedens in latrina detrucatus eſt. Secures:quia iuſſit eum uirgis cædi & ſecuri percuti. Sicanio ſepulchro: in ſicilia enim res geſta eſt. Quique feros mouit: ſertorius a ſylla proſcriptus in hiſpania citeriore bellum ingens excitauit:& profligatus a.M.Antonio:&.M.Perpenna:aliiſq; coniuratis in conuiuio trucidatus eſt decimo ſui ducatus anno:imperium ad.M.Perpennam tranſlatum eſt:quē paulopoſt uicit pompeius atq; interfecit. Mouit feros iberos:quia prius q̄ bellū motum fuerat:illum recepit hiſpania. Exul:qa proſcriptus eſt a Sylla. Iberia:hiſpania ab ibero flu.appellata. Quanq̄:arguit a facili per argumentum a maiori ad minus quaſi.d.hoc mihi dedecori eſſe uidebitur:ut te o Cæſar uincam q magnos imperatores uincere cōſueui: cum tu fugitiuis & gladiatoribus aſcribi potius debueris q̄ ducibus ro. Vtinam inquit Craſſus e parthia uictor rediiſſet:quemadmodū enim ſpartacum fugitiuum & gladiatorem uicit:ita te quoq; fugitiuum & gladiatorē uinceret. Inuideo:indignor te cum his annumerari qui cōnumerandus es cum fugitiuis. His:magnis imperatoribus quos ſupra dixi. Oppoſuit furēti.i.tibi gloria erit periiſſe auſpiciis noſtris:ideo inuideo tibi quia mereris ſterni a minori duce:utpote a Craſſo. Parthorum:utinam(ſi fieri poſſet)Craſſus e Parthia uictor rediiſſet:qui fugitiuos uincere conſueuit. Ab oris ſcythicis.ſ.ubi deletus eſt Craſſus cum exercitu ab arlacide rege Syriorum. Simili cauſa.ſ.latrocinii:ſpartacus e thracia oriundus gladiator chryſus:& eunomaus:ex ludo lentuli cum qnattuor & ſeptuaginta eiuſdem fortunæ uiris aufugerunt capua:congregataq; ſeruorum & ergaſtulorum manu uſq; ad iuſtum exercitum bellum fecerunt populo romano eruperuntque per campaniam omnem:& infeſtam illam regionem reddidere uniuerſa acie cum claudio legato:& uoreno prætore conflixerunt eoſque cum exercitu uicere.Tandem a Lucio Craſſo uicti pulſi atque fugati:is ad extremum angulū brutiorum incluſus fugam fruſtra tentauit:eruptione deinde facta(ut dignum uiro erat)mortem Spartacus non timens in bello fortiter dimicans tanquam bonus imperator occiſus eſt.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

T e quoque ſi ſuperi titulis ?c?edere noſtris
I uſſerunt:ualet in torquendo dextera pilo
F eruidus hic iterum circa præcordia ſanguis
I ncaluit:diſces non eſſe ad bella fugaces:
Q ui pacem potuere pati: licet ille ſolutum
D efectumque uocet:ne uos mea terreat ætas:
D ux ſit in his caſtr s ſenior dum miles in illis.
Q uo potuit ciuem populus perducere liber
A ſcendi:ſupraque nihil niſi regna reliqui:
N on priuata cupit romana quiſquis in urbe
P ompeium tranſire parat:hinc conſul uterque:
H inc acies ſtatura ducum eſt:cæſarne ſenatus
V ictor erit?non tam cæco trahis omnia curſu:
T eque nihil fortuna pudet?multiſne rebellis
G allia iam luſtris ætaſque impenſa labori
D ant animos? rheni gelidis quod fugit ab undis
O ceanumque uocans incerti ſtagna profundi
T errita quæ ſitis oſtendit terga britannis?

Te quoq;:nunc arguit a poſſibili.uires enim ſe paratas habere oſtēdit atq; uirtutem:qua poſſit uincere Cæſarem:non uſq; adeo inquit ætate prouectus ſum:ut arma tractare non poſſim. Te quoq; ſimiliter cum cæteris. Titulis:id eſt uictoriis:trophæis. Hæc præcordia:demonſtratiue. Diſces:o cæſar diſces me lóga pace a bellis deſuetum poſſe etiá gerere bella:ſi neceſſitas ĩgruat. Pacé potuere pati:quia ſicut pacem ita bellum ſuſtinere poſſum. Licet ille:Pompeius ſuis confirmatis argumentis debere milites ſuos bellū ſuſcipere aduerſus Cæſarem:nunc argumenta aduerſariorum.ſ.Cæſaris qui dicebat ſuperius:ueniat longa dux pace ſolutus:oratorie refellit:& quod ille obiiciebat in ſuam uertit utilitaté. Dux:concedo q ego ſim ſenior uobis:ſed quáto magis ſum ſenex:tanto ét peritior in re militari. At uero cæſar iuuenis eſt ut miles potius q̃ Imperator appellari poſſit. Senior:ſit miles ſenex in illis caſtris:& ſit iuuenis dux:ſed nobis ſit ſenior dux:& milites iuuenes. Quo potuit:arguit nūc ab auctoritate. ná hæ ſunt partes quæ ualét ad Imperatorem probandū:ut dicit Ci.ſ.uirtus & auctoritas felicitas:& ſcia rei militaris:oñditq; auctoritatem ſenatus tantá eé ut fortuna ſine pudore pati nó poſſit pō. a latrone ſuperari:ab auctoritate ſui: ergo refellit dicens ſe ad eū dignitatis gradum euaſiſſe:quo nullus ſuperior eſt:niſi ſi aliquis regnū appetat:& ſic cæſarem in inuidiam adducit:qui maior uult eſſe Pōpeio non ciuica:ſed tyrannica conditione. Aſcendi: ad eum dignitatis gradum euaſi:. Quo:ad qué gradū. Liber.i.qui in libertate ſit: non ſub tyranno. Supraq; nihil:ſupra gradū quo euaſi nihil reliq: niſi ſi aliquis fieri rex appetit:plane hic i cæſarem loquitur:qui cū maior eſſe Pompeio uelit:regnum appetit. Non pri.non piruatam uitam:ſed regiam dignitatem appetit. Hinc conſul:nunc ab auctoritate cōſulum arguit: totiuſq; ſenatus. Hinc:a parte noſtra. Vterq; conſul.ſ.Lentulus & Marcellus. Cæſar ne.ſ.uictor erit ſenatus? cū indignatione legendū. Trahis oia cæco curſu.i.non adeo ipudens eſt fortuna:ut tantū dedecus patiatur ſenatus. Nihil pudet:pro non ullius rei te pudet.nomen p aduerbio. Multis ne rebellis:refellit ea q̃ ab aduerſario dici poterant.ſ.non uinces Cæſaré o pōpei:qui galliam & fortiſſimaſ gentes ſubegit:unde pompeius hoc argumentis leuat quod negare non pōt. Gallia.ſ.quam uiciſti.x.anni fluxernnt:ex quo cōtra gallos bellum geris:qui tibi ſemp rebelles fuere:nec unq̃ eos ſubigere potuiſti. Multis luſtris:hoc inuidioſe dicit. Ná duobus tm̄ luſtris galliam oēm ſubegit cæſar:quia cum quinq; annis galliam populo ro.ſubegiſſet:& pars illius tamen reſtaret:obtinuit in alterum luſtrū:ut ſibi prouincia prorogaretur. Aetaſq; impenſa labori:qa ætatem conſumpſiſti in debellanda gallia. Aíos.i.audaciam:ut Iuue.Iram atq; aíos a crimine ſumunt. Rheni gelidis:qd ad rhenum flu.pertinet ita legi:cū hunc flu.cæſar ponte iunxiſſet:cunq; bellum ſuſcepiſſet:qd non alius unq̃ fecit:traductis copiis in finibus hoſtium paucos dies moratus eſt:ut uicis & ædificiis exuſtis i fines ubiorum ſe contulit:& illis auxiliū pollicitus eſt:ſi a Sueuis premerentur a qbus cognouit ſueuos more ſuo liberos:uxores reſq; ſuas oés in ſyluis depoſuiſſe:& oés qui arma ferre poſſent in unum locū conueniſſe: ibiq; romanorum exercitum expectare:atq; ibi decertare conſtituiſſe.hoc ubi cōperit cæſar confectis oibus rebus: propter quas exercitum traduxerat:ut germanis metum inferret ut ſicambros ulciſceretur:ut ubios obſidione liberaret:ſatis eſſe ad gloriam & utilitatem arbitrans exercitum in galliá reduxit:pontéq; reſcidit:iſte uero dicit fugiſſe ex oceano in galliá:ſed falſum eſt qa domitis hoſtibus ſe in galliam recepit. Terga britannis: ſicut a germanis:ita a britannis dicit fugiſſe Cæſarem. Ita ſe habet de Britannis hiſtoria. Caſſiuellaunus dux britannorum uaſtatis agris detrimentiſq; acceptis:& in primis ciuitatum defectione permotus per atrebatem Comiū legatos ad cæſarem de deditione miſit:Cæſar q in continenti hyemare cupiebat obſides Britannis imperauit: Britanniamque populo romano tributariam fecit: & obſidibus acceptis in Galliam copias traduxit non igitur fugit immo ſubactis britannis ſponte ſua ſe cum exercitu recepit in galliam:ſed Pompeius res quas negare non poteſt Cæſari:leuat. Oceanumque:nam uenit in britanniam cæſar:& duxerat ad oceanum uſque exercitum:poſt quem eſt britannia.quæ alter orbis terrarum a nonnullis dicitur. unde & Virgilius. Et penitus toto diuiſos orbe britannos. Incrti profundi ſtagna:quia uocat oceanum tanquam ſtagnum. Britannis: quos ipſe temere iuuaſerat: ideo terga dare coactus eſt cæſar.

A n uanæ timuere minæ quod fama furoris
E xpulit armatam patriis e ſedibus urbem?
H eu demens non te fugiunt:me cuncta ſequūtur
Q ui cum ſigna tuli toto fulgentia ponto
A nte bis exactum q̃ cynthia conderet orbem
O mne fretum metuens pelagi pirata reliquit:
A nguſtamque domum terrarū in ſede popoſcit.
I dem per ſcythici profugum diuortia ponti
I ndomitum regem. romanaque fata morantem
A d mortem ſylla felicior ire coegi.
P ars mundi mihi nulla uocat: ſed tota tenetur
T erra meis quocunque iacet ſub ſole trophæis.
H inc me uictorem gelidas ad phaſidos undas
A rctos habet: calida medius mihi cognitus axis

An manæ:refellit quod cæſar dicere poſſet. Facile erit nincere pom.qui romam deſeruit.unde dicit inferius Cæſar. Pro qua pugnabitur urbe?ac ſi dicat ſi parum tutus in urbe romana uidebatur pompeiuſ:ubi tutus eſſe poterit a cæſare?unde ſe non fugere inquit:ſed ſenatus me ſecutus eſt non fugientem:ſed conſilio bella gerentem:nam ciuibus parcere uolui.ne ſi in urbe permanerent aliquid detrimenti ciuitas caperet. Vanæ minæ: ſ.cæſaris:rurſus oratorie in laudem & utilitatem ſuam uertit:quod cæſar dicere poterat. Qui:ab auctoritate ſui & uictoris arguit: & a maiori ad minus. Ego pompeius qui maiora bella confeci: minora etiam conficere potero & uincere:unde introducitur a poeta dom.qui res oés geſtas ſuas breuit & ſuccincte cōmemorat. Signa tuli:me iō inquit ſequunt:cum ea ante oculos ponunt:quæ toto orbe terraꝝ magna uirtute geſſi. Ante bis exactum:lege gabina præfectus eſt pom.maritimæ regioni:ná mare infeſtum reddiderát piratæ adeo ut nec portus caietæ ímo nec hoſtiæ tutus eſſet:quin iu terras deſcendebant:& latrocinium exercebant:duo prætores ro.cum inſignibus imperii capti ſunt. capta eſt ét M.Antonii filia:cum in agrum proficiſceret: & magna redempta eſt pecunia:illi ergo regioni maritimæ præfectus eſt pom. qui poſtq̃ perſecutus eſt piratas mare totum duoꝝ menſiū ſpacio liberauit:quos maiore ex parte captos nō occidit:ſed cogitans hoiem eſſe rationis participem:exiſtimauit uitæ mutatione atq; locoꝝ poſſe feritatem deponere:cōſtituit eos in cōtinentem deferre:& partem quidem eoꝝ urbes paruæ deſertæq; receperunt:cōcludens cōplures in ſolorum urbe quæ reſtituta a pōpeio fuit:quam tygrannes armeniæ rex nuper deſertam fecerat. Alii Dimen achaiæ ciuitatem tunc ciuibus uiduatam incoluerunt. Ante bis exactum.i.ante duos menſes: nam quadrageſimo die ſecundum.L.Florum ſuperati ſunt. Plutarchus uero haud longiori trium menſium ſpacio. Pirata:prædator a περάω.i.a tranſco:quia ex tranſuerſo ſimul ac nauem uiderent impetum facientes deprædabantur. Metuens.ſ.me & arma mea. Anguſtaq; domum.i.paruá habitationé:qui tm̄ mare infeſtū reddebát:contenti fuere breui ſpacio terræ. In ſede:in urbibus paruis ut ſolis & dime. Idem per ſcy.gentes bello a ſe ſubactas dinumerat:nam dum fugienté regem perſeqtur Mithridatem:prío qdé Mithridates a Lucullo ſæpe acie uictus: tandem ad tygrannem confugere coactus eſt:cum quo & ipſe tygrannes aliquotiens fuſus atq; fugatus:poſtq̃ nulla ſpes eſſet a tygranne defendi:alias gentes & ignotas quærere conſtituit. Fugit igitur in Boſphoꝝ atq; Meotim & in ultimas terras. Pompeius tm̄ fugientem perſequitur:qui per populos Boſphoro ac Meoti uicios incōmoda multa paſſus eſt:ſed nationes ac gentes per quas iter faciebat bello ſubegit:nam hac pōpeii expeditione domita inſula ponti:Armenia:Cappadocia:Paleſtina:Arabia:India:& piratæ oés:Paphlagonia:Media:Colchis:Hyberes:Albani:Syria:Cilicia:Meſopotamia:Phœnicia:hæc igitur enumerat Pompeius breuit quæ in excurſione illa breui temporis ſpacio confecerat. Idem:ego Pōpeius. Per diuortia:per diuerticula:quia huc & illuc fugiebat Mithridates ſalutis ſuæ incertus. Scythici ponti:ſcilicet per gentes Boſphori ac Meotidis paludis accolas. Indomitum regem:mithridatem qui antea uinci nō poterat ab imperatoribus romanis:Lucullo & Sylla. Sylla felicior:quia neq; ſylla hoc effecit:q̃uis ipſum regno mutilaſſet. Pars mundi:& profecto hoc pōpeio contigit:quod nemini alii imperatorum romanorum:nam de tribus partibus orbis terrarum triūphauit:de libya uicto Domitio:de Europa pulſis e maritima regione piratis:poſtremo de Aſia:deuictis gentibus & natiōibus paulo ante dictis. Quocunque ſub ſole:ſiue in libya ſiue in Europa:ſiue in Aſia.

Arctos.i.ſeptentrio. Ad phaſidos undas:quia dū perſequitur Mithridatem cepit populos oés pontū Armeniam:Cappadociam:Paphlagoniam:Mediam.Cholchidem:ubi é fluuius phaſis. Cognitus axis Aegypto:propter paleſtinam dixit:quæ eſt pars ægypti. Calida ægypto:quia in meridie eſt:ideo calida quia ſub torrida zona expoſita. Atq;.ſ.eſt cognitus. Axis ſyenne:ideſt propter ſyennem ablatiue poſitus eſt: nam græce locutus:ſicut thebe thebes. Nuſquam flectente umbras:quia ſyenne ciuitas in ægypto eſt: ubi radii ſolis terram perpendiculariter adeo feriunt:ut nullum corpus:umbram faciat quia quanto magis ſol capiti noſtro perpendiculariter íminet tanto breuiorem facit umbram. De quo Macrobius. Ciuitas aūt ſyenne q̃ prouuinciæ thebaidos poſt ſuperiorū montiū deſerta principiū eſt ſub ipſo æſtiuo tropico conſtituta eſt:& eo die quo ſol certá pſem ingreditur cancri hora diei ſexta(qm̄ ſol ſuper ipſum tunc inuenitur uerticem ciuitatis)nulla illic poteſt in cæteris de quolibet corpore umbra iactari:ſed nec ſtilus hemiſpærii monſtrantis horas: qué γνώμονα uocant tunc de ſe pōt umbrá creare:& hoc é qd Lu.dicere uoluit:nec tm̄ pleneut hétur abſoluit.dicendo.n.Atq; ūbras nuſq̃ flectéte ſyéne:ré qdé attigit:ſed turbauit uerū:nō.n.nuſq̃ flectit:ſed uno tpe.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Occaſus:de ſeptentrione & oriente dixit:nunc de occidente propter hiſpaniam:ubi Sertorium expugnauit. Mea iura:meam ptātem. Bethys:qui flu.eſt hiſpaniæ a quo Bethyca pars hiſpaniæ dr̄. Me domitus: nūc de oriente dicit. Arabs:propter Arabiam dicit:Iudeam:phœniciam:& Paleſtinam. Heniochi:populi ſunt iuxta colchon:dicti qm̄ rhecas & amphiſtratus caſtoris & pollucis aurigæ cū laconibus ex exercitu Iaſonis hanc habitarunt regionē:ηνιοχοσ enim aurigam ſignificat.Strabo. Erepto uellere: nā colchorū nomen uulgatū eſt propter aureū uellus quod Iaſon cū argonautis rapuit. Cappadoces:quia deū proſequit' fugiētem Mithridatem oia luſtrauit loca Pompeius orientis:ſed primo ēt tygrānē uicit:qui cū pompeium ſucceſſiſſe lucullo audiuiſſet:nam filius eius a patre tygranne defecerat: & Pompeiū in Armeniā uocauerat tygrānes certior factus de humanitate Pompeii ipſum adire conſtituit: & cum equo ueheretur a lictoribus Pōpeii iuſſus eſt deſcēdere:ꝙ uid:licet nemo peregrinus ī caſtra romana equo uectus uenire conſueuerit:paruit tygrannes & gladiū eductū præbuit militibus: deinde cū ad cōſpectū Pōpeii ueniſſet: & coronam ante pedes eiuſ deponere uellet:Pōpeius cum dextera porrecta in proximā ſedem .i.ſiniſtrā apud ſe collocauit. Tunc pompeius inqt ꝙ tibi ablatæ fuerint Armeniæ partes.ſ. Syria Cilicia:cappadocia: Galatia:Sophone:lucullo aſcribendū eſt:quæ aūt nunc uſqꝫ tenuiſti:ſi nouem milia talenta pro reliquo ſolueris:oia poſſidebiſ: delectatus eſt his uerbis tygrannes: cū ēt Pompeii milites eum regē ſalutarent:ꝓmiſit militi heminā:Centurioni uero heminas.x. Tribuno aūt militum.x.talenta: hæc cum audiuiſſet filius eius ægre tulit: ad cœnamqꝫ uocatus uenire noluit:ꝙ diceret ſe non egere pompeio:& romanoꝝ alium inuenturum eſſe pōpeius tradidit illum cuſtodibus & ī triumphum a pōpeio cum cæteris captiuis ductus eſt. Cappadoces mea ſi.te.quia Cappadociā ablatam regi tygrāni reſtituit:Cappadoces ſunt populi in capite Syriæ:taurum montē ab oriente Cappadocia ſpectat:cui mōti Iſauria ſubiacet atqꝫ Cilicia:ideo cum dixit Cappadoces:ſtatim has prouincias nomīauit cum tauro monte.

A egypto:atque umbras nuſquam flectente ſiēne:
O ccaſus mea iura timent tethymque fugacem
Q ui fecit heſperius poſt omnia flumina bethys.
M e domitus cognouit arabs: me marte feroces
E niochi: notique erepto uellere colchi.
C appadoces mea ſigna timent:& dedita ſacris
I ncerti iudea dei:molleſque ſophenæ.
A rmenios cilicaſque feros tauroſque ſubegi.
Q uid ſocero bellum præter ciuile reliqui?
V erba ducis nullo partes clamore ſequuntur:
N ec matura petunt promiſſæ claſſica pugnæ
S enſit:& ipſe metum magnus:placuitque referri
S igna:nec in tantæ diſcrimina mittere pugnæ
I am uictum fama non uiſi cæſaris agmen.
P ulſus ut armentis primo certamine taurus
S yluarum ſecreta petit:uacuoſque per agros
E xul in aduerſis explorat cornua truncis.
N ec redit impaſtus:niſi ceruice recepta

Incerti iudea dei:imo tu incertum deū colis inſane poeta:ſed iudei unū deum uerū ſolumqꝫ colebant. Incerti:quia deū unum uerū colebant iudei:nec nomen īponebant:ideo deos incertos colere dicebātur:ſe uero deos certos colere dicebant ueteres:qa illis noia imponebant. Iudea dedita ſa.iudeam ut ante dictum ſubegit Pōpeius:& tēplum ad id tp̄s inuiolatum ſpoliauit:Ariſtobolūqꝫ regem iudeæ cœpit:& ſecum captiuū duxit. Sophone:populi galatiæ finitimi ſunt. Molles:dixit propter benignitatē aeris ſic inferius E mollit gentes clementia cæli. Cilicas:ꝓpter pyratas dixit:tauroſqꝫ qui iuxta taurū montē habitabant:nam taurū montem Cappadocia ab oriente ſpectat cui ſubiecta eſt Iſauria & Cilicia. Quid ſocero bel.quid deniqꝫ reliqui cæſari præter ciuile bellum?q.d.nihil:oia enim bella confeci in toto orbe terrarū. Socero:cæſari. Verba ducis: hæc ubi dixit pōpeius nulla ſucclamatione probata ſunt:ut taciturnitas pompeio ſuſpecta fuerit:ideo non eſt auſus contra cæſarē ducere exercitū timentem:ſed ſatius eſſe exiſtimauit in locū tutū recipere.ſ.brunduſium.

Nullo clamore:non eſt ſucclamatū a militibus:ut ſolet fieri cū oratione ducis comprobant. Matura claſſica.i.ſigna propere data. Promiſſæ pugnæ:quia ꝓmiſerat ſi aius ita fuiſſet Pom.militibus ſe ſignum daturum ut caſtra mouerent:&,cæſarem qui Italiam populabatur uniuerſo exercitu petere. Matura: opportuna.

Senſit & ipſe metū magnus.i.Pompeius:quia tacitos milites uidit:cœpit & ipſe metuere. Placuit: pompeio. Referri:retro ferri:iam enī milites procedere cœperant. Mittete:exponere. Iam uictum fama:quia anteq̄ cæſarem uideret:iam ferme uictū metu uidebatur. Pulſus ut armentis:incertus inquit & pudibundus agmen auertit Pōpeius non aliter q̄ taurus alterius tauri metu deterritus & uictus ſolitudinē petit:ubi ſe tantiſper exerceat.& reſumptis uiribus aduerſarium repetat. Tradidit.ſ.'cæſari. Armentis:deeſt ab. Syluaꝝ ſecreta:ſolitudines. Vacuos:armentis. Exul:a paſcuis ſuis depulſus quaſi extra propriū ſolum ſit. Explorat.i.exercet.tentat. Impaſtus:quia quaſi dedignatur carpere gramen:donec uires ſuas perfecerit:ut ſe nō parem modo:ſed ſuperiorem eſſe exiſtimet aduerſariis. Recepta ceruice:ideſt recepta fortitudine. Excuſſi:quia cum caput excutitur colla quatiuntur & palearia. Mox reddita uictor:quia quæ antea uictus amiſerat:nunc rediit uictor. Inuito:nolente paſtore. Quoſlibet ī ſaltus:quocunque uoluerit ipſe. Trahit agmina.i.armenta. Comitantibus tauris.ſ.ipſum quaſi triumphantem & uictorem. Mox:ſecunda pugna.

Vrbs eſt dictæis:nunc deſcribit ſitum Brunduſii:& τοποΥραθια eſt. ideſt ueri loci deſcriptio τοποθησια eſt ficta:qualis apud Vir.Eſt ī ſeceſſu longo locus.Hæc urbs brunduſii a cretēſibus condita fuit:ab his q uecti ſunt naue theſei:poſtq̄ deuicto Minotauro Athenas uictor rediit:nec meminit mutare uela: ſicut ægeus pater mandauerat.Fabula hoc habet.Androgeus erat Minois Regis filius nobiliſſimus Athleta: qui cum iuuenes athenienſium uirtute ſuperaret: inuidiam contraxit: hunc igitur æquales in terram editiſſimam ſubductum ī mare præcipitauerunt.minos Rex cum fruſtra filium repeteret bellum athenienſibus ītulit: q cū obſidionem amplius tolerare nō poſſent ī deditionem uenerunt:hac lege: ut quot annis ſeptem uiros ſeptemque fœminas Minotauro deuorandos mitterent: prio mittebantur plæbei: multitudo cum gentem ſuam perdi uideret facta ſeditione in urbe diutius hoc paſſi non ſunt: & ita coactus eſt Aegeus Rex Athenienſium: forte nobiles eos cœpit educere qui mitterētur:Accidit igitur ut ſors caderet ī Theſeum cui proficiſcenti ī cretam:pater mandauit ut ſi uictor occiſo Minotauro redire:uela ex nigris in alba mutaret. Theſeus igitur occiſo Minotauro ope Ariadnæ filiæ minois:cum eam phedramque ſororē abduceret præ nimia feſtinatione oblitus eſt uela mutare:pater Aegeus cum filium expectaret locum eminentem conſcēdit: nauem redeūtem uidit uelis nigris:& exiſtimās filium ſuum a minotauro deuoratum:cum ſuperſtes poſt illum eſſe nollet: ſe præcipitē dedit ī mare: & de ſuo noie mare ægeſt appellatū ē:dicit ergo cretēſeſ q uecti ſūt naue Theſei hāc urbē cōdidiſſe

E xcuſſi placuere tori:mox reddita uictor
Q uoſlibet in ſaltus comitantibus agmina tauris
I nuito paſtore trahit.ſic uiribus impar
T radidit heſperium: profuguſque per apula rura
B runduſii tutas conſcendit magnus in arces.
V rbs eſt dictæis olim poſſeſſa colonis
Q uos creta profugos uexere ꝑ æquora puppes
C ecropiæ:uictum mentitis theſea uelis.
H anc latus anguſtum iam ſe cogentis in arctum
H eſperiæ tenuem producit in æquora linguam
A driacas flexis claudit quæ cornibus undas:
N ec tamen hoc arctis immiſſum faucibus æquor
P ortus erat:ſi non uiolentos inſula coros
E xciperet ſaxis.laſſaſque refunderet undas
H inc illinc montes ſcopuloſæ rupis aperto
O ppoſuit natura mari:flatuſque remouit
V t tremulo ſtarent contentæ fune carinæ:
H inc late patet omne fretum:ſeu uela ferantur
I n portus corcyra tuos: ſeu leua petatur
I llyris:ionias uergens epidaurus in undas:
H uc fuga nautarum:cum totas adria uires
M ouit:& in nubes abiere ceraunia:cumque
S pumoſo calaber perfunditur æquore ſaſon.

Velis mētitis:qa uelis nigris rediit Theſeus uictor:& mētitæ ſūt uictū eē. Hic latus:Italia a circio ī euꝝ extēdit'.i. a uēto qa collateralis occiduo ē:habēs ab Aphrico mare thyrenū:ab oriēte Ioniū:a borea adriaticū ſinū:ubi etiā ī anguſtū contrahitur: ibi ſita eſt ciuitas Brunduſii ī līguæ modum:qa ī oxigonum.i.ī acutū angulū extēdit' Italia:ubi ædificatū fuit brūduſiū icirco Brunduſiū līgua meſapiorum ſignificat caput ceruı.Strabo. Linguam tenuem:qa ī modum tenuis līguæ ſubit adriaticū:līgua ſignificat promontorium.Ouidius tribus hæc excurrit ī æquora līguis. Producit:porrigit. Cogentis ſe ī arctum:qa Italia definit ī oxigonum.i.ī acutum angulum. Quæ:līgua. Claudit undas.i. facit portum. Cornibus flexis.dicit ex hac līgua oriri duo cornua:qbus mare coercetur:ut ſit nauibus tutiſſimus portus & ſimul alludit ad deriuationem brunduſii. Nec tamen:& q̄q̄ iqt:līgua quæ mare coercet portum faciat:tamen niſi rupes altiſſimæ īſulæ ubi oppoſitus eſt portus uentos prohiberent:non ſic tutus eſſet nauibus portus:ergo ſaxa defendunt locum a uentis ut ſit ſtatio fida carinis. Tamen:αμαρολουθομ ſubauditur q̄q̄ līgua obductis cornibus claudat mare. Faucibus.ſ.līguæ illius. Saxis:rupibus altis. Laſſas ūdas:fatigatas:qa frāgunt' ūdæ cū ſæpe ſcopulū ꝑcutiūt:ſicut Vir. Inqꝫ ſinus ſcīdit ſeſe ūda reductos. Hic illic:utriqꝫ rupes altius īſurgunt: ut mare ab utroqꝫ latere coerceāt. Hic illic:a dextera & a ſiniſtra. Apto ma.qa mare ante aptū erat. Flatus remouit:his ſcopulis altioribus remouit īſula uētos:ut ī portu naues retineri poſſint etiā ſine ācora. Tremulo:tremēti qa nō opus ē ācora. Hic late:nūc dicit portū cōmodiſſimū nautis:ꝙ ī diuerſas Aſiæ ptes dirigit nauigatione. Fretū:adriaticū. Corcyra:Inſula Ionii maris q̄ alio noie melæna dicit'. Illyris leua:a pte ſiniſtra illyricū mare. Epidaurus:ciuitas græciæ:ut refert Strabo:eā cares Ariſtotele teſte occuparūt:nec hæc urbs dr̄ nūc dyrrachiū:ut affirmāt nō nulli:nā dyrrachiū ut idē iqt Strabo:alio noie dr̄ epidamū

Huc fuga:fuga nautaꝝ excitat' ad hūc portū:ſi quādo uiderit ī mari tēpeſtatē. Adria:adriaticū mare. Mouit.r.i.uētis agitatas naues cōcutit. In nubes.a.c.qa tātæ nubes ſūt cumulatæ ꝙ cacumia ceraunioꝝ tegāt:ceraunia ſūt mōtes epyri ſic appellati:a crebro fulminū iactu:nā κεραυμοσ fulmē ſignificat. Saſon:Saſon ut refert Strabo:īſula iterualli:ꝙ īter Epyrꝫ & brūduſiū iteriacet:media ſita ē:ea pp q rectū nauigādo tenere cur-



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſum nequeūt:a Saſone ad hydrūtē:leuorſum iter faciūt. Calaber:dixit ad differētiā alterius:q mōs ē germaniæ unde Saſonia ps germaniæ. Ergo.u.redit ad hiſtoriā cū ſe brūduſiū recepiſſet Pōpeius uidēs ſpē nullā repoſitā eē i Italia:ꝙ iā oēm eā Cæſar occupaturus eēt:nec trāſire poſſet i Hiſpaniā:qa oppoſitæ erāt alpes:ſtatuit mittere i Aſiā filiū natu grādiorē.Cn.Pōpeiū & cōſules qui gētes & natiōes orıētales oēs ad bellū contra Cæſarē cōcitarēt:quos aliquādo deuicerat:& ſuo beneficio & libertate deuictos hēbat. Relictis.r.ſ.Italis qa iā oē latiū occupauerat Cæſar. Iberos : quia claudit Hiſpania alpibus. Natū.Cn.Pōpeiū. Sobole:ſtirpe Pōpeii. Iubeo : uerba Pōpeii ad filiū.

E rgo ubi nulla fides rebus poſt terga relictis:
N ec licet ad duros martem conuertere iberos.
C um mediæ iaceant immenſis tractibus alpes:
T unc ſobole e tanta natum cui firmior ætas
A ffatur:mundi iubeo tentare receſſus :
E uphratem nilumque moue : quo nominis uſꝗ;
N oſtri fama uenit quas eſt uulgata per urbes
P oſt me roma ducem . ſparſos per rura colonos
R edde mari cilicas.pharios hinc concute reges:
T igrannéque meū:nec pharnacis arma relinquas
A dmoneo:nec tu populos utraque uagantes
A rmenia:pontique feras per littora gentes :
R hiphæaſque manus:& quas tenet æquore déſo
P igra palus ſcythici patiens meotica plauſtri
S ed qd plura moror? totos mea nate per ortus .
B ella feres:totoque urbes agitabis in orbe
P erdomitas.omnes redeant in caſtra triumphi.
E t uos qui latio ſignatis nomine faſtos
P rimus in epirum boreas agat:inde per arua
G raiorum:macedumque nouas acquirite uires :
D um paci dat tempus hyems . ſic fatur:& omnes
I uſſa gerunt: ſoluuntque cauas a littore puppes.
A t nunquam patiens pacis:longæque quietis
A rmorum:nequid fatis mutare liceret:
A ſſequitur:generique premit ueſtigia cæſar :
S ufficerent aliis primo tot mœnia curſu
R apta:tot oppreſſæ depulſis hoſtibus arces :

Cn.Pōpeiū. Receſſus.i.loca extrēa mūdi. Euphratē:quia ut āte dictū:dū Pōpeius pſeqt̄ fugiētē Mithridatē ad Aegyptū uſꝗ gētes oēs domuerat. Euphratem:flumina ꝓ incolis poſuit. Noſtri.f.u.quia poſtꝗ dux Romanoꝝ fui nomen romanū ꝓuenit ad extrema uſꝗ terraꝝ loca:antea enī populus Romanus gētibus illis incognitus fuerat. Roma fama & nomen romanū. Cilicas: piratas quos aliquādo expuli. Pharios:reges ægypti Ptolemeū. Tigrāneꝗ.m . quia cum tigranes Mithridatē dimiſiſſet:ꝙ nullius ſibi auxilii ſpes foret filius tigranis a patre defecerat:& i armeniā Pōpeiū uocauerat cū quo ꝓgrediēs multas urbes Pōpeius capiebat:certior factus tigranes de hūanitate Pōpeii ad eū uenire conſtituit: & cū i illius cōſpectū ueniſſet:coronam a capite dēptā ad pedes Pōpeii deponere uoluit: ſed eū Pōpeius præuenit illūꝗ correctū dextera i ꝓximā ſedē collocauit:deīde ipſum Regē cū uniuerſo exercitu appellauit . Tigranē meū:igit̄ quē uictū i regnū reſtitui. Nec pharnacis : pharnax filius Mithridatis fuit:q patrē & ipſe ꝓdidit pp Pōpeiū:& pater monitus ſe a filio prodi: ſumpto ueneno quod ſecū geſtabat:ne i triūphū Pom.duceret̄ ſe occidit. Vtraꝗ armenia:maiore & miore. Nec ſubaudi: reliquas a ſupiorıbus:non reliquas qn ad bella cōcites. Armenia:cuius Regē Mithridatē uici. Pōti.i. maris ꝙ nūc mare magnū appellat̄. Rhiphæaſꝗ manus.i. ſcythicas:qnā de rhiphæis mōtibus naſcit̄ tanais : ad quē uſꝗ pſequens Mithridatē Pōpeius gētes oēs Boſphoro & Meotidi uicinas debellauit. Aequore dēſo.i. planicie congelata:& glaciem Meotidis paludis dicit:quæ adeo duro & congelato erat tergore:ut plauſtra ſuſtineret. Sed quid plura moror?quid opus eſt iquit ut ſingula loca commemorem:ubi gentes habitant meo bello domitæ? Per totos ortus:per totum orientem. Omnes redeant in caſtra triumphi:omnes populi de quibus triumphaui i caſtra redeant. Et uos qui latio:nunc Pompeius conſules in Græciam mittit atque Macedoniam:ut ubicunque nomen ſuum cognitum eſſet: inde gentes omnes ad bellum excirent. Signatis faſtos:libros ubi magiſtratuum nomina continebantur. Agat uos boreas:quia ut ſupra dixi habet a borea: id eſt a ſeptentrione adriaticum ſinum:ubi ſitus eſt Epidaurus oppidum: quod antea uocabatur epitaurus. Vide Strabonem. Primus:pro primum:unde ſuperius ita declarauit poeta portum hunc Brunduſii aptum i Græciam nauigantibus : in epirum & in Indiam. Inde ab epiro : quæ eſt finitima macedoniæ. Macedum:pro macedonum:ut Papinius. Nec macedum gens dura placet. Dat.tē.hy.i.dū tēpus hyemis bellū differt. Oēs: filius & conſules. At nunꝗ:Nunc redit ad Cæſarē oſtendens illū īgenio prōpto & i pigro & celeritate cōficiēdi gaudere:nec enī unꝗ ſatis feciſſe uidebat̄:ubi aliqd ſupereſſet agēdū. Pacis:qa nō poterat pacē itermittere:ſed bella bellis cōtinuare gaudebat. Ne qd fatis.ne iterea dū morā facit fata.i.fortuna:ꝗ ſecūda hēbat i aduerſā mutaret̄. Sufficerēt aliis:oſtēdit quātū differat Cæſar ab aliis. Cæteri enī ſibi ipſis grāde facinus feciſſe uiderēt̄:ſi oēm Italiā uiribus occupaſſēt. At uero cæſar nihil feciſſe uidebat̄:cū nōdū tota Italia Pōpeius pulſus eſſet:& exercitum i anguſtiis Italiæ teneret:cunꝗ adhuc pars italiæ eſſet cum Pompeio.ſ.Brunduſiū quod eſt i fine Italiæ. Curſu:primo ipetu. Ipſa caput:& Roma ſufficeret aliis:ſed relicta Roma quæ eſt caput mūdi perſeqtur Pom. Bellorum.ma.m.quod enī maius præmium eſſe poterat:de quo iter ſe certantes bellabāt ꝗ Roma? Roma.c.f.qa cum deſtituta eſſet a Senatu populoꝗ Romano:q omnes ſecuti ſunt Pom. haud difficulter capi poterat:aliis eſſet ſatis hoc feciſſe:ſed alia ratione bellum gerebat Cæſar. Extremo littore.i.anguſtiis adriatici maris:uidelicet Brunduſii:ideo exiſtimabat ſibi cum Pompeio communem Italiam:quod pati non poterat. Rurſus:ſicut ante fecerat.

I pſa caput mundi:bellorum maxima merces
R oma:capi facilis:ſed cæſar in omnia præceps
N il actum credens:cum quid ſupereſſet agēdum :
I nſtat atrox:& adhuc quāuis poſſederat omnē
I taliam:extremo ſedeat quod littore magnus
C ommunem tamen eſſe docet:nec rurſus aperto
V ult hoſtes errare freto.ſed molibus undas
O bſtruit:& latum deiectis rupibus æquor:
C edit in immenſum caſſus labor:omnia pontus
H aurit ſaxa uorax:monteſque immiſcet harenis .
V t maris ægæi medias ſi celſus in undas
D epellatur eryx:nullæ tamen æquore rupes
E mineant:uel ſi conuulſo uertice gaurus
D ecidat in fundum penitus ſtagnantis auerni .
E rgo ubi nulla uado tenuit ſua pondera moles
T unc placuit cæſis innectere uincula ſyluis :
R oboraque immenſis late religare cathenis .
T ales fama canit tumidum ſup æquora xerſem
C onſtruxiſſe uias:multum cum pontibus auſus
E uropamque aſiæ:ſeſtonque admouit abydo :
I nceſſitque fretum rapidi ſimul helleſponti.
N on eurum zephyrumque timens:cū uela rateſꝗ
I n medium deferret athon.ſic ora profundi
A rctantur caſu nemorum:tunc aggere multo
S urgit opus:lōgæꝗ tremūt ſuper æquora turres.
P ompeius tellure noua compreſſa profundi
O ra uidens:curis animum mordacibus angit:
V t reſeret pelagus:ſpargatque per æquora bellū .

Errare ſ.tentat excludere a mari Pompeium:ne brunduſio exire poſſit. Apto: libero mari. Molibus.i. munitionibus parabat munire brūduſium:īſtituit & muros reſcidere & circundare munitionibus ut obſidione oppreſſus Pom . i deditionem uenire cogeretur : ſed obtinere non potuit quod uolebat. Molibus: īgentibus ædificiis. Rupibus: ſaxis ingentibus quaſi fundamentū operis cōſtruens. Cedit imen.c.l.manifeſta hypallage ꝓ īmenſus labor cedit i caſſum.i.fruſtra: nā non obtinuit quod optabat. Omnia. Pō.hau.ſa.uo. qa tantæ ꝓfunditatis erat ut oīa ſaxa ꝗtacunꝗ forent obrueret. Vorax.i.ꝓfundū mare. Et montes.i.ſaxa tā ꝗ mōtes. Vt mare : quēadmodū iqt ſi magni montes Ionii ægeiꝗ maris obruerent̄:tamen eminere non poſſent. Emineant:ꝓ eminerēt.i.extarent. Eryx: mōs Siciliæ:ī quo ueneris templū locatū eſt:teſte Strabone:quod ſingulari ueneratione colitur:ſed hac tēpeſtate deſolatū eſt: ē & Romæ ante portam collinam:deæ huius ædificium :quod Veneris Erycinæ tēplū dictitant:cui cū æde ſacra īſignis adiacet porticus. Gaurus: mons capaniæ. Cōuulſo:abrupto. Stagnātis.a.auernus lacus eſt:qua deſcēſus ad īferos dicit̄:haud ꝓcul a cumis.Rumor erat īdigenaꝝ:ut refert Strabo:ſupuolantes aues : quas teter exhalās odor exanimaſſet i ipſas aquas decidere:ideo hāc ptē Plutoni dicatā opinātur. Ergo ubi:poſtꝗ nō ualuit moles i mare iacere ut Pom . brunduſii icluderet ſtatuit deīde circūdare uallo. Tenuit: firmare potuit. Vado:ꝓfundo. Cæſis ſyluis:hoc ē ualo munire brūduſiū cæpit. Late: ſpacioſe ut pōte cōſtructo adiret mœnia brūduſii. Tales.ſ.ꝓ ſimilitudinē oſtēdit quomodo:mare obſtruere uoluerit Cæſar: ne nauigari poſſet a Pōpeio:quēadmodū iqt Xerxes:cū i Græciā traiecit inumeꝝ exercitū:ut quacūꝗ iret fluuios deſiccaret. Vnde eſt illud Iuue. Creditur oli Velificatus Athos:item epotaꝗ flumīa Medo prandente. Athos:mons ē Macedoniæ altitud s admirādæ mari ægeo ſupeminēs. Xerxes cū bellū Atheniēſibus īferret facto pōte ꝑ helleſpōtū ex Aſia exercitū traiecit i Europā:deīde hūc mōtē Athon defoſſum:partim inſulam fecit partim montem religt̄ & ꝑ mediū mōtē nauigabile iter fecit ꝑ mille & qngētos paſſus:dicit ergo quēadmodū mare helleſpōtum pōte traiecit & Athō mōtē nauigabilē fecit: ita ēt conatus ē nūc facere Cæſar ut Pōpeiū clauderet & Brūduſii obſideret. Tumidū:ſupbū:qa minatus ē cōpedes Neptūo.Iuue.ipſū cōpedibus q uīxerat ēnoſigæū. Aequora .ſ.helleſpōti. Pōtibus:ut maria quoꝗ pōtibus iūgeret. Admouit:adiūxit. Europāꝗ.a.ſeꝗ . ephexegeſis ē:nā ſeſtos ē oppidū i Europa:abidos Aſia. Vela.raꝗ.i.uela ratiū endiadis:ſicut Vir.Molemꝗ & montes.i. molē montiū. In.m.d.a.i.ꝑ mediū montē nauigaret. Ora.i.hoſtia maris. Arctāt̄.ſ.a Cæſare. Caſu. n. i.cadētibus arboribus īciſis. Aggere:qa aggerē uallo addidit. Tremūt.ſ.æ.t.qa fūdamētū erat īſtabile: iō turres ꝗ eminebāt īſtabiles erāt. Pōpeius:Cæſar obſidere parabat Pōpeiū i mœnibus brūduſii qd cū uideret Pōpeius:īdigno aīo ferēs ꝗrebat ꝗ rōne poſſet erumpe:nec prius deſtitit ꝗ ruptis molibus ſequēti nocte cū oī



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

exercitu egreſſus ē. Ora.p.i.hoſtia maris. Cōpreſſa:obſtructa. Tellure:aggere. Angit:cruciat animū curis:qa pati non poſſet ſe iclusum eſſe. Spargat bellum:uidelicet claſſe ſua. Sæpe:ut id faceret:flante uento & plenis uelis roſtra ī moles illas collidebat:ut rumperet aggerem cæſaris:& ſtati tormentis fracta mole iter aperuit:ut exire poſſet. Noto plene rates.i.uela ratium plena uentis. Tenſis.r.qa ſpetante uento tendunť rudētes. Diſcuſſere:diſſipauere. Spaciū.c.ut exire poſſent. Torta.ſ.ē:baliſta diciť īſtrumētū quo tela maiora iaciuntur:dictū απο του βάλλειν.i.a iaciēdo. Validis.l.qa qbuſdā haſtis torquēť ut itēdantur poſtq̄ itēſæ ſunt remitunť. Vt.t.t.poſtq̄ ſatis rupta moles eſt Pompeius omnem exercitum apparatum eſſe iuſſit:ut ſequēti nocte militibus paratis:nec ullo bucciæ ſonitu excitatis:ſed clā oēs conuenirent & ex oppido exirēt clā cæſare. Nec.c.n.e.ſ.repcuſſione uocis:qa iuxta littus:ſi qs clamorem ediderit:ſtati uox eius repercutiť. Neu.b.d.ho. qa noctem ī quattuor partes diuidunt:& una quæq; pars ternas horas continebat:quæ uigiliæ nocturnæ appellabātur. Horas: ut primis cuſtodibus ſecūdi ſuccederent:tertii ſecundis. Deducat: ne tuba ſignum det mouendi caſtra ut inſciis hoſtibus aufugerent. Iam .c.ul.u. nunc deſcribit tempus quo Pom.diſceſſit e brunduſio:Aſtronomice. Dicens autūnale fuiſſe æqnoctium : quod fit octauo calendas octobris ſole ī libra poſito. Vernale autē æqnoctiū fit octauo calendas. aprilis:ſole ī ariete poſito:dixit ultima uirgo:nā ſignifer circulus ī quo.xii.ſigna cōtinētur ita per zonas tripartitas ī obliquū extēditur:ut curſum ſolis continet:ipſe circulus q zodiacus appellať:ita per zonas uertiť:ut ſol ī uno quoque ſigno menſis unius ſpaciū cōſumat:ergo deſcēdēte uirgine ſeqť libra:chelæ ſcorpii librā faciunt: quo circa ultima uirgo iqt:iā cœpat diſcedere ſubſequēte libra.i.chelis ſcorpii ſubſequētibus:ī qbus curſus ſolis futurus erat cū ergo ī libra curſus ſolis eē cœpit æqnoctiū ē autūnale:recte ergo ultima uirgo.i. ultima ps uirginis. Cœpat.præ. qa cū ſenſim diſceſſerit uirgo : iā ſubſeqť libra.

Chelas.i.librā. Ortu:qa occidēte uirgine oriť libra:& ſtati ē æqnoctiū autūnale.

Sæpe noto plenæ tenſiſque rudentibus actæ
Ipſa maris per clauſtra rates faſtigia molis
Diſcuſſere ſalo:ſpaciumque dedere carinis.
Tortaque per tenebras ualidis baliſta lacertis
Multifidas iaculata faces:ut tempora tandem
Furtiuæ placuere fugæ:ne littora clamor
Nauticus exagitet:neu buccina diuidat horas:
Neu tuba præmonitos pducat ad æquora nautas
Præcepit ſociis : iam cœperat ultima uirgo
Phœbum laturas ortu præcedere chelas:
Cum taciti ſoluere rates.non ancora uoces
Mouit:dum ſpiſſis auellitur uncus harenis:
Dum uaga curuantur mali : dumque ardua pinus
Erigitur:pauidi claſſis ſiluere magiſtri.
Strictaque pendentes deducunt carbaſa nautæ
Nec quatiunt ualidos ne ſibilet aura rudentes.
Dux etiam uotis hoc te fortuna precatur
Quam retinere uetas liceat ſibi perdere ſaltem
Italiam:uix fata ſinunt : nam murmure uaſto
Impulſum noſtris ſonuit mare:fluctuat unda:
Totque carinarum permixtis æquora ſulcis
Ergo hoſtes portis quas omnes ſoluerat urbis
Cum fato conuerſa fides:muriſque recepti
Præcipiti curſu flexi per cornua portus
Ora petunt:pelaguſque dolent cōtingere claſſes.

Voces.m.i.ſonitū fecit. Vncus.ſ.ancora:nullas uoces fecit dū euelleretť. Dū.iu.c.m.ſ.ne īpediri poſſet. Ardua.p.arbor alta nauis. Siluere.m.ipſi quoq; gubernatores nauiū taciti ſuū qſq; officiū pfecerūt. Pēdētes:qa pēdere uidēť:cū uela detrahūt & īuoluūt. Stricta carbaſa:īuoluta uela. Nec.q.u.ru.qđ ſolēt facere nautæ:ſed nō nūc ne cōcuſſæ rudētes ſonitū redderēt.& ſibilū auræ facerēt:ſed ſenſim & qete trahebāt. Dux ēt:Pōpeius nā ſolū nō reſiſtit tibi o fortuna:qa tu uolebas ut ex Italia diſcederet ſed ipſe te rogat ſibi licere amittere Italiā.i.e manibus cæſaris aufugere. Quā.r.u. tu fortuna uetas Pōpeiū retinere italiā:& ipſe cōſentit:imo pcibus optat ut ſit ſibi fas illā penitus amittere. Nā.m.u. qa dū naues ī mare puehereť igēs ſonitus factus ē : adeo ut uigiles Cæſaris excitauerit. Vaſto: p uaſtā nauiū pōdere. Fluctuat:qa unda fluctuās excitauit uigiles cæſarianos. Permixtis:cōfuſis. Ergo.ho.p.Pom.q pitiſſimus dux erat exiſtimauit id qđ futuꝝ erat:uidelicet ne taciti diſcedere poſſēt : ſed hoſtes ſentirent:& ipſis cedētibus nō dubitauit fore ut brūduſii oppidani apirēt cæſarianis portas:quia a militibus ſuis nō ſatis placide tractati fuerāt:ſed fecit ut p oēs uicos urbis munitiōes opponerēť:& ſolū effoderēt cratibuſq; tegerēt ſuppoſita terra:ne hoſtes ſupiores eē poſſent dū p urbē diſcurrerēt:hiſq; caſtris ipoſitis & foueis iter eēt īcluſū:Interea ſpaciū datū ē Pōpeio:& ſuis ut diſcederēt. Quas portas ergo qa ſeceſſerat ex portis Pōpeius cum exercitu.

Petūt:cæſariani. Cū fato cōuerſa fides:qa ita fieri ſolet:ut fides muteť cū fortūa. Ouidius:Et cū fortūa ſtatque caditq; fides. ita & qui cū pōpeio ſenſerāt:cū cæſare nūc ſentiebāt.. Ora petūt:Noluit dicere diſcurrunt p portus:Sed ora.i.hoſtia. Per.c.quia portus & ligua ubi ſitū ē Brūduſiū duo cornua q̄ſi porrigit & portū efficit Et ut iquit Strabo Brunduſii portus ſua excellentia pſtat. Multi eni ore uno portus icluduntur:qui nulla fluctuum agitatione pturbāť:cum ī terra ſinus excipiāt: ut forma ipſa cerui cornibus ſimillima ſit: unde & nomen īditū ē:locus eni cū urbe ceruino capiti maxime ē cōparādus: nam ligua Meſapioꝝ brūduſiū caput cerui uocať. Dolēt.ſ.Cæſariani ꝙ claſſes mare obtinuerāt. Heu pudor:cæſari pua uictoria uidebať ꝙ Pōpeius fugerat. Anguſtus:dicit qa munitiōibus occluſus erat portus & relictus erat limes anguſtiſſimus exeūdi: dicit ergo ꝙ brūduſii portus molibus cæſaris adeo exiguus erat: ut naues exire non poſſent:ſed paulo poſt duæ naues exire non potuerunt:quæ a cæſarianis captæ fuerūt. Limes:anguſtæ fauces molibus cæſaris. Chalcida:eſt urbs Euboeæ:cuius maris hoſtiū āguſtiſſimū ē.i.arctiores fauces erāt q̄ unda quæ uerberat pulſat & inundat chalcidā. Hic: ī anguſtis faucibus. Paratas.i. eorum q parati erāt cōtra claſſem.

Excepe.i.milites ad obſidionē parati cōpræhēdere eas duas naues aut p manus: harpagonas ītelligit. Hic primū ru. unda maris primū rubuit multis occiſis cū ſe defenderēt. Nereus.i.mare. Cætera claſſis abit : quēadmodū iqt p ſymplegades Iaſon cū argonautis ptrāſiit:ut puppi cōpræhēſa:cætera nauis īcolumis euaſerit. Ita claſſis Pōpeii ē emiſſa ī extremis anguſtii. Pagaſea ratis:argo qua Iaſon in colchos ad rapinā aurei uelleris nauigauit Pagaſa aūt oppidū fuit theſſaliæ:ab ubertate fontiū nom̄ hn̄s..nā πηγη ſignificat fontē:huic adiacet ſinus pagaſicuſ ex quo Iaſon nauē deduxit ī altū qdā iepte legerūt pegaſea:a mōte:quoꝝ error māifeſtus ē:nā pterq̄ ꝙ ſyllaba pria repugnat: pegaſus mons in theſſalia nuſq̄ ī geographis apparet. Peteret undas phaſidos .i. cū nauigaret colchos:nota qdē fabula. Aeſō & pelias fratres fuere & reges Theſſaliæ: pelias filias tātū habuit: Aeſon uero unū filiū Iaſonē:pelias ſub ſpecie gloriæ filiū fratris parabat exponere piculo : qa uidebat poſt mortē ſuā fore: ut ī regnū ueniret nepos:tādē Iaſon a pelia excitatus ad colchos pfectus ē ad tollēdū uellus aureum de quo fata reſpōderāt ubicūq; illud eēt futuꝝ illic īperium orbis terraꝝ:nauigauit igiť ad īſulam colchō:unde neceſſe erat per anguſtias ſymplegades una cū argonautis trāſire.Symplegades ſunt duo ſaxa ī pōto euxino quæ ab utroq; latere cōcurrebāt:& in locū ſuū redibāt.nō ſine ratiōe finxerūt hoc poetæ qm̄ paruo diſcretæ īteruallo ex aduerſo ītrantibus geminæ cernebanť:paulūq; deflexa acie coentiū ſpeciē pbebant.nā fieri ſolet ut q̄to magis appropiquať : tāto magis apire uideanť unde dicunť a uerbo græco συμπλήττω.i.pcutio & collido Iaſon igiť quū trāſiret p ſymplegades dicūť cōcurriſſe ſed ipſe celeri remoꝝ īpetu cū naue elapſus ē:extrema tamē pupe cōpræhenſa & mutilata ſic nauis Pom.per anguſtias portus aufugit relictis aliis. Emiſit ī æquora.i.tellus utrūq; latus emiſit. Cyaneas.i.ſymplegades.nā cyaneæ ēt ſymplegades appellāť. Cautes cyaneas.i.utrūq; latus.ſ.dextꝝ & ſiniſtꝝ.

Heu pudor:exigua eſt fu giens uictoria magnus.
Anguſtus puppes mittebat in æquora limes:
Arctior euboica quæ chalcida uerberat unda.
Hic hæſere rates geminæ:claſſique paratas
Excepere manus : tractoque ad littora bello
Hic primum rubuit ciuili ſanguine nereus:
Cætera claſſis abit ſummis ſpoliata carinis:
Vt pagaſea ratis peteret cum phaſidos undas
Cyaneas tellus emiſit in æquora cautes:
Rupta puppe minor ſubducta eſt mōtibus argo:
Vanaque percuſſit pontum ſymplegas inanem.
Et ſtatura redit. iam phœbum urgere monebat
Non idem eoi color ætheris:albaque nondum
Lux rubet:& flammas propioribus eripit aſtris:
Et iam pleias hebet: flexi iam clauſtra bootæ
In faciem puri redeunt languentia cæli:
Maioreſque latent ſtellæ:calidumque refugit
Lucifer ipſe diem:pelagus iam magne tenebas
Non ea fata ferens:quæ cum ſuper æquora toto
Prædonem ſequerere mari:laſſata triumphis
Deſtituit fortuna tuis.cum coniuge pulſus
Et natis:totoſque trahens in bella penates
Vadis adhuc ingens populis comitantibus exul.

Mōtibus.i.ex illis cautibus & ſaxis cōcurrētibus: Minor:qa minor poſtea egreſſa ē. Vana: quia nō fregit nauē ſicut uolebat. Inanē:ſine naue. Statura rediit:quia īdignata ē ſymplegas & noluit āplius concurrere: ſed nūq̄ mota ē ī littore. Iā phœbū:iā īquit aurora fulgebat:q̄ relicto īferiore hemiſpærio ſignificat aduētare diē & ſolis ortū. Nō idē:q fuerat tota nocte:qa īcipiebat clareſcere. Eoi:oriētalis. Vrgere:īſtare. Albaq;.n.l.r.i.nōdū dies erat:ſed ſtellæ īcipiebāt iā lāgueſcere:qa ſupueniēte ſolis ortu lāgueſcit lumē ſtellarum.

Propioribus:ppīgoribus:nā ppīgorā ortu ſolis prīo lāgueſcūt. Et iā.p.h.ſtellæ.n.ſupueniēte ſole ī cæli colorē mutari uidēť:nō dicit plauſtra bootæ flecti:q̄ uertūť circa Polū arcticū. Lāguētia:obſcura. Maioreſq;.l.ſt.ſēſim dicit prīo ſtellas ppīgores luci ſolis euāeſcere . & deide maiorēs ſicut ſtella Mercurii & alioꝝ planetaꝝ.

Lucifer.r.d.Lucifer q̄uis ſit maior cæteris ſtellis:uñ a luce appellať:tñ & ipē euaneſcere cœpat ſupueniēte ſole. Pelagus iā.m.te.hoc ē oriēte ſole ſine ullo piculo ſecurus cū tota claſſe nauigabas. Nō ea.f.f.ñ erat iqt ea fortūa tibi q̄ quōdā fuerat:cū pſecutus es piratas: tūc.n.tibi rebuſq; tuis aſpirauit:ut duoꝝ mēſiū ſpacio mare īmēſū qđ piratæ īfeſtū reddiderāt paccaueris. Fortūa.l.i.fatigata:qa pene ad ſatietatē uſq; triūphauerat.

Deſtituit.ſ.te. Cū cōiuge.p.nunc p idē mare pulſus fugis cum uxore:natis:& ſenatu populoq; ro. Cōiuge



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Cornelia filia ſcipionis. Natis.Cn.& ſexto Pōpeio. Penates.i.uniuerſam familiá. Ingēs exul:q̄uis ſis ex ul:tamē igēs:uidelicet populis comitátibus te. Quærit idigne.cám cur lōgius ab italia diſceſſiſti:credo hanc fuiſſe.ſ.ne ducē ſuū uictū i regiōe ſua cōſpiceret:ſed ꝓcul tātū ducē:q de bene meritus fuerat idigna morte affi ci uoluerit cōſpiciat.ſ.fit ob hoc:qa ſupi maluerit ne i patria ſepeliaris. Phariæ.b.qa loco ſupplicii fuiſſet Ita liæ:ſi i ea tá idigna morte afficereris iō dii i ægypto uolunt te ꝓcul ab italia occidi. Parcit.he.Italiæ ne uideat ducē ſuū laceratū:orbe remoto i ægypto. Immaculata:nō poluta ſanguie ducis ſui Pompei.

Q uæritur indignæ ſedes longinqua ruinæ
N on quia te ſuperi patrio priuare ſepulchro
M aluerint:phariæ buſto damnantur harenæ
P arcitur heſperiæ:procul hoc & in orbe remoto
A bſcondat fortuna nefas:romanaque tellus
I mmaculata ſui ſeruetur ſanguine magni.

## M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER TERTIVS.

P Ropulit ut claſſem uelis cedentibus auſter
Incumbens:mediūque rates tenuere ꝓfundū
Omnis in ionios ſpectabat nauita fluctus:
S olus ab heſperia non fluxit lumina terra
M agnus:dum patrios portus:dum littora nunq̄
A d uiſus reditura ſuos:tectumque cacumen
N ubibus & dubios cernit uaneſcere montes.
I nde ſoporifero ceſſerunt languida ſomno
M embra ducis:diri tum plena horroris imago
V iſa caput mœſtum per hiantes iulia terras
T ollere:& accenſo furialis ſtare ſepulchro.
S edibus elyſiis campoque expulſa piorum
A d ſtygias inquit tenebras:maneſque nocentes
P oſt bellum ciuile trahor.uidi ipſa tenentes
E umenidas quaterent quas ueſtris lāpadas armis
P ræparat innumeras pupes acherontis aduſti
P ortitor.in multas laxantur tartara pœnas.
V ix operi cunctæ dextra properante ſorores
S ufficiunt:laſſant rumpentes ſtamina parcas.
C oniuge me lætos duxiſti magne triumphos:
F ortuna eſt mutata toris:ſemperque potentes
D etrahere in cladem fato damnata maritos

Pharſaliæ liber tertius.

P Ropulit ut claſſem: Hic tertius liber hæc cōtinet.Prīo quēadmodū Iulia Pōpeiū:cui i ſomnis apparuit exterret:deīde quomodo Cæſar d' mádata Curioni rei frumētariæ cura ſpoliat ærariū:poſtea catalogus fit populoꝝ:quos Pōpeius cōtra Cæſarē armauit:ſub ſequent Cæſar Petreiū & affraniū i Hiſpania:petēs Maſſiliá oppugnare cōſtituit:& huic bello Deciū Brutū ꝑfecit:primū Iulia deſcribit q̄ i ſomnis territat Pōpeium.

Solus.m.nō.fle.hoc fieri ſolet ut hoīeſ ſaciari ñ poſſint ea ītuēdo:q̄ ſibi cara ſunt:ſic hoc loco facit Pom.nam ex Italia nauigás cū uniuerſa claſſe alii alia loca ſpectabát ſolus Pom.nūq̄ oculos ab Italia deflexit. Auſter uētus meridiōalis. Velis cedētibus:qa uentis uela cedūt cū iflant. Nūq̄.re.qa nūq̄ poſtea rediturus erat i Italiá. Cacumia:mōtiū qa i cacumīe mōtis reſidere uidēt nubes. Dubios:qa primo qdē icertus erat uideret:nec ne:ſed cū magis atq; magis recederet euaneſcebát:donec nihil oīo uidere poſſet. Inde.ſo. poſt hæc(ut ferme fit)ex lāgore ſomnus irrepſit ná ſi qs feſſus ē calore & frigore ex ipſa ſolicitudie i ſōnū reſoluit:ſicut nūc Pom. Diritū:uix Pom. ſōnus iuaſerat:quū ſtatī Iulia Pompeii olī uxor i ſōnis uiſa ē ſibi obuerſari:minacit uerba ꝓrumpēs. Per hiá.t.q̄ſi apta terra erūpet. Furialis:furēti ſimilis. Sepulchro:ſubaudi i. Sedibus hoc ait faciunt ciuila bella q̄ geritis uos:ut cū ego i cāpis elyſiis geſcerē:nūc cogar ad iferos traſire:ſed dabitis pœnas:& ita minata ē Pōpeio. Sedibus elyſiis:ubi aīæ pioꝝ ut Poetæ fingunt dicūt habitare. Eumenides.i.furias.ſ.Megerá:Alecto:& Teſiphonē. Lāpadas:faces d' Phlegetōte accēſaſ.phlegetō amnis iferoꝝ totus igneus. Veſtris.ar.ut poſt bella ciuilia ſupplicia digna daretis. Præpat.Charō ſe pauit ut oēs aīas i hoc bello ciuili morituras mltis nauibus p paludē traduceret:qa una cymba facer hoc ñ poſſet. Portitor:charō. Laxāt apiūt & dilatát ut capiát aīas ciuilis belli ad ſupplicia. Vix.o.dicit tot hoies i bello pituros:ut ad rūpēda ſtamia uix pcæ ſufficer poſſet. Laſſāt:fatigát. Opi i rūpēdis ſtamibus. Cōiuge me:quoad ego iqt tibi cōiūcta fui ſcda fortūa ſp bella tua cōitata ē:nūc uero cū cōiuge mutata ē ēt fortuna:tibi.n.cōiūcta ē Cornelia q̄ ſp uiris ſuis ifelix eē cōſueuit. Lætos.t.i.ſp uictor fuiſti:& d hoſtibus triūphaſti.

Fortūa.mu.to.i.mutata cōiuge mutata ſimul ē fortūa. Fato:ita dii uolucrt ut uiri qbus ꝯiūcta eēt Cornelia i felices forēt:hoc dicit pp publiū Craſſū licinii Craſſi filiū q cū pre & oī exercitu cæſus fuerat:huic Publio primū Cornelia nupſerat:adoleſcēs ſpectatæ uirtutis fuit:& ſub Cæſar militauit i gallia ipius opa.P.Craſſus i illá rgionē ꝑfectus fuerat:iō pri i pthiá exercitū ducēti:hūc cæſar moleſte tradidit. Pellex:cornelia Scipiōis filia.Cn.Pōpeio nupſit ñ uirgo:ſed uiro eius i pthia mortuo Publio Craſſo:ierát puellæ ābitiōes:pulchra erat præt corporis formá litteris inſtructa:fidibus quoq; pſonare ſciebat:geometriá didicerat philoſophiá haud temere audire conſueuerat:mox erant illi omnis faſtus & arrogátia:quæ uitia huiuſmodi artibus fœmis iſtructis eſſe ſolent.

Pellex:cū inuidia quia marito ſuo non coniuncta erat:ſed.P.Craſſo adoleſcenti ſpectatæ uirtutis. Tepido buſto:quia uix extinctus erat rogus prioris mariti:& iam altero uiro ſe coniunxerat. Vel tepido buſto referatur ad iuliam.i.ſepulchro meo adhuc calenti. Hæreat illa t.cōceſſio color cū id cōfirmare uidemur:quod maxie negamus. Hæreat.i.quocūq; duxeris exercitū ſemper bello tuo hæreat.q.d.nō hærebit. Dum liceat:eſto q hæreat ſemp:ſed nunq̄ te ſecurū dormire permittá. Vacuū ſit tps amori:ſe indignatá oſtendebat q ſecundas nuptias appetiiſſet Pōpeius. Sed teneat:ſed Cæſar die te infeſtet:ego uero nocte.

E n nupſit tepido pellex cornelia buſto:
H æreat illa tuis per bella per æquora ſignis:
D um non ſecuros liceat mihi rumpere ſomnos.
E t nullum ueſtro uacuum ſit tempus amori:
S ed teneat cæſarque dies:& iulia noctes.
M e non letheæ coniunx obliuia ripæ
I mmemorem fecere tui:regeſque ſilentum
P ermiſere ſequi:ueniam te bella gerente
I n medias acies:nunquam te magne per ūbras
P erque meos manes generum non eſſe licebit.
A bſcindis fruſtra ferro tua pignora.bellum
T e faciet ciuile meum. ſic fata refugit
V mbra per amplexus trepidi delapſa mariti.
I lle dei quáuis cladem maneſque minentur
M aior in arma ruit certa cum mente malorum.
E t quid ait uani terremur imagine uiſus?
A ut nihil eſt ſenſus animus a morte relictum:
A ut mors ipſa nihil:titan iam pronus in undas
I bat:& igniferi tantum demerſerat orbis:
Q uantum deeſſe ſolet lunæ:ſeu plena futura eſt:
S eu iam plena fuit.tunc obtulit hoſpita tellus
P upibus acceſſus faciles:legere rudentes
E t poſito remis perieunt littora malo.
C æſar ut emiſſas uenti rapuere carinas:
A bſconditque fretum claſſes:& littore ſolus
D ux ſtetit heſperio:non illum gloria pulſi
L ætificat magni:queritur q tuta per æquor
T erga ferant hoſtes.neque enim iam ſufficit ulla
Præcipiti fortuna uiro:nec uincere tanti

Me non letheæ:nō exiſtimes me de lethea palude bibiſſe q̄ facit immemoreſ umbras:ſed i imo pectore meo reconditū eſt ſcelus tuū:ut aboleri nō poſſit.Lethe eſt palus ad inferos de qua cum umbræ biberint oīum rerū & malorū obliuiſcuntur perpeſſorum:cū eſſent i corporibus:hanc paludem uel flu.inferna exundatione prorūpētē ꝑterlabi berenicem ci. circa extimum ſyrtiū cornu refert Solinus. eſt ēt lathe flumen i hiſpania:qd a celtiberis & uacceis labitur auctore Strabōe. Silentū:mortuoꝝ ubi ſunt iferi. Veniam:ut tibi terrorem incutiam. Nunq̄ tibi:& uelis nolis ſemper eris gener pris mei cæſaris. Perq; meos ma.qa umbræ & māes mei faciēt te inuitum eſſe generū cæſaris.

Abſcidis fru.fruſtra affinitatem dirimis bello:quia in bello morieris & ad inferos deſcendes ubi ego ſum. Pignora.i.affinitatē quæ tibi eſt cū patre meo. Per amplexus dela.ma.qa Pompeius eá amplecti uoluit in ſomnis ná perdite hanc amauit uxorem. Ille dei:oſtendit magnitudinem Pōpeii qui q̄q̄ multa ſigna nuntiarētur:quæ aduerſa ſibi oia ſignificarent:tñ maior erat ad bella gerēda:& nunq̄ deterrebatur:quo minus uoluntatē ſuam perficerent. Dii minentur.ſ.ſignis q̄ ſuperius deſcripſit Luca. Manes:ubræ mortuoꝝ minentur cladē. In arma.i.in bella. Certa cū men.ma.ēt mori certus:bellum tñ magno aīo ſuſcipiebat. Aut nihil eſt ſenſus aīus.dilēmate utitur pulcherrio:non inqt timendū eſt hoc ſomniū:aut.n.poſt mortē ſenſus nullus reliqt:aut poſt mortem ſenſus relinqtur:ſi nullus:mors igit nihil eſt:ergo nō metuēda ſi reliqt:mors nihil eſt:qa aīa ēt poſt mortē uiuit ab utraq; igitur pte:concludit non eſſe timendá mortem. Aut nihil eſt ſenſus.ſ.cum corpus moritur:ergo mors non eſt timēda.

Aut mors ipſa nihil:nam poſt mortem animus eſt:qui uiuit:ergo nihil timēda mors. Nihil:qa non priuat uitam:imo potius ſoluit animū:q hoc carcere corporis detentus eſt:ut uigorē ſuū exercere nō poſſit. Titan iá ꝓ.deſcribit tps:quo tandē peruēit ad terrá Pompeius:dicit.n.ſol ad occaſum tendens talis erat:quēadmodū luna cū dimidia parte ſui ſemiplena eſt.

Plena futura.i.cū creſcit:& iam ſemilunium eſt hoc ē iam dimidia parte ſui ſol occiderat. Plena fuit.ſ.cum decreſcit. Hoſpita tellus.ſ.macedonia. Legere:pro collegerunt rudentes in ſpirá. Remis:qa detractis uelis:remis littora petierūt. Poſito:ꝓ depoſito & flexo malo. Cæſar:cæſar poſtq̄ uidit bellis laſſum eſſe Pōpeium:q̄uis relictus ſolus i Italia eſſet:tñ dolebat q Pōpeius euaſiſſet quē maxie cōpræhēdere cupiebat. Solus dux.ſ.cæſar:& ordo ē.cæſar dux ſolus ſtetit. Carinas emiſſas:e portu brunduſii. Abſconditq; fre.ē hypallage eſt:ꝓ claſſes abſcōdere fretū:qa tectū mare claſſibus erat:uel hoc dicit qa mediū mare tenētes uideri nō poterant. Terga ferát ho.reſpexit ad illud:qa fugiebant. Præcipiti for.ui.qa iá tanta celeritate oia cōficere gaudebat cæſar:ut nulla fortuna q̄tūlibet ſecūda eē ſatis uideret niſi re pfecta. Præcipiti:celeri & ueloci uiro i opibus. Nec ui.tan.uictoria ēt ſibi parua eē uidebat:q̄ bellū differret:qa ſibi gerere bellū gratius erat q̄ uincere.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tunc pectore curas:ſed poſtq̃ uidit ademptam occaſionem ſibi belli gerendi:animum ad alia conuertit .ſ. ut ſibi populorum animos faceret gratos:& cum uideret nihil eſſe quod magis placeret populo:q̃ ut annona abundaret.miſit in Siciliam Curionem:Valerium uero legatum in Sardiniã:quæ duæ regiões ſunt feraciſſimæ ut inde magnam frumenti copiam adueherent.hãc rem optime tangit Appianus:dicit enim Cæſarem fractis publici ærarii clauſtris theſauriſq; raptis:Lepidum æmiliũ urbi præfeciſſe:tribunum aũt Marcum Antoniũ Italiæ:Curionem Catonis loco ĩperare Siciliæ uoluiſſe.Quintum Sardiniæ:ad illyricos.C.miſiſſe Antonium.Licinio Craſſo galliam:quæ intra alpes ſita ẽ: regendam tradidiſſe:claſſem quoq; duplicem ſumma celeritate fieri mãdaſſe: circa Ionium ac Tyrrheniam: claſſis præfectos iampridem ad id conſtitutos delegauiſſe Dolobellã & Hortenſium : eo modo Italiam in acceſſibilem Põpeio arbitratus cæſar in iberiam deſcendit : Petreio & Aphranio Pompeii prætoribus occurſurus. Pectore curas:q̃uis ita gauderet bello: tamẽ hoc tẽpore adempta occaſione belli gerẽdi:hanc oẽm curam depoſuit . Quoq; modo.i.quocunq; modo. Agebat: cogitabat. Vanos amores po. quia fides populi cũ fortuna mutatur : ut Iuſtinus : quo fortuna eodẽ & ſe fauor hominum iclinat. Gnarus & irarum cauſas : nouerat enim nihil eſſe qđ magis animos popularũ coniungeret ſibi:q̃ ſi cõmeatibus abundarent:quia cũ populus fame laborat nihil timet:ſi nihil timet:ergo liber eſt: ſed ne nihil timerent ipſos nullius rei ĩdigere uoluit. Iratum cauſas.ſ.erga ſe : ſi inopia fuerit. Gnarus.i.probe ſciens. Annona.ſ.ab uel propter annonã. Et ſumma fauoris: ſi copia fuerit ãnonæ illa gignet amorem inter populum & principem. Momenta.i.nutrimenta. Aſſerit .i.uendicat. Senſus. ꝑpter famem plæbs ſæpe uendicat ſibi libertatẽ occiſo tyrãno. Emiturq; metus:nam ſi princeps alit populos ſuos:ipſum timere incipient:illa enim conditio placet:& quia placet metuunt:ne ſibi iraſcatur princeps. Segne.i.ignobile. Neſcit plæbes ieiunia timere:probari ẽt hoc põt a contrario ſenſu:ſi plæbs ieiuna nihil timet:ergo ſatura oĩa timet plæbs & plæbes dr̃ in caſu noĩatiuo. Curio ſicanias:dicit cæſarẽ miſiſſe curionẽ in Siciliam ut ibi ſimul bella gereret:& rei frumentariæ curam hrẽt.duxit aũt ſecum tres legiones. Sicanias.i.ſiculas. Qua mare tellurẽ:diuerſas opiniones tangit:& ſignificat illas anguſtias inter Apœninum & pelorũ poſitas & dexterum latus a peloro eſt:ubi periculũ eſt maris:qđ appellatur ſylla:in ſiniſtro uero latere eſt charybdis:dicit ergo iuiſſe in eã partem ſiciliæ:ubi ẽ anguſtũ mare inter pelorũ & apœninũ:q montes olĩ iuncti:italiã cũ Sicilia continuabant: deinde aut inqt aſſiduis undis abrupta eſt tellus media:aut certe fluctibus aſſiduis interrupta:ut Siciliã ab Italia ſeparauerit:alii dicunt terremotũ fuiſſe & partẽ mediam montis ita mare occupaſſe Strabo dicit:Siciliã nihil magis q̃ abſciſſum ab italia fragmentũ uideri. Aut ſcidit.ſ.terremotu uel aſſiduis fluctibus obruit. Et medias fecit ſi.lit.ter.pro ipſum mare mediũ fecit ſibi littora terras. Terras.ſ.Siciliã & Italiã diuiſo apœnino a peloro q continuabant Siciliam cũ italia:& italia a ſiniſtra:Sicilia a dextra factæ ſunt littora maris. Vis.i.ĩpetus pelagi. Laborant æquora:qa ubi mare anguſtius eſt illic ſolet eẽ ĩpetuoſius:ergo agitantur maria ibi. Montes:ſcilicet pelorus apœninus. Confinia:italiæ. Repetant.i.iterum coniungantur. Bellaq;:non ſatis ẽ miſiſſe Curionem in Siciliam:ſed ẽt miſit Valerium in ſardiniam:ut ibi ſimul bella ferret:& rei frumentariæ prouideret. Sardoas:a ſardinia ſardous formatur: ſunt q̃dam deriuatiua q̃ pauciores ſyllabas hñt ſuis primitiis: q̃uis econtrario fieri debeat:ut Hiſpania hiſpanus:& ſardinia ſardus:& ſardous. Vtraq; inſu.ſ.ſicilia & ſardinia: q̃ ſunt uicinæ:anguſto mari intercludũť. Nec plus:nulla terra eſt feracior frumento ſicilia & ſardinia:adeo ut ſint horrea duarũ prouinciarũ:uidelicet italiæ & hiſpaniæ. Heſperiam:hiſpaniã. Meſſibus.i.frugibus aduectitiis. Vbere:abundantia. Cũ me.dicit ſicilã & ſardiniã uix fertilitate frugũ a libya ſuperari:quã cõſtat eẽ fœcũdiſſimã:unñ Hor.qcqd de libycis uerriť areis. Ceſſante:qñ iqt aphrica flãte auſtro q calorẽ iducit penuria laborat:at ſi pluuiæ abũdarẽt mirifice ibi naſcũť fruges. Supat.ſ.ſardiniã & ſiciliã. Magnũ:fertilẽ & fœcũdũ effuſiõe pluuiarũ. Cogẽte:cõgregãte. Axẽ:polũ ãtarcticũ:q ẽ ĩ meridie. Hæc ubi:nũc dicit cæſarẽ poſt hæc ſtatim aĩum intendiſſe ad urbẽ romã:ut in p̃riam lõgo poſt tẽpore rediret. Hæc:q̃ ad rẽ frumẽtaria pertinẽt.

Vt bellum differret erat.tunc pectore curas
Expulit armorum : pacique intentus agebat
Quoque modo uanos populi conciret amores :
Gnarus & irarum caſus:& ſumma fauoris
Annona momenta trahi.nanque aſſerit urbes
Sola fames:emiturq; metus:cum ſegne potẽtes :
Vulgus alunt.neſcit plæbes ieiuna timere.
Curio ſicanias tranſcendere iuſſus in urbes
Qua mare tellurem ſubitis aut obruit undis:
Aut ſcidit:& medias fecit ſibi littora terras:
Vis illic ingens pelagi:ſemperque laborant
Aequora ne rupti repetant confinia montes.
Bellaque ſardoas etiam ſparguntur in oras.
Vtraque frugiferis eſt inſula nobilis aruis:
Nec plus heſperiam longinquis meſſibus ullæ :
Nec romana magis complerunt horrea terræ:
Vbere uix glebæ ſuperat ceſſantibus auſtris
Cum medium nubes borea cogente ſub axem
Effuſis magnum libye tulit imbribus annum .
Hæc ubbi ſunt prouiſa duci:tunc agmina uictor

Non armata agmina:qa milites depoſitis armis duxit:quaſi non bellũ patriæ inferret:ſed ad eã uictor rediret. Proh:o ſi inqt Cæſar contẽtus fuiſſet uictoria gallorũ:in patriã redire q̃ ſpecioſiſſimũ de hoſtibus triumphũ ducere potuiſſet:ſed dum plura uincere uult:minus laudis cõſecutus ẽ. Arcto.i.ſeptentriõe:ubi eſt germania & gallia trãſalpina:ſed tñ magis Britãnia declinat in occidentẽ. Seriem:ordinẽ rerũ. Longa põ.lõgo ordine captiuorũ præcedente de more triũphantiũ. Potuit.ſ.præmittere. Belli fa.i.diſſonas linguis habitu & armis. Vt uincula:exponit qũo id facere potuerit:qa pictis uictoriis geſtabant in triumphũ duces: urbeſq; captas:& populos bello ſubactos añ currum. Vt:pro qualiter. Vincula rhe.qa rhenum ponte iunxit decẽ diebus: & trãſgreſſus eſt in germaniã quã ſubegit:& deinde britanniã. Cælſos cur.i.triumphales. Britannis:qa britãni ſunt flaui:ſicut res ipſa oſtendit:& Cæſarem ſequerẽtur : ergo Cæſar dum uictoria gallorum & germanorũ britannorũq; minime contẽtus eſt:ſed alias uictorias addere tentat:maiorem triumphũ perdidit. Non illũ læ.uenientẽ cæſarem non læto uultu excepere urbes:ſed mœſto:quæ tanq̃ hoſtẽ cæſarẽ timuerunt. Lætis cœti.quia urbes nõ ꝓceſſere Cæſari obuiã honoris grã. Eſſe timori:gaudebat Cæſar:tũ ſe præbere formidandũ populis : hic ſine dubio Lucanus Põpeianus eſt:q capta occaſiõe ſemꝑ cæſarẽ inique dilacerat. Iãq; & præcipites:nunc dicit qua parte Italiæ iter cæſar fecerit:dũ romã petiit: cõnumeratq; loca & urbes:dicit primo per cãpaniã iter feciſſe:& albã ueniſſe : inde in Auſoniã tetendiſſe & tandẽ ad urbẽ perueniſſe. Præcipites:altas & quæ in præcipitiũ ſtare uidẽtur. Anxuris:ciuitas campaniæ:ubi αμα ξυροσ iuppiter colitur.i.ĩberbiſ:nã αμευ ſine:& ξυροσ nouaculam ſignificat:unde ciuitas Anxur dicta eſt quæ : ut Plinius docet:alio noĩe Tauracina dicebatur. Põtinas paludes:quæ nõ procul ſunt ab anxure inter uolſcos. Iuue. Et põtina palus & gallinaria pinus:põtinæ paludes a cornelio cæthego conſule ſiccatæ:agerq; ex his factus:Mutianus ter conſul pontinã paludem.xxiiii.urbiũ locum fuiſſe prodit teſte Pli.hunc locũ ſiccare ẽt conſtituerat diuus Cæſar:ut refert Suetõius niſi morte ꝑuentus fuiſſet. Vda uia.i.paluſtris uia:q̃ eſt inter illas paludes. Sublime nemus.i.nemus aricinum dianæ cõſecratum : ubi eſt fons egerius:apud quẽ ſimulabat numa põpilius ſe conſilia agitare de rep.romana cũ egeria nympha : a qua & fons appellatus eſt:Aricinum uero nemus ab aricia ſylua:urbi uicina ubi relegauit hippolytum diana.

Regna:ſacerdotes.n.dianæ aricinæ reges appellabanť:quod oſtendit Suetonius in Caligula:regẽ nemorẽſem uocans ſacerdotẽ dianæ.& flaccus in argonautis.Immitis aricia regi:Mart.Qua triuiæ nemoroſa petit dũ regna uiator. Scythicæ:quæ colebatur ĩ ſcythia & in taurica regiõe:& ſanguĩe humano placabatur iphigenia aũt cũ horeſte ſimulacrum dianæ in Italiam detulit. Latiis fa.quia romani conſules feriis latinis albam cõuenire conſueuerant:& uniuerſo latio & albanis uiſcerationẽ dabant.unde feriæ a feriendo dictæ ſunt. Excælſa: poſtq̃ in albanum montẽ conſediſſet Cæſar proſpiciens de rupe alta mœnia urbis romæ uidit. Rupe.ſ.albani montis. Arctoi.i.gallici & ſeptentrionalis. Te ne deũ:cæſar ubi procul ex arce albana mœnia urbis Romæ uidit:in hæc uerba prorupit:ad urbẽ romam apoſtrophans te ne deũ ſedes:cũ admiratione quadã legendum eſt:qũo inquit tam ignaui fuere romani ut te o roma desererent:in qua ſedẽ ſuã poſuerunt dei?cui ꝓſides ſunt Iuppiter Iuno & Mineruą? Non ullo mar.co.ſi bellũ forte ingrueret.cuius metu urbẽ egredi cogerẽtur romani excuſandi forent. Pro qua pu.ut.q.d.pro nulla ſi pro roma non pugnauerint. Dii melius.ſ. fecerunt:ut hoc tpe non ſint gentes nationeſque externæ:quæ ſemper inimicæ fuerunt imperio romano: nam ſi bellum romanis intuliſſent magnũ periculum imperio iminebat:cum tã formidoloſuſ romanis dux cæſar hoc tempore foret. Eous furor.i.parthorum:qui paulo ante exacerbati fuerant contra romanos bello illato per Craſſum:quem cum uniuerſo exercitu occiderunt. Sarmata uelox.ſ. non incubuit:qui eſt populus ſcythiæ.

Non armata trahens : ſed pacis habentia uultum
Tecta petit patriæ : proh ſi remeaſſet in urbem
Gallorum tantum populis arctoque ſubacta :
Quam ſeriem rerum longa præmittere pompa?
Quas potuit belli facies:ut uincula rheno
Oceanoque daret:cælſos ut gallia currus
Nobilis:& flauis ſequeretur mixta britannis.
Perdidit o qualem uincendo plura triumphum.
Non illum lætis uadentem cœtibus urbes
Sed tacitæ uidere metu:nec conſtitit uſquam
Obuia turba duci:gaudet tamen eſſe timori
Tam magno populis:& ſe non mallet amari .
Iamque & præcipites ſuperauerat anxuris arces
Et qua pontinas uia diuidit unda paludes.
Qua ſublime nemus ſcythicæ qua regna dianæ .
Quaque iter eſt latiis ad ſummam faſcibus albã
Excælſa de rupe procul iam conſpicit urbem
Arctoi toto non uiſam tempore belli:
Miratuſque ſuæ ſic fatur mœnia romæ.
Te ne deum ſedes non ullo marte coacti
Deſeruere uiri?pro qua pugnabitur urbe?
Dii melius quod non latias eous in horas
Nunc furor incubuit:nec iuncto ſarmata uelox

Iuncto pannonio.i.iūcto populo pannoniæ:quam nunc Vngariam uocāt. Getes dacis:popul ſunt ſcythiæ de qbus ante dictum eſt:o γέτης γέτου:hic getes getæ dr̄ & geta. Quod bellum ciuile fuit:quia bellū ciuile conflatū eſt:ideo ſalutē tibi dii o roma dederunt:ſed ſi aliud bellum q̄ ciuile fuiſſet periſſes. Subdit: ingreditur. Attonitā:territam metu. Nanq; ignibus atris:cās explicat terroris romanorū:q̄a exiſtimabant cæſarem urbe quaſi capta incendio & ferro oīa uaſtaturū. Vt.i.ac ſi capta eſſet urbs ab hoſtibus. Rapturus: euerſurus. Ignibus atris:incendio. Sparſuruſq; deos.ſ.creditur euerſurus templa deorū. Fuit hæc menſura timoris: tm̄ mali timebant q̄tum cæſar inferre poterat:uidelicet ut funditus urbē euerteret. Non omina feſta:romani nō ſimulabant uultu lætitiā:imo nec poſſunt etiā odiſſe aio cæſarem:tantū pauoris aio cōceperant. Vix uacat:non licet romanis. Feſta omina:feſtiua auguria. Non ſictas:ſaltē fictas:ſi non ueras. Odiſſe:cæſarem. Phœbea palatia.i.ſibyllina:ubi libri ſibyllini ſeruabantur.longe eſt repetitū epitheton:Sibylla aūt ſacerdos phœbi erat:ideo phœbeia palatia appellauit. Nullo cogendi iu.q̄a ſponte ſua uenerūt nullo uocante. Cogendi ſe.q̄a nec conſules:nec prætores : nec principes de more conuocauerāt ſenatū. E latebris: e penatibus ſuis ubi latebat : & eo uerbo expreſſit pauorē. Sacræ ſedes .i. ſanctæ ſedes curiæ:quia in curia conſules ſuis ſedibus cū maieſtate quadā ſedebant : cōſules aūt priores ſedes tenebant:ſecūdas uero prætores. Proxima.i.ſecūda poteſtas quia ſecunda ptās poſt conſules erat prætoria. Prætor:appoſitiue ſecunda ptās. Lege:ſecundū legem non erat ſecunda. Curules:non ſolū nō aderant conſules nec ꝓtores:ſed nec ſedes qdem ipſæ erāt. Ceſſere loco:de loco ſuo. Oīa cæſar erat:ibi non cōſules non prætores erant : ſed ꝓ ipſis Cæſar fuit:in ipſo uno oīa fuere: oēſq; magiſtratus romani in uno cæſare conſpiciebātur. Priuatæ uo.ſ.Cæſaris quia ſolus cæſar loquebatur:& nemo i ſenatu ſententiā dicebat:ideo quia loquebatur:niſi uox cæſaris:illius teſtis erat ſenatus.

Pannonio:daciſque getes admixtus.habenti
Tam pauidum tibi roma ducem:fortuna pepcit
Quod bellum ciuile fuit.ſic fatur:& urbem
Attonitam terrore ſubit:nanque ignibus atris
Creditur ut captæ rapturus mœnia romæ
Sparſuruſque deos.fuit hæc menſura timoris
Velle putant quodcūque poteſt non omina feſta
Non fictas lœto uoces ſimulare tumultu
Vix odiſſe uacat.phœbea palatia complet
Turba patrum nullo cogendi iure ſenatus :
E latebris educta ſuis.non conſule ſacræ
Fulſerunt ſedes.non proxima lege poteſtas
Prætor adeſt:uacuæque loco ceſſere curules.
Omnia cæſar erat.priuatæ curia uocis
Teſtis adeſt:ſedere patres cenſere parati
Si regnum:ſi templa ſibi:iugulumque ſenatus
Exiliumque petat:melius quod plura iubere
Erubuit:q̄ roma pati:tamen exit in iram
Viribus an poſſent obſiſtere iura:per unum
Libertas experta uirum:pugnaxque metellus
Vt uidet ingenti ſaturnia templa reuelli
Mole rapit greſſus:& cæſaris agmina rumpens
Ante fores nondum reſeratæ conſtitit ædis

Curia:continens pro contento:ideſt ſenatus. Priuatæ uocis:ſolius cæſaris:& non publici conſilii. Sedere pſes:patres conſederunt in curia:& parati erant decernere quodcūq; iuſſiſſet:ēt ſi ſe regem facere uoluiſſet. Cenſere parati:nimio metu compulſi patres regnum cæſari decreuiſſent:ēt ſi peteret regnum:ſi tēpla:ſi iugulum:ſenatus cōſultum in ſententiam cæſaris deueniſſet. Si regnum.i.ſi ſe regem eſſe uellet. Si templa.i.ſi in deorum numero eē uelit:ſicut imperatores omnes relati ſunt. Iugulum ſenatus.i.ſi petit iugulari patres. Exilium:ut in exilium mittantur patres. Melius.ſ.fuit urbi romæ. Quod plura iubere Erubuit:q̄a cæſar pudore deterritus:ne id quidē imperaſſet:q̄d romani pati uolebant. Tamen exit in irā:q̄uis tanto furore perculſi eſſent:libertas amiſſa uoluit experiri unum uirum Metellum:an tueri poſſet iura. Exit:erumpit. Virum:Metellum.Cæſar teſte Appiano romam delatus po. ueterum calamitatū recordatione turbatum:quam ſub ſylla & Ma.olim pertuliſſet trepidantemq; magna ſpe pollicitationibuſq; leniuit:hoſtibus præferens humanitatē ac clæmentiam: Lutium enim Domitiū a ſe captum cū pecuniis ac neceſſariis ſuis:libertati redditum fuiſſe ait:quibus dictis publici ærarii clauſtra perfregit:obſtantiq; in aditu Metello ex tribunis plæbis mortem eſt comminatus : theſauros a nemine contactos uſq; in illam diem militibus rapere conceſſit:hos enim olim execratione propoſita publice conditos fuiſſe memorant ut niſi celtico inſurgente bello a nullo promerentur:uerum Cæſar celtas a ſe deuictos aſſerens urbem ab execratione liberam reddidiſſe ait. Iura:leges: Pugnaxq; metellus:Metellus tribunus plæbis alia omnia perpeſſus eſt:ſed ubi uidit reſerari templum Saturni:in quo erat ærarium populi romani:ut inde aurum & argentum auferret Cæſar:quo militibus ſuis ſtipendium daret:commotus eſt qui antea leges uiolari permiſerat & iura : cupiditate auri & pretio:ut hoc tollerare nequiuerit. Pugnax:ex eo quod ſequitur. Saturnia templa : ideſt ærarium quod in templo Saturni erat. Ingenti mole : ideſt uecte.
Rapit : raptim fert. Rumpens : per agmina Cæſaris irrumpens.

Vſque adeo:impulit Metellum pro ærario pugnare cupiditas auri : & qui pro legibus non decertauit:nunc pro auro decertare auſus eſt. Amiſſæ leges:ſine certamine pereunt leges:quia nemo eſt qui pro legibus decertauerit. Diſcrimine nullo.i.nullo certamine:ſicut apud Virgilium in eadem ſignificatiō :Poſt hos æquo diſcrimine piſtris. Sed pars uiliſſima:leges nullum certamen mouerunt:quanuis uiolatæ: ſed opes fuerunt : quæ auſæ ſunt certare contra Cæſarem. Viliſſima pars:quia ſordes dicuntur diuitiæ:q̄ homines faciant ſordidos. Tribunus:ſcilicet Metellus. Victorem:cæſarem prohibens.ſ.a rapina ærarii. Teſtatur.ſ.defenſionem ſuam clara uoce. Non niſi:conuerſus ad oēs cæſarianos metellus:nec uetitus cæſarem ipſum dixit:uobis nullo pacto patebūt ærarii fores:niſi prius per pectus noſtrū tranſfigatur ferrū. Per noſtrum latus.i.prius percutiendum erit noſtrum latus q̄ templa Saturni uobis pateant. Raptor:o Cæſar. Sparſas opes: ideſt ſpargendas militibus tuis. Certe uiolata poteſtas.ſ. tribunitia. Deos.ſ. ultores. Craſſum:probat exēplo o Cæſar ſi me uiolaueris:quia tribunus ſum:ſcito deos ultores fore. Diræ:furiæ quæ ſunt tres Alecto Megæra & Teſiphone. Tribunitiæ:fauētes tribunis. Vouerunt:deſtinauerūt:ut refert Appiāus:Craſſo urbe egredięti illaturo bellum parthis: multa quidem ac dira tribuni annunciauere:ne parthis hoc malo prorſus indignis inferret bellum monuere:cui minime parēti publicas execratiōes extulerunt:qbus ſpretiſ Craſſus demū in parthia ꝓfligatus eſt cū filio eiuſdem noīe.P.Craſſo & uniuerſo exercitu fere cæſo:nam ex centū milibus uix decem milia in Syriā e fuga euaſiſſe ferunt.alii. Vouerant ſcilicet Craſſo. Sæua prælia.ſ.parthorum.M.Cato tribunus plæbis interceſſionibus ſuis comitia impediebat & ueſtem ſenatus mutauerat:deide prælato uatinio præturæ repulſam tulit:idem .M. Cato cum impediret legem qua in quinquenniū prouincia Syria Craſſo parthicuq; bellum:hiſpania pōpeio dabantur a. C. Trebonio i carcerem deductus eſt:ideo dicit tribunitiæ iræ ſecutæ ſunt craſſum in bella: quia ad hoc,ut Syriā parthicumq; bellū obtineret Craſſus:Cato tri.pl.in uincula coniectus eſt.

Vſque adeo ſolus ferrum mortemque timere
Auri neſcit amor:pereunt diſcrimine nullo
Amiſſæ leges . ſed pars uiliſſima rerum
Certamen mouiſtis opes:prohibenſque rapina
Victorem:clara teſtatus uoce tribunus .
Non niſi per noſtrum uobis percuſſa patebunt
Templa latus: nullaſque feres ſine ſanguine ſacro
Parſas raptor opes:certe uiolata poteſtas
Inuenit iſta deos:craſſumque in bella ſecutæ
Sæua tribunitiæ uouerunt prælia diræ .
Detege iam ferrum.neque enim tibi turba uerēda
Spectatrix ſcelerum:deſerta ſtamus in urbe .
Non feret e noſtro ſceleratus præmia miles .
Sunt quos ꝓſternas populi:quæ mœnia dones :
Pacis ad exhauſtæ ſpolium non cogit egeſtas.
Bellum cæſar habes:his magnam uictor in iram
Vocibus accenſus : uanam ſpem mortis honeſtæ
Concipis:haud inquit iugulo ſe polluet iſto
Noſtra metelle manus.dignum te cæſaris ira
Nullus honor faciet:te uindice tota relicta eſt
Libertas?non uſque adeo permiſcuit imis
Longus ſumma dies : ut non ſi uoce metelli
Seruentur leges:malint a cæſare tolli?
Dixerat.& nondum foribus cedente tribuno
Acrior ira ſubit.ſæuos circunſpicit enſes

Detege iam fer.accinge igt in me gladiū o Cæſar hoc enim facere potes abſq; reſpectu cuiuſpiam pudoris : nā q̄m ciuitas deſerta eſt:ideo pauci erunt qui hoc tuū ſcelus aſpiciant.obiicit cæſari:q̄ metu ipſius romani urbem deſeruerint. Turba ue. non eſt opus ut erubeſcas hoc facinus cōmittere:quia deſerta ſtamus in urbe. Miles ſcelera.i.tuus exercitus.
Non feret præ.nā hoc aurum & argentū militibus tuis diſtribuere uolebas. E noſtro.i.de publico. Nō cogit egeſtas:ſed ſi neceſſitas hoc te facere cogeret excuſandus uidereris:at uero cū poſſis alienos populos militibus tuis diripiendos obiicere:debes parcere tuæ patriæ. Popul.i.hoſtiū. Dones:militibus tuis. Pacis ex.ſ.ciuibus q̄a ciues in pace cōſumpti ſunt nec illoꝝ ſpolia q̄ nulla cogit neceſſitas empere debes. Bellū cæ.ha.quia habes bellū o Cæſar potes milites tuos diuites facere. His magnā:ira percitus eſt non mediocri cæſar:ubi uidit Metellū tā obſtinate aduerſari uolūtati ſuæ. Vanā ſpē:uana inq̄t ē ſpes tua o Metelle:q̄ uidelicet honeſte mori & fortit̄ poſſis:ut dicans ꝓ libertate reip.pugnaſſe & q̄ mori maluens:q̄ permittere ærarium ſpoliari,ſed manus cæſaris idignaret polui ſanguīe tuo. Honeſtæ m.ꝗ libertate & ærario populi ro.pugnes.
Iſto ſan.ſ.tuo uili ſanguine. Nullus ho.i.magſatus:nō es tantæ dignitatis:ut dignet te cæſar occidere. Te uin.ironice loqt̄:te ultore nimiꝝ tuta erit libertas populi ro. Nō uſq; adeo.ñ adeo inquit lōgitudo tp̄is cōparauit magna paruis:ſūma infimis:ut ſi alterꝝ ꝓſtaret:aut deſtruant̄ leges a cæſare:aut ſeruent̄ a Metello: nō malint a cæſare deſtrui:q̄ a Metello defendi. Logus di.i.lōga uetuſtas. Seruēt le.ſi iſta cōditio poneret̄ uīe te & me & leges ſenſum haberent:dicendo optate leges : an malitis deſtrui a cæſare an defendi a Metello:ipſæ leges deligerent potius a me deſtrui q̄ a te defendi. Et nondum:cum adhuc perſiſteret in propoſito Metellus ne fineret reſerari ærarium:tunc cæſar magis incenſus ira ita cœpit circunſpicere gladios militum ſuorum : ut

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

O blitus ſimulare togam:tum cotta metellum
C ompulit audaci nimium deſiſtere cœpto.
L ibertas inquit populi quem regna coercent
L ibertate perit : cuius ſeruaueris umbram
S i quicquid iubeare uelis : tot rebus iniquis
P aruimus uicti.uenia eſt hæc ſola pudoris
D egeneriſque metus:nil iam potuiſſe negari
O cyus auertat diri mala ſæmina belli :
D amna mouét populos : ſiquos ſua iura tuentur
N on ſibi ſed domino grauis é quæ ſeruit egeſtas.
P rotinus abducto patuerunt templa metello.
T unc rupes tarpeia ſonat:magnoque recluſas
T eſtatur ſtridore fores.tunc conditus imo
E ruitur templo multis non tactus ab annis
R omani cenſus populi : quem punica bella:
Q uem dederat perſes:qué uicti præda philippi :
Q uod tibi roma fuga pyrrus trepidante reliquit:
Q uo te fabricius regi non uendidit auro.
Q uicquid parcorum mores ſeruaſtis auorum

ipſum in conſpectu ſuo obtruncarent:tunc Cotta tribunus alter collega Metelli:ut cognouit periculum eum eſt allocutus:ut a propoſito ſuo deterreret & oſtenderet rationes:quibus Metellus non deberet ſupra uires ré tantam ſuſcipere:cuius perſuaſione tandem motus ceſſit a foribus ærarii. Togá.i.pacem quam ſimulauerat in ingreſſu urbis. Libertas:o Metelle inquit qui in libertate eſt:ſi libertatem illam defendere uoluerit contra potentiores libertas illa peribit:ſed hæc libertas q̃uis defendens periit:nam potẽtior libertatem illam deſtruit: eodem modo cũ te ſit Cæſar potentior ipſa libertas peribit:quia non poteris reſiſtere:ſed ſeruire cogeris .Sed qúo poteris defendere libertatem : ſi nolis reſiſtere potentiori ét ſi non ſeruabis libertaté:libertatis tñ defenſor eris. Cuius ſeruaueris umbrá:ſed tu ſeruabis umbram libertatis:ſi uelis quicquid iubeare a potentioribus:uerbi cá.Si Cæſar uoluerit aperire ærariũ:& tu permiſeris aperire:ſeruare uideberis:ſi hoc facere nolueris : tũc non ſeruabis umbram libertatis:at uero ſi reſiſtere uolueris & non potueris.tunc ſeruare eam uideberis:ſed libertatem non ſolum:uerum nec imaginem libertatis ſeruabis. Velis:permittas. Iubeare.ſ.a potentiori. Qué regna coercent.i.reges & principes qui non iá ciuicam: ſed tyrannicam ptátem exercent. Libertate perit.i.nimia libertate qua uolunt reſiſtere potẽtioribus. Tot rebus:maioribus inquit iá uicti paruimus ſi ergo maiora perpeſſi ſumus cur nõ minora patiamur? Venia hæc:in hoc ſolũ uenia nobis præſtatur: ꝙ ſi uelimus potentioribus negare: nõ poſſumus. Tot rebus iniquis.i.opibus potentiũ paruimus:cum Cæſari contra ſenatus auctoritaté prouinciæ delegebantur: Syria parthicumq; bellũ Craſſo:Pompeio Hiſpania nolente tribuno mandabantur: ſed tñ hæc inuitis nobis facta ſunt:paſſi ergo ſumus maiora minora etiá patiemur. Venia pudoris:ſi pudet contra libertaté aliquid permittere. Degeneris metus:ſi ſibi uidetur puſillanimus fuiſſe. Non potuiſſe ne.etiá ſi uolueris negare non poteris:ideo hæc eſt ſola uenia pudoris. Ocyus auertat:o Metelle permittas hũc a nobis auferre auꝝ & argentum quod eſt cá & primordiũ oium bellorum. Damna ſi quos ſua iura:cum põt aliqs ſua iura ſeruare:tunc indigniſſimũ eſt:ſi qd amiſerit:at uero cũ iam opprimitur a potentioribus ſi qd indignũ:patiatur:id non ſibi:ſed uiolatori uitio dandũ eſt. Si quos ſua iura:ꝑ ſi q poſſunt ſua iura defendere:hypallage é. Non egeſtas:egeſtas & neceſſitas quæ ſeruit potentioribus non eſt dedecori ſibi:ſed dño:q coegit eam:& non patienti dedecori é ſed facienti. Protinus:cũ hæc dixiſſet Cotta:Metellus tandé ceſſit Cæſari:& remoto illo reſeratæ ſunt fores ærarii. Abducto:remoto Metello. Tũc rudes tar.ſic ení fabricatæ fores ærarii erant : ut ſine magno ſtrepitu aperiri nõ poſſent:ideo hoc fecerũt romani:ne qs furari poſſet aurũ & argentũ.dicit igitur cũ reſerarentur fores ingenté ſtrepitũ feciſſe:ut tota rupes tarpeia reſonuerit. Tunc conditus:dicit q̃tus ab ærario theſaurus exceptus fuerit a cæſare:uidelicet qđ iam a condita urbe ad tépus Cæſaris fuerat a populis & natióibus partum id oé in ærarium repoſitũ fuerat. Multis non tactus ab annis:q ſeruatus fuerat ꝑ multos annos. Qué punica bel.ut Carthago populi ro.inimiciſſima euerſa:bona oía & pecuniæ a Scipione romá tranſlata ſunt:& i hoc téplo repoſita. Qué:cenſum. Perſes:rex macedonũ qué uicerat Paulus æmilius & captiuũ cũ magnis opibus in triumphũ duxit. Præda phi.nam.L.Quintius flaminius philippũ regé macedonũ uicit. Præda.ſ.dederat. Quod.ſ.aurũ eruitur. Pyrrhus:rex epirotarũ q a Tarentinis accitus in Italiá cũ aliquot equitibus uenerat bellũ populo ro.intulit:& ſæpe uictor euaſit:tandé uirtute & cõtinentia Fabricii uictus ex Italia decedere coactus eſt:& ipſe reliqt aliqd prædæ po.ro.ad hoc uſq; tṗs ſeruatá. Fuga trepidáte:ná trepidus ex Italia fugit. Quo uẽdidit te.qa Fabricius cũ miſſus eſſet legatus ad Pyrrhũ qui taréti erat:Pyrrhus Fabricii uirtutem eſt admiratus:iam.n.antea ét medicum regis auerterat q capto præmio ſpondebat ſe necaturũ eſſe regé tentauit quoq; pyrrhus magnis precibus pellicere Fabriciũ & ſi ſecum uiuere uellet ipſum inter primos habiturum & cum eo omne ſuum regnum cõmunicaturum.Fabricius autem omnes pollicitationes Pyrrhi contempſit : ideo dicit aurum illud dirripi a Cæſare:quo auro Pyrrhus rex epirotarum non potuit emere Fabricium. Fabricius non uendidit:quia ſi aurum accepiſſet:imperium oppreſſiſſet. Quicquid parcorum : eruitur etiam omne aurum quod parſimonia antiquorum congeſtum & cumulatum fuerat.

Q uod dites aſiæ populi miſere tributum :
V ictorique dedit minoia creta metello .
Q uod cato longinqua uexit ſuper æquora cypro
T unc orientis opes:captorumque ultima regum
Q uæ pompeianis prælata eſt gaza triumphis
E geritur.triſti ſpoliantur templa rapina
P auperiorque fuit tunc primum cæſare roma .
I nterea totum magni fortuna per orbem
S ecum caſuras in prælia mouerat urbes:
P roxima uicino uires dat græcia bello.
P hocaicas amphiſa manus : ſcopuloſaque cyrrha
P arnaſuſque iugo miſit deſertus utroque

Quod dites aſiæ populi:deuicto Rege Antiocho:nam tunc tributaria facta eſt Aſia populo Ro.& íde magna uectigalia exigebãtur. Metello.ſ.cretico:nam cretá deuicit:unde & cognomé accepit. Minoia.i.q̃ quõdam fuit:ſub iperio Regis Minois. Cato longinqua: Ptolomæus rex Cypri magnũ theſauꝝ ſeruabat: & po.Ro.ueritus ne magnitudíe pecuniæ magnũ aliquod periculũ urbi Romæ iferret:ſtatuit pecuniá Regi auferre Rex cũ audiuiſſet Catonem i Cypꝝ mitti:ut auꝝ ſuum auferret qd i eo ſpem oém repoſuerat: táta animi ægritudíe affectus eſt:ut ſibi morté conſcierit:Cato cũ auꝝ illud accepiſſet ſũma diligentia & itegritate Romá aduexit:illudq; i ærariũ repoſuit. Tunc oriétis opes : Cæſar dirripit & ultima ſpolia q̃ i ærariũ Põpeius repoſuerat ſubactis oriétis regibus. Oriétis opes.ſ.eruunť: eſt ení zeugma ab iſeriori. Captoꝝ regũ: Ariſtoboli : Mithridatis : Tigranis Regis Armeniæ & filii ſui:quos captos i triumphum duxit Pom.&Mithridatis regis põti opes multæ ac prætioſæ i ærariũ a Põpeio repoſitæ fuerát. Prælata gaza.i. q̃ é præmiſſa & ante lata:ná præcedere uidebanť captiui:& ſpolia captoꝝ regũ præmittebanť i pompa triumphi. Tépla.ſ. Saturni. Triſti rapina:ab effectu quæ triſtes facit ſpoliatos. Pauperiorq; fuit: & quo die Cæſar ærariũ po.ro.ſpoliauit : ditior urbe Romana fuit. Interea totum: i hoc capite continetur catalogus gentiũ & populoꝝ q Pompeio coniuncti ſũt aduerſus Cæſaré:ná filium ſuũ.Cn.Pom.& conſules miſerat í Aſiam:q omnes undiq; gentes conducerent i bella:Appianus Alexandrinus refert Pompeio affuiſſe oriẽtis nationes omnes magno numero.parti i eqs:partim pedeſtribus ſuffultas copiis:e græcia lacedæmonios ſub ꝓpriis diſtributos regibus:& ex pelopõneſo alios.Boetii præterea cum ipſis aderant:& Athenienſes i caſtris ex græcis qcunq; i circuitu maris:orientem uerſus icolũt fere omnes ad eũ uenerát:Thraces Helleſpontii:Bithinii:Phryges:Iones:Lydii:Pamphilii:Piſidæ:& Paphlagones: Cilicia ad hæc & ſyria:phœniceq;.& hebreoꝝ genus Arabeſq; his finitimi:Cyprii iſuper & Rhodii:& Cretenſes funditores & iſulares alii conuenerát:& Reges ac dynaſtæ auxilia ſecum afferentes:Deiotarus orientalium galataꝝ Tetrarcha: Ariarathes Cappadocũ Rex: Armenios itra Euphratem icolentes Taxiles priceps adduxerat: Armenios uero ſupra Euphratem megabathes Artapi Regis præfectus: alii præterea iſeriores potentia Dynaſtæ ad belli laborem una ſe contulerant:feruntur & ex ægypto naues.lx.ad illum perueniſſe : ex ægyptiis regibus Cleopatra fratre puero:uerum hæc qdem bello minime iterfuere:non ení aliæ naues ad id acceſſerant ſed Corcyræ i ocio cum cæteris degebant:quod a Pompeio minus prudéter factum exiſtimatur:ꝙ claſſem neglexiſſet:qua longe præpotens oém q ad hoſtes ferebatur cõmeatum facile auferre potuiſſet.Cæſari uero affuere eqtes Celtæ:ac celtarum q ſupra alpes icolit numerus fere alius:græcorum ad hos auxilia acceſſerunt:dolopes: Acarnanes:Etoli.Cæſar duo ſupra.xx.milia habuiſſe ferť iter quos eqtes circa mille ánumerantur. Põpeiũ bis totidé ſecuti ſunt:i qbus ſeptem milia eqtum fuere:q autem ueriſimilia loq exiſtimantur:ſeptuaginta milia Italorum hoc prælio i unum concurriſſe memorant:q minorem numerum deſcribunt.lx.milia.q rem in maius extollunt quatercenta milia extitiſſe aiunt:horum ſexcuplum Pompeio:alii tribus ex partibus duas illi aſcribũt: hæc paulo altius repetiuimus:quia cognitu digna ſunt. Caſuras urbes:metonymia pro populis q i urbibus continentur. Caſuras:qa gentes quas ſecum habebat Pompeius cæſar i theſſalia ad iternecionem prope cæcidit.Verum ut idem Appianus refert ex Pompeii partibus ſenatores.x.ceciderũt:quorum e numero fuit.L.Domitius olim Cæſari i Gallia ſucceſſor deſtinatus i confinio captus ab eo dimiſſus:equeſtris ordinis ad quadraginta ex illuſtrioribus.ex reliquo autem exercitu q rem in maius extollunt:quinque ſupra uiginti milia cecidiſſe aiunt Cæterum Aſinius pollio q ſub Cæſare ea i pugna dimicauit:ſex milia ex Pompeii exercitu iteriiſſe ſolum ſcribit. Proxima:ex his urbibus quæ auxilia pompeio attulerant:dicit primo de græcia. Proxima:propiqua Italiæ. Vicino bello ideſt ciuili bello: quod haud procul geſtum eſt. Phocaicas:urbs phocidos eſt Amphiſa teſte Strabone.ideo Amphiſa ideſt populi qui circa hanc urbem habitant auxilia dant pompeio. Scopuloſaq; cyrrha. Cyrrha urbs uetuſta eſt ad mare phocenſiũ locata ſub cirphin rupem parnaſi:Strabo.recte ergo ſcopuloſam dicit. Parnaſus : mons eſt phocidis decantatiſſimus:baccho dedicatus & Apollini: ut auctor eſt Macrobius:in ſeptentrionem flexus uſque ad oetheos & etolios montes. Vtroque iugo:ſignificat ueniſſe locros:ozolas & delphos:qui homines habitant parnaſum.Habet enim parnaſus duo latera:alteꝝ in meridiem uergens: i quo delphi: Alteꝝ i occaſum proſpectás:i quo habitát locri & ozolæ ut ſcribit Strabo:Ideo Lucanus reſpiciens mõtis ſitũ q bifidus é:utroq; iugo dixit.Ná q heliconé & citheroné colles aſſignauerũt parnaſo:erroris ſui excuſationé nullá iueniét:Sunt.n.a ꝑnaſo ſeiũcti:qđ patebit uetuſtos coſmographos diligẽtius iſpiciéti.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Boeti coiere duces:quos impiger ambit
Fatidica cephiſos aqua:cadmeaque dirce.
Piſæque manus: populiſque per æquora mittés
Sicanis alpheus aquas:tunc menala liquit
Arcas:& herculea miles trachinius œthen
Teſproti:dryopeſque ruunt:quercuſque ſilentes
Chaonio ueteres liquerunt uertice ſellæ.
Exhauſit totas quáuis delectus athenas.
Exiguæ phœbea tenent naualia pupes.
Treſque petunt ueram credi ſalamina carinæ.
Iam dilecta ioui centenis uenit in arma
Creta uetus populis:gnoſiaſque agitare pharetras
Docta:nec eois peior cortina ſagittis.
Tunc qui dardaniam tenet oricon: & uagus altis

Boeti:præterea etiam Boetii duces. Coiere.i.conuenerunt ad pompeium:& q fuerunt declarat uidelicet quos ipiger ambit fatidica zephiſus aqua. Fatidica.i.iuxta qué flu.eſt templum fatidicæ themidis. Cephiſos:flu.eſt boetiæ e lilea urbe ortum habẽs i cuius amnis margibus themidis templũ fuit:quæ fata ſiſcitátibus dabat. Cadmeaq; dirce:thebas urbem boetiæ quá cõdidit Cadmus:dircẽ appellauit Lucanus:a fonte dirceo q ante thebas ẽ ꝓ urbe fontẽ ipſum ponens. Piſæq; manus:piſa & elis arcadiæ ciuitates fuerũt iuxta olympum montẽ:ubi olympica certamia i honorẽ Iouis celebrabátur. Sicaniis.al.aquas:hoc dixit ſecũdum fabulas & rei ueritatem: fabula eſt ꝙ alpheus ánis uiderat i undis ſuis Arethuſam nympham poſt ſudorẽ uenationis ſe lauantem:quá uiſam ſtati amauit: quæ cum illi aduerſaret̃ hanc uiolare uoluit:illa i fugá conuerſa eſt:quæ diu e manibus illius elapſa tandem cum uinceretur ab alpheo:ſupplex deos rogauit:ut ſui miſererent̃:& ſtati conuerſa eſt i fontẽ ſui nomis:Alpheuſ ſtati fontẽ ſuum ſecutus eſt:illa ſubter mare per medium tráſiuit i Siciliam:ut aquá ſuam non imiſceret amaritudini maris: & ab elide uſq; i Siciliam penetrauit. Alpheus ꝓſecutus ẽ eam: dicit ergo p æquora. Mittẽs ſic.al.aquas:ná ita eſſe depræhẽditur ex eo ꝙ apud Piſas ſingulis qbuſq; luſtris i honorẽ Iouis Olympia certamia celebrarent̃:& ſacrificia fierent:ſanguis & ſordes uictimaꝝ: quæ apud Piſam & Elidem iolabant̃:poſtea i Siciliá apparebát i Arethuſa fonte. Huius ſniæ fuerẽ Pidarus: & Timeus philoſophus:ſed Strabo id plane diſputat fabuloſum eſſe & ipoſſibile. Mænala: mõtes arcadiæ.

Orthen:montẽ Theſſaliæ:ubi Hercules combuſtus eſt:nam cum illi uxor eius deianira miſiſſet ueſtẽ Neſeo ſanguie tictam ꝙ ſtulta credebat:ipſam uires amoris habere(erat autẽ lerneo ſanguie uenenata) ſtati uenenum ſerpens ad medullas uſq; Herculis ita penetrauit:ut i furorẽ conuerteret̃:& cum dolorẽ pati non poſſet: rogũ ſibi conſtruxit i quem ſe iniiceret:& Philoctetæ cui arcũ ſuũ & ſagittas reliqt:iuſſit ut flámam rogo ſubiiceret:& ita combuſtus ẽ:ideo dicit herculeam œthen:i qua Hercules combuſtus ẽ. Trachinius: Trachin ut oſtendit Strabo:Boetiæ ẽ ciuitas Theteæ noſe ſimilis phocenſi exigua ſane: eius ciues trachinii uocant̃. Theſproti: Theſproti acarnaniá & Etoliá ſuperiorẽ habitabát:barbarorum ſane:ut refert Strabo natio:ſub theſprotis priſtinis ſæculis erat dodona. Dryopes:populi ſunt Epiri. Sellæ ſellaꝝ:populi ſunt i epiro:quæ chaonia ẽ appellata a chaone fratre heleni.ut Vir.Chaoniáq; oẽm troiano a chaone dixit:ubi nemus erat plenũ quercubuſ qbus ihabitabát colũbæ:& ſciſcitátibus reſponſa dabát: quaſi ex ore Iouis. Ioui enĩ nemus illud conſecratũ erat. dicit ergo quo tẽpore miſerunt auxilia Põpeio:tum columbæ reſponſa amplius nõ dabant:ideo ſilentes quercus.i.i qbus iam ſi luerát columbæ. Chaonio uertice:qa i monte ſint poſiti. Exhauſit totas:dicit quáuis milites delecti eſſent:tamen Athenas exhauſerunt:uidelicet ꝙ tanta multitudo uiſa eſt militum:ut Athenæ deſertæ fuerit:& pene uiduatæ. Exiguæ pupes:relictæ ſunt paucæ naues quæ pyræum portum Athenienſium cuſtodirent:nam pyræus portus famoſiſſimus erat Athenis:cuius naues quaſi iperiũ totius græciæ tenuerũt.

Delectus.ſ militũ. Naualia py.i.naualia pyræi portus. Treſq; petunt ueram:& ſalami Cypri miſit auxilia Pompeio ſed ueram dicit:qa thelamon pater teucri & Aiacis cum.xii.nauibus miſit hos filios ad Troiam cũ Agamennone:cum ad excidium Troianum Græci mille nauibus profecti ſunt:teucer ne faceret contra patris iperium:non eſt auſus i patriam redire:nam pater mittens Aiacem & teucrum præcepit ne alter ſine altero rediret:mortuo Aiace q deſperatione armorum Achilis ſe iterfecerat:Teucer non eſt auſus redire i patriam:ubi erat Thelamon pater:ſed profectus i cyprum ſalaminam condidit nouam: ideo imitati ſunt ſalaminam antiquam telamonis:quia ſicut miſerat.xii.naues ad auxilium Agamennonis aduerſus Troiam: ſic & ipſa tres miſit cum Pompeio contra Cæſarem: qui natus erat a ſanguine troianorum. Petunt credi ueram ideſt uidentur poſtulare ut credatur ſalamin uere eſſe a teucro condita:quum auxilia mittat aduerſus Cæſarem troianum. Iam delecta Ioui:& Cretenſes qui centum urbes habebant miſerunt auxilla Pompeio. Dilecta Ioui:quia i ea educatus eſt & ſepultus. Centenis populis:quia centum habitabant urbes ſicut Virgilius centum urbes habitát nunc tres tantum urbes eſſe dicuntur. Agitare:tractare. Gnoſis:Gnoſias urbs Metropolis eſt totius cretæ in qua regia Minois fuit. Cortyna:cortynia ciuitas eſt:ubi ſtabula Regis Minois fuere. Nec peior:non imperitior. Eois ſagittis:ideſt parthorum qui ſunt populi orientis. Tunc:ſcilicet uenerunt. Oricon dardaniam:Oricũ oppidũ eſt ad initiũ epiri conditũ a colchis ut tradit Pli.q̃uis Troianos poeta fuiſſe hic inuat.

Diſperſus ſyluis athamas:& nomine priſco
Encheliæ:uerſi teſtantes funera cadmi.
Colchis & adriacas ſpumans abſyrtos in undas.
Penei qui rura colunt: quorumque labore
Theſſalus hemoniam uomer proſcindit hiolcon.
Inde laceſſitum primo mare:cum rudis argo
Miſcuit ignotas temerato littore gentes:
Primaque cum uentis pelagique furentibus ũdis
Compoſuit mortale genus: fatiſque per illam
Acceſſit mors una ratem.tunc linquitur hemus:
Thracius: & populum pholoe mentita biformẽ
Deſeritur ſtrimon:tepido committere nilo
Biſtonias conſuetus aues:& barbara cone
Sarmaticas ubi perdit aquas: ſparſamq; ꝓfundo
Multifidi peucen unum caput abluit iſtri.
Mœſiaque:& gelido tellus perfuſa caico:
Idalis:& nimium glebis exilis ariſbe.

Athamas:flu.epiri q dicitur icendere ligna admota:unde Oui.meta.In ſecta pythagorea dicit:Admotis athamantis aqs icendere ligmum Narratur:minimos quum luna receſſit i orbes: dicit ergo populos Athamanes q iuxta flu.athamantem habitant ueniſſe i auxilia Pom. Encheliæ:ẽt Encheliæ populi illyriæ nõ ꝓcul a ceraunis montibus ubi cadmus cum hermione uxore conuerſi ſunt i angues. Priſco: antiquo. Teſtantes funera cadmi:nam apud enchelias ea oſtendebantur:dicit Strabo: quæ de cadmi & Hermiones mutatione narrata ſunt inde ſumpto noie:nam εγχελῦσ anguillam ſignificat. Colchis:uenerunt ẽt q habitant colchon iſulá: quæ eſt haud ꝓcul a caucaſo monte:hæc loca ſubegerat Pompeius: cum perſequeretur Mithridatem. Abſyrtos:flu. colchorum:ſic dictus ab Abſyrto fratre Medeæ quem illa fugiens membratĩ dilacerauerat.nota fabula. In undas adriacas: qa deſcendit i mare adriaticum i oĩbus ſu baudi uenerunt. Penei:amnis theſſaliæ ante omnes claritate i ſignis: ortus iuxta gomphos inter oſſam & olympum fluit amœniſſima tempe iterſecás. Pli. Colũt rura i.q peneũ amnẽ habitát. Hemoniá hiolcõ:urbẽ theſſaliæ. Quoꝝ:theſſaloꝝ.

Inde laceſſitũ prĩo mare: Ex hac theſſalia iqt primũ nauigare cœperunt pricipes:ná ædificata prima naue argo ab argo fabro: cui ſuũ nomẽ tãtũ poſuit:Iaſon theſſalus fuit:q græciæ pricipes accitos ſecũ duxit: ad iſulá colchon ad rapiẽdũ uellus aureũ: quod auxilio Medeæ ptum uexit i theſſaliá. Inde:a theſſalia. Rudis argo: noua: uel qa pria fuerat:non ita artificioſe fabricata fuerat:η αργοσ græce per omnes caſus decliatur:latie autem i tribus caſibus tantum:noiatiuo:accuſatiuo:& uocatiuo Hæc argo:hác argo:o argo. Ignotataſ gentes.ſ.theſſalos colchis q nunq̃ ante ſe uiderát. Temerato littore.i. uiolato: q̃ſi nefas. Declarat illud temerato littore:qa nauis pria fuit auſa miſcere terreſtres mortales cũ alitibus & piſcibus. Compoſuit.i.miſcuit & coniuuxit cũ uentis & concutientibus undis pelagi. Acceſſit mors una multa genera mortis ante erant:ſed aliud acceſſit.ſ.naufragium qđ execratur Hora.Illi robur & æs triplex circa pectus erat:q fragilem truci cõmiſit pelago ratem Primus:nec timuit ꝑcipitem africum:Iaſonem autem longa naue primum nauigaſſe auctor eſt Philoſtephanus. Per illam.ſ.argo. Hemus:mons Thraciæ: ſex millibus paſſuũ arduus:teſte Pli & Solino. Linqtur:ab icolis. Pholoe:arcadiæ mons olympiæ terre proximus. Populum biformem.i.centauros. Mentita:qa falſe dixerat centauros biformes habitaſſe i eo monte ſemiuiros non enim biformes erant:ſed quia primum aſſueti equos equitare & frena equis imponere:ab his a qbus nunq̃ antea uiſi fuerant ſemiuiri fuiſſe dicuntur. Strymon:flu.thraciæ. Biſtonias aues:ideſt grues thracias. ná tempore æſtatis diſcedunt a nilo qui eſt in Libya:& conferunt ſe ad ſtrymonem qui eſt in ſeptentrione: grues enim amant temperiem:& in eam ſe conferunt:quia tunc i Aegypto uel Nilo:tempore æſtatis maior calor eſt: ideo deſerto n lo conferunt ſe in biſtoniá ubi eſt ſtrymon flu.deinde adueniente hyeme relicto ſtrymone redeũt i Nilũ. Tepido:calido.ſ.ſuperueniẽte hyeme. Biſtonias.i.thracias:ná biſtones populi ſunt i thracia.Pli. Multifidi iſtri:ná ſex hoſtiis uaſtiſſimis i euxinũ pontũ deſcendit iſter:Alii ſeptẽdicunt primũ peuce:ſecundũ Naracuſtoma:tertium Caloſtoma:ubi ẽ iſula ſarmatica.quartũ pſeudoſtoma ubi ẽ iſula Cone qntũ Baryoſtoma ſextũ ſpireoſtoma dicitur. Vbi perdit aquas ideſt imiſcet aquas ſuas aquis pelagi.nam iſula cone aqua maris circũ inundatur:unde tranſeuntibus neceſſe eſt ut ambiant iſulam. Perdit.a.deſcẽdit i mare:deſeritq; ſarmaticá iſulá.

Vnum caput ideſt hoſtium pſeudoſtoma. Peucen:inſulam quæ eſt in primo iſtri hoſtio. Sparſam:aſpſá ablutam & madefactam ab illo hoſtio. Mœſiaque:ſcilicet deſeritur a populis ſuis:Eſt autem Mœſia minoris Aſiæ regio Tellus idalis:ab ida fit idalis ideſt terra idæa:dicit Pompeio auxilia dediſſe omnes qui Aſiam incolunt iuxta idam. Caico:quia ab ida quemadmodum bacchylides inquit fluit caicus id Strabo negat ſed in teutrania ortus ad gergetham uicum Pergamum præterfluit per campum:qui caicus appellatur. Exilis ariſbe:ciuitas eſt Troiæ:teſte Strabone. Ariſba ciuitas etiam in leſbo fuit. Ariſbus uero Thraciæ fluuius eſt prope quem cebrini Thraces habitant. Pitanen:ciuitatem æolicam:e Pitana fuit Arceſilaus academicus qui cum zenone apud polemonem didicit:tradunt apud pitanem lateres ſuper aquis innatare:quod & in Etruria in inſula quadam contingit:nam cum terra ſit leuior q̃ aqua:uehi eam contingit:ita refert Strabo.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Et quæ tua munera pallas: pallas tibiarum uſum prior iuenit: quarum ſonus placuit qdem: iſlante autem ea buccas diſplicuit: unde Oui. ſexto faſtorum. Prima terebrata per rara foramina buxo: Vt daret effeci tibia longa ſonos Vox placuit: faciem liquidis referentibus undis Vidi & uirgineas intumuiſſe genas Ars mihi non tanti ē Valeas mea tibia dixit. hæc de ſe loqtur pallas & abiectam tibiam ſuſtulit marſya: & tantum ualuit ea arte ſonandi: ut phœbum auſus ſit prouocare: a quo uictus & excoriatus ī flu. ſui nomis conuerſus eſt: ſed ideo celenas dicit lugere munera palladis qa cauſa fuit ut Marſya ciuis nimium ſuperbus conuerteretur ī flu. Celenæ: urbs phrygiæ ubi natus eſt Marſya quæ deide apamea uocata fuit: eo flumie circunfuſa. Pli. Munera: tibias. Damnatæ: a phœbo q ī certamen ꝓuocatus uicit: & uictū pelle nudauit & ī flu. uertit. Pli. uero igenti platano marſyam ſuſpēſum confirmat. Qua celer: nam hic flu. Marſya deſcendit ī Meandrum. Meandron: amnis q per phrygiam & cariā excurrit: & adeo ſinuoſis flexibus deſcendit: ut ī fontem ſuū regredi uideatur: & ſecum trahit Marſyam amnem. Paſſaq; ab au. & populi Lidyæ uenere: ubi naſcitur pactolus & hermus Lidyæ flu. q arenas aureas ſecum trahunt Vir. Atq; auro turbidus hermus: ſed hermus Myſiæ initium eſt. Tellus. ſ. Lidya. Auriferis metal: qa arenis aureis irrigat populos. Nec hermus. ui. ſ. pactolo: qui & ipſe arenas aureas trahit. Iliacæq; manus om. p. s. ideſt malis auſpiciis: qa uici conſueuerant: nam Ilion ter capta eſt: primum ab Hercule & Telamone: deide ab Agamennone: a quo euerſa eſt: poſtremo a Fimbria romano duce capta eſt & deleta: eſt autem urbs ī Aſia: quam recidiuam condiderāt. Nec fabula Troiæ: Nec eos continuit: quo minus ſe Pompeio coniūgerent ꝙ a ſanguie ſuo iactabatur genus ſuum traxiſſe Cæſar: nam Cæſar ferebat ſe a ſanguine Iuli troiani originem ducere Vir. Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar.

Quique colūt pitanen: & quæ tua munera pallas
Lugent damnatæ phœbo uictore celenæ
Qua celer & rectis deſcendens marſia ripis
Errantem menandron adit: mixtuſque refertur:
Paſſaque ab auriferis tellus exire metallis
Pactalon: qua culta ſecat non uilior hermus.
Iliacæ quoque ſigna manus: perituraque caſtra
Ominibus periere ſuis: nec fabula troiæ
Continuit: phrygiique ferens ſe cæſar iuli.
Accedunt ſyriæ populi: deſertus orontes:
Et felix (ſic fama) minos: uentoſa damaſcus:
Gazaque: & arbuſto palmarum diues idume.
Et tyros inſtabilis: pretioſaque murice ſidon.
Has ad bella rates non flexo limite ponti
Certior haud ullis duxit cinoſura carinis:
Phœnices primi (famæ ſi creditur) auſi
Manſuram rudibus uocem ſignare figuris.
Nondum flumineas memphis contexere biblos
Nouerat: & ſaxis tantum uolucreſque feræque
Sculptaque ſeruabant magicas animalia linguas.
Deſeritur taurique nemus: perſeaque tarſos.

Syriæ: populi ī oriente. Deſertus: ab īcolis ſuis. Orontes: flu. Syriæ īter libanum & Antilibanum iuxta heliopolim oritur: ſub terram illatus iterum emergit: prope Antiochiam procedens ī mare Seleuciæ proximum defertur. Et felix ſic. f. n. ſignificat ipſam fertiliſſimam regionem. Ninos: ciuitas eſt Syriæ quā condidit ninus: cuius uxor ſemiramis regno ſuccedens condidit Babylonem. Damaſcus: & ipſa Syriæ pria ciuitas eſt. Gazaque: ciuitas a diuitiis appellata: quam cambiſes condidit Perſarum Rex. Idume: ciuitas quæ abundat palmis. Virgilius. iii. geor. Primus idumeas referam tibi Mantua palmas: eſt autem ciuitas a meridie qdem contermina Arabiæ: a ſeptentrione uero phœniciæ. Arbuſto: locus eſt arboribus conſitus. Et tyros inſtabilis: propter terremotum. Sidon: ciuitas fuit a phœnicibus condita dicta a frequentia piſcium quos ſidonas uocant. Pretioſa murice: quia ibi tingitur purpura. Has ad bella rates: ſed tyrus & ſidon reſpicientes minorem urſam nauigant in Italiam: nam cynoſura ideſt urſa minor nauigantibus a tyro ī Italiam iter oſtendit. Phœnices primi: dicit phœniciam ſecundum non nullos primam fuiſſe litterarum inuentricem: licet nō notis primū: ſed animalium figuris uſos fuiſſe credatur: ſed Plato dicit litteras antiquiſſimas uideri apud Aegyptios: Cornelius tacitus idem dicit: uidelicet animalium figuris pro litteris uſos: quorum adhuc monumenta pro memoria ſeruantur: ꝙ teſtatur Ariſtoteles: ubi cum ſerpens retorta in os cauda: annum ſignificat: quia annus in ſe reuertitur. Virgilius. Atque ī ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus. Nondum flumineas: nondum Iſis in ægypto inuenerat papyrum ubi ſcriberetur: nam βιβλος eſt iuncus: & ex interiori cortice compaginauit libros: & papyros appellauit: nam ſecundum quoſdam Iſis prima dicitur fuiſſe: quæ litteras inuenit apud ægyptios. Alii Mercurium uolunt. Memphis: ciuitas ægypti ubi erat templum Iſidis: quæ a Iunone primum ī uaccam conuerſa eſt: deinde a Ioue in Iſidem deam: quam coluerunt ægyptii. Flumineas: quia iunci naſcuntur ī flumibus. Magicas: ſapientes & eruditas: nam ī oriente apud Perſas præcipue ſapientes magi dicuntur quos græci philoſophos: nos ſapientes dicimus. Tauri: mons ē orietalis īter ægyptū & Pāphiliū pelagus obiectus ſeptētrioni uicinus caucaſo: unde & nō nulli utrūq; unū eē crediderūt. Tarſos ciuitas ciliciæ q̄ cōdidit Perſeus.

Corycium: Corycus eodem nomine oppidum & portus & ſpecus eſt ciliciæ croci fama īclytus qui montem impoſitū mari a ſummo cauat uertice: patulus hiatu ampliſſimo: per duo enim milia & quingentos paſſus extenditur non ſine largo die: hinc inde fontium larga & aſſidua ſcaturigie. Solinus. Item corycium antrum ī parnaſo eſt nympharum domicilio celeberrimum: de quo Ouidius. Corycidas nymphas & numina montis adorat. Mallos: ciuitas maritima cilicum. Aegæ oppidum eſt liberum in cilicia. Pli. Naualibus: propter naualia: nam piratæ has urbes coluere. Iuſta carina: quia deſiit eſſe pirata poſtquam a Pompeio uictus eſt. Mouit & eoos: etiam qui iuxta gangem Indiæ flu. habitant ad bella uenere. Receſſus: ſeparatos locos orientis. Ganges: fluuius Indiæ latiſſimus ex ſcythicis montibus defluens: quum ad planiciem peruenerit ad oriētem conuerſus: palibothra ciuitatem maximā præterfluens: in eius mare progreditur uno hoſtio. Strabo. Hunc Alexāder poſt oceanum nauigare timuit. Toto qui ſolus: hic ſolus dicitur fluere oriētem uerſus: cum alia flumia aliorſum tendant. Eurum: quia eurus flat ab oriente. Hic ubi pellæus: hic ganges eſt qui primum deterruit Alexandrum poſt oceanum: ut ulterius progredi non auderet. Pellæus ductor: Alexander natus ī pella urbe macedonum: unde Iuuenalis. Vnus pellæo iuueni non ſufficit orbis. Tethyos: primum continuit oceanus: ſed poſt oceanum ganges. Conſtitit: firmatus eſt & non auſus ulterius progredi. Et magno uinci: denique confeſſus eſt ſe non poſſe peragrare totum orbem: qa maior eſſet q̄ ipſe compræhendere poſſet. Quaque ferens: nunc idos ueniſſe commemorat in expeditionem Pompeii quos ſubegerat. Diuiſo gurgite: quia duobus hoſtiis in mare deſcendit Indus flu. qui defluit a paropanyſo iugo caucaſi montis in Indiam: a quo India eſt denominata: hic etiam recipit hydaſpem: q parthiam præterlabitur: & ex eo quāta ſit uaſtitas īde depræhenditur: ꝙ hydaſpem quaſi limum obruit: & ideo dicit. Non ſentit hydaſpem. ſcilicet magnitudine ſua ſubaudi a ſuperiori: mouit eos fama bellorum. Bibunt teneras. d. s. Solinus dicit India: qua parte paluſtris eſt arundinem creat: adeo craſſam ut internodiis ſciſſis lembi uice uectet nautas: & ī radicibus earum humor dulcis eſt ut ſuauitatem melleam imitetur: quod Lucanus breuiter perſtrinxit. Et q tingentes. c. m. idem Solinus dicit in indis: omnibus promiſſa cæſaries eſt: non ſine fuco cerulei coloris: aut crocei: ſed cultus corporis in gemmis præcipuus eſt. Coloratis gemmis ideſt margaritis uerſi coloribus: nam habent gemmas pro fibulis: inde dicit aſtringunt: quia fibula aſtringit in humeris chlamydem. Fluxa carbaſa: ideſt tunicas lineas a ſinu fluentes. Qui ſuas. ſ. p. apud Indos eminentiſſimum ſapientiæ genus eſt repletos uita ſtructis rogis & accenſis mortem accerſere uiui enim ſe ſuper rogos iniiciunt uoluntaria morte uitam finientes. Pli. Quanta eſt gloria: quia eminentiſſimum ſapientiæ genus eſt & religionis. Proh: cum admiratione legendum. Iniecisſe ma. fa. ideſt præripuiſſe fata nolentia. Quod ſupereſt donaſſe deis: nam ꝙ uitæ ſupererat diis donare uoluerunt. Venere: ad auxilia Pompeii. Non cultor duri amanni: unum ex reliquo ſequitur: nam quia durus eſt: ideo non colitur: amannus mons eſt qui a ſyris ciliciam diſterminat: in quo eſt oppidum bomite. Pli. Tenens: habitans. Niphaten. flu. eſt Armeniæ velociſſimus qui tanta celeritate decurrit: ut ſecum ſaxa deuoluat. Coaſtræ: populi Indiæ: apud quos nemora ſunt tam procera & ſublimis celſitudis: ut nec iactu ſagittæ tranſiri poſſint. Syluas tangentes æthera: quia non poſſunt pertranſiri cacumina arborum. Arabes: populi ſunt orientis: qui quia habitant in oriente: ideo admirati ſunt cum ueniſſent in occidentem: & uidiſſent umbras non ire a ſiniſtra: nam his qui habitant ī oriente cum ſol ad occaſum tendit: umbra ſiniſtrorſum uergitur: ſed habitantibus in occidente: ſicut nos: cum ſol tendit ad occaſum umbra dextrorſum uergitur: ſicut apud ipſos: ubi dicitur maleum montem ſex menſibus ī auſtrum. i. ī dexteram partē uergere umbras: & totidē mēſibus ī ſeptentrionē. In or. igno. i. ī occidētē. Siniſtras ut ī oriēte. Oreſtes: populi ſunt ī remotiſſima regiōe hitātes meridiē uerſus.

Corycium patens exeſis rupibus antrum.
Mallos: & extremæ reſonāt naualibus ægæ.
Itque cilix iuſta iam non pirata carina.
Mouit & eoos bellorum fama receſſus:
Qua colitur ganges: toto qui ſolus in orbe
Hoſtia naſcenti contraria ſoluere phœbo
Audet: & aduerſum fluctus impellit in eurum.
Hic ubi pellæus poſt tethyos æquora ductor
Conſtitit: & magno uinci ſe faſſus ab orbe eſt.
Quaque ferens rapidum diuiſo gurgite fontem
Vaſtis indus aquis mixtum non ſentit hydaſpem.
Quiq; bibunt tenera dulces ab arundine ſucos
Et qui tingentes croceo medicamine crimen
Fluxa coloratis aſtringunt carbaſa gemmis.
Quaque ſuas ſtruxere pyras: uiuique calentes
Conſedere rogos: proh quanta eſt gloria genti
Iniecisſe manum fatis: uitaque repletos
Quod ſupereſt donaſſe deis. uenere feroces
Cappadoces: duri populus non cultor amanni:
Armeniuſque tenens uoluentem ſaxa niphatem.
Aethera tangentes ſyluas liquere coaſtræ
Ignotum uobis arabes ueniſtis in orbem



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Extremos:quia habitant meridiem uerſus in extrema parte orbis:ultra quos nulla hominum inuenitur habitatio. Carmanos:carmania regio eſt contermina perſis quæ oppida habet zethym & alexãdriam .Pli.

Aſpicit arcton:bene aſpicit urſam:ſed non totam:ergo hoc facit ratio orizontis. Orizontes autem dicuntur fines:quoad oculi noſtri perſpicere poſſunt ὁρίζω græ. termino la. Orizontes enim duo ſunt ſcilicet ſublimis & humilis:ſublimis in arctico:humilis ĩ antarctico:terra ĩ medio eſt & ſphærica.qui iuxta orizontem ſublimem incolunt non poſſunt uiuere eos qui in orizonte imo habitant:quia tumor terræ impedit:nec nos illos proſpicere poſſumus: ideo dicit hos populos q habitant in oriente meridiem uerſus ĩ orizonte depreſſo tumore terræ impediri: & paꝝ admodũ uidere ſeptẽtrionũ flexus.

V mbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.
T um furor extremos mouit romanus oreſtas
C armanoſque duces:quoꝝ iam flexus in auſtrũ
A eter non totam mergi tamen aſpicit arcton:
L ucet & exigua uelox ubi nocte bootes.
A ethiopumq; ſolũ:quod non premeret ab ulla
S igniferi regione poli:niſi poplite lapſo
V ltima curuati procederet ungula tauri.
Q uaque caput rapido tollit cum tigride magnus
E uphrates:quos non diuerſis fontibus edit
P erſis:& incertum tellus ſi miſceat amnes
Q uod potius ſit nomen aq̃s:ſed ſparſus in agros
F ertilis euphrates phariæ uice fungitur undæ.
A t tigrim ſubito tellus abſorbet hiatu:
O ccultoſque tegit curſus:rurſuſque renatum
F onte nouo flumen pelagi non abnegat undis.

Flexus.i.uergẽs ĩ meridiẽ qa ĩpedit tumore terræ ſphæricæ quæ ĩpedit oculos eoꝝ:ne ad orizontẽ noſtꝝ peruenire poſſint. Lucet exigua:bootes eſt ſtella ĩ minori urſa poſita quæ plauſtꝝ comitatur: nã ſunt quædã ſtellæ q̃ faciunt plauſtꝝ:& bootos ẽ qi bubulcus : q plauſtꝝ uehat: qui græce uocatur αρκτοφυλαξ ideſt cuſtos urſæ : ſed occurrit quæſtio:cur dicat uelox:cum Virgilius & alii tardam dixerit diuerſo reſpectu uelox dicitur & tarda: tarda dicitur quia magno temporis ſpacio magnam cæli partem diſcurrit:ſed ſi conſyderemus tempus tarda uidetur: ſi ſpacium quod percurrit uelox eſt:ſed eſt alia ratio:cur uelox & tarda ſit:quia reſpicit ad ſitum regionis:ſcilicet arabicum:uelox eſt quia totum arctophilacem ideſt bootem uidere non poſſunt:ſed paruam eius partem:& quia cito occidit arabibus:propterea uelox eſſe uidetur:nobis autem quia nunq̃ occidit:tardior uidetur:nam a nobis ſemper uidetur:& nunq̃ occidit:niſi cum aurora luceſcit. Aethiopumque ſolum:æthiopes duo ſunt ſcilicet in oriente & occidente. Solinus dicit hanc regionem æthiopum non ſubiectam fore alicui ſigno zodiaci:niſi ungula tauri protenſo pede illos pertigeret. Ratio eſt hæc:quinque enim ſunt zonæ: duæ extremæ frigidiſſimæ una feruentiſſima:ſed iter has frigidiſſimas & mediam utrinque duæ temperatæ ſunt:quæ habitantur a nobis. Sed ſignifer circulus ita ambit obliquas has zonas ut nunq̃ perueniat ad hãc mediam & nunq̃ ad has frigidiſſimas redeat uicinus autẽ eſt ſol his duabus modo magis:modo minus:& cum apud antipodes facit æſtatem minus apparet nobis:e diuerſo:cum ergo meridiem uerſus poſiti ſint æthiopes:circulus ſignifer excludit eos in oriente: & qui in occidente poſiti ſunt niſi ungula tauri protenderetur nulli ſignorum zodiaci ſubiecti eſſent:ſed quia dixit poplite lapſo reſpexit ad fabulam:nam Iuppiter commutauit ſe in taurum:& captus amore Europæ blãde ad eam uenit: quæ cum cæteris æqualibus flores colligebat:& poplite flexo puellam in tergum recepit & boſphorum mare traiecit:deinde ĩ ſignum tauri extendentis pedem tranſlatus eſt in cælum. Signiferi poli: ideſt zodiaci ferentis ſigna. Procederet ungula ſcilicet meridiem uerſus:ubi ſunt poſiti æthiopes. Poplite lapſo:ideſt genu flexo quo geſtu fuit:dum exciperet puellam. Quaque caput:dicit etiam ex Armenia ueniſſe populos. Euphrates oritur ex armenia maiore ſub radicibus montis quem cathoten appellant ut Mucianus:ut Domitius corbulo: ex monte aga receptiſque aliquot fluuiis luctatur cum tauro monte:quem tandem apud elegeam ſcindit:& inter arabiam Comagenemque ꝓfluens mox babylona interſecat:& in mare erythreum influit. Ex eadem armenia tigris ortum habet a loco qui elogoſine appellatur:primum pigre fluit:mox quum ad fines medorum peruenit rapidiſſimus eſt:unde nomen ſumit:nam tigrim medi ſagittam uocant.influit ĩ arethiſſam lacum omnia pondera ſuſtinentem:tranſuetuſque reſiſtente tauro ĩ profundum ſpecum mergitur:ſubterque lapſus ab altero eius latere erumpit apud Zoroãdam:eundemque eſſe purgamenta demerſa oſtendunt:tranſit deinde in theſbitem lacum:& identidem abſconditur rurſuſque emergit:mox diuiſus inſulam meſopotamiam complectitur & ĩ euphratem apud Babylonios deſcendit auctor. Pli.& Solinus. Dicit poeta ꝙ uterque tantæ magnitudinis eſt ꝙ ſi miſceantur ĩ unum:ĩcertum eſt uter eorum nomen obtinuerit:an tigridis an Euphratis. Perſis: cuius pars eſt Armenia. Non diuerſis fontibus:nam tigridis & euphratis fontes iter ſe diſtant ſolum ſtadiis duobus milibus & q̃ngentis. Strabo. Sit nomẽ: an de noĩe Euphratis appelletˀ:an tigridis. Sed ſpſus ĩ agros:ſed fertilis Euphrates ẽ:cũ ĩ agros funditˀ : nã cũ Euphrates Meſopotamiã ĩundat illã fertiliſſimã reddit eodẽ tpe quo Nilus ægyptũ. Phariæ:niliacæ:nã pharus inſula ægypti ẽ. At tigri.ſed tigris defluẽs p pthiã & Armeniã ſtatĩ mergitˀ & p.xii.milia paſſuũ ſubterraneo meatu diſcurrẽs tãdẽ emergit. Nouo.f. pelagi:uidelicet maris rubri.

Inter cæſareas:alii q̃dem populi ſequebãtur Pom.ſicut dictum eſt: ſoli uero parthi medios ſe iter utrunque geſſere ducem:ſatis enim habuere ꝙ ex tribus romanis principibus duos feciſſent occiſo Craſſo cum exercitu.

Acies:inter arma cæſaris. Diuerſa ſigna.ſ.Pom.contra Cæſarem. Dubium fa.quia neutrum ſecuti ſunt: atqui Iuſtinus cum trogo parthos in caſtra pompeii ueniſſe auxilio refert. Errantes:quia errabant ſicut numidæ:nam plauſtris uehebant liberos & uxores : ubicunque nox deprehendiſſet ibi habitabant. Ideo campeſtres ſcythæ ab Horatio nuncupantur. Bactros:ſcythiæ flu.qui hyrcanos fines includit:a quo populi circa habitantes bactriani dicuntur. Vaſtiſq; hyr.nam hyrcania eſt ſylueſtris & nemoroſa & tigribus abundans ſcythaꝝ regio. Hinc:ab hac ſcythia. Lacedæmonii heniochi:populi ſcythiæ ut dictum eſt ſupra:dicti ab ηνίοχοσ auriga:nam rhecas & ãphiſtratus aurigæ caſtoris & pollucis hanc regionẽ tenuerunt:& a ſe nominarunt: hos nũc lacedæmõios appellat poeta:quia a lacedæmonis rheca & amphiſtrato origĩnẽ habent.

I nter cæſareas acies diuerſaque ſigna
P ugnaces dubium parthi tenuere fauorem:
C ontenti feciſſe duos.tinxere ſagittas
E rrantes ſcythiæ populi:quos gurgite bactros
I nclusit gelido:uaſtiſque hircania ſyluis.
H inc lacedæmonii moto gens aſpera freno
H eniochi:ſæuiſque affinis ſarmata moſchis:
C olchorum qua rura ſecat ditiſſima phaſis.
Q ua crœſo fatalis halys:qua uertice lapſus
R hiphæo tanais: diuerſi nomina mondi
I mpoſuit ripis:aſiæque & terminus idem
E uropæ:mediæ dirimens confinia terræ.
N unc huc nunc illuc qua flectitur ampliat orbẽ.
Q uaque fretum torrens meotidos egerit undas
P ontus:& herculeis aufertur gloria metis:
O ceanumque negat ſolas admittere gades.
H inc & ſidoniæ gentes: auroque ligatas
S ubſtringens arimaſpe comas.hinc fortis arius
L ongaque ſarmatici ſoluens ieiunia belli
M aſſagetes quo fugit equo:uolucreſque geloni

Moto gens aſpera fre.i.equo pugnantes. Sæuis:aſperis bello. Affinis:uicinus. Sarmata : ſarmatæ ſunt ſcythiæ populi:quos græci ſauromatas uocant:ũ de Iuue. Vltra ſauromatas:ſunt aũt populi qui ex profundo paludis Meotidos incipientes regiones uerſus boream itinere dierũ.xv.incolunt exilem quidẽ ac tenuẽ: ſed felicibus & infelicibus arboribus abũdantem qui ſecundũ Plinium de medoꝝ ſobole ſunt.& Florus. Sarmatæ inquit nihil præter niues raraſq; ſyluas habent:quibus eſt tanta barbaries ꝙ pacẽ non intelligunt. Moſchis:populi ſunt ſcythiæ uicini ſarmatis. Colchorum.q.r. phaſis flu.de armenia fluens : qui præterlabitur colchos:per quẽ argonautæ cum Iaſone ingreſſi ſunt ad colchos. Oui.vii. meta. Multaq; perpeſſi claro ſub Iaſone tandẽ Contigerant rapidas limoſi phaſidos undas:eſt ẽt phaſis urbs colchoꝝ emporiũ. Strabo. Ditiſſima:regio enĩ colchorum amœniſſima eſt : fructibus & fabricandis nauibus opportuna. lino.canabe.cera.pice:fœcundiſſima. Mel tñ frequẽtius amarum eſt. Fatalis:reſpicit hiſtoriã.nam crœſus cũ bellum cyro perſaꝝ regi inferre pararet apollinis oraculũ ſciſcitatus eſt:quẽ nã exitũ eſſet habiturus:rñdit oraculũ ambigue ſicut cõſueuit. Crœſus perdet halym trangreſſus plurima regna.crœſus in fauorem ſuum hoc oraculum apollinis accepit. Crœſus:rex lidiæ. Perdet:pro deſtruet:ſed oraculum amittet intelligebat : qa uictus eſt a Cyro magna pugna:& ĩ regnum ſuũ trepidus refugit:ſeq; ĩ Sardim metropolim regni ſui recepit:& cũ Cyrus obſediſſet eã: ad extremũ & ipſum regnũ:& regẽ in ptãtem ſuã redegit:fatalis igitˀ fuit.i.pernicioſus. Halys:flu.eſt ponti : & oritur ex radicibus tauri montis:& defluens per Cappadociã diſiunxit oli regna lidiæ a Perſis:q ẽt teſte Herodoto uerſus boream exiens in euxinũ pontũ deſinit:un̄ Oui.de ponto oſtẽdit:Adde ꝙ hic ſcythico miſcentur flumina ponto:Influit & multo uertice tortus halys. Tanais:flu.fertur de ſeptentrionis partibus:nilo cõtrarius:non tñ per diametrũ:ut quidã putant:ſed orientalior:originẽ:ut ille:incertam hñs. Qua.ſ.ea parte habitantes. Rhiphæi:montes ſunt ſeptẽtrionis. Ripis mũ.ripis Aſiæ & Europæ tanais.n.aſiam ab europa diſterminat. Mediæ ter.in q̃ medius ipſe ẽ. Ampliat or.qa q̃ parte incuruatur ĩ Aſiã auget Europã:qua parte Incuruatur in Europã:illinc Aſiam auget. Hinc:ab europa. Illinc:ab aſia. Põtus ege.f.ſ.Meotidis ũdas:qa Tanais flu.non prius ĩ meridiẽ uergitur q̃ recipitˀ a Meotide palude:quã adeo lõge lateq; ãplificat:ut ab ignaris prægrandis maris ſinus credatur. Pontus:euxinus. Meotidas un.qa ripis meotidis paludis apud boreaſtras ab Alexandro terminus itineris ſui poſitis aris deſignatus ẽ. Aufertur glo.me.h.qa non ſolũ Hercules ĩ oceano gades poſuit:ſed ẽt Alexander ĩ Meotide palude terminũ ſtatuit. Oceanũq; ne.i.negat oceanũ ſolas gades accipere:quia & in Meotide palude Alexãder terminũ poſuit & gades. Arimaſpe:arimaſpus flu. eſt aureis fluẽs arenis quẽ ſcythæ colũt:& qa auro abũdat iõ circulis aureis crines nectũt ĩ coronæ modũ. Hic a ſcythia. Arius maſ.hi oẽs ſũt populi ſcythiæ. Maſſagetes ſol.ie.ſar.bel.e.q.f.qa uidelicet hi fugiẽtes ſæpe hoſtes ad laſſitudinẽ ducuntˀ:neq; cõmeatibus indigẽt.ſed lacte & ſanguie eq̃no nutriũtˀ.Papinius.Lactea maſſagetæ ueluti quũ pocula fuſcãt.Sãguine puniceo.q mos ẽt ſarmataꝝ fuit.ut Pli.& biſaltarũ:ut Virg.& concanorũ ut Horatius ĩ carminibus teſtatur. Belli ſarmatici.i.bellũ quod cõtra ſarmatas gerit. Volucres geloni : populi ſcythiæ a filio Herculis gelono appellati.Herodotus. Non cũ memnoniis:per ſimilitudinẽ exaggerat exercitũ.Cn.Põpeii dicẽs nunq̃ ante fuiſſe exercitũ:in quo dux pluribus regibus ĩperaret q̃ nũc Põpeius ĩperabat. Nõ Cyrus:nõ Xerxes:nõ Agamẽnon:tot nauibus bellũ añ geſſerunt. Ordo ẽ:tot reges nõ hũere unũ ducẽ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

N on cum memnoniis deducens agmina regnis
C yrus:& effuſis numerato milite telis
D eſcendit xerxes : fraternique ultor amoris
A equora cum tantis percuſſit claſſibus:unum
T ot reges habuere ducem : coiere nec unquam
T am uariæ cultu gentes:tam diſſona uulgi
O ra:tot immenſæ comites miſſura ruinæ.
E xciuit populos & dignas funere magni
E xequias fortuna dedit : non corniger ammon
M ittere marmaricas ceſſauit in arma cateruas
Q uicquid ab occiduis libyæ patet:arida mauris
V ſque paretonias eoa ad littora ſyrtes
A cciperet felix ne non ſemel omnia cæſar.
V incendum pariter pharſalia præſtitit orbem.
I lle ubi deſeruit trepidantis mœnia romæ:
A gmine nubiferam rapto ſuper euolat alpem.
C umque alii famæ populi terrore pauerent:

Ducens agmina.i.inferens bellum parthis & babyloniis. Mēnoniis regnis.i.mēnon indiæ rex fuit:& auroræ filius:& parthia pars eſt Indiæ:quam bello Cyrus inuaſit cū babyloniam cepit urbem a Semirami conditam:in diuerſos meatus Euphratediuiſo. Herodotus aūt optime deſcribit obſidionem hanc:qua urbē babylonē cepit Cyrus:& dicit nulla ui urbem capi potuiſſe : niſi hoc feciſſet cyrus quod operis adeo magnū laborem perfecit:ut apud poſteros plus admirationis habitu℞ ſe crederet:nā Euphratē qui præterlabitur hanc urbē in duos alueos diuiſit:ut deſiccaret alueum & tenuitatem aquæ ad deditionē uenire cogeret babylonios:dicit ergo quo tpe bellum geſſit cyrus cū babyloniis nō duxit ſecum tot reges quot Pōpeius. Xerxes:nec Xerxes habuit tot reges cum ille deſcēdit in græciā tanta multitudine militum:ut eos ſagittiſ miſſis numeraret:duobus aūt modis exercitum ſuum dinumerauit:nā ſi ſingulos dinumerare uoluiſſet:tpſ non uacabat: primo ſeptū quoddā conſtruxit Doriſcū nomine: centū uiginti milia hoīum capientem:deinde iubebat milites ingredi & quotiens replebatur locus ille notari iubebat : alter modus erat:nam iuſſit oēs mittere ſagittas in unum locū: deinde ſagittas numerare iuſſit. Vltor:agamemnon:non habuit tot reges. Fraterni amoris: Menelai fratris ſui:nā uxorem illius helenā abduxerat Paris. Vltor:quia potētiſſimam urbem Troiam totius Aſiæ euertit:cū ulciſci uellet iniuriam fratris. Coiere:conuenere. Tam uariæ gētes:uidelicet cultu & linguis:ut locis erāt diuerſæ. Tot īmenſæ:hoc fuit : quia fortuna uoluit ut dignas conſequeretur exeqas Pompeius & qm̄ periturus erat uoluit ut ipſe qui totum orbem domuerat cum toto ēt orbe terrarum periret. Nō ceſſauit:cū his etiam Mauritani oēs & marmarici ad Pompeium uenere. Corniger āmon : ex ea parte libyæ multi uenerunt in auxilium pompeii ubi colitur Iuppiter in forma arietis:cuius diuinationem & oracula plurimum uenerabantur antiqui:teſte Strabone libro decimoſeptimo:ſed earum rerū maxima acceſſit negligentia:nam romanis Sibyllæ reſpōſa ſatiſſaciebant:& etruſca diuinatio:per auguria:per exta: & Iouis ſigna:reſponſa non ut apud delphos & branchidas uerbis dabātur.ſed magna ex parte nutu & ſignis & dicitur ab αμμοσ quod ſignificat harenam:nā Iuppiter baccho & populo ſuo ſitienti : per libyam iter facienti:in formam arietis pede pulſauit harenam:ubi primum fons exiuit:unde bacchus patri ſuo Ioui templum condidit. Corniger:ī formam arietis. Marmaricas cateruas:nam marmaria appellatur regio ubi poſitum eſt templū Iouis āmonis. Quicqd:ſubaudi non ceſſauit mittere. Libyæ:noīatiuus græcus. Arida.i.penuria aquæ laborans. Patet.i.iacet planitie magna. Ab occiduis mauris:incipiens ab æthiopibus occidentalibus:nā mauri occidui ſunt:& æthiopes:duæ.n.ſunt æthiopiæ ſ.orientalis & occidentalis. Mauris occiduis.i.a Mauris:qui ſunt iuxta æthiopas occidentales. Paretonias ſyrtes.i.ægyptias nā ſyrtes aphricæ reſpiciunt ægyptū:eſt aūt paretonium urbs ægypti & portus ingens quadraginta fere ſtadio℞.Strabo. Eoa:orientalia. Acciperet felix:fortuna quæ fauebat Cæſari effecit ut uniuerſum orbē haberet in theſſalia quē una pugna uincere poſſet. Nenon.i.ut acciperet oīa. Semel.i.una pugna uinceret uniuerſum orbē. Vincendū pariter:quia fortuna uoluit ut in pharſalia totus terrarum orbis congregatus ab ipſo cæſare uinceretur. Pariter:ideſt una acie ſimul omnes uinceret. Ille ubi deſeruit:poſtq̄ dinumerauit gentes:quæ magno Pompeio auxilia tulerunt.Nunc redit ad Cæſarem dicens quid fecerit poſtquam ex ærario pecuniam ſuſtulerit:ut militibus ſtipendium tribueret:dicit enim illum conſtituiſſe in hiſpaniam proficiſci : ut prouinciam illam opibus ac uiris abundantem ſubigeret:nam id maximum uictoriæ momentum fore putabat:ſi hiſpanias in ſuam poteſtatem redigeret:quod facile ſe facturum exiſtimauit ꝙ Petreius & Afranius: tametſi magnos exercitus haberent:tamen minime duces idonei uidebantur. Ille:cæſar. Trepidantis romæ:ſpoliato ærario timentis.

Nubiferam.i.altam:quæ nubes tranſcendat ideſt tranſit in galliam tranſalpinam:ut in hiſpaniā tendat:nam eā prouinciam in ptātem ſuam redigere uolebat:ꝙ maximū uictoriæ momentū fore putabat: id q̄ta aſtutia pfecerit Cæſar hoc deprehēdi poteſt:dicebat.n.uado ad exercitum ſine duce:& reuertar ad ducem ſine exercitu.

Cunque alii famæ:cum alii populi metu ſe dederent Cæſari:ſoli Maſſilienſes inuenti ſunt:qui fidem ſenatui populoque romano ſeruarent:& in officio ſuo permanerent. Terrore : Cæſaris:qui omnia ferro ſubigeret.

P hocais in dubiis auſa eſt ſeruare iuuentus
N on graia leuitate fidem ſignataque iura:
E t cauſas non fata ſequi:tamen ante furorem
I ndomitum duramque uiri deflectere mentem
P acifico ſermone parant:hoſtemque ꝑpinquum
O rant cecropiæ prælata fronde mineruæ.
S emper in externis populo communia ueſtro
M aſſiliam bellis teſtatur fata tuliſſe:
C omprenſa eſt latiis quæcunque annalibus ætas.
E t nunc ignoto ſiquos petis orbe triumphos:
A ccipe deuotas externa in prælia dextras.
A t ſi funeſtas acies : ſi dira paratis
P rælia diſcordes:lachrymas ciuilibus armis:
S ecretumque damus.tractentur uulnera nulla
S acra manu:ſi cælicolis furor arma dediſſet.
A ut ſi terrigenæ tentarent aſtra gigantes:
N on tamen auderet pietas humana uel armis
V el uotis prodeſſe ioui:ſortiſque deorum
I gnarum mortale genus per fulmina tantum

Phocais iuuentus:phocis ciuitas græciæ fuit:quam a barbaris inuſtam & crematam deſeruere ciues : & diu nauigantes in galliam uenerunt:ubi Maſſiliam condiderunt ſupra rhodanum.Eſt aūt Maſſilia:ut oſtendit Strabo:Petroſo in loco ſita:cui quidē portus ſubiacet:ſaxum uidelicet in theatri formā:ad auſtrum ſpectans: urbs uniuerſa pulcherrimis circūcincta mœnibus:magnitudine eximia:in cuius arce epheſium & Apollinis delphici templū conditum eſt. Non graia leuitate.i.inconſtantia:quæ graiorū eſt propria. Signataq; iura.i.ſcripta in marmore aut inſculpta ære:ſignificat fœdera:quibus populi romani ſocii & amici facti erant. Cauſas: iuſtas.ſ. Non fata.i.fortunam:licet fortuna ſecunda uteretur Cæſar : tn̄ iuſtiorē cauſam ſenatus populique ro. q̄ Cæſaris credebant. Tamen ante furorem:q̄uis ſeuere in fide perſiſterent Maſſilienſes : tamen uoluerunt tentare oratione leni ut ſi quo mō poſſent aīum Cæſaris placarēt : anteq̄ plane ſe Cæſari aduerſos oſtenderent. Ante.ſ.q̄ excluderent cæſarem.

Hoſtemq; propinquum.i.cæſarem uicinum:iam enim aduentabat urbi Maſſiliæ. Prælata fronde mineruæ.i.oliuæ q̄ ſignum eſt pacis. Mineruæ:palladis.nā ipſa Pallas fuit : quæ percuſſa terra prima edidit oleam.Virg.Oleæque minerua Inuentrix. Semper in externis:in deliberatiuo genere & conſtitutione iuridiciali abſoluta hæc oratio poſita eſt : deliberatur utrū ſe cæſari coniungant an ne. Eſt autē conſtitutio iuridicialis abſoluta. uidelicet iniuſtū eſt ſe cæſari coniungere:ideo licet nobis a bello ciuili abeſſe.abſoluta eſt:qa nulla extrinſecus cā ſumpta:iuſtū dicunt quod faciunt.nam coniūgere ſe cæſari iniuſtum eſt : licet igitur nobis a bello ciuili abeſſe:partes effectus procemii ſūt : quia captant beniuolētiam a perſona ſua:cum officium ſuum ſine arrogantia oſtendūt.

Semper in externis:Senſus eſt:Oēs hiſtoriæ & quæcunq; annalibus continentur:declarant nos populo ro. ſemper fuiſſe cōiunctos.Ordo eſt quæcūq; ætas ē cōprehenſa latiis annalibus teſtatur Maſſiliā tuliſſe fata cōia ſemper populo ro.in externis bellis. Externis bellis.i.quotiens bellum geſſiſtis contra externos o romani.

Fata cōia:fortunam cōem ſiue bonam:ſiue malam. Quæcunq; ætas.i.cuiuſcunq; ætatis res geſtæ quæ continentur in Italicis hiſtoriis. Et nunc ignoto:& nunc idē facere parati ſumus ſi uis iuuentutē armatā ducere cōtra hoſtes.externos populi romani. Et nunc:ſicuti ſuperiori tēpore. Deuotas:deſtinatas. Quos trium.aliquas uictorias. At ſi funeſtas acies:ſed ſi uultis bella iter uos gerere:oramus patiamini nos ab hoc ciuili bello abeſſe:ne manus noſtras in ſanguine ur̄o polluamus quē ſocii oēs uereri deberent. Dira prælia: ideſt quæ geruntur inter propinquos & ciues & filios & patres. Lachrymas damus:liceat nobis abeſſe & deplorare:fortunam & caſum ueſtrū. Secretumq; damus.i.uolumus ſeceſſum & receptaculum eſſe diſcedentibus a bello ciuili. Sacra uulnera.i.uerenda a ſociis : quia ſocii uereri deberent ne uulnus inferant principibus romanis.aut ſacra.i.execranda. Tractentur.ſ.a uobis. Nulla manu:nulla ope auxilioq; ſociorum. Si cælicolis:arguit ab obſeruantia:nā ſuaſio & diſſuaſio hn̄t locos a partibus honeſti neceſſarii:facilis delectabilis utilis.Sumit igitur argumentū ab obſeruantia:quæ eſt pars una iuris naturalis : obſeruantia eſt per quā hoīes aliq̄ dignitate excedentes cultu & honore coli debent:oñdit enim debere ſocios cultu & honore proſeq romanos & a ſimili exornat hanc argumentationē.Si dii inter ſe bellū gererent:non eſſet æquū hoīes his uel illis ſe adiūgere:uereri.n.debemus deos:cōparantur romani diis:quēadmodum arma ſumere contra deos nō æquum eſt eodem mō romanos inſtar deorum ſocii & amici timere debent:& potius uereri eos q̄ ſe illis adiungere. Si cælicolis:ab obſeruantia arguit:uos o romani nobis eſtis tanquam cælicolæ:& quam obſeruantiā habent homines erga deos eandem ſumus erga uos habituri ſed diſcordibus diis nemo auderet arma coniungere:ergo nec quiſquam concurrentibus ro.ſe ad bellum adiungere debet:ſed procul abeſſe. Tamen:quanuis dii eſſet.

Ignarum ſortiſq;:ideſt neſciens quæ nam ſit ſors deorū. Fulmina:quia cū fulmina audiret:tunc ſciret Iouem in cælo regnare. Adde ꝙ innumeræ:arguit a neceſſario a contrario:quia:quemadmodum ille qui ſuadet arguit a neceſſario:cum aliquid faciendum eſſe dicit:quia ſit neceſſitas:ita qui diſſuadet arguit a neceſſario a contrario:quia non ſit neceſſitas. Non uſque adeo inquit gentes horrent bellum ciuile : quin ſint plures populi bello q̄ nos : ergo nulla neceſſitas eſt quæ cogat nos Maſſilienſes inuitos in bellum coniungi.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Concurrunt:ad uos ſponte ſua. Iners:ignauum in bello. Contagia ſcelerum:ut maculent ſe ſcelere bellorum ciuilium. Egeant gladiis:quia populi ſponte ad bella concurrent non eſt neceſſe nos trahi inuitos in prælia. Sit meus iſta:arguit ab utili:utile eſt ne uobis cũ populi arma coniungant:nam ſi nemo uobis arma coniungeret:tunc cũ ciuis ciuem:pater filium:filius pr̃em:frater fratrem uiderit:arma comprimet:nec erit q audeat tm̃ ſcelus cõmittere:ut primus bellũ ciuile incipiat:ex quo ſequitur:ut tam tetri tãq; nepharii belli inſiſtet finis. Fata:fortunas. Alius miles.i.ne ullorum populorum auxilia ſequantur. Cui non:ſi ciues cum ciuibus : parentes filiis coniuncti fuerint : qs erit qui audeat arma miſcere? ergo finem habebunt bella ciuilia. Languebit:torpeſcet. Conſpecto:uiſo patre nemo eũ uulnerare audebit. Finis adeſt rerum.i. finis eſt bellorum ciuilium:ſi non conceditis arma externis. Arma quibus eſt fas .i.externis:tunc eni bellum locũ habebit.

Sciret adhuc cælo ſolum regnare tonantem:
Adde quod innumeræ concurrunt undiq; gentes
Nec ſic horret iners ſcelerum contagia mundus
Vt gladiis egeant ciuilia bella coactis.
Sit mens iſta quidem cunctis ut ueſtra recuſent
Fata:nec hæc:alius committat prælia miles.
Cui non conſpecto languebit dextra parente?
Telaque diuerſi prohibebunt ſpargere fratres:
Finis adeſt rerum : ſi non committitis illis
Arma quibus fas eſt:nobis hæc ſumma precandi
Terribiles aquilas:infeſtaque ſigna relinquas
Vrbe procul:noſtriſque uelis te credere muris.
Excludique ſinas admiſſo cæſare bellum.
Sit locus exceptus ſceleri:magnoque:tibique
Tutus:ut inuictæ fatum ſi conſulat urbi:
Fœdera ſi placeant:ſit quo ueniatis inermes.
Vel cum tanta uocant diſcrimina maris iberi
Quid rapidum deflectis iter? non pondera rerũ
Nec momenta ſumus:nunquam felicibus armis
Vſa manus patriæ primis a ſedibus exul
Et poſt tranſlatas exuſtæ phocidos arces.
Mœnibus exiguis alieno in littore tuti.
Illuſtrat quos ſola fides:ſi claudere muros
Obſidione paras:& ui perfringere portas:

Hæc nobis ſumma:Maſſilienſiũ legati hic ſe gratos oñdunt : ꝙ uidelicet Cæſarem recipere uelint dimiſſo tñ exercitu:q de ſe benemeritus fuerat:ná deuictis gallis maximis uectigalibus aucti fuerũt maſſilienſes o cæſar:ut nos beneficiorum gratos intelligaſ placet:ut dimiſſo exercitu ipſe ingrediaris mœnia noſtra. Credere: cõmittere. Excludiq; ſinas:arguit a parte honeſti ab ea parte quá Cicero par appellat.par eſt ꝙ inter oẽs æquabile:eſt uidelicet ut oẽs pacis rõnem habeant : nos ergo hanc pacis rõnem habere uolumus: ut ſit ciuitas noſtra receptaculũ tibi & Põpeio:ubi de pace tractare poſſitis. Sit locus.ſ.ciuitas noſtra. Exceptus:remotus a ſcelere. Tutus locus:uidelicet ciuitas noſtra ad quá uos recipientes tuti eẽ poſſitis. Fatum ſi conſulat:ſi fata uoluerit conſulere paci urbis romanæ paratus ſit locus tibi & Pompeio pacis auctoribus.

Vrbi inuictæ.ſ.romæ:quæ a nullis externis uinci potuit. Fœdera:pacis int̃ uos.

Sit.ſ.urbs noſtra. Vel cũ : a partibus prudẽtiæ arguit quæ ſunt tres:memoria: intelligentia:& prouidentia:primo ab intelligentia arguit. nam prudentis eſt maiora minoribus anteponere cum bellum hiſpanum ſit maius q̃ oppugnatio Maſſiliæ o Cæſar:quid eſt cur nõ omiſſa oppugnatione Maſſiliæ debeas ad bellum hiſpanum proficiſci? Cum tanta uocẽt:o Cæſar cum ire feſtines in hiſpaniam:quid non relicta Maſſilia properas in hiſpaniam:quod maioris eſt momẽti? Deflectis: declinas. Tanta diſcrimina:tanta bella & certamina. Martis hiberi:hiſpani belli. Non pon.quia comparatione belli hiſpanienſis:nos non ſumus pondera belli. Nec ſumus momenta .i. non ſumus utiles bello quia ſemper infeliciter dimicamus. Nunq̃ felicibus armis : a partibns memoriæ arguit o Cæſar non debes nos ita tibi facere ſocios in bello ciuili:qui ſemper infelices fuimus in bellis?ergo a partibus prudentiæ.i. memoria:nam memoria præteritorum facit:ut futura prouideamus. Et poſt tranſlatas : poſtq̃ barbari urbem noſtram incendio cremarunt:ſemper animus noſter infelix fuit:& hanc urbem poſuimus in ripis rhodani ſola fide tuti:fideles igitur ſe Cæſari oſtendunt ut ſibi parcere uelit. Manus patriæ:urbis noſtræ. Poſt arces : poſtq̃ ſedem e græcia tranſtulimus in galliam. Exuſtæ:a barbaris cum Xerxes penetrauit in græciam. Mœnibus exiguis:ſcilicet comparatione urbis phocidos. Littore alieno:ſcilicet rhodani. Sola fides:nullo bello ſumus illuſtres:ſed fide tantum. Si claudere muros:a difficili arguit:difficile eſt enim o cæſar uincere eos qui parati ſunt extrema quæq; pati:ſunt enim ipſa deſperatione fortes:ũde Lucanus alibi. Vincitur haud gratis iugulo qui prouocat hoſtem.hic poſita eſt magna pars deliberatiuæ conſtitutionis:ſed ſi credis facile nos poſſe oppugnari:hanc ſpem deponas:nos enim extrema mala pati parati ſumus:etiam ſi auertas undas : puteos in uiſceribus terræ quæremus;& ſi inopia commeatuum nos premere tentabis:noſtra ipſorum uiſcera laniare parati ſumus:& morte potius affligere nos q̃ a fide populi romani deficiamus. Claudere muros:circumuallare mœnia noſtra ne quis egredi poſſit ut nos fame expugnare poſſis.



Excepiſſe:pro excipere. Faces tectis.i.parati ſumus etiam uidere domos noſtras incendi. Vndarum raptos:parati ſumus ẽt ſi fontes auertis ne rhodanus per urbem noſtram labatur:effodere terram:& in ipſis terræ uiſceribus iuenire aquas. Lambere terram:non ſolũ aquá:ſed aquam terræ mixtam bibemus. Et deſit: ſi etiam fame oppreſſeris parati ſumus ea facere quæ nefas eſſet dicere:ne dum uidere:ſignificant ſe nec uiſceribus quidẽ filiorum parcere paratos eſſe. Et.ſ.ſumus parati. Si larga ceres:ſi copia frumẽti deerit.deam pro frumento poſuit. Fœda contingi.i.fœda contactu. Nec pauet.h.p.non dubitamus inquit ſuſtinere quod ſaguntini aliquando ſuſtinuerunt potius q̃ amiſſa libertate in p̃tãtem tuam uenire.

Excepiſſe faces tectis & templa parati:
Vndarum raptos auerſis fontibus hauſtus
Quærere:& effoſſam ſitientes lambere terram.
Et deſit ſi larga ceres:tunc horrida cerni
Fœdaque contingi maculato corpora morſu.
Nec pauet hic populus pro libertate ſubire
Obſeſſum pœno geſſit quod marte ſaguntum.
Pectoribus rapti matrum : fruſtraque trahentes
Vbera ſicca fame medios mittentur in ignes.
Vxor & a caro poſcet ſibi fata marito.
Vulnera miſcebunt fratres:bellumque coacti
Hoc potius ciuile gerent. ſic graia iuuentus
Finierat: cum turbato iam prodita uultu
Ira ducis tandem teſtata eſt uoce dolorem:
Vana mouet graios noſtri fiducia curſus:
Quáuis heſperium mundi properemus in axem
Maſſiliam delere uacat. gaudete cohortes
Obuia præbentur fatorum munere bella.
Ventus ut amittit uires:niſi robora denſæ
Occurrant ſyluæ ſpatio diffuſus inani.
Vtque perit magnus nullis obſtantibus ignis
Sic hoſtes mihi deeſſe nocet:damnũq; putamus
Armorum:niſi qui uinci potuere rebellent.
Sed ſi ſolus eam dimiſſis degener armis
Tunc mihi tecta patent:iam non excludere tantũ.
Incluſiſſe uolunt:at enim contagia belli

Saguntum ãt hiſpaniæ oppidum cá fuit ſecundi belli punici:ut dicit Liuius : Cum ſocii populi romani ſaguntini eſſent: Hánibal diu eos obſedit:cũ uero ad extremũ uſq; perueniſſent fidemq; ſeruare promiſiſſent:ne in poteſtatem Hannibalis uenirent rogũ in medio foro ſtruxerunt : quo ſe ſuaq; oia cara ſuperiecerunt. Hic populus.ſ.Maſſilienſis. Subire.ſ.extremũ.

Pœno marte:aphricano bello. Pectoribus rapti:præterea auulſos a pectoribus matrum liberos in medios rogos proiiciemus. Sicca ubera.ſ.lacte:quia fame afflictæ lac habere nõ poterunt. In ignes .ſ.accenſos in foro. Fruſtra:unũ ſequit̃ ex reliquo:qa ſicca ubera:ideo fruſtra trahentur. Vxor & a caro : præterea mulieres nolent uiuere:imo uxor poſcet maritũ ut ſe interficiat. Fata:mortẽ. Miſcebunt:confundent:quia fratres alios occident. Bellumq; coacti:ſi coacti erimus bella gerere potius í urbe noſtra faciemus ut nos ciues mutuo occidamus q̃ te ſeq̃muro Cæſar. Hoc ciuile:potius.ſ.q̃ tuum. Sic graia iuuentus:iamdudũ dicentibus Maſſilienſium legatis uultu ſuo oñdit indignationem Cæſar: quẽ ſtatim ſilẽtibus illis:uerbis oſtendit. Graia iuuentus.i. Maſſilienſes: qui a phocide ciuitate græciæ uenerunt. Turbato iam.ſ.anteq̃ loqueretur. Vana mouet: pro exordio poſuit hunc uerſum.Creditis uos Maſſilienſes uerbis ueſtris diſſuadere : ne faciam quod iam aio propoſui?in hoc uerſu conſiſtit proprietas procemii : beniuolẽtiam captat a perſona aduerſariorum:in contẽptionem adducit graios:arguens eoꝝ leuitatem. Quáuis heſperium:refellit qđ dixerant ſatius eſſe inferre bellum hiſpanis q̃ oppugnare Maſſiliam:dicit Cæſar ſi de duobus alterũ eligendũ eſſet:uerũ fateor ſatius fore bellũ hiſpanũ conficere:omiſſa oppugnatione Maſſiliæ:ſed ſi utrunq; poſſum efficere:ſatius eſſe exiſtimo. Vacat.i.uacuum eſt nobis tp̃s & ſpacium delere uos. In heſperium axẽ:in hiſpaniam quæ eſt in occidẽte. Gaudete cohortes:arguit ab utili:dicit enim utile eſt oppugnare maſſiliam o cõmilitones:ne uires ueſtræ ocio langueſcant:qa excitabuntur uires in oppugnatione Maſſiliæ. Fatorum munere.i.dii ita uoluerunt & inſtar muneris diuini hoc eſſe debet:uidelicet ut oppugnetis hác urbem.

Ventus:exornat hanc argumentationẽ a ſimili:quemadmodũ inquit uentus cũ perflat ſiie uires non uidetur:qa oia ſibi patent:ſed ſi obſtiterit aliquid:uehemẽtior efficit̃:ſic & uobis ſi patefacta eſſent oia uires deficerent:ſed ſi qd obſtiterit exaugebuntur uires ueſtræ. Denſæ ſyluæ:caſus genitiui. Robora:arbores. Occurrant:reſiſtant. Inani ſpacio:uacuo quia omnia patent nihil reſiſtit:ideo uentus languidior efficitur. Armorum:militũ. Niſi qui uinci p.r.i.niſi uobis aduerſarii ſint & rebelles:qui tñ a uobis uinci poſſint. Sed ſi ſolus eá:nũc refellit illá partem quá dixerát maſſiliẽſes:ꝙ parati eẽnt exercitu dimiſſo Cæſarem ſuſcipere : dicit .n.hoc illos non q̃ſi gratos:ſed q̃ſi ꝓditores obtuliſſe:ꝙ ipſum ſine exercitu excipe uellent ut incluſum illũ perdant. Si ſolus eá.i.ſi ego ſolus ire uoluero:ſine exercitu oia mihi patebunt. Degener:ignauus. Dimiſſis armis:ut inermis ingrediar urbẽ. Iá non excludere tm̃:qa non ſolum uolunt me excludere:ſed etiam includere. Incluſiſſe:pro includere. At cum:dicunt ſe uelle facere hoc ne polluantur ſanguine belloꝝ ciuilium.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Dira fugant. dabitis pœnas pro pace petita:
Et nihil eſſe meo diſcetis tutius æuo
Quam duce me bellum. ſic poſtq̃ fatus ad urbem
Haud trepidam conuertit iter: tunc mœnia clauſa
Conſpicit: & denſa iuuenum uallata corona
Haud procul a muris tumulus ſurgentis in altum
Telluris: paruum diffuſo uertice campum
Explicat. hæc patiens longo munimine cingi
Viſa duci rupes: tutiſque aptiſſima caſtris.
Proxima pars urbis; cælſam conſcendit in arcem
Par tumulo mediiſque ſedent conuallibus arua
Tunc res immenſo placuit ſtatura labore
Aggere diuerſos uaſto committere colles.
Sed prius ut totam qua terra cingitur urbem
Clauderet a ſummis perduxit ad æquora caſtris
Longum cæſar opus: fonteſque & pabula campi
Amplexus foſſa: denſas tollentia pinnas
Ceſpitibus crudaque extruxit brachia terra.
Iam ſatis hoc graiæ memorandum; contigit urbi
Aeternumque decus: quod non impulſa nec ipſo
Strata metu: tenuit flagrantis in omnia belli
Præcipitem curſum: raptiſque a cæſare cunctis
Vincitur una mora: q̃tum eſt quod fata tenentur
Quodque uirum toti ꝓperans imponere mũdo
Hos perdit fortuna dies: tunc omnia late
Procumbunt nemora: & ſpoliãtur robore ſyluæ:
Vt cum terra leuis mediam: uirgultaque molem

Pro pace petita: quia utriuſq; cauſam pacis eſſe uolebant: quod quia honeſtum erat negare non poterat cæſar: ſed inutile dicit eſſe. Ad eũ: quia dicunt ſe nolle pollui ſanguine ciuili: ſed pro pace uobis bellũ dabo: ita que probatũ faciam: ut intelligatis nihil tutius eſſe q̃ bellum me duce. Fugant: a ſe. Contagia dira belli: ꝑ contagionem diri belli. Et nihil: ꝗ illi honeſtũ dicunt: cæſar illis parum tutũ & utile eſſe demonſtrat. Aeuo: ætate mea. dum ego ſum uiuus. Duce me. ſ. cæſare. i. cuius belli dux fuero: in eo bello ſemper uictoria parata erit. Haud: non timentẽ quia uenienti portas clauſas obiecerunt. Vallata: circundata: quia in mœnia iuuentus aſcẽdit: & parata erat pro defenſione p̃riæ pugnare. Haud procul: nũc dicit quid fecerit cæſar: poſtq̃ obſtinate uidit Maſſilienſes ĩ propoſito perſiſtere: ne cum exercitu urbem ingrederetur: circunſpexit diligenter ſitũ urbis: & tumulũ uidit æqualẽ altitudine muris: & ubi caſtra poni poſſent: & ut ipſum coniungeret: qua parte aqua erat: ubi exercitumq; aquarum copia tueri poſſet ſtatuit eũ collẽ occupare. & illum foſſa uallóq; circundare.

Procul a muris. i. circa muros. Vertice: quia in ſummo uertice eſt planicies. Paruum campũ: paruã planiciem pro qualitate tumuli. Patiens: apta. Longo mu. cin. i. circundari longo uallo. Tutiſſima caſtris: ꝗ in colle caſtra poſita ab oĩ hoſtium ĩpetu tuta eſſent. Proxima pars ur. quæ ex oppoſito erat tumulo & propinqua ei arcem habebat. Par tumulo: quia altitudine mœnia urbis ubi arx fuit: erant æqualia tumulo. Par: altitudine æqualiſ.

Mediis con. nã inter urbẽ & tumulum media conuallis erat plana: cõuallis dicit̃ quæ inter duas altitudines media eſt poſita: uallis uero dr̃ reſpectu altioris loci. Sedent: iacent. Mediis. ſ. inter collẽ urbis & tumulum a cæſare captũ. Tunc res: q̃tũ operis ſuſcipiebat̃ ab ĩperatore ro. qđ ẽt ſuſceptũ perfeci declarat. placuit igitur cæſari aggerẽ ducere a tumulo: ubi caſtra poſuerat ad aliũ tumulũ ubi poſita erat arx urbis: ut urbs facile expugnari poſſet.

Placuit: cæſari. Diuerſos col. i. urbis & caſtrorum. Cõmittere: cõiũgere. Statura: cõſtatura. Sed prius: ſed ea parte qua urbs in plano ſita erat: uallis lata fuit arx ĩ colle erat poſita: ergo anteq̃ aggerẽ cũ arce coniungeret Cæſar ſtatuit munitiones oppõere: ne quis egredi poſſet: & ut aquam includeret: unde oĩs exercitus aquari poſſet. Terra cingitur. i. a plano: colle uero non. A ſummis caſtris: ab altitudine tumuli: in quo caſtra erant. Prius. i. ante q̃ collem caſtrorum & urbis cõiungeret. Amplexus foſſa: quia duo brachia terræ in uertice collis deduxit: ut clauderet urbem: & aquatũ ut ire poſſent milites. Ceſpitibus cruda terra: expoſitio eſt unũ alterius: ceſpes dr̃ pars terræ cũ uiridi herba auulſa. Extruxit: incumulauit. Tollentia: erigẽtia. Pinnas. i. propugnacula: qa ſupra aggerem propugnacula ædificauit a quibus milites mœnia urbis oppugnarent. Iam ſatis hoc: non potuit non honorificum & glorioſum eſſe Maſſilienſibus: ꝗ potuerint ĩpetum cæſaris retinere. Iam ſatis: etiam ſi nihil aliud feciſſent. Curſum: belli cæſaris. Strata metu: inducta metu: quo cæteræ urbes inducebantur. Flagrantis: ardentis in oĩa. Cunctis: urbibus. Vna. ſ. urbs maſſilia uicitur mora. Quantũ eſt. i. q̃tũ eſt glorioſum. q. d. q̃ magnũ & mirũ. Quod fata tenentur: tardantur. fortũa enim quæ cæſarem dñm terrarum orbis facere uolebat: potuit retardari. Perdit dies: ſcilicet in oppugnãda Maſſilia. Tunc omnia late: ad ſtruendos aggeres & ad circũuallandam urbem omnes ſyluæ cæduntur.

Robore. i. arboribus: hoc faciebat ne rueret agger. Arctet: ut coniungat. Leuis terra: quia cũ primum terra defoditur leuior eſt: ſed euulſa deinde grauior fit: uel paulo ante effoſſa: ideo uidebatur non denſa: ſed inſtabilis. Virgulta: quæ innata erant terræ ſtructuram non ſinebant cõdenſari: ideo agger uidebatur inſtabilis.

Suſpendant: ſtructa laterum compage ligatam
Arctet humum preſſus ne cedat turribus agger.
Lucus erat longo nunquam u olatus ab æuo
Obſcurum cingens connexis aera ramis.
Et gelidas alte ſummotis ſolibus umbras.
Hunc non ruricolæ panes: nemorumque potentes
Siluani: nymphæque tenent. ſed barbara ritu
Sacra deum ſtructæ diris altaribus aræ.
Omnis & humanis luſtrata cruoribus arbos.
Siqua fidem meruit ſuperos mirata uetuſtas:
Illis & uolucres metuunt inſiſtere ramis:
Et luſtris recubare feræ. nec uentus in illas
Incubuit ſyluas: excuſſaque nubibus atris
Fulgura: non ullis frondem præbentibus auris
Arboribus ſuus horror ineſt: tunc plurima nigris
Fontibus unda cadit: ſimulacraque mœſta deoꝝ
Arte carent: cæſiſque extant informia truncis.
Ipſe ſitus: putrique facit iam robore pallor
Attonitos: non uulgatis ſacrata figuris
Numina ſic metuunt: tantum terroribus addit
Quos timeant non noſce deos: iam fama ferebat
Sæpe cauas motu terræ mugire cauernas.
Et procumbentes iterum conſurgere taxos.
Et non ardentis fulgere incendia ſyluæ:
Roboraque amplexos circumfluxiſſe dracones.
Non illum cultu populi propiore frequentant:
Sed ceſſere deis: medio cum phœbus in axe eſt.

Compage iacit uallo. Laterum: quia extrinſecus uallum faciebat: & quum duceret utrinque uallum medius ſtringebatur agger. Preſſus ne. q̃obrem uult ſtringere terram: quia turres ſuper aggerem ædificare uolebat: ne agger rueret: ut circunuallata foſſa & terra condenſata ſtabilior fieret. Lucus erat: nunc deſcribit Lucũ qui haud procul ab urbe erat: ĩcerto tamen deo conſecratus: Nam cum Lucus dicitur de religione ĩtelligimus.

Obſcurum aera connexis ramis: unũ ex ſequitur ex altero: quia a nullo cæſus: ideo denſus uidebatur. Summotis ſolibus: quia illuc uſque radii ſolis penetrare non poterant: ideo opacitatem reddeba. Hunc: dicit hũc lucum non panes: non ſyluanos deos ſyluarum habitaſſe: nõ nymphas quæ nemoribus præeſſe dicuntur. Panes: dii paſtorum. Nymphæ: dryades: quæ ſyluas habitant: & hamadryades: quæ cum quercubus ſimul naſcuntur & pereunt. Sacra. bar. ritu. deum: quia nullus deus erat certus: ſed colebatur more deorum: Vnde dixit Barbara. Luſtrata: purgata. Humanis cruoribus: quia ibi humanæ uictimæ immolabantur. Si qua fidem meruit: tametſi ignarus eſſet deus: cui lucus iſte conſecratus eſſet: tamẽ tanta apud homines reuerentia: immo etiam in ſtupore fuit: ut lucum hunc ipſi ĩgredi pauerẽt.

Si qua fidem meruit. ideſt ſi credi poſſet ꝗ religionem admirabantur: profecto id quoque dixerunt uolucres horruiſſe ſyluis illis inſiſtere. Inſiſtere: inſiſto alibi habe etiam accuſatiuũ Virgi. Nulli fas caſto ſceleratum iſiſtere limen. Luſtris: cubilibus ferarum. Nec uentus: ideſt uẽtus quoque horret illas ſyluas infringere.

Fulgura: non audent illas arbores infringere. Nubibus atris: tetigit naturã fulminis nam ex nubibus colliſis fulmen erumpit. Non ullis auris: quia auræ. ſunt cauſa ut arbores frõdeſcãt & flores emittant: cum propter opacitatem radii ſolis non ingrediantur. Suus horror: ſua reuerentia ineſt arboribus. Tum plurima: ibi ſunt fontes quorum unda nigerrima ſimilis eſt umbræ arborum: & tenebris luci ſimillima. Simulacraque mœſta: ſunt etiam ſimulacra deorum: non fabrefacta: ſed tantũmodo manibus aggreſtium per dolata. Arte carent: non artificioſe ſed rudi arte effecta. Extant informia truncis: quia in ipſis arboribus inciſæ ſunt formæ deorum. Situs: pro antiquitate ponitur: ſed proprie ſitus eſt lanugo quædam quæ ex humore innaſcitur locis ſole carentibus: ſicut ĩ cellis uinariis apparet & ſyluis. Facit: reddit. Pallor: unum ex reliquo ſequitur quia robora putrida ſunt: ideo pallent. Non ſic metuunt: non uſque adeo ĩquit imagĩes deorum iam dudũ templis ded catæ plus timoris afferunt q̃ aſpera arborum facies. Vulgatis: celebratis iampridem. Tantum terroribus addit: hoc ipſum magis timent: quia neſciunt quem deum timeant. Iam fama fe: iam fama uulgata erat inquit ꝗ auditi ſunt mugitus ex cauernis terræ erumpentes: & taxos arbores: nunc quidem cadere: nunc iterum reſurgere. Ferebat: dicebat. Cauernas: quia concuſſa terra ex cauernis mugitus quaſi erumpere uidebatur. Et: ſcilicet fama erat ardere ſyluam: neque tamen comburi: ꝗ ignis deorum facit. ut ardere aliquid uideatur: nec tamen comburitur: ſicut Virgilius dicit de Iulo in cuius uertice ignis erat: tamen de hiſtoria ſumptum eſt: ꝗ uidelicet in domo Tarquini priſci puer Seruius tullus de ſerua natus erat: qui nutriebatur in domo regia: in cuius capitis uertice ſtatim flamma ſuperuenit: ut crines eius ardere uiderentur: tamen innoxia illa flamma fuit. Non ardentis: ut ardere uideretur nec combureretur. Roboraque: fama ferebat dracones eſſe qui complecterentur arbores: deinde ſubito confluere. Non illum: non audent homines uenerari illos deos: quia non audent cominus accedere: ſed procul abſiſtunt. Pauet ipſe ſacerdos: immo ipſe ſacerdos: cuius curæ lu-



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cus ille demandatus erat:non audebat propius accedere. Cum phœbus in axe eſt:nec medio die:nec me[illegible] nocte audet ire. Medio axe:ideſt meridie. nam dicunt Laruas ideſt imagines & ſpiritus & umbras in terras uenientes hominibus plærunque nocere:ita & media nocte umbras errare ideſt manes: ideo dicit ſacerdotem timere:cui demandata erat luci cura in ipſo meridie. Dominum luci:ideſt ipſum deum:in cuius tutela lucus erat. Hanc iubet:cauſa cur luci huius religionem tam late deſcripſerit poeta:hæc eſt:ut oſtendat in Cæſare cõtemptum deorum:unde in partes Pompeii Lucanus inclinare uidetur:nunc dicit tametſi omnes gentes hunc

Aut cælum nox atra tenet.pauet ipſe ſacerdos
Acceſſus:dominumque timet deprendere luci.
Hanc iubet immiſſo ſyluam procumbere ferro.
Nam uicina operi: belloque intacta priore
Inter nudatos ſtabat denſiſſima montes.
Sed fortes tremuere manus motique uerenda
Maieſtate loci.ſi robora ſacra ferirent:
In ſua credebant redituras membra ſecures.
Implicitas magno cæſar torpore cohortes
Vt uidit:primus raptam librare bipennem
Auſus:& æthercam ferro proſcindere quercum:
Effatur merſo uiolata in robora ferro:
Iam nequis ueſtrum dubitet ſubuertere ſyluam
Credite me feciſſe nefas:tunc paruit omnis
Imperiis non ſublato ſecura pauore
Turba:ſed expenſa ſuperorum & cæſaris ira:
Procumbunt orni:nodoſa impellitur illex:
Syluaque dodones:& fluctibus aptior alnus:
Et non plæbeios luctus teſtata cupreſſus:
Tunc primum poſuere comas:& fronde carentes
Admiſere diem:propulſaque robore denſo
Suſtinuit ſe ſylua cadens: gemuere uidentes
Gallorum populi: muris ſed clauſa iuuentus
Exultat.quis enim læſos impune putaret
Eſſe deos? ſeruat multos fortuna nocentes:
Et tantum miſeris iraſci numina poſſunt.

lucum: ut pote religione ductæ ueneraretur:& ipſi milites Cæſaris horrerent:tamẽ Cæſar detracta e manibus militum ſecuri:primus arbores incidere cœpit:ut exemplo eius milites moti idem facerent. Nãque uicina operi:quia commoda erat munitioni quam circa urbem facere parabat.

Inter nudatos:alii qdem montes nudati erant ſyluis & arboribus: ſed ſola ſylua intacta erat & inuiolata. Nudatos: ſpoliatos arboribus. Sed fortes tre.manus: militibus qdem iuſſit incidere ſyluam Cæſar.ſed tamen militum manus quis fortium non ſunt auſæ euertere ſyluam. Motique uerenda.m.l. metuebant ne ſi ĩciderẽ cœpiſſent arbores ab arboribus in ſua ipſorum corpora reſilirent ſecures. Implicitas magno:Cæſar de manibus militis rapuit ſecurim & proceram quercum incidere cœpit:& cum immiſiſſet in arborem bipennem inquit:ne quis ueſtrum contra religionem timeat facere: hanc mihi culpam attribuite: qui prius hoc nefas ſine terrore commiſerim. Torpore:ne auderent incidere arbores. Vibrare:mittere.

Aeriam:proceram. Feciſſe nefas:id eſt culpam mihi tribuite. Non ſublato pauore:quamuis uidiſſent milites Cæſarem bipenni ĩcidere arborem illã: nondũ tamen erant ſine metu. Sed expenſa:id eſt librata ira deorum & cæſaris: quia hinc cæſaris:inde deorum metuebant iram: iõ incerti erant quid facerent: tamen non ſine metu inciderunt ſyluam. Syluaque dodones:ideſt quercus. dodõe ſylua chaoniæ fuit in epiro: quæ abundabat quercubus:in cuius ramis columbæ ĩſidentes reſponſa dabant:ideo per excellentiam dixit:ſyluaque dodones. Aptior alnus:nam ex alno arbore fiunt tabulæ quibus naues ædificantur. Cupreſſus luctus:quia cupreſſi arboris rami ſolebant apponi poſtibus ædium principum:in quibus aliquod funus erat.unde cupreſſus poſtibus affixa ſignum erat domum funeſtam eſſe:ideo autem affigebatur:quia ſemel cæſa non repululat:quemadmodum ſemel mortuus non reuiuiſcit. Luctus non plæbeos:ideſt pricipiũ. Tũc primum:quia nunq̃ antea cæſa fuerat. Admiſere diem:ideſt accepere lucem:nam antea denſitate arborũ lux eo penetrare nequiuerat. Propulſaque robore denſo:quia arbores cadebant aliæ in alias:ideo arbor arborẽ ſuſtinebat. Gemuere uidentes:cum id Galli uidiſſent gemitum dedere:neque enim ſine dolore id intueri poterant:ut quam ſyluam uenerati fuerant:eam nunc euerti uiderent.oppidani Maſſilenſes qui pro mœnibus ſteterant:ut urbem ab oppugnatione hoſtium defenderent:gauiſi ſunt: neque enim dubitabant futurum: quin deorum numen læſum ſupplicia de hoſtibus ſumeret:ſed aliter ĩquit euenit atque illi putauerunt:nam non oĩbus numina iraſcuntur:ſed miſeris tantum. Videntes: ſcilicet arbores illius ſyluæ religione patrum iam diu ſeruatæ:euerti. Seruat multos:ſed fefellerunt opinionem eorum.quia non ſemper nocentes puniuntur: ſed plærunque ſeruantur. Miſeris:iam non miſer erat Cæſar:ſed felix:ideo nullam deorum iram ſentire potuit. huic contraria eſt ſententia Iuuenalis contemnere fulmina pauper creditur atque deos dis ignoſcentibus ipſis

Vtque ſatis:poſtquam ſatis arborum uiſum eſt inciſum:ex omni agro plauſtra aduecta ſunt: quibus abores. ueherentur:& agricolæ doluerunt:ꝙ raptis iuuencis ab aratro agros colere non poterant. Plauſtra: ferunt:ipſas arbores. Fleuere annum agri:quia ſolum ceſſabat & ſteriles erant agri:quia arari ſolum nequiuerat raptis iuuencis. Dux tamen:Cæſar quis occupatus eſſet in obſidenda urbe Maſſilienſium:tamen poſtponere noluit bellum hiſpanum:quia obſidionem illam diuturni temporis futuram uidebat:ideo demandauit militibus ſuis oppugnationem urbis:& ipſe in Hiſpaniam profectus eſt. Tamen:quamuis adeo perſeueranter Cæſar inſiſteret in propoſito oppugnandæ urbis. Ad mœnia:quæ tam obſtinate defenderentur ab hoſtibus. Ex

Vtque ſatis cæſi nemoris:quæſita per agros
Plauſtra ferunt: curuoque ſoli ceſſantis aratro
Agricolæ raptis annum fleuere iuuencis.
Dux tamen impatiens hæſuri ad mœnia martis
Verſus ad hiſpanas acies extremaque mundi
Iuſſit bella geri:ſtellatis axibus agger
Erigitur:geminaſque æquantes mœnia turres
Accipit:hæ nullo fixerunt robore terram.
Sed per iter longum cauſa repſere latenti.
Cum tantum mutaret onus telluris inanes
Concuſſiſſe ſinus:quærentem erumpere uentum
Credidit:& muros mirata eſt ſtare iuuentus.
Illinc tela cadunt excælſas urbis in arces:
Sed maior graio romana in corpora ferro
Vis inerat. nec enim ſolis excuſſa lacertis
Lancea:ſed tenſo baliſtæ turbine rapta
Haud unum contenta latus tranſire quieſcit:
Sed pãdens perque arma uiam perq; oſſa relicta
Morte fugit.ſuperat cælo poſt uulnera curſus.
At ſaxum quotiens ingenti uerberis ictu
Excutitur.qualis rupes quam a uertice montis
Abſcidit impulſu uentorum adiuta uetuſtas
Frangit cuncta ruens:nec tantum corpora preſſa
Exanimat:totos cum ſanguine diſſipat artus.
Vt tamen hoſtiles denſa teſtudine muros

tremaq; mundi: ideſt ad extremitates mũdi ideſt hiſpaniam.eſt enim ephexegeſis.

Iuſſis bella geri: ſcilicet ducibus ſuis ut terreſtre bellum gereret Trebonius: Maritimum uero Decius Brutus. Stellatis: hi duces Trebonius & Decius: ſtatim executi ſunt iuſſa ducis: primum quidem inquit erigitur agger in cælum: nam ſignificat altitudinem aggeris per hyperbolem: qui ad cælum uſque erectus fuiſſet. Stellatis axibus:uſque in cælum: nam axis polus appellatur. Accipit: agger quidem altiſſimus:& ſuper aggerẽ duæ turres ſurgebant. Aequantes mœnia: ideſt quæ tantæ altitudĩs erant: quantæ mœnia urbis: ideo id fecerunt duces Cæſariani: ut ex his turribus tela in oppidanos immittere poſſent. Hæ:ſcilicet turres. Fixerunt terram.n.r.ideſt humi non ſunt fundatæ:ſed ſubiectis rotis quocunque uellent impelli facile poterant. Sed per iter longum ideſt in longum ſpacium & tractum uectæ ſunt ignorãtibus oppidanis.

Latenti:ideſt occulta oppidanis cum tãtum oppidani:cum uiderent turres moueri crediderunt terremotum eſſe. Iuuentus:ſcilicet Maſſilienſis:quæ corona circũdiderat mœnia:& parata erat ad ꝓpugnationem patriæ credidit erumpere uẽtum.

Onus:ſcilicet turrium. Nutaret:cõcuteretur. Telluris inanes.c.s.cauſam oſtendit terremotus: nam phyſici:qui latẽtes rerum cauſas inueſtigant:dixerunt hãc cauſam eſſe terremotus:ut cum uentus ꝑ cauernas ingreſſus fuerit in uiſcera terræ: & cum exire uoluerit nõ reperto exitu terram impulſu ſuo erumpit:& ita terremotum efficit. Erumpere:ſcilicet e terra. Inanes ſinus: ideſt gremium uacuũ terræ. Mirata muros ſtare:mirabantur ergo ꝙ mouerentur turres: & ſua mœnia firma ſtarent. Illinc tela:dicit ad quem effectum turres ædificatæ fuerint:tela enim miſſa a ro.ſunt in arcem maſſilienſium:ſed maiore impetu a Maſſilienſibus tela in Ro.torquebantur:quia non e mœnibus tantum: ſed etiam machinamentis ſaxa torquebant. Ferro:ideſt ferratis telis. Vis:impetus. Tenſo turbine:Ideſt impetu ſumptum a uento impetuoſo:nam quibuſdam machinis tanto impetu tela mittebantur: ut cum corpora militum pertranſiſſent ſpacium aliquod procederent. Rapta:ideſt raptim acta. Baliſtæ:tenduntur rotis: & ualidi iuuenes rotas torquent:donec erectæ fuerint:ſuper imponuntur terræ rotæ:quæ ualidis manibus reuoluntur:deinde remittuntur. Haud contenta latus:quia cum unius militis latus tranſiuit non cadit:ſed duorum uel trium militum latera tranſit:& tamen etiam ſpacium aliquod ulterius progreditur. Relicta morte:ideſt relictis duobus uel tribus militibus mortuis. Per arma:ideſt per armata corpora. Supereſt curſus:ideſt poſtquam uulnerauit hoſtes:progreditur adhuc telum. At ſaxum:torta quidem lancea magnam faciebat ſtragem in exercitu Cæſaris ſed ſaxa quæ mittebantur non minorem cladem faciebant. Excutitur:emittitur. Ictu uerberis:ſcilicet baliſtæ. Adiuta uetuſtas: quod ſaxum præ nimia uetuſtate abſciſſum uentus impulerat de uertice montis. Cũcta:ſcilicet obſtantia & occurrentia. Nec tantum:nec ſatis eſt ſaxum corpora oppreſſiſſe: niſi etiam oſſa ſimul cum ſanguine diſſipet & diſcutiat. Vt tamen hoſtiles dicit quod remedium adhibuerunt Romani aduerſus turbinem tormentorum quæ mittebantur ab hoſtibus:dicit illos feciſſe teſtudinem: eſt autem teſtudo ſcutorum cum ſcutis inexio:quæ capitibus ſuperimponuntur: ad ſimilitudinem animalis:qua animal teſtudo tectũ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eſt:his tegebantur milites ut mœnibus innocui ſuccederent:deinde cum ſucceſſiſſent tela nocere non poterát: niſi eminus miſſa fuiſſent:ſuccedentibus igitur Romanis ad mœnia Maſſilienſes tela longius mittebant:& milites cæſarianos pertingere non poterant. Tamen:quamuis tanta ſtrages fieret in exercitu Cæſariano. Virtus tecta:ſcilicet teſtudine. Armiſque innexa:teſtudinis diffinitio. Arma:dicuntur ꝙ armos tegant. Vmbo extenſus:declarat quid dixit arma innexa armis:ne alia arma intelligamus ꝙ̃ ſcutum. Vmbo:eſt ſcuti umbilicus ideſt tumor. Quæ prius ex longo:quia niſi ſpacium interpoſitum fuerit iter tela quæ torquentur : ad quod tela peruenerũt: nihil nocere poterũt. Nec graiis:qa occurrebat illud cur nõ flectebát tela maſſilienſes i ipſos ro.qſucceſſerát mœnibus? dicit ñ poterát qa tormẽta tá grauia ſũt:ut ubi ſemel poſita ſũt:ñ facile poſſint torri ordo ẽ:haud facil̃ labor ẽ mutar̃ modũ tormẽti parati ad bella lõgiq̃: nec facilis labor ẽ graiis.i.Maſſilienſibus flectere iactũ. Haud facilis labor:qa fũdát̃ i mœnibus tormẽta. Miſſa:ſcilicet i Ro. Parati tor.paratum quidem erat tormentum longius tela mittere:non autem propius uulnerare. Sed pon.poſtquam maſſilienſes tormentis non ualuerunt conuoluere tela mœnibus ſaxa euoluere cœperunt in Ro. Solo pondere:quia adeo ponderoſa illa ſaxa erant:ut ſine impulſu tormẽtorum ingentem ſtragem facere poſſent.

Dum fuit armorum ſeries : nunc dicit dum ſcutorum cõnexio ſtetit:tela omnia innocua diſceſſerunt:non aliter quá grando tecta percutere ſolet. Armorum ſeries:ideſt teſtudo. Innocua grandine: ideſt non nocenti:quia grando tecta percutit ſed percuſſis tectis nihil nocet. At poſtquam:ſed ubi ciues Maſſilienſes grauia e ſaxorum & generum omnium teliſ teſtudinem ſoluerunt:tunc uulnerare cœperunt:qui antea tecti fuerant. Defeſſo milite:quia ſub ſcutis tecti ſtantes milites defeſſi ſunt:ut diutius ſuſtinere nõ poſſẽt cum tela grauius mitterentur. Perpetuam:ideſt continuam. Cratem:appellauit teſtudinem. Singula: ſeparata & diſſoluta abiiciebantur : cum antea coniuncta reſiſterent. Tunc adopta: diſcuſſa crate:Succeſſit uinea :eſt autem uinea dicta a ſimilitudine uineæ: ꝗ̃ ab agricolis ab una parte tenditur:& ſub hac uinea tecti milites ad mœnia proceſſerunt:& poſito ariete mœnia concutere tentant. Terra leui:non ualde craſſa. Procedit:ad mœnia. Pluteis:plutei dicuntur tabulæ:quibus aliquid præſepitur:ſed proprie ſunt crates crudo corio tectæ ſub quibus latentes milites opus faciebant. Cuius:uineæ quæ tecta erat cratibus. Fronte:prima parte. Molin:pro demolini ideſt deſtruere fundamenta muri. Nunc aries:aries tigillum grauiſſimi ponderis eſt:in cuius extremitate erat ferreum caput arietis:quod quibuſdam machinis retroactum:mox ingenti impetu in murum ita immittebatur ut omnia ſcinderet & perrumperet & dictus eſt aries a ſimilitudine animalis impetum facientis. Suſpenſo:quia ſuſpenditur machinis & funibus. Incuſſus:a militibus. Soluere:pro diſſoluere Imum ſubducere:ideſt,ſaxo qđ erat in fundo remoto poſtea ſternere cætera. Sed ſuper:ſed ipſis oppidanis qui tela grauiſſima mittebant oẽ tegmen ceſſit:& diſſoluta eſt uinea:ſicut & teſtudo:unde milites nudati tegmine in caſtra redire coacti ſunt.

Super:ideſt deſuper. Flammis:quia flammas coniiciebant in uineam. Sudibus:præacutis palis & obuſtis.Virgilius.Sudibuſue præuſtis. Summa uoti fuit:quia antea optabant tantummodo pro uoto ut mœnibus ſe tutos continerent:nunc audẽt in hoſtem protumpe. Nocturni:ideſt ipſi tempore noctis. Faces texere:nam faces ſub armis geſtabant quibus omnia opera Romanorum incenderunt. Erumpit:uidelicet e mœnibus. Non haſta:non tela conſueta Maſſilienſes geſtabant ſed flammas. Incendia:quia igne in mu

T ecta ſubit uirtus:armiſque innexa priores  
A rma ferunt:galeamque extenſus ꝑtegit umbo  
Q uæ prius ex longo nocuerunt miſſa receſſu  
I am poſt terga cadunt:nec graiis flectere iactum  
H aud facilis labor eſt longinqua ad tela parari  
T ormenti mutare modum . ſed pondere ſolo  
C ontenti nudis euoluunt ſaxa lacertis .  
D um fuit armorum ſeries : ut grandine tecta  
I nnocua percuſſa ſonant:ſic omnia tela  
R eſpuit . at poſtq̃ uirtus incenſa uirorum  
P erpetuam rupit defeſſo milite cratem :  
S ingula continuis ceſſerunt ictibus arma.  
T unc adoperta leui procedit uinea terra  
S ub cuius pluteis & tecta fronte latentes  
M oliri nunc ima parant:& uertere ferro  
M œnia : nunc aries ſuſpenſo fortior ictu  
I ncuſſus denſi compagem ſoluere muri  
T entat : & impoſitis imum ſubducere ſaxis  
S ed ſuper & flammis & magnæ fragmine moisl  
E t ſudibus crebris & aduſti roboris ictu  
P ercuſſæ cedunt turres : fruſtraque labore  
E xhauſto feſſus repetit tentoria miles .  
S umma fuit graiis ſtarent ut mœnia uoti :  
V ltro acies inferre parant:armiſque coruſcis  
N octurni texere faces:audaxque iuuentus  
E rumpit:non haſta uiris non lœtifer arcus:  
T elum flamma fuit:rapienſque incendia uentus

nitiones cæſaris iacto uentus ſpirare cœperat:cuius flamma incenſa ſunt fere omnia. Munimina:ideſt per romanam munitionem. Nec q̃uis:& tanta uis tedarum fuit:ut q̃uis uiridis materia eſſet:tamen igne ſtati correpta ſit. Ignis non tardas uires agit:qui non tarde comburit. Robore:ligno uiridi paulo ante cæſo. Cõſequitur:ideſt adæquat. Nigri fumi:quia uiridis materia:ideo fumus exhalabat. Fluxerunt:labefactæ ſunt.

Putri:ideſt ſolubili. Procubuit:agger uſtus cecidit:& maior apparuit ꝗ̃ ante cum erectus erat. Spes uictis: poſtquam uicti ſunt milites Cæſariani oppugnatione terreſtri:ſpem omnem depoſuerunt poſſe mœnia oppugnare. Spes telluris : ideſt ſpes pugnæ terreſtris. Placuitque: quando terreſtris pugna non proceſſerat ſtatuerunt tentare pugnam naualem. Non robore picto: dicit non fuiſſe naues fabrefactas ſed pro tempore celeriter extructas. Tutela fulgens:quia non erat pictus in puppe deus in cuius tutela eſſet: ut piſtrix : neptunus: centaurus:nam ut teſtatur Virgilius naueſ denominabantur a tutela dei : qui in illis pictus erat. Rudis: non elaborata. Cõſeritur:paginatur ad naues . app. Area: quia non uidebatur nauis pondere ſuo moueri:ſed fixa planiciem oſtendebat : in qua milites tanquam í area ſtantes pugnarent. Etiam turrigeram: Iam iquit prætoria nauis bruti præceſſerat: nam Brutus claſſis præfectus erat:Trebonius dux erat pedeſtris exercitus. Turrigeram:ideſt excelſam:ſignificauit illius prætoriam nauẽ

Fluctus.r.quia rhodanus flu.galliæ iuxta maſſiliam urbem decurrit:& mari tyrrheno miſcetur. Stœchades: ſtœchades inſulæ tres ſunt:digna quidem ſatis amplitudine : ſed duæ perexiguæ : eas exercent Maſſilienſes opere ruſtico.Strabo .inſulæ ſunt ſic dictæ ꝙ in ordinem ſunt poſitæ: nam ςτιχ ασ... per ordinem incedere ſignificat. Nec non:ſicuti ſumma ui claſſem temperauerant romani:itidem Maſſilienſes effecerant:qui non ſolum iuuenes ſed ſenes & impuberes armarunt. Accepit:non ſolum claſſis:quæ in undis erat uiros accepit: ſed etiam quæſitæ ſunt naues uetuſtæ & prioribus bellis conquaſſatæ. Emeritas alnos:naues nimia uetuſtate dimiſſas.Tranſlatio a militibus ſeniotibus qui emeriti dicuntur: cum debita ſtipendia peregerunt. Naualibus :deeſt de. Vt matutinos: hic poeta deſcribit quomodo naues utrinque inſtructæ fuerunt:& altera í alteram uehi cœpit:ex quo tunc clamor undique ſublatus eſt & magno impetu concurrere cœperunt. Fregit radios:quia radii percutientes undam franguntur. Liber:ideſt ſerenus. Poſito:ideſt quieſcente ſic.Virgilius.Quum uenti poſuere.

Auſtris tenentibus pacem:quia neque a ſeptentrione:neque a meridie uenti flabant. Seruatum bello:ut uideri poſſet ad id paccatum mare:ut inter ſe concurrerent claſſes. Ab omni ſtatione Romani a ſua:Maſſilienſes a ſua portus:ubi ſemper naues tutæ permanent.Statio uero locus eſt ubi naues ad tempus tempeſtate ſe recipiunt. Paribus:ideſt pariter motis. Tonſis:remis.Tonſæremi dicuntur a tondendo mari ideſt a decutiẽdis fluctibus.Virgilius.In lento luctantur marmore tonſæ. Tremuere:deſcribit motum nauis: quæ quaſi tremere uidetur:cum impellitur a remis. Crebra uerbera:ſcilicet remorum. Conuellunt:e portu commouẽt.

Cornua:nunc dicit quomodo claſſem ſuam Romani inſtruxerint:nam ualidiſſimis arboribus militum Romanorum firmata erant cornua aciei.ſiue terreſtris : ſiue maritima pugna eſſet:ſtruebant acies in modum cornu ad ſimilitudinem lunæ nondum plenæ. Cornua ro.claſſis:ſcilicet in medio poſita. Triremes:quæ tres ordines remorum habent. Quiſque quater:ideſt quatriremes. Extructi remigis: in ordine poſiti.

P er romana tulit celeri munimina curſu.  
N ec quamuis uiridi luctetur robore lentas  
I gnis agit uires:tæda ſed raptus ab omni  
C onſequitur nigri ſpacioſa uolumina fumi.  
N ec ſolum ſyluas ſed ſaxa ingentia ſoluit .  
E t crudæ putri fluxerunt puluere cautes  
P rocubuit:maiorque iacens apparuit agger .  
S pes uictis telluris abit:placuitque profundo  
F ortunam tentare mari.non robore picto  
O rnatas decuit fulgens tutela carinas:  
S ed rudis:& qualis procumbit montibus arbor  
C onſeritur ſtabilis naualibus area bellis.  
E t iam turigerram bruti comitata carinam  
V enerat in fluctus rhodani de gurgite claſſis  
S tœchados arua tenens:necnon & graia iuuẽtus  
O mne ſuum fatis uoluit committere robur .  
G randæuoſque ſenes mixtis armauit ephœbis .  
A ccepit non ſola uiros quæ ſtabat in undis  
C laſſis:& emeritas repetunt naualibus alnos  
V t matutinos ſpargens ſuper æquora phœbus  
F regit aquis radios:& liber nubibus æther :  
E t poſito borea pacemque tenentibus auſtris  
S eruatum bello iacuit mare : mouit ab omni  
Q uiſque ſuam ſtatione ratem:paribuſq; lacertis  
C æſaris hinc puppes:hinc graio remige claſſis  
T ollitur.impulſæ tonſis tremuere carinæ .  
C rebraque ſublimes conuellunt uerbera puppes .  
C ornua romanæ claſſis ualidæque triremes  
Q uaſque quater ſurgens extructi remigis ordo



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Et plures pinus:etiã qnqueremes. Cixere:circũdedere. Apto:patẽti. Oppoſitũ:ut excipet ĩpetũ hoſtilẽ:ſi qs alicũde ĩpetus fieret. Liburnæ:ſed ĩ medio ĩ modũ cornu liburnæ naues poſitæ erãt de qbus Hora. Ibis liburnis ĩter alta nauiũ. Lunata claſſe:qa ĩ modũ lunæ ſemiplenæ erãt. Recedunt.i.medio aciei ſinũ faciũt:ſi.n.claſſis recta ſtetiſſet:cornua ñ fuiſſẽt aciei:ſed cũ dicat in utroq; cornu multas naues circundatas fuiſſe a triremibus:dicit in medio fuiſſe liburnas. Luburnæ:autem ſunt naues a liburnis populis qui adiacent adriatico mari. Vnum ergo ſequitur ex reliquo:quia retro cedunt:ideo claſſem faciunt in lunæ modum. Gemino ordine:qa biremes erant. Prætoria puppis: ſexiremis erat. nam tabernaculum in terra uel in,puppe prætorium dicebatur & magiſtratus ille poterat imponere nomina tabernaculo:unde imperatores qui reliquos dignitate antecedebant prætores appellabantur quaſi præitores ꝗ præirẽt.

Commouet:& plures quæ mergũt æquora pinus
Multiplices cinxere rates:hoc robur aperto
Oppoſitum pelago:lunata claſſe recedunt
Ordine contentæ gemino creuiſſe liburnæ.
Cælſior at cunctis bruti prætoria puppis
Verberibus ſenis agitur:molemque profundo;
Inuehit:& ſummis longe petit æquora remis.
Vt tantum medii fuerat maris:utraque claſſis
Quod ſemel excuſſis poſſet tranſcurrere tonſis:
Innumeræ uaſto miſcentur in æthere uoces.
Remorumque ſonus premitur clamore: nec ullæ
Audiri potuere tubæ:tunc cærula uerrunt.
Atque in tráſtra cadunt:& remis pectora pulſant.
Vt primum roſtris crepuerunt obuia roſtra:
In puppim rediere rates:emiſſaque tela
Aera texerunt:uacuumque cadentia pontum.
Etiam diductis extendunt cornua proris:
Diuerſæque rates laxata claſſe receptæ.
Vt quotiens æſtus zephyris euriſque repugnat
Huc abeunt fluctus:illuc mare:ſic ubi puppes
Sulcato uarios duxerunt gurgite tractus
Quod tulit illa ratis remis:hæc retulit æquor.
Sed graiis habiles pugnamque capeſcere pinus
Et tentare fugam: nec longo frangere gyro
Curſum:nec tarde flectenti cedere clauo.
At romana ratis ſtabilem præbere carinam
Certior:& ſimilem terræ bellantibus uſum.

Agitur:impellitur. Verberibus ſenis ideſt cum ſex ordinibus remorum. Sũmis remis:ideſt altis quia ultimi remi & altiores ſunt & longiores. Vt tantum. Nunc clamor inquit emiſſus eſt ĩgens utrinque:ut etiam ſuo clamore ſtrepitum remorum ac maris occuparent. Tantũ medii maris: ideſt tãtum ſpacium fuit maris in medio utriuſq; claſſis. Semel:uno impetu remorum. Premitur:occultatur. Nec ullæ tubæ: non modo ſtrepitus remorum: ſed nec tubarum audiri poterat. Tunc cerula:tunc uero exorto clamore q̃ maximo potuerunt:utrinque naues impulerunt:ut roſtra roſtris colliderẽtur. Cerula:ſcilicet maria:nam ceruleus color maris ẽ: a græco dictum κεραττοσ la.cornu ſignificat:qui cornu colorem habet mare. Atque in tranſtra cadunt: ſignificat tanto impetu concurriſſe:ut cum remos traherent:ſimul pectora pulſarent & in tranſtra caderent. Vt primum roſtris:poſtquam roſtra roſtris impulſa ſunt repercuſſæ impetu ſuo regreſſa ſunt. Rediere:quia cũ naues retroceſſerunt. Aera texerunt:tantus telorum numerus fuit:ut quaſi ſolem tegerent. Pontum uacuũ: ſcilicet nauibus:ſed telis tectus erat. Iã diductis proris : ſcilicet utrinque ideſt in diuerſas partes ductis:id faciebant:ne ipſi circunuenirentur ab hoſtibus : ſed ipſi hoſtes circunuenirent. Diuerſæque rates: quia Maſſilienſes a ro. & econuerſo recepti ſunt. Laxata claſſe:ideſt cornu facto. Vt quotiens:per ſimilitudinem oſtendit quomodo inter ſe naues commixtæ fuerit:quemadmodum inquit ſæpe euenit:ꝗ diuerſis flantibus uentis fluctus maris impellitur aut repellitur a uentis inter ſe certantibus eodem modo impellebantur & repellebantur aliæ naues ab aliis. Ordo eſt:ſic æquor repellitur. Zephyrus:ab occidente Eurus:ab oriente ſpirat:ideo contrarii ſunt. Abeunt fluctus:undæ recedunt impulſæ ab alio uento. Tractus:ſpacia. Sulcato gurgite:quia in ſulci modum nauis mare diuidit cum impellitur. Tulit:ſcilicet in claſſem Maſſilienſium. Hæc æquor repulit:quia æquor impulſum a Maſſilienſibus repulit ad Ro. Sed graiis:diuerſæ erant naues hoſtium:quia Maſſilienſes habebant naues leues & agiles:ut quocunque uellent impellerent eas: At uero Ro.naues habebant:quæ rudes ædificatæ fuerant:& paulo ante in ſyluis cæſæ. Pinus habiles:ideſt naues pineæ: poſuit materiam pro forma. Laceſſere.i.aptæ ad laceſſendam pugnã hoſtiũ. Tentare fugã:qa cũ paraſſent Ro.claſſem & quacunq; excurrere cœpiſſent:ubi ſe nõ poſſe reſiſtere Maſſiliẽſes ĩtelligerent ſtatĩ refugiebant. Curſum:nauis ſi põderoſa fuerit:nõ facile flecti põt ĩ gyꝛ:ſed nauis agilis:ſi ĩ medio curſu fuerit facile cõuertit. Gyro.i.circũuolutiõe. Nec tarde:ĩmo cito:qa ſimul atq; pſſiſſet gubernator clauũ:uel dextro ſũ:uel ſiniſtrorſũ ſtatĩ ſentiebãt: Certior:firmior. Carinã ſtabilẽ:qa naues ro.graues erãt:iõ ſtabiles. Bellãtibus uſũ qa ñ alit pugnabãt:q̃ ſi ĩ terra fuiſſet.

Tunc in ſignifera:maſſilienſium naues agiles ad pugnam eſſe dixit & ideo naues ro.facile inuadebãt: Brutus igitur in prætoria naui reſidentẽ magiſtrũ alloquens:& patens ingt hoſtes artibus ſuis ut nos includant & mare in ptãte ſua teneant?qd non opponis nauem noſtrã hoſtiũ nauibus ut illas excipiant:& exceptas pfundo mari ĩmergant? Signifera:prætoria. Artibus:quia nos artibus pelagi includunt. Conſere bellũ.i.pugnam miſce. Oppone carinas.i.tranſuerſas naues oppone roſtris maſſilienſium. Tunc quæ:tunc ubi naues oppoſitæ ſunt e tranſuerſo:naues maſſilienſium adepta ludendi occaſione ro.nauium robora percutiẽtes non poterant uim ro.nauiũ ſuſtinere ſed in ſeipſas redeuntes harpagonibus capiebantur. Percuſſa:dũ percutiunt percutiũtur:nam ſi quippiam paruum percutit aliqd maius:ictu proprio læditur. Cohæſit:quia fugere nõ poterat. At alias: deinde nauibus ſuis manus ferreas in naues hoſtiũ proiiciebãt:quæ cathenis alligatæ & manicis retinebantur:ut q̃ſi in terra cõtinenti ſiſterent. Manicæ:uincula manuum:ſed intelligit harpagonas. Seq; te.re.cũ remis ne poſſent ſe in aliq̃ partẽ trahi. Stetit æquore:bellũ firmatum eſt tã q̃ ſi in terra pugnaretur. Iã non:ideo qa conſtiterant naues non hoſteſ tela emittebant a lõge:ſed cominus gladiis pugnabãt. Excuſſis:uibratis. Stat:ſtabilis manet. Pronus:obliquus in ĩferendo ictus aduerſos. Obducti:circũdati:qa maris uortices & fluctus uidebantur ſanguinei.

Tunc in ſignifera reſidenti puppe magiſtro
Brutus ait:pateriſne acies errare profundo?
Artibus & certas pelagi?iam conſere bellum.
Phocaicis medias roſtris oppone carinas.
Paruit:obliquas & præbuit hoſtibus alnos.
Tunc quæcunque ratis tentauit robora bruti:
Ictu uicta ſuo percuſſa & capta cohæſit.
Aſt alias manicæque ligant tereteſque cathenæ:
Seque tenent remis.tecto ſtetit æquore bellum.
Iam non excuſſis torquentur tela lacertis.
Nec longinqua cadunt iaculato uulnera ferro.
Miſcenturque manus:nauali plurima bello
Enſis agit: ſtat quiſque ſuæ de robore puppis
Pronus in aduerſos ictus:multique peremti
In ratibus cecidere ſuis:cruor altus in undis
Spumat:& obducti concreto ſanguine fluctus:
Et quas immiſſi traxerunt uincula ferri:
Has prohibent iungi conſerta cadauera puppes:
Semianimes alii uaſtum ſubiere profundum:
Hauſeruntque ſuo permixtum ſanguine pontum:
Hi luctantem animam lenta cum morte trahẽtes
Fractarum ſubita ratium periere ruina.
Irrita tela ſuas peragunt in gurgite cædes:
Et quodcunque cadit fruſtrato pondere ferrum
Exceptum mediis inuenit uulnus in undis.
Phocaicis romana ratis uallata carinis
Robore diducto dextrum leuumque tuetur
Aequo marte latus:cuius dum pugnat ab alta
Puppe tagus:graiumque audax ampluſtre retẽtat
Terga ſimul pariter miſſis & pectora telis
Tranſigitur:medio concurrit pectore ferrum:
Et ſtetit incertus flueret quo uulnere ſanguis
Donec utraſque ſimul largus cruor expulit haſtas:
Diuiſitque animam:ſparſitque in uulnere lœtum.
Dirigit huc puppem miſeri quoque dextra telõis:
Qua nullam melius pelago turbante carinæ

Et quas:dicit tot iã cadauera cecidiſſe e puppibus ꝗ non ſinebant naues cõiũgi: q̃uis cathenis retinerentur. Conſerta cadauera:ĩter duas naues cõdenſata. Hauſerunt pontũ.i. biberunt maris undã ſuo ſanguine permixtã. Hi luctantẽ:alii dũ natarent:& reſiſtentẽ aĩam retinerẽt:ſubito ruina nauiũ in eos euerſa obruebant. Trahentes:trahere aĩam eſt cũ labore reſpirare. Luctantẽ:quia aĩa cum morte certabat:ne exiret. Irrita tela:& tela quæ primo ictu uana erant : cadentia ipſo ictu uulnerabant:qa tot erant cadauera ſemimortua in mari natantia : ut uana cadere non poſſent. Exceptũ:a corpore natantis. Inuenit uulnus:nã uulnus quod nõ inuenerat ĩ nauibus inuenit ĩ mari. Phocaicis ro.poſt generalem pugnã:ad ſpecialem Luca. deſcendit:dicens qũo ſinguli pugnabant:& loquitur de rate quadã ro. quã circũdederant Maſſilienſes. Robore diducto : dicit ro.nauem circundatam fuiſſe a Maſſilienſium nauibus:illius milites bifariam diuiſi defendebant utrũq; latus:in medio erat Tagus qui pugnabat: a tergo tela mittebantur: & eodẽ tẽpore duobus telis pectus & tergũ percuſſum eſt:in dubio aũt erat in quã partem caderet ſanguis:tãdẽ emiſſus ſanguis loca uulneris docuit. Robore diducto.i.diuiſis militibus.robur poſuit pro milibus fortibus. Aequo marte.quia quot erant in uno latere:tot in altero. Cuius:nauis romanæ. Tagus:ro.miles. Graium ampluſtre.i.gubernaculum grææ nauis manibus cepit. Incertus:an pectore:an a tergo ſanguis erumperet. Diuiſitque animam.ſ.in duas partes : quia ſanguis dicitur eſſe ſedes animæ. Dirigit huc puppem : ad hanc nauem ubi tagus uulneratus ceciderat telon peruenit ; hic erat peritiſſimus nauigandi:ut nullus magis tempora tempeſtatis & ſerenitatis futuræ cognoſceret.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Miſeri:iam uno uerbo habitum futuræ rei ſignificauit. Turbante:dum turbaretur:participium pro participio.i.turbato. Nec lux eſt notior:nemo erat nauta:qui magis cognoſceret futurá ſerenitatem aut tempeſtaté. Seu phœbũ.i.a ſignis ſolis cognoſcebat:& lunæ. Lux craſtina.i.qualitas temporis futuri. Componere carbaſa uen.i.parare uela uentis:ſiue ſecundis:ſiue aduerſis. Hic latiæ:is inqt telon roſtro nauem ro. infregerat:& eam ictu diſſoluerat:ſed telum infixũ ad pectus eſt:& cum fugere uellet:moriens nauem in parté aliam uoluit. Latiæ alni.i.nauis ro.arborem pro materia poſuit. Pila:ſed cum iam uictor exultaret ecce telum imiſſum pectus illius tranſiliuit. Pila:tela proprie romana. Auertit ratem: quia accepto uulnere naué auertit iá moriens telon. Dũ cupit in ſociam:alé Gyareus in nauem Telonis tranſire uoluit:ſed dum toto corpore rectus in illa naui ſtaret:ecce telum imiſſum Ilia eius tranſfixit.

Gyareus:nomen Maſſilienſis. Cupit: utpote ſucceſſurus miniſterio gubernandæ nauis:occiſo iam telone. Suſpenſa: qa toto corpore erectus erat. Pepédit: ex rate. Stant gemini fra.nunc deſcribit pugnam duoꝝ gemelloꝝ:qui adeo inter ſe ſimiles erant:ut a parentibus nó diſcernerentur:ſed alterũ ro.miles occidit: alter relictus ſemp parentibus amiſſi fratris memoriá repſentabat: ſed quõ perierit non ſine ſtrage ro.patet:quia anteq̃ periret romanam nauem ſubmerſit.Hic miror quõ Lucanus:q̃uis poeta ſit:hiſtoriam peruertat:non eni græci naué romanam imerſerunt:imo ut eſt apud Valeriũ:Plutarcũ:& Suetonium:hic fuit miles cæſaris:dicit.n. Valerius ne Atilium prætetire poſſumus: qui cũ miles decimæ legióis eſſet &.p cæſaris ptibus pugnaret:amiſſa dextra: quá in puppem Maſſilienſium iniecerat: leua puppim appræhendit:nec prius dimicare deſtitit q̃ captam nauem profundo mari imergeret.miles ergo Cæſaris fuit:ſed excuſari põt Lucanus qa poeta:& qa ſtudio ſus partiũ põpeii hác gloriá Maſſiliéſibus tradidit. Variis fatis.i.fortunis: quia alterum morte amiſit. Diſcreuit mors ſæua uiros:qa ante adeo ſimillimi erant: ut diſcerni nó poſſent. Sublato errore:qa uno tm̃modo ſuperſtite iá errare non poterant in diſcernendis fratribus. Aeternis cám la.ſed ſuperſtes ille æternũ dolorem ſeruauit parentibus.

Audiuere manum:nec lux eſt notior ulli
Craſtina:ſed phœbum uideat ſeu cornua lunæ:
Semper uenturis componere carbaſa uentis.
Hic latiæ roſtro compagem ruperat alni
Pila ſed in medium uenere trementia pectus:
Auertitque ratem morientis dextra magiſtri.
Dum cupit in ſociam gyareus erumpere puppem
Excipit immiſſum ſuſpenſa per ilia ferrum:
Affixuſque rati telo retinente pependit.
Stant gemini fratres fœcundæ gloria matris
Quos eadem uariis genuerunt uiſcera fatis
Diſcreuit mors ſæua uiros:unumque relictum
Agnorunt miſeri ſublato errore parentes:
Aeternis cauſam lachrymis tenet ille dolorem
Semper:& amiſſum fratrem lugentibus offert.
Quorum alter mixtis obliquo pectore remis
Auſus romanæ graia de puppe carinæ
Iniectare manum. ſed eam grauis inſuper ictus
Amputat.illa tamen nixu quo prenderat hæſit
Diriguitque tenens ſtrictis immortua neruis:
Creuit in aduerſis uirtus:plus nobilis iræ
Truncus habet:fortique inſtaurat prælia leua:
Rapturuſque ſuam procumbit in æquora dextrá:
Hæc quoque cum toto manus é abſciſſa lacerto.
Iam clypeo teliſque carens non conditus ima
Puppe:ſed expoſitus fraternaque pectore nudo
Arma tegens:crebra confixus cuſpide perſtat

Quorũ alter.i.unus:nunc dicit quõ occiſus fuerit alter. Obliquo pectore:expreſſit nauigantis geſtũ. Ictus:Ro.militis. Hæſit:naui ro. Diriguit:uidelicet contractis neruis. Creuit in aduerſis uirtus:áputata dextra:leua cõpræhenderat naué:qua amputata ſe ſuperiniecit q̃ maxima ui potuit in nauem romaná:nec prius dimicare deſtitit q̃ naué profundo ímergeret:ut antedictũ:nõ Maſſiliéſis fuit:ſed Atilius decimæ legionis pfectus .p cæſaris parte pugnans.De hoc ita inquit Plutarchus. Atilius ex cæſaris cõmilitõibus nauali prælio apud Maſſiliam hoſtilem ingreſſus puppim abſciſſa ei dextra gladio: umboné ſiniſtra retinuit:eo uſq; uultibus hoſtes obterens:ut pſtratis oibus nauem uictor occupauerit. Creuit uiuus:qui maiore iracundia contra hoſtes percitus eſt amiſſa manu:eſt enim ira quaſi cos fortitudinis: nam ſicut cote ferrum acuitur: ita uirtus ira acuitur:unde academici diſputantes multas hominibus cõmotiones datas:iracũdiam ipſam quaſi cotem fortitudinis eſſe dixerunt. Truncus.i.amiſſa manu truncum dixit militem. Dextram:quæ pendebat de naue hoſtili. Lacerto:demiſſus eſt gladius a romano qui lacertum amputauit. Iam clypeo: & q̃q̃ utraq; manu priuatus eſſet:ille nihilominus inſtabat ut puppé perderet hoſtilem. Clypeo.i.amiſſa ſiniſtra qua clypeus teneť. Telis.i.amiſſa dextra. Non cõ.nõ ppterea a pugna defecit. Expoſitus:extra poſitus:ut ſe obiiceret telis hoſtiũ. Arma:ſcutũ fratris. Cõfixus cuſ.q̃uis telis hoſtiũ tráſfixus eét:tñ pſtabat i propoſito: ut non inultus caderet. Emerita morte tenet:perfecta:qa corpore excipiebat tela:quæ mittebantur in alios: ideo a morte ſuos:corpore ſuo defendebat. Emerita:tranſlatio a militibus:qui emeriti dicuntur: cũ debita ſtipendia perfecerunt. Tũ uulnere multo:poſtq̃ iam toto corpore cæſus ſtare non poterat diutius: collegit uires ſanguine ſuo:& ſe ſaltu deiecit in naué romanam:quæ cũ grauata eſſet cadauere:& ſanguine repleta: in latus pendere cœpit & ſubmerſa eſt:ſed peruertit hiſtoriá. Effugientem:expirantem. Laſſos.ſ.ſanguine effuſo. Contendit:intendit. Defectis:exhauſtis ſanguine. Solo pondere:qa manibus nocere non poterat.

Strage uirum:nunc dicit quomõ merſit nauem. Accipit ictus.ſ.fluctuum maris quia qua parte inſiluerat hic Maſſilienſis ea parte latus nauis inclinabat:& fluctu maris pulſabatur. Hauſit:accepit.

Ruptis.ſ.nimio pondere. Ad ſummos foros:ad ſumma tabulata nauium.

Deſcendit in undas:modũ nauis pereuntis & mergentis expoſuit: qa ſubmerſa naui pontum inuoluit in uorticis modum. Merſa:dũ mergitur carina. Diducta:in duas partes ſeparata: quia diuiduntur maria cũ aliquid mergitur. Inq; locũ:ſed naui obruta mare occupauit locum ſuum. Varii fati:quia deſcripſit uaria genera mortis. Ferrea dum puppi: nunc etiam deſcribit quæ de nouo ſuperuenere:& quo alii genere mortis pierunt & unius caſum deſcribit:qui quũ in ũdas maris præceps caſurus eſſet: cruribus retentus eſt a ſuis:ſed cũ ab altera parte diſtrahitur: medius crepuit & ſanguis una ſimul ois effuſus eſt. Ferrea: nam manicis ferreis:aduerſas naueſ quaſi irretitas tenent:ne e manibus euadant:cum igitur manũ ferream inieciſſent: ut nauem compræhenderent:compræhenderunt lycidá quendam: & manus cum retraherentur: hunc in undas traxiſſent:niſi ſocii eũ cruribus retinuiſſent:dicit ergo dũ illæ trahũt: & illi retinent medius diſruptus eſt. Ordo eſt.Manus ferrea:quæ iniecta erat nó ut raperet Lycidam ſed compræhéderet naué. Dum inſerit:dum iacitur ut puppem compræhédat. Nec ſicut:nec ſanguis inquit effuſus eſt: ſicut e uulnere a quo ſenſim egreditur: ſed uno eodemq; tempore eſt. Nullius uita: nullus unq̃ íquit mortuus eſt:qui tam lato meatu uitam aperiret. Tanta:tá lata. Pars ultima:pars inferior ab ũblico mortua erat: ſed ſuperior ubi uitalia erát: ut pulmo & cor:diu cum morte luctata eſt. Trunci: pro truncata. Vacuos artus:ideſt membra carétia uitalibus. Pulmo tumidus:

Telaque multorum lœto caſura ſuorum
Emerita iam morte tenet:tum uulnere multo
Effugientem animam laſſos collegit in artus:
Membraque contendit toto quæcunq; manebant
Sanguine:& hoſtilem defectis robore membris
Inſiluit ſolo nociturus pondere puppim.
Strage uirum cumulata ratis:multoque cruore
Plena per obliquum crebros latus accipit ictus.
At poſtquam ruptis pelagus compagibus hauſit
Ad ſummos repleta foros:deſcendit in undas.
Vicinum in inuoluens contorto uertice pontum:
Aequora diſcedunt merſa diducta carina:
Inque locum puppis cecidit mare:multaq; põto
Præbuit illa dies uarii miracula fati.
Ferrea dum puppi rapidos manus inſerit uncos
Affixit lycidam:merſus foret ille profundo:
Sed prohibent ſocii:ſuſpenſaque crura retentát.
Sciditur auulſus:nec ſic ut uulnere ſanguis
Emicuit lentus ruptis cadit undique uenis.
Diſcurſuſque animæ diuerſa in membra meantis
Interceptus aquis:nullius uita perempti
Eſt tanta demiſſa uia:pars ultima trunci
Tradidit in lœtum uacuos uitalibus artus
At tumidus qua pulmo iacet:qua uiſcera feruent
Hæſerunt ibi fata diu:luctataque multum
Hac cum parte uiri uix omnia membra tulerunt:
Dum nimium pugnax unius turba carinæ
Incumbit prono lateri:uacuamque reliquit
Qua caret hoſte ratem congeſto põdere puppis
Verſa caua texit pelagus nautaſque carina.
Brachia nec licuit uaſto iactare profundo:
Sed clauſo periere mari:tunc unica diri

quia aerem reciprocũ recipit & remittit:ſed cũ aeré recipit inflatur. Feruent.i.palpitant circa præcordia. Hæſerunt:morata ſunt. Fata.i.mors. Vix mébra tulerunt:qa ægre oia membra extincta ſunt:ubi uitalia erant.

Dũ nimiũ:aliud genus mortis ſcribiť:non unius qdé ſed uniuerſoꝝ q in naue conſtiterant dũ inqt una naue acrius pugnať:& oés ad eá pté tm̃mõ ſe receperũt ubi pugna erat:fecerũt ut cũ intéti ad pugná in uno latere nauis cõſiſterét:uſq; adeo naué ab illo latere oppleuerũt ut ea euerterét & ipſi cũ naue obruerentur. Puppis uerſa:nam qui in naue erant latere ſiniſtro relicto in dextrum uenerunt:ubi aduerſus hoſtes pugnabát. Nimium pugnax.i.uſque in perniciem ſuam. Lateri.ſ.unde pugnabant aduerſus hoſtes. Caua:concaua: & caſus ablatiui:& in modũ uaſis euerſa eſt. Brachia:qa tecti erant:ideo nó potuerunt explicare ſe e naui:ut ná tes euaderét. Clauſo ma.i.nó patenti. Tunc u.deide ſecutus é caſus nouæ mortis unius iuuẽis:q dũ medio

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nataret pelago:forte duæ naues aduerſæ concurrunt & roſtris corpus illius tranſfixerunt. Vnica:ſingularis. Diſceſſit:ideſt diuiſum eſt in medium. Ictus uaſtos:ideſt imenſos concurrentium nauium. Nec artus: corpus nihil ipedimento fuit quo minus roſtra inter ſe colliderētur:& ſonarent. Aera.i.roſtra ærata. Poſtq̄ inhibent remis puppes:ideſt poſtquam σρακωχηρ fecerunt.i.cum remiges in puppem contrahunt nauem: dicit ꝙ naues illæ colliſæ roſtris ſe in puppem receperunt:& cadauer medium in undas deiecerunt:& ſubmerſum eſt. Deiectum:ideſt cadens quod ante ſuſtentatum fuerat a roſtris. Vulneribus trāſmiſit aquas:quia uulnus adeo latum erat ut aqua per medium tranſiret. Pars maxima:aliū mortis caſum deſcribit multorum. Iuuenes multi e naui deiecti fuerant: qui natātes ſpem ſalutis habebant: ſi a ſuis recepti eſſent: quoniam & ipſi Maſſilienſes erant. Itaq̧ ad naues Maſſilienſium natantes tendebant:cū iam in eo eſſent: ut manibus nauem apprehenderēt: illæ ne nauem euerterent:manus ſimul cum lacertis obtruncarunt:& corpora ipſa merſa ſunt. Naufraga:quæ naui fracta enatabat. Turba .ſ.maſſilienſium. Obluctata: cum diu contendiſſet cum morte. Puppis ad auxilium:uidelicet ut a ſocia naue recepti ſeruarentur. Robora.ſ.nauis. Altius.i. manus erigentes altius ut nauem cōpræhenderent. Vlnis uetitis:quia uetabantur ne cōpræhenderent nauem. Peritura:quia ſine dubio ſi recepiſſent eos peritura erat. Impia:contra ſocios:quia maluerunt ſuæ ſaluti cōſulere q̄ alioꝝ. Brachia linquentes:abſciſſis brachiis. Furor arma inuenit:nā ut inquit Maro: rimanti telum ira facit. & nobilis tragicus. ἐπέχϑρουσ ϑύμοσ ὀπλΐζειχέρα. In hoſte armat ira manū. Ampluſtre: gubernaculum nauis. Auulſaſq̧:quid dixi remos & ampluſtria torquere:cum tranſtra nauium alius in alium coiiceret? Sedes: tranſtra nauium & ſedilia. Excuſſo:eiecto. Fregere:qa frangebant rates:ut fragmine earū uterentur ꝓ telis in hoſtem.

Sidentia peſſum.i.ſub pedibus ſtantia: unde peſſundo.i.ſub pedibus do. Spoliātq̧ cadauera:cæſos telis ſpoliabāt: & e corporibus eoꝝ tela extracta mittebant ī hoſtem. Et uulnera: quō ſi lætale uulnus attulerat: poterāt in hoſtē telum mittere? quia āmoto telo ne ſanguis exiret leuam appoſuerunt & ſanguinē retinebāt: ut uulnerato ſaltē hoſte: nō inulti deinde expirarent. Oppreſſere.i. occluſerunt.

Validos dū:ut interim ſanguinē retinerēt:quo poſſent uires ſuppetere ad uulnerandum hoſtem. Hoſtilem:quam hoſtis contra ſe torſerat. Nulla tamen plures:q̄uis diuerſa genera læti ſuperius tractarentur.tn̄ nulla fuit mortis plunū cā:q̄ ca q̄ contraria eſt pelago:uidelicet ignis. Lues:ſtrages diuerſa pelago.i.ignis. Nam pinguibus:qa faces habebant pice illitas:quas incenſas mittebant in aduerſas naues unde uis tāta ignis erat:ut non ſolū ſiccas naues corriperet:ſed ēt fragmina nauiū quæ aquam ībiberant. Viuax.ſ. ignis abdito in ipſis facibus ſulphure. Faciles:ad comburendum quia aridæ. Præbere.ſ.igni. Pice:quia pice & cera naues inſperſerūt:ut facile incenderēt. Nec flāmas:nec undæ inquit extinguere poterant flāmā.

Fragmenta uēdicat:ideſt attrahit:nam ignis nauiū fragmina q̄ natabant corripiebat & correpta cōſumebat.

Conſpecta eſt lœti facies:cum forte natantem
Diuerſæ roſtris iuuenem fixere carinæ
Diſceſſit medium tam uaſtos pectus ad ictus
Nec prohibere ualent obtritis oſſibus artus
Quo minus æra ſonent:eliſo uentre per ora
Eiectat ſaniem permixtus uiſcere ſanguis.
Poſtq̄ inhibent remis puppes:ac roſtra recedunt
Deiectum in pelagus perfoſſo pectore corpus
Vulneribus tranſiuit aquas: pars maxima turbæ
Naufraga iactatis morti obluctata lacertis
Puppis ad auxilium ſociæ concurrit: at illi
Robora cum uetitis prenſarent altius ulnis
Nutaretque ratis populo peritura recepto:
Impia turba ſuper medios ferit enſe lacertos
Brachia linquentes graia pendentia puppe
A manibus cecidere ſuis: non amplius undæ
Suſtinuere graues in ſummo gurgite truncos
Iamque omni fuſis nudato milite telis
Inuenit arma furor:remum contorſit in hoſtem
Alter.at hic tortum ualidis ampluſtre lacertis
Auulſaſque rotat expulſo remige ſedes.
In pugnam fregere rates:ſidentia peſſum
Corpora cæſa tenent:ſpoliantque cadauera ferro.
Multi inopes teli iaculum lœtale reuulſum
Vulneribus traxere ſuis:& uulnera leua
Oppreſſere manu:ualidos dum præbeat ictus
Sanguis:& hoſtilem cum torſerit exeat haſtam.
Nulla tamen plures hoc edidit æquore clades
Quam pelago diuerſa lues: nam pinguibus ignis
Affixus tædis:& tecto ſulphure uiuax
Spargitur: at faciles præbere alimenta carinæ
Nunc pice nunc liquida rapuere incendia cæra:
Nec flammas ſuperāt undæ:ſparſiſque per æquor
Iam ratibus fragmenta ferus ſibi uendicat ignis:

Hic recipit fluctus:alii hauriebant aquam:ut extingueretur ignis qui in naue erat. Mors una:unuſquiſq; timebat mortem:qua afficiebatur:nam alius igne:& alius ferro:alius aqua peribat:& oēs ſimul conabant mutare genus mortis. Nec ceſſat:illi etiam qui natabant:non ꝓpterea pugnare deſtiterunt:ut ſi non pugnarēt: ſaltem tela ſuſciperent collecta ex fluctibus. Virtus naufraga.i.natantium. Legunt: pro eligunt tela ut ea ſubminiſtrent ſuis. Incertas:errantes in iaculando:quia natantes cū ſiniſtrorſum uellent hoſtem ferire: aqua eos impellebat dextrorſum. Ictu languente:quia manus nutabat:ut ictū non poſſet ualidū inferre. Nunc rara datur: qui nō poterant ferro hoſtem occidere:ipſi inter ſe obruere certabāt: ut ſub undis necarētur. Vtuntur pelago: ut inter ſe alius alium demergat. Et implicitis:declarat quō ſe complectuntur:q dum mergunt alios:ipſi etiam mori non recuſabant:& dum hoſtes necarēt ipſi necabantur. Subſidere:obrui aquis. Pugna fuit:ſed præcipuum quēdam deſcribit:qui perītiſſimus erat natandi & retinēdi ſpiritum ſub aqua:is cū hoſtem ſub aq̄ obrutum tenuiſſet:deinde emergebat:ut alium hoſtē necaret ſed ſemel capite percuſſit nauis fundū & ipſe ēt tādē ſubmerſus eſt. Eximius:ꝓclarus. Phoceus:nomen propriū eſt: non autē patriū. Arenis:ita ſcrutabatur arenas:ut qđ ſubmerſum erat inueniret ſub undis tanq̄ incontinenti terra. Affixus unci:ſi forte ancora adeo profundo eſſet infixa: ut ab arenis trahi non poſſet:ipſe merſus in undis e fundo trahebat. Morſus unci.i.ancoræ.Virg.Vnco non alligat ancora morſu.

Adductū quotiēs:cū funis traheretur cui ancora eſt appenſa:& ancora tractum non ſentiret. Hic ubi:hic adeo natandi peritus erat ut retinere ſpiritū facile ſub aqua poſſet. Penitus: in infimo maris loco. Victor:necato hoſte. Occurrit.ſ.capite. Surgere ſe.i.ſurſum erigere ſe:a ſurſum & rego compōitur. Per uacuos fluctus:immo erant nauibus tecti.

Puppibus:fundo nauis. Hi ſuper: nunc dicit de his qui necati fuerūt: ut manibus admotis remos caperent:interiiſſe ꝙ nonnullos dicit:qui ubi naues concurrere uidiſſent:ſe medios interpoſuiſſe corpore ſuo:ut nauem ſuorum ab hoſtili impetu defenderent. Non pꝛdere lœtum:ideſt non fruſtra mori:niſi prius nocuiſſent hoſtibus. Moriens affixit:pro multi morientes affixerunt.Virg.Plurimus uolitans pro plurimi uolitantes. Abſtulit ictus: ſcilicet ſe in medium interponens. Stantem ſublimi:more ſuo poſt genus deſcendit ad ſpeciem.deſcribit nonnullos q hoſtilibus ratibus nocere ſtudentes ēt nocuerunt.Hic ictum intulit mirandū.nam lygdamus quidā erat peritus fundæ:glande enim quēcunq̧ locū uoluiſſet facile percutiebat:hic ſpeculatus tyrrhenū quendā pugnātem egregie in ſumma prora:fundam ter & quater rotans dimiſit in tēpora tyrrheni glandē:ille fractis temporibus oculos amiſit:& tenebras oculorū credidit mortis eſſe. ſed paulopoſt intellexit uirīū aliquid ſibi reſiduū eſſe:tunc iuſſit ſuis:ut ſe in fronte nauis ponerent:futurū loco tormenti bellici:& datis telis pugnaturū. Culmine proræ:ideſt in celſitudine nauis. Lygdamus:maſſilienſis erat. Tyrrhenus:romanus. Excuſſa glāde:quia fundæ habenam ligatam habent & ter ac quater circa caput rotantur. Baleares: inſulæ ſunt in oceano poſitæ ubi maximus fundæ uſus fuit: dicuntur baleares a βαλλω ideſt iaculor & torqueo. Has propius inſulas adnauigans Metellus cognomento balearicus: pelles nauium tectis prætendit: ut aduerſus fundarum iactus tegmina eſſent: in his.n.optimi funditores ſunt a puerilibus hoc pacto ad fundas exercebātur annis ut alioqn ne paniſ qdem pueris exhiberet niſi funda qcq̄ prius attingerent:& ut ſcribit Stra.hoīes ad implorandā populi ro.opem confugere coacti ſunt cū arbores & domicilia ex ſubterraneis cuniculis euerterent.

Hic recipit fluctus extinguat ut æquore flammas:
Hi ne mergantur tabulis ardentibus hærent.
Mille modos inter lœti mors una timori eſt
Qua cœpere mori:nec ceſſat naufraga uirtus:
Tela legunt deiecta mari:ratibuſque miniſtrant.
Incertaſque manus ictu languēte per undas
Exercent:nunc rara datur ſi copia ferri
Vtuntur pelago:ſæuus complectitur hoſtem
Hoſtis:& implicitis gaudent ſubſidere membris:
Mergenteſque mori.pugna fuit unus in illa
Eximius phoceus animam ſeruare ſub undis:
Scrutarique fretum ſiquid merſiſſet harenis:
Et nimis affixos unci conuellere morſus
Adductum quotiens non ſenſerat ancora funem.
Hic ubi compreſſum penitus deduxerat hoſtem
Victor:& incolumis ſummas remeabat in undas.
Sed ſe per uacuos credit dum ſurgere fluctus
Puppibus occurrit:tandēque ſub æquore manſit.
Hi ſuper hoſtiles iecerunt brachia remos:
Et ratium tenuere fugam:non perdere lœtum
Maxima cura fuit:multus ſua uulnera puppi
Affixit moriens:& roſtris abſtulit ictus.
Stantem ſublimi tyrrhenum culmine proræ
Lygdamus excuſſæ balearis tortor habenæ
Glande petens ſolido fregit caua tēpora plūbo:
Sedibus expulſi poſtquam cruor omnia rupit

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vincula:ideſt neruos:quibus oculi fixi ſunt. Procurrunt:exeunt oculi ex uulneribus. Stat:eiectis oculis obſtupefactus erat:neſciens quid id eſſet:credebat aūt illas tenebras mortis eſſe. At poſtq̄: ſed poſtq̄ in ſe rediit:& rediiſſe uires ſenſit aliud cogitauit. Torméta:quéadmodum baliſta & machina.quibus tela torquentur in fronte nauium ponuntur ita & me ponite & fingite animis ueſtris me eſſe baliſtam:ſicq; tela iponite manibus meis. Conſtare:conſiſtere. Rectū:ex oppoſito ad mitteda tela. Egere:emitte.hortatur ſeipſum.

Viuentis feriere loco.q.d.quum nihil reliquū uitæ ſit:ſi ferieris:uiuentem aliū ſeruabis. Caſus:proſperos uel aduerſos. Hoc:demōſtratiue. Cæca manu:pro ipſe cæcus.quod é perſonæ rei attribuit:hypallage eſt. Irrita:qa multos ex hoſtibus uulnerauit. Excipit.h. nam uulnerauit nobilé Maſſilienſem nomine argum. Deſcendit ilia uen.i.cum ad imas coſtas deſcendit. Adiuuitque: quia cecidit ex ſuo caſu iuuit telum: ná cadens altius telum fixit. Stabat diuerſa: nunc caſum deſcribit miſerabilé:nam pater in altera parte nauis ſtans ut uidit in telum procubuiſſe filium:accurrit quoquo modo poterat ſenior:& dum properaret ſæpius lapſus eſt áteq̄ ad illum perueniſſet: tandem peruenit:cūq; ſuperincubuiſſet filio:tanto dolore confectus eſt:ut tenebræ oculis obortæ ſint:& iá filium nō cognoſceret: filius qui nōdum mortuus erat attollens oculos : patrem ipſum inuitabat ad amplexū ſuū & oculos claudendos:pater nullo modo patiés filio ſuperſtes eſſe:cupiebat ante filiū mori : dixitq; ignoſce patri tuo:q nō uult occupari amplexibus tuis:ſed confoſſo pectore mori ꝓperat:ut tua fata præueniat:hæc dicens ſe telo percuſſit. Victæ carinæ:quia ferme uicti erant:qui in illa naui conſtiterát.

Diuerſa : remota ab ea parte ubi filius ceciderat. Iuuentæ:q cum iuuenis eſſet nulli Maſſili nſiū uirtute cedebat armoꝝ.

Victum æuo:ſed nūc ſenectute lánguidior factus erat:& ïbecillior. Exemplū: quia occurrebat illud:ſi imbellis erat & ſenior : qd igiť militabat? dicit ut exemplo ſui concitaret iuuenes. Carinæ:pi erat in prora:filius uulneratus fuit in puppe.

Sæpe cadens:unū ex reliquo ſequitur: quia ſenior ipſe ſæpe cadebat ad filiū properans. Spirantes:uiuentes. Non lachrymæ cecidere.ſ.præ nimio dolore:qui latétes lachrymas occludit. Riguit:ob ſtupefactus eſt. Diſtentis pal.i.extéſis manibus. Nox ſubit:quia tenebræ ſunt oculis obortæ. Obduxere: circūuenere oculos. Agnoſcere.ſ.argum tenebris ipedientibus oculos ſenſim enim amittebat lumé oculoꝝ. Languentia:torpentia qa moriebantur. Vox fauces nulla ſolutas ꝓſequitur:intelligitur bis negatiua.i.fauces non ſolutas proſequitur nulla uox:qa ſolui non poterant in uocé. Tacito uultu:qa uidebatur íuitare patré: ut ſe oſcularetur & oculos clauderet. Inuitatq; dex.pa.quia ꝓrehendebat dextrá patris ut clauderet oculos:qué morem ét nūc ſeruamus:ut qui propinquiores ſunt oculos morienti claudát:locus hic eſt plenus cōmiſeratione. Vt torpore:poſtq̄ ſenex tandem ad ſe rediit. Torpore:langore:qui toto corpore perfuſus erat. Cruētus:ſæuus dolor. Sæuis deis:ſæuos deos appellat:qui ſe uoluerunt filio ſupereſſe:quia æquius erat ut ſenex morereť ante filium. Veniam concede:ignoſce inquit parenti tuo qui nolit occupari in te amplectendo:hoc ideo facit:

Vincula procurrunt oculi:ſtat lumine rapto
Attonitus:mortiſque illas putat eſſe tenebras.
At poſtquam membris ſenſit conſtare uigorem
Vos ait o ſocii ſicut tormenta ſoletis
Me quoque mittendis rectum componite telis.
Egere quod ſupereſt animæ tyrrhene per omnes
Bellorum caſus : ingentem militis uſum
Hoc habet ex magna defunctum parte cadauer
Viuentis ferire loco : ſic fatus in hoſtem
Cæca tela manu ſed non tamen irrita mittit.
Excipit hæc iuuenis generoſi ſauguinis argus
Qua iam non medius deſcendit in ilia uenter:
Adiuuitque ſuo procumbens pondere ferrum.
Stabat diuerſa uictæ iam parte carinæ
Infelix argi genitor:non ille iuuentæ
Tempore phocaicis ulli ceſſurus in armis
Victum æuo robur cecidit : feſſuſque ſenecta
Exemplum non miles erat:qui funere uiſo
Sæpe cadens longæ ſenior per tranſtra carinæ
Peruenit ad puppim:ſpiranteſque inuenit artus.
Non lachrymæ cecidere genis:non pectora tūdit:
Diſtentis toto riguit ſed corpore palmis.
Nox ſubit:atq; oculos uaſtæ obduxere tenebræ:
Et miſerum cernens cognoſcere deſinit argum.
Ille caput labens:& iam languentia colla
Viſo patre leuat : uox fauces nulla ſolutas
Proſequitur:tacito tantum petit oſcula uultu:
Inuitatque patris claudenda ad lumina dextram.
Vt torpore ſenex caruit:uireſque cruentus
Cœpit habere dolor:non perdam tempora dixit
A ſæuis permiſſa deis : iugulumque ſenilem
Confodiam : ueniam miſero concede parenti
Arge:q; amplexus:extrema q; oſcula fugi:

quia tu uiuis & potes eſſe ſuperſtes:properat ergo ut tua fata præueniat. Quamuis capulum:quamuis inqt uulnus letale ſibi intulerit:tamen ut cito moreretur.ſe præcipitem deiecit in undas. Capulus manubrium enſis a capiendo dictus. Præcedere:præuenire mortem filii. Feſtinantem animam:pro animam ipſius feſtinantis mori. Non uni morti:duabus enim cædibus ſe occidit:una cum ſe uulnerauit:altera cum ſe in undas præcipitauit. Inclinant:iam tandem fatebantur Maſſilienſes ſe uictos eſſe:nam multis amiſſis nauibus & cæteris concuſſis non poterant reſiſtere. Fata ducum:ſcilicet Maſſilienſium:quorum princeps fuerat.L.Domitius. Claſſis mergitur:quia tum fluctibus obruta erat tum roſtris hoſtiū. Aſt aliæ:ſed naues Maſſilienſium quæ nō ſūt obrutæ. Victores : quia Romani conſcenderant eas naues:quæ iam mutatis remigibus í portum ſubducebantur. Mutato re:occiſis Maſſilienſibus. Victores ſuos:ſcilicet Ro. Naualia paucæ:ſed paucæ naues Maſſilienſium fuere :quæ in ſua ſe naualia receperít.Naualia loca ſunt ubi naues ſeruantur græcæ μεωρῖα. Quis in urbe:deſcribitur paſſim fletus & comploratus ſuorum:qui maximus erat in urbe Maſſiliæ. Quis pro qualis: non íterrogantis:ſed admirantis.Virgilius.Quis talia fando. Matrum:quæ filios ſuos expectantes implacabiliter lachrymabanť

Coniunx ſæpe uiri:Coniunx Romani militis cadauer amplexa eſt : credens eſſe maritum ſuum:cum confuſus eſſet cæde uultus. Vnda:propter undam. Confuſis turgidis & infectis. Miſeri patres certauere:ita inter ſe contendebant : quia trunci dignoſci non poterant auulſo capite. Accenſis rogis:ut cadauera filiorum ſuper imponerent. At brutus : Brutus fuit primus q e ducibus ornamētū addidit:& laudem armis Cæſareis. In æquore : qa nauali pugna uictor fuit: Trebonius uero terreſtri pugna uictoriá amiſerat.

Nondum deſtituit calidus tua uulnera ſanguis
Semianimiſq; iaces:& adhuc potes eſſe ſuperſtes.
Sic fatus quáuis capulum per uiſcera miſſi
Polluerit gladii:tamen alta ſub æquora tendit.
Præceps:& lætum gaudens præcedere nati
Feſtinantem animam morti non credidit uni.
Inclinant iam fata ducum:nec iam amplius áceps
Belli caſus erat : graiæ pars maxima claſſis
Mergitur:aſt aliæ mutato remige puppes
Victores uexere ſuos:naualia paucæ
Præcipiti tenuere fuga:quis in urbe parentum
Fletus erat?quantus matrum per littora plánctus?
Coniunx ſæpe ſui confuſis uultibus unda
Credidit ora uiri romanum amplexa cadauer.
Accenſiſque rogis miſeri de corpore trunco
Certauere patres.at brutus in æquore uictor
Primus cæſareis pelagi decus addidit armis.

## M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER QVARTVS.

a At procul extremis terraꝝ cæſar in oris
Marté ſæuus agit : non multa cæde nocenté
Maxima ſed fati ducibus momenta datuꝝ.
Iure pari rector caſtris afranius illis
At petreus erat:concordia duxit in æquas
Imperium commune uices : tutelaque ualli
Peruigil alterno paret cuſtodia ſigno.

Pharſaliæ liber quartus.

a At procul. Hic quartus liber continent quomodo Cæſar hiſpanias ſubegerit:uicto Petreio & afranio:qui cum exercitu & cōſulari imperio pro parte Pompei eas tenebant : deinde quomodo Piſo & Curio duces Cæſaris í Aphrica cæſi fuerint:in principio auté deſcribit quomodo Petreius & Afranius cōmuni conſilio bellum contra Cæſarem apud ilerdam ciuitatem hiſpaniæ gerere conſtituerunt:q; is locus ſibi opportunior eſſe uideretur : & Cæſar eodem duxit exercitum:cum ſub noctem ueniſſet equitibus ante aciem locatis:& maniplis condenſis in unum ut hoſtes proſpicere non poſſent caſtra foſſa muniuit:cum id prius factum uiderint hoſtes: q̄ præuiderint. At procul:maſſiliæ:nunc terra:nunc mari pugnabatur:tandem uiribus Ro. ipſi ceſſerunt:at uero in hiſpania bellum grauius cæſar gerebat:quod etſi incruēta uictoria ſucceſſerit:tamen magnum momētum ſequétibus rebus reliquit:nam facile apparebat eos magnam uictoriæ partem adeptos eſſe qui hiſpanias obtinerent.

In extremis horis:in occidente in quo hiſpania eſt:unde heſperia dicta eſt. Sæuus:ideſt magnus & fortis. Vir.Sæua Iouis cōiunx.Idé.Sæuus ubi æacidæ telo iacet hector:q̄uis Lucanus ex aío ſuo uideať poſuiſſe ꝓ crudeli. Nō multa cæde:qa ibi pauci admodū occiſi ſūt. Maxia ſed fati:tn̄ bellū hoc datuꝝ é maximū momētū ducibus. Fati:fortunæ. Momēta ducibus:uter.n.dux hiſpanias obtinuiſſet:ille magná pté uictoriæ obtinuiſſe uidebatur. Iure pari:nunc deſcribit qui nam duces in hiſpania fuerít:Nam equitibus auxiliiſq; luſitaniæ Petreius:celtiberiæ cátabriſq; & barbaris oíbus illius regiōis Afranius impabat:Sed Petreius coactis oíbus ꝓ uectones ad Afraniū ꝑuenit:cōſtituerūtq; cōmuni cōſilio bellū apud ilerdá urbé capta loci opportunitate cōtra Cæſaré gerere. Rector petreius:qa ut dixi ex luſitania Petreius ꝓ uectóes populos coactis oíbus ſuis ad Afra ꝑuenit. Cōe ip.ſ.Petreii & Afra. In æquas ui.i.pes uiciſſitudies:qa alternis diebus impabat. Cuſtodia.app.tutela. Alterno.ſi.nūc claſſico Petrei nūc afranii:qa alternis diebus impabát exercitui. Cuſtodia.pui.

i

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quæ i ſtatione pro caſtris poſita erat ad obſeruandum uallum. His præter:nūc dicit celtiberiæ:cantabris: bar barisq;:q uſq; ad oceanū pertinēt Afraniū impaſſe. Latias acies:præter Ro.milites. Aſtur:hiſpaniæ populus ab aſture fluuio nomē accepit. Vectoneſq;:populi hiſpaniæ iuxta uacceos. Leues:leuis armaturæ:haſtis tātummodo & ſcutis armati. Celtæ gallorum:q populi ſunt galliæ:& forte hi errantes:i hiſpaniā uenere:& i locis iberiæ conſederunt:& mixto uocabulo celtiberi appellati ſunt. A gēte uetuſta:unde originem habuerūt. His.ſ.Petreio & Afranio & romanis qui ſecum erant. Colle tumet modico:Nunc deſcribit ubi caſtra poſuerit uterq; exercitus:nā haud procul ab ilerda oppido conſederant:ſed planiciem primo deſcribit Ilerdæ:quam dicit in medio quodam tumulo poſitam fuiſſe. Pingue ſolum: ſignificat terram fœcundam atq; feracem frugum. Colle modico: non ualde ſublimi. Leni tumulo:quia ſenſim creſcit:& i altum ſurgit. Manu. ſ. hiſpanorum. Super hunc.ſ.tumulum. Placidis aquis:ante urbem ilerdam prælabitr ſicoris flu.qui ignobile nomen tenet iter hiſpanos flu. Saxeus ingenti: dicit hunc amnem ponte lapideo uictum:& addit rationem quia flu.hic hybernis aquis nimiū creſcit:& omnes alios pontes facile merſerat. Arcu:quo totum flu.uinxit. Paſſurus:ſuſteutaturus aquas etiam ſi nimium inflaretur. Signa:i qbus petreius & afranius erant nomine Pom. Tentoria.i. caſtra Cæ.& Pom.diuidebat ſicoris. Explicat hunc tellus:dicit planiciem quandā longe lateq; porrectam fuiſſe:ut ad extremum illius uiſus hominum uix peruenire poſſit. Hinc:ab hoc ſicori. Tellus effuſa:porrecta in omnes partes. Explicat: extendit aperit. Vix oculo. i. quantum uix oculi hominum capere poſſent. Cinga rapax.flu.uelociſſimus & præceps:qui circa hanc planiciem labitur. Coheret: terminat campos. Fluctus:qui flu.cinga non ſuo nomine i mare hiſpanum decurrit qa ibero flu.miſcetur qui eſt maior. Littora:non ſuo curſu:ſed iberi. Pepuliſſe:pro pellere præteritum pro præſēti. Curſu ſuo:ſui nominis. Nā gurgite:ideo uetitus es o cinga fluctus & littora oceani impellere tuo curſu:quia miſceris ibero: qui quemadmodum præſtat regioni(nam ab ibero iberia eſt appellata)ita nomen aufert tibi:qa maior flu.eſt. Prima dies belli:nunc ponit quomodo ſe uterq; exercitus habuerit:poſtq̄ in conſpectum hoſtium Cæſar uenit:dicit enim primo quidem territos eſſe a pugna: cū utrinq; proſpicerent:al i cognatos:alii amicos:non poterat animus arma ſectari:ergo diem unum bello ciuili donauerunt duces exercituum. Marte cruento:bellum & pugna differunt:nam bellum dicitur cum inimicitiæ ſunt: ſed pugna & prælium dicitur cum manus conſeruntur:hoc loco martem pro pugna poſuit. Spectandaſq; ducum uires:qa i eo occupati fuerūt oēs:ut diligēter uires & exercitus hoſtium contemplarentur:nam Cæſar uires Petreii contemplabatur:e diuerſo. Numeroſaq; ſigna.i.multiplicia uexilla. Piguit ſceleris:cum uiderēt utriq; ſuos cognatos & affines. Ruptis legibus:quia contra leges pugnabant. Prono:ſed interea Cæſar iſtituit milites ſuos circūdari foſſa ſub noctē:quod ſanū cōſiliū putabat eē munire caſtra.Iuſſit.n.eqtes i fronte cōſiſtere:maniplos dēſos atq; cōſertos caſtra circūdare:ne cōſpectu hoſtiū uideri poſſent:iter illos uero maniplos dēſos alios duci iuſſit:nec uallū fieri uoluit.ne a ſupiore loco hoſtiū cōſpectu uideri poſſit:ſed tñ foſſa ſine uallo ſatis erat ad tuēdū exercitū ab hoſtiū ipetu. Prono olympo:ſole iā occidēte. Foſſa:non uallo: ne uidelicet uallū erectū cōſpici poſſit ab hoſt bus q ſubito icurſu cæſarianos ab opere ꝓhibeant:qd i cōmētariis ēt cæſaris cōmemorat. Præſtāt:añ ſtāt.a præ & ſto. Fefellit ho.ut āte foſſa cīgeret caſtra ſua q̄ hoſtes itelligerēt. Cōſer.i.cōiūctis. Obtexit:circūdedit & ſub ueſpera cæſar itra hāc foſſā legiōes deduxit:atq; ibi ſub armis ꝓxia nocte cōqueuit. Luce.no.i.ſequēti die ubi luxit:i medio duorum caſtrorum erat collis:unde appebat uter deorum exercituū illū occupaſſet ipſum magnā opportunitatē habiturum:& nociturum hoſti quotiēs uoluiſſet.Cæſar ergo

His præter latias acies erat impiger aſtur:
Vectoneſque leues: profugique a gente uetuſta
Gallorum celtæ miſcentes nomen iberis.
Colle tumet modico: lenique excreuit in altum
Pingue ſolum tumulo: ſuper hūc fundata uetuſta
Surgit ilerda manu: placidis prælabitur undis
Heſperios inter ſicoris non ultimus amnes:
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu:
Hybernas paſſurus aquas: at proxima rupes
Signa tenet magni: nec cæſar colle minore
Caſtra leuat: medius dirmit tentoria gurges.
Explicat hinc campos tellus effuſa patentes
Vix oculo prendente modum: cāpoſque coercet
Cinga rapax: uetitus fluctus & littora curſu
Oceani pepuliſſe ſuo: nam gurgite mixto
Qui præſtat terris. aufert tibi nomen iberus.
Prima dies belli ceſſauit marte cruento:
Spectandaſque ducum uires: numeroſaque ſigna
Expoſuit: piguit ſceleris pudor arma furentum
Continuit: patriæque & ruptis legibus unum
Donauere diem: prono tum cæſar olympo
In noctem ſubita circundedit agmina foſſa
Dum primæ præſtāt acies: hoſtemque fefellit.
Et prope conſertis obduxit caſtra maniplis.
Luce noua collem ſubito conſcendere curſu

peritiſſimus dux collem uiſum ſtatī occupari uoluit:& ex militibus ſuis: quoſdam elegit q collem aſcēderent: ſed conſpecti ſunt ab hoſtibus. Medius:iter caſtra. Huc:ad hunc collem. Terror: qa & hoſtes hoſtium terrore concuſſi:ne ſi occupatus eſſet collis a Cæſarianis plurimum icommodi ſuſciperent. Pudor:qa pudebat eos cum propiqui eſſent præueniri ab hoſte. Rapto:rapti & uelociter capto. His:cæſarianis. Virtus: qa freti uirtute & ferro properabant eum locum occupare. Illis:Petreii & Afranii militibus:qa iam illum aſcenderant. Miles:collem medium iter caſtra uterque exercitus occupare uolebat:ſed priores fuere milites Petreii & Afranii:q tumulo propiquiores eſſent Cæſarianis:tamen i aduerſum niti tentauerunt:ſi forte illos impellere poſſent:ſed de ſuperiore loco facile extrudebantur ab his q iam locum tenebant:& cum i periculo eſſent: ne intercluderentur Cæſariani: dux peritiſſimus Cæſar æqtatum miſit q iter utranque aciem eqtaret:& iterim auerſis hoſtibus i alteram partem:ut cum eqtes pugnaret: facultas daretur peditibus recipiendi ſe i locum tutiorem. Oneratus:armis. Nititur.ſ.aſcendere. Supina:expreſſit geſtum aſcendentis in aduerſum: qa Cæſariani i montem ex aduerſo tendebant. Hæret:tarda eſt: neque enī facile erat ſuperare montem. Caſura .ſ. acies Cæſaris. Erigitur: propter arduitatem tumuli a ſequentibus umbone ſuſtentatur. Nulli telum:ſed non poterant tela i hoſtes torquere:quæ ictum ualidum facerent:quia iſtabiles erant: & pedibus niti nō poterāt. Vacabat:licebat. Labat:iſtabilis ē. Et fixo firmat.i.tm̄ aberat:ut pila i hoſtē mittere poſſent:q; neceſſe erat ipſis pilis gradū ſtabilire. Scopulos:eminētia ſaxa tenebant: ne ruerēt. Stirpes:arborum radices ꝓhendebant ut quoquō euaderent i ſummū. Relicto hoſte:qa ferme obliti erāt hoſtiū q i ſuperiori loco erāt. Cædūt enſe uiā:ſatis habebāt enſibus uirgulta cædere:ut iter ſibi expeditū facerēt. Vidit lapſura: at uero Cæſar ubi uidit periculū ſuorum:ne de ſuperiori loco facile detruderētur & īde ab his q urbe erāt & q ex tumulo d̄ſcēderēt iter ducerētur:eqtatū ab altera pte montis ſuccedere iuſſit:ut īterea facultas ſuis daretur ſe i caſtra recipiēdi. Lapſura:caſura de loco ſuperiore. Eqtem:ideſt eqtatum. Munitum latus:ideſt denſum latus hoſtium.qa denſum ideo munitum:nec facile poterant uici. Producere:ideſt extendere:porro ducere auertere a ſuis:qa dum auerſi ſunt contra eqtes:iterea facultas daretur militibus:ut ſe i caſtra tutos reciperent:quod ita factū eſt. Sic pedes:hoc modo liberati ſunt cæſariani. Pedes:pro peditatu:ſingularis numerus pro plurali. Vir.armato milite complent.q modus hiſtoricis familiariſſimus eſt. Nullo urgēte:qa ſublati erāt:dum ab altera parte eqtatus Cæſaris ſuccederet. Receptus:qa e colle deiecti pedites ſe ad ſigna legionum receperunt. Victor irritus.i pōpeianus miles ipos ꝓpoſiti ſui:qa copia pugnæ ſublata ē. Pepēdit:i dubio ſtetit. Subducto.m.i. remoto milite:cōtra quē pugnaret. Hactenus.at.hucuſq; iqt milites ite ſe pugnauere:ſed quæ deide ſecuta ſunt:i tēperie aeris potius q̄ armis geſta ſunt. Cætera fata:reliquā fortunā. Incertus:dubius:qa mō ſerenū mō pluuiū ſe oſtēdebat. Pigro:deſcribēs iundationē aquarum:& ibres q ſecuti ſunt:prio dicit frigore cōſtrictas fuiſſe nubes:ne aquā cælitus emitterēt & ſupueniēte uere:ſtatī collectas nubes i occiduū axē cōdēſatas fuiſſe.& ibrē effuſū plus q̄ credi poſſet emiſiſſe:ut regionē illā oēm hiſpaniæ iundaret. Bruma.i.hyems. bruma iterpretatur quaſi βραχυσ ημερα.i.breuis dies nā eo tēpore breuiſſimi ſūt dies. Pigro gelu:ab effectu. Siccis aqlonibus.i.frigidis q naturaliter ſiccāt:nā nō ſolū calore:ſed frigore deſiccāt humores. Vir. Et penetrabile frigus adurat. Conſtricto:ſcilicet nimio frigore. Omnis tellus:ideſt:omnis.occidens aruerat nimio frigore. Propior cælo mergenti ideſt occidenti:nam in mari ſol mergitur:ſecundum uulgares. Sed poſtquam:ſed ubi inquit hyemi ſucceſſit uer:ſtatim calor liquefecit nubes: quæ a natura nimio frigore conſtrictæ pluuias continuerant. Ordo eſt:ſed tunc cynthia excluſit:boream:& accepit flammas ab Euro.

Qui medius tutam caſtris dirimebat ilerdam
Imperat. huc hoſtem pariter terrorque pudorq;
Impulit: & rapto tumulum prior agmine cepit.
His uirtus ferrumque locum ꝑmittit: at illis
Ipſe locus: miles rupes oneratus in altas
Nititur: aduerſoque acies in monte ſupina
Hæret: & in tergum caſura umbone ſequentis
Erigitur: nulli telum uibrare uacabat
Dum labat: & fixo firmat ueſtigia pilo:
Dum ſcopulos ſtirpeſque tenēt: atq; hoſte relicto
Cædunt enſe uiam: uidit lapſura ruina
Agmina dux: equitemque iubet ſuccedere bello.
Munitumque latus leuo producere gyro.
Sic pedes ex facili nulloque urgente receptus
Irritus & uictor ſubducto marte pependit.
Hactenus armorum diſcrimina: cætera bello
Fata dedit uariis incertis motibus aer.
Pigro bruma gelu ſicciſque aquilonibus hærens
Aethere conſtricto pluuias in nube tenebat.
Vrebant montana niues: campoſque iacentes
Non duraturæ conſpecto ſole pruinæ.
Atque omnis propior mergenti ſydera cælo
Aruerat tellus hyberno dura ſereno.
Sed poſtquam uernus calidum titana recepit

Portitor helles.i.aries:nota qdem hiſtoria de ariete aureum uelus habente:q poſtea tranſlatus eſt i ſydus cæleſte. Portitor:ideſt uector aries q per mare hellem uehebat:& qa retroſpexit eam excuſſit a tergo. Calidū titana:cum i arietem ſolo igreſſus eſſet liquefactæ ſunt niues & nubes calore ſolis reſolutæ effuſum ibrem emiſere. Vernus:ideſt q facit tempus uernum:ſole eni exiſtente i ſigno arietis æqnoctium eſt.xi Kal.Martii:& tēpus ueris eſt:ſic ſole exiſtente i libra æqnoctium eſt autumnale. Sydera re:ideſt ꝙ ſol in ariete eſſet. Libræ pondera temporibus:qa bis eſt æqnoctium. Vicere.ſ.noctes. Iterum:ideſt ſecundo qa ſemel quum ſol ē i ariete:dies uicunt noctem:ſed quando ē æqnoctium autumnale:dies quoque uincunt noctem. Aequatis temporibus: qa tantum ſpacium occupat nox : quantum dies. Tum ſole relicto:ideſt nouilunio quod ſecutum eſt ſtatim reſolutis niuibus pluuiæ & ibres effuſi ceciderūt. Dbuitanda:cum luna primum noua eſt dubitatur qd uideatur:non eni plena ſatis uidetur: ut affirmari poſſit lunam eſſe. Boream: frigidiſſimum uentum ſeptentrionalem: cuius frigore ante nubes conſtrictæ fuere. Euro:a uento orientali q ideo calidus eſt:quod ab oriente perflat. Ille ſuo nubes:eurus flans ab oriente nubes omnes a regione ſua i occiduum compulit: & illic congregatæ nubes:poſtq̄ ſemel calore ſolis reſolutæ ſunt:igentes inundationes fecere. Torſit:compulit. Suo axe:oriētali. Nabathæis flatibus: ideſt orientalibus:a nabath q i regione orientis regnauit:& filius fuit Iaphet:nam Noe genuit Sem:Chā:& Iaphet:ex quo natus eſt Nabath:a quo regio Nabathæa dicta ē: quæ eſt ex arabia contermina ſyriæ: Oui. prio meta.Eurus ad auroram nabathæaque regna receſſit. Arabs:populus orientis. Gangetica tellus:ideſt India:nā ganges flu.eſt id.æ:& idia pars eſt extremi orientis. Primus ſol:ideſt oriens ſicut ultimus occidens. Concreſcere: condenſari. Quicqd.c.patitur:qa tam i oriente q̄ i occidente calor eſt:ut ibi raro nubes uideantur nimio calore ſolis. Quicqd corus:ſubaudi nubium torſit:a ſuperioribus:nam corus occidentalis eſt uentus collateralis fauonio. Fuſcator:tenebrator:nam flante coro pluuioſum & nubiloſum efficitur cælum i oriente: Defenderat:a calore. Indos:populos i extremo oriente poſitos q nimio ſole peruſtos habēt uultus. Incendere diem:nam nubes remotæ icendunt diem:unum ſeqtur ex reliquo:qa remotis nubibus radii ſolis non impediuntur:quominus uim ſuam exerceant. Diem iccn.ideſt orientem. Nec medio:nec nubes i meridie eē poterant.qa illic ſol nunq̄ ferme diſcedit. Graues:aquoſæ. Nībos rapuere fuga:hypallage eſt pro nībi rapuere nubes. Fuga:ideſt uelocitate.nībi dicuntur uenti cum pluuiis eſt etiam uas quo theatri pulpita uino & croco ſpargebantur.Martialis.Lubrica corycio q̄uis ſint pulpita nībo. Vacat:a ſufficienti numeratione probat i occidentem nubes compulſas fuiſſe:non erant i oriente eſſe:non poterant i meridie propter calorem: nec i ſeptentrione flante aqlone.relinqtur ergo ut compellerentur omnes i occaſum. Arctos:ſeptentrio. Vacat: uacuata eſt ibribus. Notus:ideſt meridies. Solam calpem:ideſt i ſolum occidentem.calpe mons hiſpaniæ eſt.Calpen & abylicen ut tradit Strabo opinati ſunt qdam eſſe columnas herculis:a radicibus huius montis ſita eſt eiuſdem nominis urbs calpe:uetuſtum:& haud abiectum ſane oppidum hic mons circuitu quidem non magnus admodum:altitudine uero ingens & arrectus:adeo ut longinqs inſulæ formam præſtet. Hic:ubi nunc dicit ꝙ zephyrus qui perflat ab occidente terminum ſuum profert uſque ad Aphricum: omnia illic nubibus plena erant:ſic enim ſe habent ſi orbem cæli conſyderes:hic oriens eſt & eurus a parte dextra: Vulturnus a ſiniſtra:deinde ſeptentrionem uerſus boreas contiguus euro:deinde corus contiguus eſt zephyro a parte occidentali:circius contiguus eſt Africo:& Africus collateralem habet notum qui latine appellatur auſter:dicit ergo qua parte terminos ſuos porrigit zephyrus ad Africum omnia nubibus plena erant ut uix ſpacium quod erat a cælo uſque ad terram nubes capere poſſet. Zphyri fines:inter africum & zephyrum. Summus: ideſt ultimus.nam ultimus & ſummus pro ſe iuicem ponuntur. Sūmus cardo:ideſt ultimus axis:uidelicet occiduus. Tethym.i.mare occiduū. Inuoluere globos:qa uenti eas glomerauerant i occaſum. Vix recipit.i. uix a toto quarū a cælo ē ad terrā ſpacio capi poterāt. Cōgeſtū:ſubſtantiuū ē.i.cōgeriē aeris & nubiū cōdēſatione.

Sydera reſpiciens delapſæ portitor helles
Atque iterum æquatis ad iuſtæ pondera libræ
Temporibus uicere dies:tunc ſole relicto
Cynthia quo primum cornu dubitanda refulſit
Exclusit boream:flammaſque accepit ab euro:
Ille ſuo nubes quaſcunque inuenit in axe
Torſit in occiduum nabathæis flatibus orbem:
Et quas ſentit arabs:& quas gangetica tellus
Exhalat nebulas:quicquid concreſcere primus
Sol patitur:quicquid cæli fuſcator eoi
Intulerat corus:quicquid defenderat indos
Incendere diem nubes oriente remotæ.
Nec medio potuere graues incumbere mundo:
Sed nimbos rapuere fuga:uacat imbribus arctos
Et notus in ſolam calpen fluit humidus aer.
Hic ubi iam zephyri fines & ſummus olympi
Cardo tenet tethym uetitæ tranſcurrere:denſos
Inuoluere globos:congeſtumque aeris atri
Vix recipit ſpacium quod ſeparat æthere terram.

Ianque polo: more poetarum deſcribit hanc multitudinem nubium per hyperbolem:iam inquit ſolis calore compreſſæ nubes & reſolutæ in imbres inundationem fecere. Denſantur:quæ raræ antea erant .ſic enim aer cum denſatur in nubes conuertitur:quæ deinde aquam calore ſolis haurientes poſtq̄ altius aſcenderint:eodem calore ſolis compreſſæ imbres emittunt. Polo:ideſt calore ſolis. Spiſſatæ:cum altius euectæ fuerint. Nec ſeruant fulmina:dicit tantam fuiſſe denſitatem nubium:ut q̄uis fulgura crebra eſſent:tamen ad oculos peruenire non potuiſſe:retinebantur enim craſſitudine nubium. Moriuntur fulgura:in ipſis nubibus fulgura extinguuntur. Imperfecto:nam ita offuſcatus erat:ut uarii colores i ipſo proſpici non poſſent. Hinc : ex ipſis nubibus. Variatus colorem : ideſt habens uariatum colorem ulla luce : nam ſolis radii ex oppoſito repercutientes nubes faciūt arcum:ſed quia denſæ nubes erant : radii ſolis non uſque adeo poterant penetrare & illuſtrare nubes ut arcum efficerent. Luce:quia uarios colores arcus repræſentat:ut Mille trahens uarios aduerſo ſole colores. Oceanumque bibit:quia una extremitas arcus uidetur in extrema parte cæli haurire aquas:nam arcus nunq̄ fere apparet:quin ſequātur pluuiæ:ergo poetæ finxerunt ipſum ex mari aquas haurire:quas e nubibus emittat. Raptos:hauſtos. Cælo.ſ. de. Diffuſum æquor: ideſt hauſtam aquam maris emiſit i terras. Iamque pyreneæ:dicit pyreneos montes cum altitudine ſua ſemper niues habuerint:quia quo altiores ſunt:eo minus calorem ſolis ſentire poſſunt : niues nunq̄ reſoluebantur: ſed hoc tempore reſolutæ ſunt: ut multitudine imbrium regionem omnem hiſpaniæ inundarent. Pyreneæ niues:ideſt pyrenei montis. Montes ſiqdem pyrenei Galliæ partem ab occaſu terminare dicuntur: auctore Strabone mare ex utroque latere pertingentes & internū & externum:ab ortu rhenus qui æquali a pyreneis mōtibus ſpacio ad lineam diſtat: ab Aquilone & meridie ſic iacet:ut a ſeptētrionalibus promontoriis pyrenes inchoans oceanus ambiat uſque ad rheni eruptiones: e regione autem Maſſilienſe ac Narbonenſe pelagus. Fracto gelu:ideſt reſoluta glacie. Tum q̄ fon.undæ quæ a fontibus exeunt:uiam inuenire non poterant per alueos ſuos qua fluerent:nam adeo alueos plenos inueniebant:ut tranſcenderent in campos. Iam naufraga campis:iam plena omnia aquis erant:ut caſtra inundata eſſent:& arma militum natarent. Naufraga:ad ſimilitudinem naufragorum.quemadmodum enim naue fracta remiges & uectores ruūt per undas:ita arma cæſarianorum natabant. Caſtra:uallum caſtrorum. Labant:quia uis aquarum uallos caſtrorum euellebat. Flu:reſtagnant:redundant ſtagnare eſt locum in ſtagnum facere. Non pecorum: ex hoc diluuio ſecuta eſt inopia commeatuum:ut iam cæſaris milites fame oppreſſi:nec ſibi commeatum nec eqs facile ſubiicerent. Raptus fa.peco.ideſt non facile milites prædari poterant pecora quibus ueſcerentur. Tectarum er.gregarii milites qui pabulatum mittebantur:ut ex agris fœnum & herbam conueherent:ꝙ aquis oīa tecta erant uiam diſcernere non poterant. Occultos:pro occultatos. Iamque comes:ex hoc diluuio ſecuta eſt fames:& inopia rerum omnium. Comes malorum fa.quia fames peſtilentiæ comes eſt : magna mala ſunt bellum & peſtis:& ſemper fames eſt comes horum duorum malorum:unum non eſt ſine altero. Obſeſſus miles:ſcilicet Cæſaris a nullo hoſte obſeſſus:nihilominus laborat inopia commeatus:ac ſi undiq; ab hoſtibus oppreſſus eſſet. Prodigus:quamuis prodigus eſſet:non poterat exiguum panem emere: etiam ſi quæcunque poſſidebat pro exiguo pane commutare uellet. Proh lucri.p.per exclamatione inuehitur in auariciā. quanta inquit eſt hominum auaricia:nam in tanta rerum inopia inuentus eſt quidam qui ieiunus eſſe mallet:ut pecuniam acciperet:q̄ neceſſaria ſibi retinere. Prolato:ideſt qui paratus erat ipſe ieiunare:ut alimenta magno pretio uenderet. Iam tumuli:dicit inundationem tantā fuiſſe aquaꝝ ut ea regio iſtar paludis eſſe uideretur.

Ianque polo preſſæ largos denſantur in imbres:
Spiſſatæque fluunt:nec ſeruant fulmina flammas
Quamuis crebra micent:moriunt fulgura nimbis.
Hinc imperfecto complectitur aera gyro
Arcus:uix ulla uariatus luce colorem.
Oceanumque bibit:raptoſque ad nubila fluctus
Pertulit:& cælo diffuſum reddidit æquor.
Ianque pyreneæ quas nunquam ſoluere titan
Eualuit:fluxere niues:fractoque madeſcunt
Saxa gelu:tunc quæ ſolitis e fontibus exit
Non habet unda uias : tam largas alueus omnis
Aripis accepit aquas:iam naufraga campo
Cæſaris arma natant:impulſaque gurgite multo
Caſtra labant:alto reſtagnant flumina uallo.
Non pecorum raptus faciles non pabula merſi
Vlla ferunt ſulci:tectarum errore uiarum
Fallitur occultos ſparſus populator in agros.
Iāque comes ſemper magnorum prima maloꝝ
Sæua fames aderat:nulloque obſeſſus ab hoſte
Miles eget.toto cenſu non prodigus emit
Exiguam cererem.proh lucri pallida tabes:
Non deeſt prolato ieiunus uenditor auro.
Iam tumuli colleſque latent:iam flumina cuncta
Condidit una palus:uaſtaque uoragine merſit.
Abſorpſit penitus rupes : ac tecta ferarum



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Detulit:atque ipſas hauſit:ſubitiſque frementes
Vorticibus contorſit equos : & repulit æſtus
Fortior oceani:nec phœbum ſurgere ſenſit
Nox ſubiecta polo:rerum diſcrimina miſcet
Deformis cæli facies : iunctæque tenebræ.
Sic mundi pars una iacet:quam zona niualis
Perpetuæque premunt hyemes : non ſydera cælo
Vlla uidet:ſterili nec quicquam frigore gignit :
Sed glacie medios ſignorum temperat ignes .
Sic o ſumme parens mundi : ſic ſorte ſecunda
Aequorei rector facias neptune tridentis.
At tu perpetuis impendas aera nimbis :
Tu remeare uetes quoſcunque emiſeris æſtus :
Non habeant amnes decliuem ad littora curſum :
Sed pelagi referantur aquis:concuſſaque tellus
Laxet iter fluuiis:hos campos rhenus inundet :
Hos rhodanus.uaſtos obliquent flumina fontes.
Rhiphæas huc ſolue niues : huc ſtagna lacuſque
Et pigras ubicunque iacent effunde paludes:
Et miſeras bellis ciuilibus eripe terras .
Sed paruo fortuna uiri contenta pauore
Plena redit:ſolitoque magis fauere ſecundi
Et ueniam meruere dei:iam rarior aer
Et par phœbus aquis denſas in uellera nubes

Detulit: de loco in locum. Tecta: luſtra cum cubilibus ſuis. Subitiſque.ſ.ipſos etiam equos militum abſorpſit. Frementes hinnientes. Et repulit æſtus:impetus huius iundationis tantus erat:ut fluctus oceani uinceret & repelleret. Nec phœbum ſurgere:tam denſæ erant tenebræ:ut nox a die haud quaquá diſcerni poſſet. Miſcet.d.ſ.Tantæ inquit erant:& tam denſæ tenebræ:ut res a rebus diſcerni non poſſent: ſicut illud Vir.Et rebus nox abſtulit atra colorem:nam color eſt qui facit res a rebus diſcerni. Deformis:tenebroſi. Miſcet:confundit. Iunctæ:ideſt denſatæ. Sic mundi pars:per ſimilitudinem oſtendit quantæ erant tenebræ in ea regione:non aliæ inquit erant in ea parte hiſpaniæ:ꝙ̃ etiam ſint in frigidiſſima zona:ubi continuæ ſunt nubes & frigora.

Zona niualis: ideſt oppreſſa niuibus: ubi ſemper frigora ſunt & gelu:nec radiis ſolis illuſtratur. Sterili frigore: nam frigus contrarium eſt generationi rerum.

Sed glacie medios.ſ.t. Ratio hoc facit ſphæræ:cælum qnque tenetur zonis:quarum media feruentiſſima eſt.quia ab ea nũquam ſol ferme diſcedit:ſed duæ temperatæ ſunt:quia in medio frigidiſſimarum & huius feruentiſſimæ ſunt:ideo habitabiles ſunt:recte ergo dicit medios temperat ignes zona quæ eſt in extremo. Ignes: calores ſolis qui per ſigna zodiaci curſum ſuum peragit. Medios:ideſt mediæ zonæ. Glacie:ideſt frigore. Sic o ſũme parens:hic poeta deos implorat : ut uelit hoc perpetuum eẽ diluuium : potius quá inter ſe Ro.bella conſerant. Inuocat auté Iouem ut perpetuos imbres de cælo mittat:neptunum ut ipſe emiſſis undarũ habenis totam hiſpaniam obruat: potius ꝙ̃ bella ciuilia permittat. Summe parens: ſummum Iouem appellauit:cui prima ſorte cælum obtigit. Nota ẽ fabula.mortuo Saturno tres filii relicti ſunt:Iuppiter.Neptunus:& Pluto:qui ſorte inter ſe tria regna diuiſerũt: cælum prima ſorte obtigit Ioui:ſecunda ſorte mare neptumno : tertia ſorte terra plutoni contigit. Aequorei tridẽtis:quia ſceptrum Neptuni tridẽs eſt:quod alio nomine fuſcina nominatur hac enim & piſcatores utuntur. Impendas aera:ideſt deſuper facias aerem nebuloſum:& effuſos imbres emittentem. Emiſeris.ſ.in hiſpaniam. Remeare.ſ.in mare. Non habeant amnes:& ſemper mare tumidũ uetet i ſeipſum aquas fluuiorum deſcendere

Ad littora curſum:quia naturaliter omnes fluuii decurrunt in mare. Referantur:retro ferantur.ſ.i fontem

Concuſſaque tellus:ideſt terremotus:& ſic certe contingere ſolet:ut terremotu:amnes qui nunꝙ̃ fuere ſubito erumpant qui uero aliquando fuere terremotu ſorbeantur:qđ de numicio fluuio legitur:ubi Aeneas demerſus eſt:& nunc non inuenitur. Obliquent fontes.ſ.ut ad hunc locum omnes deriuentur. Huc: in hiſpaniam. Niues rhipheas:ideſt ſeptentrionales.nam rhiphei montes ſunt in ſeptentrione poſiti:qui ſemp niuibus tecti ſunt.Et ut inquit Solinus:damnata hæc pars mundi:& a rerum natura in nubem æternæ caliginis miſſa ipſiſque prorſus aquilonis conceptaculis rigentiſſima:ſola terrarum non nouit uices temporum nec de cælo accipit aliud ꝙ̃ hyemem ſempiternam. Terras eripe:ideſt ne concedas terram & locum romanis: ubi bella ciuilia facere poſſint. Sed paruo fortuna:poſt inuocationem hanc narrat poeta fortunam quaſi pœnituiſſe:ꝙ nõ nihil ab eo tenore quo ire cœperat ſecundum uota Cæſaris declinaſſe uidebatur & puo hoc interuallo quo cæſarẽ deſeruiſſe uidebat᷑: deide multo plenior redĩt:ut i quo defecerat:id poſtea maiore copia ſuppleret. Cõtenta pauore:ꝙ exiguum timorẽ inieciſſet Cæſari. Plena.i.uberior & copioſior. Veniá me:quaſi ídignatũ Cæſarẽ metuerunt dii ſcilicet ne cæſar ignoſceret diis qui aduerſi fuerant. Iam rarior aer:nunc oſtendit quomodo dii magis propicii fuere Cæſari:ꝙ̃ antea. Rarior:quia cum denſatur aer in nubes cogitur:at cum rarefactus erit : nubes quæ ante denſatæ fuerant rarefactæ i ſerenum reducuntur. Rarior:ideſt tenuior ſcilicet fuit.

Par phœbus aquis : ideſt calore ſui par erat humori:antea enim phœbus humoris abundantia uictus fuerat.

Sparſerat:& noctes uentura luce rubebant :
Seruatoque loco rerum diſceſſit ab aſtris
Humor:& ima petit quicquid pendebat aquarꝫ.
Tollere ſylua comas:ſtagnis emergere colles
Incipiunt:uiſoque die dureſcere ualles .
Vtque habuit ripas ſicoris campoſque reliquit :
Primum cana ſalix madefacto uimine paruam
Texitur in puppim.cæſoque inducta iuuenco
Vectoris patiens tumidum ſuper emicat amnem :
Sic uenetus ſtagnante pado:fuſoque britannus
Nauigat oceano:ſic cum tenet omnia nilus
Conſeritur bibula memphitis cymba papyro .
His ratibus tranſuecta manus feſtinat utrinque
Succiſum curuare nemus:fluuiique ferocis
Incrementa timens non primis robora ripis
Impoſuit:medios pontem diſtendit in agros .
Ac nequid ſicoris repetitis audeat undis
Spargitur in ſulcos:& ſciſſo gurgite riuis
Dat pœnas maioris aquæ:poſtꝙ̃ omnia fatis
Cæſaris ire uidet:cælſam petreius ilerdam

Sparſerat:attenuauerat nubes in uelleris modũ:non enim nigræ erát aquis:ut ante. ſed perlucidæ ut uelera quædam uiderentur. Noctes rubebant:quod ſignificat craſtinam ſerenitatem. Seruato loco rerum.i. diffinito loco rebus aqua in ſuũ rediit:nam ſicut motus ita qetis triplex eſt locus.uidelicet naturalis:aĩalis:uiolenta:naturalis quies dicitur cũ corpus eſt in ſuo loco:ſibi a natura determinato atꝗ conſtituto:ut terra in centro : ignis in alto.aĩalis quies dicitur cũ aĩa ceſſat a motu:ſiue ſuo appetibili coniuncta:ſiue non.uiolenta aũt quies dicitur cũ corpus eſt in loco ſibi aſtricto:& non proprio:ut econtrario:terra in ſublimi:ignis uero in centro.Ergo ſeruato loco. ut in centro ſit quies terræ:in oceano ſit quies aquarũ : in cælo & ſublimi ſit qes ignis.naturaliter ergo poeta dixit hoc:in ſuũ locum rediiſſe humorẽ qui antea in altiora euectus eſt:nũc tandẽ cœpiſſe ſeruare locũ a natura cõſtitutum .

Pendebat.ſ.in aere:deſcendit ad ſphærá ſuam.ſ.in oceanum. Tollere ſylua co. ſyluæ obrutæ inundatione aquarũ : nunc ſenſim ſurgere cœperũt defluẽtibus aqs.

Emergere:apparere ex ũdis. Viſo die .i.ſole. Vtqꝫ habuit.r.nunc dicit qd Cæſar egerit:poſtꝙ̃ aquarum inundatio ſubſtitit:nam ſimul atꝗ intra alueum ſuũ ſicoris fuit:ſtatim iuſſit militibus ſuis intexere naues:& ita uiminibus ĩtextis: corio cæſorum iumentorꝫ eas texit: deinde his nauibus milites traiecit. & cũ nihil tale timerent:hoſtes ſubito aufugerunt. Hiſtoria eſt:ná ſæpe tentauit Cæſar tranſire alpes:hoſtes in ulteriore ripa ſe obtulerunt ut cæſarem ĩpedirent.ille contextis nauibus cũ diſceſſiſſet : & procul ab hoſtibus traiecit amnẽ prius ꝙ̃ ab hoſtibus ſentiretur. Habuit ripas:nam inflatus amnis ripas tranſiuerat:nũc declinãtibus aqs ripas hr̃e cœpit. Cana ſalix:qa frõdes ſalicis ex una parte canæ ſunt.i.uimia ſalicis .

Madefacto uimine:ut flexibiliores eẽnt in texendo nauiculas. Cæſoqꝫ in.cũ texiſſent ſibi milites naues:deinde eas texerunt corio:ut aquá retinerent.

Patiens nec:ut ſuſtinere poſſet uectores. Super emicat.i.mouetur ſup amnẽ : & exilit.emicare ẽ celeriter moueri. Sic uenetus:p ſimilitudiuẽ oñdit qũo ſicorim flu.milites Cæſaris traiecere. nõ aliter inqt ꝙ̃ nauigare ſolent Británi per oceanũ:tũc cũ terrá inundauerit:ut ægyptii Nilo creſcẽte puppibus per agros ſuos nauigant: ná oceanus certo tp̃e britániá inundat:& nilus ægyptũ. Stagnante pa.qa aliqñ padus ita iflat᷑:ut regionem inundet:ut nauibus de loco ad locũ neceſſe ſit nauigare. Fuſo:inundante britániá. Cõſeritur bi.in ægypto naſcuntur ſyrpi ſiue iunci robuſtiores qbus ſibi cymbas intexũt ægyptii:& his utunt᷑ cũ nilus ægyptũ inundauerit. Memphitis.i.ægyptia:ná Memphis ciuitas ægypti fuit:uñ mẽphitici uates dicti ſunt. Cymba dr̃ ꝙ ad ſimilitudinẽ cubæ figuræ facta ſit:ná figura cuba eſt cõcaua:& ab extremitatibus edita. Bibula:arenoſa:quia papyrus i arenoſis naſcitur locis. Tenet:obruit:& oĩa ĩundat. His ratibus:dicit cæſarianos ĩcidiſſe arbores nemoris:& his arboribus texuiſſe crates:qbus ſicorim amnẽ facile tráſire poſſent:ſi rõ belli poſceret. Manus: multitudo militũ. Succiſum ne.p arbores inciſas. Curuare ne.i.feſtinat texere crates. Fluuiiqꝫ fe.adhuc memor priſtinæ inũdationis miles cæſarianus: nõ incipit a ripis fluminis pontẽ:ſed lõgius ſpaciũ occupat:ne inundatiões fluminis ĩpedire poſſent.quo minus quo uolebát traiicerét. Incremẽta:ĩflationes fluminis. Robora:ligna baſides põtis. Primis ri.in parte prima riparũ. Diſtendit:porrigit. Ac neqd ſicoris:p̃terea diduxit alueos qbus fluuius diminueret᷑:ſi forte creſceret. Sul os:meatus. Repetitis un.i.iundationibus: ne iterũ creſcat. Dat pœná.i.patitur:qa antea nimis inflatus fuerat. Poſtꝙ̃ oĩa fatis.Petreius & Afranius poſtꝙ̃ uiderunt mutatam fortunam:& res ex uoto fluere Cæſari.ſtatuerunt inde diſcedere.Hiſtoria aũt eſt:nam Afranius & Petreius uerITi ne oĩa pabula intercluderent᷑:quia Cæſar eqtatu multũ ualebat:conſtituerũt capta loci opportunitate inde diſcedere:& in celtiberiá bellũ tráſferre:huic conſilio ſuffragabatur & illud:qđ priori bello in luſitania fecerat:qđ Põpeius cõtra ſertoriũ geſſerat:ciuitates q̄ cum illo ſenſerát magni Pompeii uiribus uictæ ipſius abſentis fama uel noĩe terrebant᷑:q̄ uero in amicitia & officio Põpeii máſerant maximis bñficiis affectæ eũ diligebant:præterea parua admodũ:aut nulla fama cæſaris illuc peruenerat:ergo inde diſcedere cõſtituerũt ſed nõ ex ſnĩa ceſſit:nam Cæſar illorum iter interpellauit. Fatis.i.ire ſecundũ fortunam & uoluntatẽ Cæſaris.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Deſerit : & noti diffiſus uiribus orbis
Indomitos quærit populos:& ſemper in arma
Martis amore feros:& tendit in ultima mundi.
Nudatos cæſar colles:deſertaque caſtra
Cōſpiciens capere arma iubet:nec quærere ponte
Nec uada:ſed duris fluuium ſuperare lacertis.
Paretur:rapuitque ruens in prælia miles:
Quod fugiens timuiſſet iter:mox uda receptis
Membra fouent armis:gelidos a gurgite curſu
Reſtituunt artus:donec decreſceret umbra.
In medium ſurgente die:ianque agmina ſumma
Carpit eques:dubiique fugæ pugnæque tenentur.
Attollunt campo geminæ iuga ſaxea rupes
Valle caua media:tellus hinc ardua cælſos
Continuat colles:tute quos inter opaco
Anfractu latuere uiæ : quibus hoſte potito
Faucibus emitti terrarum in deuia martem
Inque feras gentes cæſar uidet.ite ſine ullo
Ordine ait:raptumque fuga conuertite bellum,
Et faciem pugnæ uultuſque inferte minaces:
Nec liceat pauidis ignaua occumbere morte:
Excipiant recto fugientes pectore ferrum.
Dixit.& ad montes tendentem præuenit hoſtem,
Illic exiguo paulum diſtantia uallo

Noti orbis.i.cognitæ hiſpaniæ. Populos.ſ.celtiberos bellicoſos. In ultima mundi:quia in ultima par te hiſpaniæ poſiti ſunt celtiberi. Nudatos cæſar colles:ſed cum Cæſar uidit hoſtium caſtra eſſe deſerta:ſtatim iuſſit militibus tranſire fluuium:nec per pontē traiicere:ſed natantes ad ulteriorem ripā properare:ut fugientes perſequerentur:unde ſicut imperauit Cæſar:ita milites executi ſunt. Nudatos colles:ubi caſtrametati erāt hoſtes. Nec uada:loca ubi humilior aqua eſſet:per quæ exire poſſent. Superare:tranſire. Virg. Superant montes & flumina tranant. Paretur:ſtatim dicto cæſaris milites fuerunt audientes:& ſe in iter periculoſum iecere ut perſequerentur hoſtē : qui uix fugiētes ſe in tantum diſcrimen coniecisſent:q̄ ipſi ſuſceperunt perſequendo fugientes. Fugiēs:nam qui fugit minus conſyderat pericula. Mox uda : quoniā membra ſua rigida & frigentia:curſu fouere:impoſitis armis:& perſequēdo hoſtes. Curſu:ſub audi cum. Reſtituunt:calefaciunt. Gelidos:frigefactos a gurgite:nam dū celeritate perſequerētur hoſtes:calefacta ſunt membra. In mediū ſurgente diem:quia non deſtiterunt perſequi hoſtem: uſq; ad meridiem. Decreſceret:diminueretur. nam meridie umbræ ſunt minores. Surgente die.i.ſole ſe attollente i meridiem. Iamq; agmina ſumma:& iā adepti erāt Cæſaris milites fugientē hoſtem ut extremum eorū exercitum cederent. Eques .i.equitatus. Carpit:cōprehendit. Sūma agmina.i.ultima.ſ.fugientis Petreii & Afranii. Dubiiq; fugæ:quia incerti erant fugerent ne:an conuerſi contra Cæſarianos pugnarent. Attollunt cāpo:deſcribit nunc locū: ad quem fugientes Petreii & Afranii milites:& perſequentes Cæſariani peruenerūt:dicit uallem cauā fuiſſe:in mediaq; ualle duos colles ſurrexiſſe:q terra cōtinuabantur: inter hos colles media uia erat:ad quā ſi peruenisſent fugientes: tuti ēt inuitis cæſarianis ſe i extremas iberiæ partes contuliſſent: ergo Cæſar ut ante caperet locum:milites ſuos properare iuſſit. Geminæ rupes:duo colles. Tellus eſt in medio: duo colles erāt a dextris & a ſiniſtris deinde uia arctior coniungebat hos colles. Hinc:ab una parte. Continuat:cōiungit. Anfractus:proprie dicitur locus præceps.dicit ergo uias illas undiq; clauſas fuiſſe anfractu colliū.i.præcipitio ut locus ille inacceſſibilis eſſet. Latuere.i.occultæ fuerunt. Quibus.h.p.ſi ad hanc uiā uenisſent hoſtes tunc ire potuisſent inuitis cæſarianis ī extrema iberiæ. In deuia:ideſt remota loca & uſq; in celtiberiam. Feras gentes:qa bellicoſi ſunt celtiberi. Ite:ergo cū Cæſar iā mitteret milites:præuenite inqt hoſtē:& occupato loco fugientibus occurrite:ut nō a tergo illos : ſed a fronte cedatis. Conuertite.ſ.in uos. Raptum:qa raptim fugere tentant. Nec liceat:cū illi fugiant. Ignaua morte.ſ.a tergo:& facite ut milites ignaui moriantur fortiter. Pauidis.i.fugientibus:quia mors ignaua eſt fugientibus. Dixit:hæc ubi dixit Cæſar:ſtatim milites paruere:& iam hoſtem præuenere. Illic: hoſtes ubi iam uiderunt ſe deprehendi caſtra poſuerunt:& Cæſar haud ꝓcul inde caſtra poni iuſſit. Illic:in eo loco ubi Cæſariani adepti erant hoſtē. Locant.ſ.Cæſar & Petreius. Exiguo uallo:quia non erat ſpaciū longioris ualli faciendi:in orbem anguſtū caſtra poſuerunt. Poſtq̄:& cū caſtra non procul uterq; exercitus poſuiſſet: data eſt facultas:ut inter ſe milites conſpicerent de caſtris:& fratres conſpicerent fratres:patres filios : & primo quidē taciti enſe quem cuncti tenebant inclinato ſignificabant ſalutē : ſenſim aūt proceſſerunt eo ut intra uallum hoſtiū tranſirent:& iā eo res peruenerat:ut pax ſecutura uideretur:ſed Petreius & Afranius ubi periculum uiderunt:ne ſui milites moti pietate ſuorum,cū Cæſare iungerentur:armati cum aliquot cohortibus ueniunt:& hoſtē e caſtris trudunt:ſuoſque acriter trudunt:ꝙ fidem datam Pompeio ſenatui:atque reipu.prodere uoluerint: & ita concordia quæ ꝓpemodū coniuncta erat excuſſa eſt:nec hic fabuloſe loquitur Lucanus ꝙ hæc fere eadē ab Appiano referuntur:ait enim cū Petreius & Afranius ad interiora iberiæ loca ſeceſſiſſent:aliū parature exercitum:ꝙ Cæſar inſecutus : foſſa præpeditos ulterius tranſire prohibuit:eorum quoq; partem ad exercitus ſui detentionem prodeuntē circundedit:hi autē capita clypeis ſubiicientes (quod deditionis ſignum haberi ſolet) ſeipſos tradere ſignificabant:cæteꝝ cæſar nec ſuſcepit eos:nec ullo genere mortis affecit:uerum ad Afraniū redire conceſſit:omnifariam blandiciarū genere ad hoſtes uſus:qua ex cauſa milites in unum ſe imiſcentes loquebantur:& iam ſermones inter eos de conuentione agitabantur:tandem Afranio cæteriſq; ducibus hiſpania excedere uiſum eſt:eamq; cæſari relinquere:& nullo accepto incōmodo ad Pompeium redire:his Petreius aduerſabatur : & per exercitum hinc inde diſcurrens:quoſcunq; cæſaris militibus īmixtos reperiſſet ferro ſequebatur. Inſurgentibus in eū exercitus primoribus:unum ex ipſis enſe confecit:aquatiōne tandē a cæſare intercepta : Petreius in arcto conſtitutus cū Afranio ad colloquium cū cæſare peruenit exercitibus utraq; parte ſpectantibus : cōuenere igitur cum illo hiſpania excedere:eamq; illi poſſidēdā tradere:ſi ultra fluuium tutos præmiſiſſet: indeq; ad Pompeium liberos abire ſineret.

Caſtra locant:poſtquam ſpacio languentia nullo:
Mutua conſpicuos habuerunt lumina uultus.
Et fratres natoſque ſuos uidere patreſque
Deprenſum eſt ciuile nefas:tenuere parumper
Ora metu : tantum nutu motoque ſalutant
Enſe ſuos:mox ut ſtimulis maioribus ardens
Rupit amor leges : audet tranſcendere uallum
Miles:in amplexus effuſas tendere palmas
Hoſpitis ille ciet nomen:uocat ille propinquum:
Admonet hunc ſtudiis conſors puerilibus ætas.
Nec romanus erat:qui non cognouerat hoſtem
Arma rigāt lachrymis:ſingultibus oſcula rūpunt.
Et quamuis nullo maculatus ſanguine miles
Quæ potuit feciſſe timet:quid pectora pulſas?
Quid ueſane gemis?fletus quid fundis inanes?
Nec te ſponte tua ſceleri parere fateris?
Vſque adeone times:quem tu facis ipſe timendū?
Claſſica dent bellum:ſæuos tu neglige cantus
Signa ferant:ceſſa:iamiam ciuilis herinnys
Concidet:& cæſar generum priuatus amabit.
Nunc ades æterno complectens omnia nexu

Lumina lāguentia ſpa. hoc fit quū uiſus oculorum nullo interuallo hebetantur. Deprehenſum eſt.c.tum deniq; intellectū eſt quantum nefas eſſet ciuile bellū. Metu.ſ.ſuorum ducum:quia non audebant hinc cæſariani milites ſalutare illos : & e diuerſo. Enſe:quia educto enſe aciem gladii in manu tenebant:& inclinato capite ſe ſalutabant. Mox ut.ſ.ſed ubi ſenſim appropinquauerūt : & uis pietatis aīos utriuſq; impulit:primo quidem auſi ſunt cæſariani milites tranſcendere uallum. Rupit leges : quibus ducibus ſuis aſtricti erant : iureiurando eni affirmauerant fidem datam ſeruare. Palmas: quia occurrebant milites militibus: & inter ſe non tanq̄ hoſtis hoſtem:ſed ut amicus amicum amplectebantur. Hoſpitis ille:nūc cauſas exponit quibus illi in amorem ſine ullo ordine ruerunt. Admonet hūc ſtudiis &:amicus familiarem ſuū aſpiciebat:cū quo ab ineunte pueritia uſus & conſuetudo fuerat. Puerilibus ætas:qa ſimilitudo ſtudiorum maximum eſt amoris uinculū:ut Virg. Adeo in teneris conſueſcere multū eſt. Nec romanus erat:ſed peregrinus:ipſi ro.inter ſe cognoſcebant:præter q̄ q ex iberia & Celtiberia erant cum Petreio & Afranio:& ex gallia cū Cæſare:illi ergo non cognoſcebant hoſtē. Arma rigant:cum ita inter ſe coniuncti alloquerentur primo quidē lachrymas dabant & ſingultus uerba impediebat. Singultibus:quia primum uerba exprimere non poterant dulcedine quadā pietatis. Quæ potuit fe. quia obuerſabatur oculis eorū q̄tum mali facere poterant:uidelicet pr̄ filium : filius patrem:familiaris familiarem occidere potuiſſet. Maculatus ſanguine.i.nullam cædem perpetrauerit. Quid pectora.p.cum in notitiam uenit ſceleris quod facere poterat ſibi pectora pulſabat dicens. Hei mihi quo redactus fui ut paululum afuerit:quin patrē occiderem:reprehenditq; eos poeta dicens:ſtulte qd pectora percutis:quaſi doleas ꝙ tātum ſcelus cōmittas:nunquid difficile eſt pacem agere?q.d.facile eſt:uidelicet ſi uolueris cæſarē deſerere:ergo hanc tibi neceſſitatem inducis:quā ſi uolueris facile uitare poteris:ut quem potentē feciſti:priuatum reddas. Inanes.i.cur inaniter fles:cū poſſis tuis tibiq; conſulere. Sponte:quaſi coactus ſis ad hoc facinus belli te perueniſſe. Times.ſ.cæſarem cui niſi parere uolueris:te cogere non poterit. Claſſica dent:oſtendit ſi modo uoluerit miles poſſe a bello deſiſtere:nā ſi cæſar iubet tubis ſignū belli dari:tu neglige cantū:nec ad cantū tubæ ſumpſeris arma. Claſſica.i.tubæ. Bellum.i.ſignum belli. Signa ferant:contra hoſtem.ſ.iubente cæſare. Ceſſa:deſiſte noli ire. Iam iam ciuilis he. ſi hoc feceris furor deſiſtet:& cæſar qui perſequitur generū ubi ſe priuatum uiderit non parentibus militibus:illū amare incipiet. Priuatus:non parente milite. Nunc ades æterno: poeta hic concordiā inuocat ut adſit perpetuoq; maneat īter milites. Ades:ꝓ adſis. O rerū ſalus:qa niſi concordia eſſet:nec ipſa rerū primordia ſtarēt:nā id eſt ex quo probāt philoſophi:primam materiam eſſe: uidelicet ꝙ inter ſe concordia quadā cuncta tenerentur:dicunt enim non ſecundū diuerſas qualitates coniuncta eſſe inter ſe elementa.i.rerum primordia:ſed ſecundū eas magis diſcerni uel diſſentire frigus a calore humidū a ſicco:

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Orerum mixtique ſalus concordia mundi:
Et ſacer orbis amor:magnum nunc ſæcula noſtra
Venturi diſcrimen habent:periere latebræ
Tot ſcelerum:populo uenia eſt erepta nocenti:
Agnouere ſuos. proh numine fata ſiniſtro
Exigua requie tantas augentia clades.
Pax erat: & caſtris miles permixtus utriſque
Errabat:duro concordes ceſpite menſas
Inſtituunt:& permixto libamina baccho.
Graminei luxere foci:iunctoque cubili
Extrahit inſomnes bellorum fabula noctes:
Quo primum ſteterint campo:qua lancea dextra
Exierit:dum quæ geſſerunt fortia iactant:
Et dum multa negant:quod ſolum fata petebant
Eſt miſeris renouata fides: atque omne futurum
Creuit amore nefas.nam poſtquam fœdera pacis
Cognita petreio ſeque & ſua tradita uenum
Caſtra uidet:famulas ſcelerata ad prælia dextras
Excitat:atque hoſtes turba ſtipatus inermes
Præcipitat caſtris:iunctoſque amplexibus enſe
Separat:& multo diſturbat ſanguine pacem.
Addidit ira ferox moturas prælia uoces.
Immemor o patriæ:ſignorum oblite tuorum:

ſed eſt aliud cõmune omnibus.i.concordia qua inter ſe coniuncta manent. Concordia mundi:quia ex diuerſis qualitatibus quæ in mundo ſunt continentur. Et ſacer orbis amor:hoc ad humanũ genus ſpectare uidetur:ná niſi inter ſe amore cõiunctũ teneretur humanum genus:nec domus:nec urbes: nec ipſe orbis terrarum ſtare poſſet:ſed hoc primũ a pietate prouenit:deinde a iuſtitia. Sacer amor.i.coniunctio inter amicos & amicitia:quæ ſalus eſt totius orbis:oía enim conſeruat:& in ea oía conſiſtunt. Magnũ nunc ſæ.no.nunc in magnum periculum uenturi ſumus:ne in futurum caritas pereat:& ea quæ eſt inter ſanguine coniunctos:ná propōſito horũ exemplo qui ſe mutuis uulneribus ſcientes occiderunt:nullo ſanguinis uinculo deterriti:periculum eſt: ne id poſteri quoq; faciant. Venturi:ne malo horũ exemplo arma contra ſeipſos hoíes ferant:& filii contra parentes. Periere latebræ:iam nõ ignorantiæ poteſt attribui hoc: poſtquá inter ſe ſemel cognouerũt.

Latebræ.i.ignorantia:qa primo neſciebant contra quos arma ſtringerent: ſed nunc non poterũt ſine magno ſcelere cõſerere manum. latebræ í proſa corripitur: in uerſu uero pro ratione metri cõmunis ẽ. Populo uenia eſt:nunc poſtq̃ cognouere ſuos non excuſandi erũt. Proh numine fata:o fata ĩquit q̃ aduerſum fuit numẽ romanis:ut uolueritis illos breui tempore eſſe concordes: ut mox ſcelus inexpiabile facerent: fata enim hoc interuallũ præſtare uoluerunt:ut iter ſe cognoſcerẽt quo ſcelus magnũ conſequeretur. Siniſtro numine:ꝑ ſiniſtri numinis. Exigua requie.i.paruo interuallo poſito quo iter ſe cognouerunt. Tantas clades:concordia hoc fecit:ut futura clades maior ſit:& interuallo nõ ignoſcẽda. Pax erat:redit ad propoſitũ poſt inuocatam concordiá.

Et miles caſtris: nam cæſariani milites in caſtris Petreii & Petreii milites í caſtris Cæſaris permixti erant. Errabat:quia inter eos iam nouũ fœdus compoſitũ erat.

Libamina baccho:quia mos erat antiquis anteq̃ biberent exiguum uini in ignẽ infundere:& id baccho libare dicebant.a græco ἡ λοιβὴ i.libamen a λείβω fundo.ita id uinum quaſi primitias dicebant. Libamina.ſ.inſtituunt. Graminei:ex herba incenſi:uel in gramine conſtituti. Foci:dñtur loci ubi ignis ſeruatur a fouendo. Iunctoq; cu.in eodẽ lecto dormiẽtes inter ſe cõfabulant̃ de bellis inter ſe geſtis.

Extrahit.i.ꝑducit. Inſomnes no.qa uigilabát dulcedine amoris cõfabulantes. Quo:narrabát.n. Cæſariani milites:q̃ bella in gallia geſſere:dũ per.x.ános ſub cæſare militabát. Exierit.ſ.í hoſte. Quod ſolũ.f.p.ita dii inqt uolebát ut fides reſtitueret̃:& ad ſuos utriq; duces redirét renouata fide:cuius obliti uidebát̃:ná cæſariani milites obligauerát ſe cæſari & Petreii Petreio. Amore.ſ.uiolato. Ná poſtq̃:ná Petreius inqt poſtq̃ uidet caſtra ſua plena eẽ militibus cæſarianis:uidẽs fore ut ipſe cũ ſuis oíbus cæſari ꝑpemodũ uenderet̃:& ſuæ ſalutiq; ſuoꝝ metuẽs ſatellites ſuos arma ſumere iuſſit:& cũ in tẽtoriiſ militũ inſpexiſſet:ubi cũ oíbus conuiuia celebrabant mẽſas diſturbat:quoſdá uulnerat:nõnullos interficit:& ita eiectis e caſtris cæſarianis:ad concionẽ milites ſuos cõuocat:& eos acriter reꝑhendit:q; facile obliti libertatis ſe in ſeruitutem cæſaris conferre uoluerint. Tradita uenũ.i.uenundata eſſe:unde uenundo dr̃ a uenum & do:& dare uenum eſt uendere. Ad ſcelerata: quæ diſcordiam & caritatem uiolarent. Turba: ſcilicet ſatellitum ſuorum. Inermes:quia depoſitis armis inter ſe pacem agebant. Præcipitat:præcipitando expellit e caſtris. Sanguine:cæſorum & uulneratorum. Addidit ira ferox:non contentus fuit eieciſſe quoſdam Cæſarianos e caſtris:quoſdam uulneraſſe:niſi contione reuocata milites ſuos acriter repræhenderet. Ira ferox:pro ipſe iratus. Moturas:concitaturas aíos ad prælia. & ſic habitũ futuræ orõnis exponit. Immemor o pr̃iæ:primo meliorem ſuam cám oſtendit:quod in principio facere ſolemus:& eſt orõ diſſuaſoria:quæ í deliberatiuo genere poſita eſt:diſſuadet.n.ne uelint ſub obtẽtu pacis ſe cæſari í ſeruitutẽ tradere:oblitus es ne inqt melioris cauſæ:uidelicet q partes ſenatus populiq; ro.ſuſcepiſti:locus ẽ beniuolẽtiæ a rebus ipſis:cũ cám noſtrá extollendo aduerſarioꝝ per cõtemptionẽ deprimemus:

Non potes hoc cauſæ miles præſtare ſenatus
Aſſertor uicto redeas ut cæſare: certe
Vt uincare potes: dum ferrum incertaque fata
Quique fluat multo non deerit uulnere ſanguis:
Ibitis ad dominum: damnataque ſigna feretis:
Vtque habeat famulos nullo diſcrimine cæſar
Exorandus erit: ducibus quoque uita petẽda eſt.
Nunq̃ noſtra ſalus pretium merceſque nefandæ
Proditionis erit.non hoc ciuilia bella
Vt uiuamus agunt:trahimur ſub nomine pacis.
Non calybem gentes penitus fugiente metallo
Eruerent:nulli uallarent oppida muri.
Non ſonipes in bella ferox:non iret in æquor
Turrigeras claſſis pelago ſparſura carinas:
Si bene libertas unquam pro pace daretur.
Hoſtes nempe meos ſceleri iurata nefando
Sacramenta tenent: at uobis uilior hoc eſt
Veſtra fides:q; pro cauſa pugnantibus æqua
Et ueniam ſperare licet. proh dira pudoris
Fœdara:nunc toto fatorum ignarus in orbe
Magne paras acies:mundique extrema tenentes

Non potes:occurrit in principio:quia dicere poterant non poſſumus uincere:ergo ſatius eſt ut concordiam & pacem agamus:reſpondet ſi uincere non potes:mori potes:ergo ſatius eſt ut liber moriaris:q̃ ſeruus uiuas.

Cauſæ.i.qui meliorem cauſam ſecutus pro rep.arma ſumpſeris. Aſſertor.i.uindex libertatis. Vt uincare: non potes hoc facere:quia inferior es uiribus: moriaris pro libertate potius q̃ in ſeruitute uiuas. Incerta fata.ſ.non deerunt nobis:quia in dubio adhuc eſt pugna uter uictor futurus ſit. Ibitis ad dominum:ut ſeruiatis: cum liberi eſſe poſſitis. Feretis:ſuſtinebitis. Dánata ſigna.ſ.Cæſaris:quæ ſemel damnaſtis:tunc cum Põpeii ſigna prætuliſtiſ.q.d.non debetis ſeruire.

Vtq; habeat ſſu.pulchrum eſt inquit exorare Cæſarem:ut uos uelit in ſeruitutem recipere. Nullo diſcrimine.i.certamine hoc eſt.incruento marte. Ducibus quoq; uita:ſi dиs placet hoc pacto cũ Cæſare conuenietis:ut uos accipiat:& nobis ducibus uitam d[illegible]et:ſed nõ patiemur hoc.

Pretiũ merce[illegible]i. nunq̃ paciſcemur pro libertate ſeruitutem. Non hoc.c.b.non intelligitis quid Cæſar agat:& milites ſui: non eni hoc facit ut uiuamus:ſed ſub obtentu pacis ſeruitutẽ dabit:ſi ei parere uoluerimus. Pretium merces:arguit a parte honeſti.i.fortitudinis:,quia uiri fortis ẽglorioſe mori:potius q̃ turpiter uiuere.

Non calybem gẽtes:ſenſus eſt ſi hoíes ſeruire poſſent bella nulla gererentur: ſed libertatis cupido facit ut hoíes uelint alii aliis eſſe ſuperiores. eſt aũt argumentum a cõparatione:nam in locis argumentoꝝ cõtinetur a pari:a ſimili:a maiori:& minori:& a cõparatione.i.cum comparatur res rei:quæritur eni utrum libertas anteponẽda ſit paci:an pax libertati. Si bene libertas.i.ſi hoíes æquo aío ſeruire poſſent in pace:nulla bellorum cá prorſus eſſet: ordo tendit ad eum locum:ſi bene libertas unq̃ daretur ꝑ pace. Gentes non er.ca. ideſt non quærerent ferrũ:quo arma fabricarent. Calybes:populi ſunt in ponto iuxta paphlagoniam apud quos optimũ ferrum inuenitur. Virg. At calybes nudi ferrum. Hos enim ferri copia ut inqt Strabo:illuſtres fecit:apud calybes pharnatia ſita eſt in mari hñs pelamydũ copiá in terra uero ſunt metalla:nunc ferri:prius etiam argenti íminent montes metallis pleni ac ſyluis. Nulli ual.opi.mu.nec etiam mœnia ædificarentur:qbus ſe ab hoſtibus defenderent. Fugiente metallo:quia metallũ interius fugere uidetur: & hoíes illud humano labore effodiunt. Nec ſonipes:nec bella terreſtria eſſent: nec maritima. Turrigeras carinas:qa turritæ ſunt carinæ:qbus bella geruntur. Si bene libertas.i.ſi pax libertati eſſet anteponẽda. Hoſtes nempe meos:ab honeſti parte arguit:a iuſtitia:a parte iuſtitiæ:quá ueritatem Cicero appellat:ná ueritatis fides eſt cuſtos:fidẽ dictam eſſe uolunt Stoici q; fiat quod dictum eſt:arguit ergo a iuſtitia:uidelicet debere eos ſeruare fidem datá Pompeio:qua deide ſunt ipſis ducibus obligati.arguit ẽt a minori ad maius:nam ſi hoſtes cæſariani qui deteriorem cám ſequuntur:ipſi quoq; arma ſumpſerunt:ut unus cæſár regnet:tñ milites fidem illi ſeruant:q̃to magis uos eam ſeruare debetis:qui non ꝑ unius íperio:ſed pro libertate:pro rep.pro ſenatu populoq; ro.arma ſumpſiſtis? Sacramenta tenent:ná etſi iuſiurandum præſtiterunt:ut pro unius dñatu pugnarent:tamen fidẽ datam ſeruant. Sceleri nefan.ſ.Cæſaris. Quod pro cá pu.æqua:pro ciuitate:pro libertate: pro legibus:atq; iudiciis defendendis. Et ueniá ſperare licet:uos tandẽ meliores eſtis q̃ Cæſaris milites:a qbus etiam ueniá ſperare poteſtis:& Cæſar q; arma contra illũ ſumpſeritis:cũ uos honeſtiorem cám defendatis: immo cæſar a uobis:ueniam petere deberet. Proh dira pudoris fœdera:nunc in conqueſtionem erumpit.

Pudoris:non aduertitis quantum dedecus admittatis qui parati eſtis contra maieſtatem ueſtri imperatoris Pompeii fidem iungere cum Cæſare:ut ab eo(ſi diis placet)ueniam petatis quod idignum eſt ætate:fortuna: honore:& maximis meritis:quibus uos & rempublicam ſibi obligauit. Dira.i.ſæua fœdera:quæ uos inſtituiſtis. Nunc toto fatorum:nunc apoſtrophat ad Pompeium:o Pompei quo nam redacti ſunt milites tui uides:qui pro dignitate tua totum orbem in bella concitas:arma ſumis pro libertate:aduerſus Cæſarem: & milites tui parant turpiter a Cæſare impetrare ſalutem quod indignum eſt. Fatorum: ideſt tuarum rerum quæ hic geruntur. Paras acies: paras totum orbem ad arma concitare pro libertate.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Cum forſan fœdere noſtro:cũ iam nos milites tui(ſe enim cum illis cõmemorat)paciſcamur ſalutem tuam a cæſare. Sic fatus:concludit nunc quõ ſe habuerint milites audita oratione Petreii depoſita eni pietate:oẽs in belli amorem reſtituti ſunt. Sic ubi deſuetæ:per ſimilitudinem oſtendit qũo redierint in priſtinum furorẽ: quemadmodũ inquit cuſtos & magiſter leonũ:qui eos in cauea ſeruat:ita plærunq; ſubigit:ut incipiant paulatim manſueſcere & hoĩs imperia pati:ſed ſi forte ſanguinem guſtauerint:ſtatim naturæ ſuæ recordantur:& ĩ furorem naturalem redeunt. Deſuetæ ſyluis.i.relictis ſyluis diu in caueis cuſtoditæ fuerunt. Manſueuere.i. manſuefactæ ſunt feræ longitudine temporis. Vultus po.mi.quia non ſolum re ipſa manſueuerunt:ſed ẽt ſpecie & habitu manſuetudinẽ quandam induiſſe uidentur. Atque hoĩem.i.imperia hominis. In torrida ora:quæ diu ſanguĩe ſicca fuerunt. Admonitæ .ſ. guſtato ſanguine. Feruet : incenditur. Trepido magiſtro : quia magiſter trepidare incipit ubi uident iraſci leonem. Itur in omne nefas:poſtq̃ ſemel cõcitati ſunt uerbis & oratiõe Petreii milites ruunt in oẽ ſcelus.

Et quæ for.deorum:ſenſus eſt. ſi fortuitu inter ſe pugnarent ignari:tolerabilis illa pugna fuiſſet:& qcquid diſcordiæ geſtum atq; admiſſum eſſet: diis aſcribẽdũ uideretur. Tuliſſet:excuſaſſet. Cæca nocte:ignorantia occulta:qa ignorabant parentes filios ſuos. Inuidia for.de.qa omne nefas diis aſcribendum eſſet: ꝙ uoluiſſent ut manus inter ſe cõſererẽt. Fides.i.certitudo:qa certi erant contra ſuos ſumpſiſſe bellũ & ferrum.uel fides qua iurati erant petreio. Monſtra:ſcelera mõſtris ſimillima. Inter menſas:inter ipſas epulas : ubi paulo ante inter ſe complexi fuerant cædes perpetratæ ſunt. Cædũt: uulnerant. Et q̃uis primo:& q̃q̃ primo quidem inuiti uulnerauerũt ſuos:& cum gemitu:tamẽ poſtq̃ ſemel dextra ſanguine corrupta fuit:id multo etiam crudelius fecere. Dum feriunt : interpugnandum. Primo:in principio pugnæ. Vt dextræ iuſti.quia iter ſtrepitus armorũ iuſticia & leges nõ audiunt. Odere ſuos: odium concepere contra ſuos. Aĩoſq; la.quia contremiſcebat dextra & uulnerabat:ſed uulnerando cõfirmabatur aĩus & dextra. Feruent tumultu .i.contremiſcunt:quia oĩa perturbata erant. Rapiuntur col.pa.& filii obtruncabant parentes & capita illoꝝ ante duces ſtatuebant:ne ſcelus occultum fuiſſet. Occultũ pereat.i.ſine fructu:quia ſi ignoraretur ſcelus ſine fructu periret. Monſtra:cædem parentũ monſtra appellat. In faciem:ante oculos ducum. Tu cæſar q̃uis: dicit poeta:quam in partẽ Cæſar acceperit hoc:ꝙ ex ſuis militibus multi occiſi fuiſſent in partẽ meliorẽ accepit: qa iuſte nunc Cæſar arma ſumere uidebatur:poſtq̃ ſemel milites ĩ ipſa pacis cõpoſitione occiſi fuerint. Tu cæſar:nũc demũ agnoſcis fauere tibi deos:ꝙ eſt data tibi occaſio arma iuſte cõtra hoſtes ſumere. Superos.i.deorum fauorem. Neq; enim tibi maior fo.qa nec maior felicitas fuit tibi:cum Pompeiũ in campis philippicis profligaſti.q.d.nunc demum data ẽ tibi pugnãdi iuſta cã. Phocidos Maſſiliæ:quã phocenſes græci ædificarunt:& quam maritima pugna uiciſti. Phario: in æquore ægyptio:nam pharus inſula eſt ægypti : quæ turrim hẽt multis tabulatis(ut refert Strabo)excelſam:& albo lapide mirifice ſtructam:eodẽ noĩe quo inſula.eam Soſtratus Gnidius regum amicus poſuit ob nauigãtiũ ſalutem:ut Epigrãma declarat:Soſtraſtus Gnidius Dexiphanis filius:diis ſeruatoribus pro nauigantibus:nam cum ora ex utraq; parte importuoſa & humilis eſſet: ſignum aliquod neceſſarium fuit:altum & clarum:quo nauigantes ad portus ingreſſum dirigerentur. Hoc ſiquidem : reddit rationem quare Cæſar plus læticiæ habuerit ex hac cæde:quæ in caſtris facta eſt Petreii q̃ ex omnibus uictoriis : quas uel antea uel poſt conſecutus fuerat : dicit enim hoc ideo illud conſecutum eſſe Cæſarem:ut iuſte uideatur bellum gerere : quam occaſionem nullis antea bellis habuerat.

S ollicitas reges:cum forſan fœdere noſtro
I am tibi ſit promiſſa ſalus:ſic fatus:& omnes
C oncuſſit mentes:ſcelerumque reduxit amorem.
S ic ubi deſuetæ ſyluis in carcere clauſo
M anſueuere feræ.& uultus poſuere minaces:
A tque hominem didicere pati : ſi torrida paruus
V enit in ora cruor:redeunt rabieſque furorque :
A dmonitæ tument guſtato ſanguine fauces.
F eruet & a trepido uix abſtinet ora magiſtro.
I tur in omne nefas:& quæ fortuna deorum
I nuidia cæca bellorum in nocte tuliſſet :
F ecit monſtra fides:inter menſaſque toroſque :
Q uæ modo complexu fouerunt pectora cædũt.
E t quamuis primo ferrum ſtrinxere gementes :
V t dextræ iuſti gladius diſſuaſor adhæſit :
D um feriunt odere ſuos : animoſque labantes
C onfirmant ictu:feruent iam caſtra tumultu.
E t ſcelerum turba:rapiuntur colla parentum:
A c uelut occultum pereat ſcelus omnia monſtra
I n faciem poſuere ducum:iuuat eſſe nocentes.
T u cæſar quamuis ſpoliatus milite multo
A gnoſcis ſupos: neque enim tibi maior in armis
A emathiis fortuna fuit : nec phocidos undis
M aſſiliæ phario nec tantum eſt æquore geſtum.
H oc ſiquidem ſolo ciuilis crimine belli

Cauſæ melioris:in hoc uno uidebis honeſtiorẽ belli cauſam habuiſſe. Polluta:nefanda. Petreius & Afranius poſtq̃ tantam cædem in caſtris commiſerunt:& hoſtes qui concordes eſſe cœperant:cum ſuis e caſtris eiecissent:non auſi ſunt milites ĩ caſtris tenere:quæ Cæſari coniuncta eſſent:ergo ſtatuere iterum ilerdam redire unde diſceſſerant. Polluta agmina:q̃ manus commaculauerant ſanguine ſuorum. Iunctis:propinquis caſtris ſcilicet hoſtium metuentes:ne rurſus de concordia agerent. Intendere: ideſt direxerunt. Campos eques: ſed Cæſar ubi ſenſit quid facere pararent hoſtes:equites miſit : qui omnes aditus occuparent:ne qua hoſtes tranſire poſſent. Eques:pro equitatu poſuit.

Obuius:occurrens hoſtibus ilerdam petentibus. Siccis collibus:ubi nihil oĩno naſceretur quod ad ſuſtẽtãdos equos uel homines pertineret. Tunc inopes: ubi Cæſar uidit hoſtes in collem ſe recepiſſe:ubi nec aquæ nec pabuli facultas eẽt conſtituit eos ibi obſidere: & omnes deſcenſus claudere ne ad aquam deſcenderent. Prærupta foſſa:ideſt in ingenti:alta ſimul & lata. Nec caſtra pati.i.auet ꝓhibere hoſtes:ne uallum ducãt ad aquas: uel certe brachium : ut ab undis excluſi in deditionem uenire cogantur. Brachia. ſ.caſtrorum. Circum.l.fon. ideſt omnino pati non uult ut uallum deducant de monte in fontes:i brachiorum modum.

Vt lœti uidere:ſed ubi Petreius & Afranius cũ militibus ſuis uidere ſe pati famẽ: ut ſibi in illis collibus moriendum eſſet: tunc ex metu ĩ iram conuerſi ſunt. Lœti:mortis propter famem. Miles non: prĩo qdem mactauere iumenta & equos ut eorum carnibus ueſceretur. Non utile auxilium:ideſt quibus uti non poterãt: nam in obſidione equi augent inopiã & nullum ſui uſum præbent. Clauſis: obſeſſis. Damnare fugam:ideſt pœnituit fugæ:quam antea intenderat ad ilerdam quia uidelicet uidit hac ratione non poſſe ſe ab hoſtibus liberare:ergo quod fugiendo obtinere nequiuerat: id nunc audẽdo facere tentauit. Spe poſita.ſ.ſalutis cõparandæ ĩ fuga. Caſurus ĩ hoſtes: deſperatione quadam moriturus fert̃ ĩ hoſtes.

Vt effuſo:at uero Cæſar belli peritiſſimus:ut uidit illos ipſa deſperatione fortiores factos eſſe iuſſit militibus ſuis:ut iterea arma continerent:donec furor ille torpeſceret:nec enim uidebat cũ hoſtibus poſſe conferre pugnam ſine maximo militum ſuorum damno. Vnde Vir. Vna ſalus uictis nullam ſperare ſalutem. Decurrere:deſcendere e collibus. Effuſo paſſu:inordinate quemadmodum deſperati. Deuotos:morti deſtinatos. Tene tela:ideſt contine.ne cum furenti hoſte pugnaueris nam magno tibi uictoria conſtabit. Subtrahe.i.ab hoſte currenti remoue ferrum. Non ullo:nolo ſanguinem militum effundere:ſed incruentam ex his uictoriam parere. Vincitur haud gratis.i.is qui eo animo laceſſit hoſtem ad pugnã:ut mori uelit non ſine magno damno uincitur. Iugulo.i.morte ipſa:qa paratus eſt iugulari & mori. Haud gratis.i.ſine magna iactura & damno. En ſibi uilis adeſt:hæc dicens Cæſar oſtendit militibus ſuis furorem hoſtium:nunquid uidetis quomodo ipſi mortem ſuam contempſerunt:quis ſperare poſſet uictoriam : ſine magno ſanguine? En ſibi uilis:quia ſe hoſtis contempſit deſperatione quadam. Inuiſa luce:quia uitam quoque oderunt hac obſidione coacti. Non ſentiet ictus:adeo obſtinata eſt. Incumbẽs gladiis.ſ.noſtris:quia miles moriturus fertur in hoſtem. Deſerat hic feruor:anteq̃ manum cum hoſte cõſeratis:ſinite iterea ut deferueſcat ira:furor:inſania:qua mori cupiunt:uiuere enim cum deſyderent:tunc manum conſerere poteritis.

Perdant uelle mori:ideſt poſtponant cupiditatem mortis. Sic deflagrare:ſicuti inſtituerat Cæſar:ita etiam fecit:nam abſtinuit a pugna milites ſuos per totum diem. Deflagrare: ideſt deferueſcere & tepeſcere. In caſſum:quia non eſt data facultas pugnandi. Inde ubi:ſicuti animo conceperat Cæſar:ita & euenit: nam ſublata pugnandi copia ſenſim calor ille & ira feruens extincta eſt. Saucia ma.per ſimilitudinem oſtendit quo

D ux cauſæ melioris eris : polluta nefanda
A gmina cæde duces iunctis committere caſtris
N on audent : altæque ad mœnia rurſus ilerdæ
I ntendere fugam:campos eques obuius omnes
A bſtulit:& ſiccis incluſit collibus hoſtem.
T unc inopes undæ prærupta cingere foſſa
C æſar auet:nec caſtra pati contingere ripas:
A ut circum largos curuari brachia fontes.
V t lœti uidere uiam conuerſus in iram
Præcipitem timor eſt:miles non utile clauſis
A uxilium mactauit equos:tandemque coactus
S pe poſita damnare fugam : caſurus in hoſtem
F ertur:ut effuſo cæſar decurrere paſſu
V idit:& ad certam deuotos tendere mortem :
T ela tene iam miles ait:ferrumque ruenti
S ubtrahe:non ullo conſtet mihi ſanguine bellũ.
V incitur haud gratis iugulo qui prouocat hoſtẽ :
E n ſibi uilis adeſt inuiſa luce iuuentus
I am damno peritura meo:non ſentiet ictus
I ncumbens gladiis:gaudebit ſanguine fuſo.
D eſerat hic feruor mentes:cadat impetus amens:
P erdant uelle mori:ſic deflagrare minaces.
I ncaſſum:& uetito paſſus langueſcere bello.
S ubſtituit merſo dum nox ſua lumina phœbo:
I nde ubi nulla data eſt miſcendi copia martis
P aulatim cadit ira ferox:menteſque tepeſcunt.



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

modo ſenſim ira defecit in hoſtibus:quemadmodum inquit aliquis ſautius fuerit: dum adhuc calor ineſt ipſo uulnere fortior eſt:&dolore uehementior.ſed ſi uictor qui eum uulnerauit telum abſtineret:donec ſanguis exeat:& paulatim exhauſto ſanguine deficiat:tunc ille ſine ullo labore uincitur. Maiores: quia dolor ipſe facit eos maiores & fortiores. Dolor eſt:quia cum ſautius eſt aliquis in principio uulneris dolor incitat illum. Mobile neruis:qa dum membra calida ſunt:facile moueri poſſint:& quo uelint facile gladium & tela uibrare. Conamen:quia quocunque conati fuerint uibrare tela:facile cedunt membra. Stat uictor:interea dum ille nimio dolore percitus pugnaturus eſt:& uictor ſe ab eo continuerit:facile ſuperabitur. cōſcius enſis adacti:ideſt ſcit traſfixiſſe pectus illi:& non diutius duraturum eſſe.

Tenuitque manus.ſ.a pugna. Frigidus artus:quia paulatim ſanguis egredit̄ & frigus ſuccedit:quo mēbra omnia uno tempore frigeſcunt. Rigens:frigeſcens.

Aſtrinxit uulnera: quia uulnera claudūtur cum ide ſanguis exierit. Ianque inopes:dicit milites cum depoſita ira ī caſtriſ rediiſſent:cœpiſſe non ſolum raſtris & ligonibus:ſed gladiis ſuis terram effodere: ut quoquo modo poſſent:uenam aquarum iuenirent:ſed cum uſq; ad profundū montis deſcendiſſent:nec minima pars aquæ inuenta eſſet:cogebantur glebas cōprimere manibus:ut uel gutta aquæ ī os caderet:rorem etiam colligebant ex frondibus:& ſicubi forte aqua putrefacta eſſet eo decurrebant omnes: tanq̄ ſuauem potum hauſturi. Abſtruſa:ideſt occulta.

Raſtris:nam huiuſmodi iſtrumenta etiā milites portabant cum foueam facere uellent:ſemper enim foſſa & uallo caſtra cingebant.raſtra a radenda terra dicta ſunt.

Puteuſque caua:dicit feciſſe foueā quandam:quæ uſque ad profunditatem colliū peruenerat & in planum & uallem deſcendebat:tamen nihil aquæ apparuit. Premitur:foditur. Faſtigia: ideſt profunditatem.faſtigium ſignificationem habet cōtrariam:nam ſignificat culmīa:ut Vir.Et ſummi faſtigia tecti:ſignificat etiam profunditatem:ut idem ī Ge.Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras. Non ſe tam penitus:maiori quidem diligentia & labore rimati ſunt uiſcera terræ:ut aquam inuenirent q̄ ſi aurum & argentum quæſiuiſſent. Penitus:interius: ideſt ī ipſius terræ uiſcera. Relicta luce: ideſt relicto cælo & die. Aſſyrii ſcrutator pallidus:quia in uiſceribus terræ cum diu multumque uerſatur pallorem quendam contrahit. Aſſyrii:quia in oriente frequentius uenæ oriuntur auri.Nam gatrei ex auro & argento:multa habēt uaſa:ut refert Strabo:lectos:tripodas:crateras cum operculis: domoſque ſumptuoſas:nam & portæ & parietes:& tecta ex ebore:auro:argento:lapidibuſque incruſtatis ſunt diſtincta.Sunt & prope hos alii:apud quos aurum effoditur:magnitudine minima ſanſæ:mediana:meſpili:maxima nucis:has auri glebulas perforantes cum lapillis pellucidis:alternis poſitis:armillas faciunt īſerto filo & collo manibuſque circumponuntur:uendunt id aurum uicinis uili pretio:æris triplo:argenti duplo: tum propter operandi iuſticiam:tum propter inopiam eorum quæ contra accipiuntur:quorum uſus magis eſt ad uitā. Aſſyria regio ī oriente ubi regnauit ninus quam eſſe auri fertiliſſimam legimus. Non tamen:quamuis ī profunditate terræ rimati fuerint:tamen nunquam apparuit unda. Percuſſo:ideſt aperto. Pumex:lapis eſt cauernoſus. Antra nec exiguo:ſed nec paruam quidem:aut ullam inde ſtillam emiſerunt. Stillant:ideſt minutatim guttas emittunt. Impulſa:ſcilicet ſcaturiente aqua. Tunc exhauſta:& cum diu in uiſceribus terræ ſcrutati eſſent undas:nec ullo modo inuenire poſſent:tandem extracti ſunt ad auras: quaſi ex ipſis inferis emerſerint. Exhauſta:effœta & multo labore defatigata. Super:ideſt ſupra terram. Metallis:ideſt inquiſitionibus a græco μεταλλάω:ſcrutor:& inquiro:nam metallum eſt quicquid inquiritur:non enim quæſiuerant metalla:ſed aquas. Sudore:ideſt labore a præcedenti id quod ſequitur. Extrahitur: ſupra auras deducitur.

Quoque minus:non modo non profuit quærere aquam:quia nihil inuenerunt:ſed etiam nocuit:quia dum fatigantur:aucta eſt ſitis. Corpora ſuſtentant:abſtinebant etiā ſe a cibo:quia fames uidebatur quaſi leuamen

Saucia maiores animos ut pectora geſtant:
Dum dolor eſt ictuſque recens:& nobile neruis:
Conamen calidus præbet cruor:oſſaque nondum
Adduxere cutem:ſi conſcius enſis adacti
Stat uictor:tenuitque manus: tum frigidus artus
Alligat atque animum ſubducto robore torpor.
Poſtquam ſicca rigens aſtrinxit uulnera ſanguis:
Ianque inopes undæ primum tellure refoſſa
Occultos latices abſtruſaque flumina quærunt.
Nec ſolum raſtris duriſque ligonibus arua
Sed gladiis fodere ſuis: puteuſque cauati
Montis ad irrigui premitur faſtigia campi.
Non ſe tam penitus tam longe luce relicta
Merſerit aſſyrii ſeruator pallidus auri.
Non tamen aut tectis ſonuerunt curſibus amnes
Haud micuere noui percuſſo pumice fontes.
Antra neque exiguo ſtilant ſudantia rore.
Aut impulſa leui turbatur glarea uena.
Tunc exhauſta ſuper multo ſudore iuuentus
Extrahitur:duris ſilicum laſſata metallis.
Quoque minus poſſent ſiccos tolerare uapores
Quæſitæ feciſtis aquæ:nec languida feſſi

ſitis:cibus enim inducit ſitim. Si mollius aruum:quærebant ſi alicubi eſſet mollior terra: & glebā auulſam manibus comprimebant:ſi qua gutta exprimi poſſet. Pingues:humidas. Nigro ſi.t.ſicubi forte piſcina putrida congeſta eſſet omnes eo ſe conferebant:ut aquam etiam putridam & grauiter olentem haurirent. Nigro li.ideſt fœtenti. Colluuies:ideſt permixtio aquæ cum terra. Immota:ſtabilis:ideo & putrida. Morienſque recepit:& moriendo haurit aquas quas ſi conditio uitæ fieret non hauriret:ut ſi diceret aliquis. Tu uiuere potes:ſi hanc aquam bibis:ille recuſaſſet:nunc certus mortis eam bibebat. Nollet:ſcilicet accipere. Rituque ferarum:pecudes erant in exercitu. Has ore lactebant: uſque adeo etiam ut cum lac deficeret ſanguinem exprimerēt & haurirent. Diſtentas:plenas. Tūc herbas:omnia inquirebant unde humorem aliquem haurire poſſent:nam herbas & frondes terebant: ut inde ſuccum aliquem ebiberent:aut etiam matutinum rorem de frondibus colligebant. Diſtringunt:frangunt:& decutiunt. Palmite q nondum in duriciem ligni conuerſus ſit.

Crudo:uiridi. O fortunati fugiens: nunc per comparationem dicit fortunatos fuiſſe illos:qbus poteſtas data eſt bibendi uenenatos fontes. Mithridates dū perſequentem Pompeium fugeret: quacunque iret fontes ueneno īficiebat:ideo fortunatos illos uocat quibus data eſt poteſtas hauriendi aquas: quamuis ueneno īfectas:comparatione iſtorum qui ſic mori cogebantur. Hos licet i.f. o Cæſar inquit:ut ſcias quantum illi mortem non timent:ſi bibentibus ipſis aquas ueneno ī feceris:illis quamuis ſciant ſe ueneno morituros:tamen bibere non dubitabunt.

Non decepta:quia uidētibus ipſis hoc feceris. Flu. ſcilicet ſicorim & cingam.

Tabem:corpora putrida ferarum. Aconitum: herba eſt uenenata: quam poetæ fingunt ex ſpuma cerberi natam eſſe:cum illum ab inferis traxit Hercules quæ quia ī cautibus naſcitur dicitur α ποτησ ακορησ ideſt a caute.Plinius.quamuis ab acone portu ab aliis deducatur. Dictæis: cretenſibus ſpecies pro genere. Torrētur:nec mirum qa diuturna ſiti ardebant.

Squa.aſ.lin.quia arida lingua erat ī ſquāmarum modum. Iam marcent uenæ: euacuatæ ſanguine. Nulloque humore: pulmo eſt qui reciprocum ſpiritum trahit:dicit ergo deficiente humore pulmonem ſtrinxiſſe meatus:ut iam necarentur non nulli:& nimia ſiti:ſemianimes redderentur. Meatus alternos:ideſt reciprocos:quia accipit ſpiritum & reddit pulmo:nihil aliud uita hominis eſt niſi.reciprocus ſpiritus aeris. Longa:ab imo uſque pectoriſ anhelitum trahebant. Reſciſſo:proſciſſo. Pandunt ora ſiti.ut uel aere lenirent caloris & ardoris uim. Nocturnum aera:quia humidus eſt. Virgilius.noctis lentus non deficit humor. Cuncta natabant: paulo ante omnia erant multitudine imbrium plena aquis:nunc autem arida terra facta erat:& imbres quos antea inuiſos habuerant nunc expectant. Quoque magis miſeros:aliud addit quod plurimum ualebat ad augendam ſitis grauitatem:quia uidelicet non in regione poſiti erant:quæ naturaliter arida eſſet:ſed ī medio fluuiorum poſiti ſiti ardebant:nam ſi regio penuria aquæ laboraſſet:tolerabilius uideri potuiſſet:nūc cum undique aquæ fluerent:in mediis undis ſitiebant. Ieiunia undæ:penuria aquæ. Soluant:ideſt crucient illos. Meroem inſulam.Meroe inſula eſt quam nilus in medio ſui facit:& calidas emittit aquas.Influunt enim:ut refert Strabo: duo flumina e lacubus quibuſdam ab oriente delata & meroem ingentem inſulam complectuntur:quorum alterum dicitur aſtaboras ad orientale latus fluens:Alterum Aſtapus quod non nulli Aſtoiabam uocant: ſupra Aſtaboræ & nili concurſum:meroem urbem eſſe eodem nomine quo inſulam. Sub axe:ideſt ſub oriente & regione peruſta. Nudi garamantes:quia nimio calore ſolis populi Libyci nudi arare coguntur:Garamātum

Corpora ſuſtentant epulis:menſaſque peroſi
Auxilium fecere famem:ſi mollius aruum
Prodidit humorē: pingues manus utraq; glebas
Exprimit ora ſuper:nigro ſi turbida limo
Colluuies immota iacet:cadit omnis in hauſtus
Certatim obſcænos miles:morienſque recepit
Quas nollet uicturus aquas:rituque ferarum
Diſtentas ſiccant pecudes:& lacte negato
Sordidus exhauſto ſorbetur ab ubere ſanguis.
Tunc herbas frondeſque terunt:& rore madentes
Diſtringunt ramos:& ſiquos palmite crudo
Arboris aut tenera ſuccos preſſere medulla.
O fortunati fugiens quos barbarus hoſtis
Fontibus immixto ſtrauit per rura ueneno.
Hos licet in fluuios ſaniem tabemque ferarum
Pallida dictæis cæſar naſcentia ſaxis
Infundas aconita palam romana iuuentus
Non decepta bibet:torrentur uiſcera flamma:
Oraque ſicca rigent ſquamoſis aſpera linguis:
Iam marcent uenæ:nulloque humore rigatus
Aeris alternos anguſtat pulmo meatus.
Reſciſſoque nocent ſuſpiria dura palato.
Pandunt ora ſiti:nocturnumque aera captant.
Expectant imbres:quorum modo cūcta natabāt
Impulſu:& ſiccis uultus in nubibus hærent.
Quoque magis miſeros undæ ieiunia ſoluant.
Non ſuper arentem meroem cancrique ſub axe

regio ultra gætuliam eſt:& pariter cum illa progreditur:unde carchedonii lapilli afferuntur. Inter ſtagnantem ſicorim:iundantem eam regionem. Rapidum iberum:uelocem fluuium:unde iberia dicta eſt hiſpania: nam iberus amnis toti hiſpaniæ nomen dedit(ut ait Solinus). Spectat uicinos:quia augebat dolorem aquam pro ximam uidere:& eam haurire non poſſe. Iam domiti:cum diu omnia tentaſſent:ſi quo modo poſſent e mani bus Cæſaris euadere:poſtq̃ omnia fruſtra fuerunt:tandem i Cæſaris deditionem uenerunt. Paciſque : poſtq̃ uidit nulla ratione nulliſque uiribus euadere poſſe:Afranius auctor fuit deditionis cum primum,conſilium cũ omni exercitu cõmunicaſſet : deinde ipſe quaſi publicus legatus totius exercitus ad Cæſarem profectus orationem habuit

Quam nudi garamantes arant ſedere:ſed inter
Stagnantem ſicorim:& rapidũ deprænſus iberũ
Spectat uicinos ſitiens exercitus amnes.
Iam domiti ceſſere duces:paciſque petendæ
Auctor damnatis ſupplex afranius armis
Semianimes in caſtra trahens hoſtilia turmas
Victoris ſtetit ante pedes:ſeruata precanti
Maieſtas non fracta malis:interque priorem
Fortunam:caſuſque nouos:gerit omnia uicti :
Sed ducis:& ueniam ſecuro pectore poſcit.
Si me degeneri ſtrauiſſent fata ſub hoſte
Non deerat fortis rapiendo dextera letho.
At nunc cauſa mihi eſt orandæ ſola ſalutis
Dignum donanda cæſar te credere uita.
Non partis ſtudiis agimur:nec ſumpſimus arma
Conſiliis inimica tuis :nos denique bellum
Inuenit ciuile duces:cauſæque priori
Dum potuit ſeruata fides:nil fata moramur :

Ceſſere:ſcilicet neceſſitati. Domiti : ideſt ſubacti fame. Paciſque petendæ: quia Petreius concitauerat milites:iam de pace fœdera agentes. Damnatis: ideſt abiectis. qbus ſe defendere non poterat. Semianimes tur.quia pene ſiti conſum pti erant milites Seruata :nec tamen quamuis ſupplex ad pedes acceſſiſſet:ma ieſtatem imperatoriam depoſuit. Stetit non fracta : quia dignitatem ĩperatoriam præ ſe ferebat. Priorem fortunam: ĩter fortunam Impetatoris. Nouos caſus: quia nunc uictus erat.& in poteſtatem ue nerat Cæſaris. Victi ducis : non ignaui militis ſed qualia uictum ducem decebát. Securo:quaſi ſine cura ſalutis quia licet peteret ueniam: etſi non conceſſiſſet Cæ ſar:tamen non magnifaciebat. Si me de generi:conſtitutio coniecturalis eſt : cum quæritur de facto & diſputatur : ut o Pe trei & Affrani:ſumpſiſtis arma contra me? quæſtio eſt:ĩmo non ſumpſimus:& pro bat per locos ipſius conſtitutionis:Primo captat beniuolentiam a perſona ſui: cum oſtendit ſe fortem eſſe qui mori honeſte potuerit:ſi opus fuerit:a perſona auditoris:cum oſtẽditur quæ de iudice ſpes ſemper fuerit : & cum res eorum ſapienter fortiter manſuete factas oſtendemus:& ita hoc loco a Cæſare beniuolentiam captat : quem fortem manſuetum oſtendit:ideo dignus eſt a quo uenia petatur. Si me degene.ecce quomodo oſtendit ſe fortem qui mori potuerit honeſte non turpiter uiuere ſi opus fuerit. Degeneri:ideſt uili qui indignus eſſet ut ab eo ueniam peteremus. Dextra fortis:ideſt uirtus qua oppeterem potius. At nunc:a perſona auditoris beni uolentiam captat:ſed quia credimus o Cæſar te eſſe dignum qui uitam dones(id enim ante facere conſueuiſti) ideo ſupplices ad te uenimus. Non partis ſtudiis : nunc deſcendit ad conſtitutionem hoc modo ſumpſiſti arma contra me o Afrani:quomodo uis ergo ignoſci tibi?immo non ſumpſi:quæſtio eſt:probatur.:unde pro derit plurimum conſyderare quæ facta ſunt ante rem:in re:& poſt rem: Ante rem:ubi fuerit antequam bellum gereret:in hiſpania cum imperio:quam prouinciam Senatus populuſque Romanus ei tradit antequam bel lum ciuile conflaretur:nam ſi poſtquam bellum conflaretur arma ſumpſiſſet:tunc culpandus eſſet. Conſi liis inimica:quia non eſt demandata nobis prouincia contra te:quia nos denique inuenit bellum ciuile: nam an tequam bellum ciuile moueretur: prouincia nobis cum imperio demandata eſt. Cauſæ priori:ideſt popu lo romano a quo huic prouinciæ præfecti eramus. Nil fata morantur:in re:uidelicet cum uolumus proba re per conſtitutionem coniecturalem aliquid factum:& anteq̃ factum fuit:aliquid oſtendimus factum quod nõ oportuit:aut non factum quod oportuit:probat a coniecturali:hoc modo.In prouincia tenenda feciſti aliquid quod non oportuit:dici poteſt non fecimus:quia ſi prouinciam tenuiſſemus ultra quam neceſſe fuerit: dicere poſſes fuiſſe aliquid factum quod non oportuit:ſed illam tenuimus quo ad fata conceſſere : ergo non fecimus quod non oportuit. Nil fata mo:fecimus quod oportuit:immo non fecimus quod nõ oportuit: non opor tuit tenere nos prouinciam:poſtquam omnia experti ſumus:quæ humana neceſſitas tolerare poſſet: ſed poſtq̃ dii nobis contrarii fuerunt noluimus contra deorum uoluntatem prouinciam tenere. Tradimus heſperias: deſcendit a conſtitutione coniecturali ad deliberationem:nam omnis petitio habet deliberationem : uidelicet eius a quo petimus cum enim petimus aliquid:is a quo petimus deliberat dare uelit an non:ideo opus eſt ſua ſione:ſuaſio omnis eſt in deliberatione:deliberatio habet finem honeſti & utilis:quemadmodum petitio cum petimus aliquid debemus ſuadere a partibus honeſti:cum deliberamus aliquid:ab hiſdem partibus ſuadere de bemus:deliberatio habet finem utilitatis:utile eſt ut in deditionem accipias nos o Cæſar:quoniam ex hac dedi

tione magnam utilitatem couſequeris. Tradimus heſpias gentes:o Cæſar ueniam præſtes:in tuam enim poteſtatem tradimus hiſpaniam & orientalem plagam aperimus. Aperimus eoas:ideſt orientales: nam do nec hiſpania occidentalis regio contra te eſſet:non ſecurus inuaderes orientem ubi Pompeius erat. Securum quia te ſecurum damus:ut nihil a tergo hoſtile relinquamus. Poſt terga:ſcilicet occidentis. Nec cruor: ſua det a facili:quia hanc uictoriam Cæſar incruentam conſecutus es. Laſſæ .ſ. pugnando . Hoc hoſtibus unum: hoc ſolum ignoſce ꝙ incruentam uictoriam accipias:& ne tibi uiliores uideremur. Nec magna petuntur: a

Tradimus heſperiãs gentes : aperimus eoas.
Securumque orbis patimur poſt terga relicti :
Nec cruor effuſus campis tibi bella peregit:
Nec ferrum laſſæque manus:hoc hoſtibus unum
Quod uincas ignoſce tuis:nec magna petuntur
Ocia des feſſis:uitam patiaris inermes
Degere quam tribuis : campis proſtrata iacere
Agmina noſtra putes : nec enim felicibus armis
Miſceri damnata decet:partemque triumphi
Captos ferre tui:turba hæc ſua fata peregit.
Hoc petimus uictos ne tecum uincere cogas.
Dixerat.at cæſar facilis uultuque ſerenus
Flectitur:atque uſum belli pœnamque remittit.
Vt primum iuſtæ placuerunt fœdera pacis :
Incuſtoditos decurrit miles ad amnes :
Incumbit ripis:permiſſaque flumina turbat.
Continuus multis ſubitarum tractus aquarum
Aera non paſſus uacuis decurrere uenis
Arctauit clauſitque animam:nec feruida peſtis
Cedit adhuc:ſed morbus egens iá gurgite plenis
Viſceribus ſibi poſcit aquas:mox robora neruis
Et uires rediere uiris . o prodiga rerum
Luxuries nunquam paruo contenta paratu :
Et quæſitorum pelago terraque ciborum
Ambitioſa fames:& lautæ gloria menſæ .
Diſcite q̃ paruo liceat producere uitam :

poſſibili nam cum petimus aliquid oſten dere debemus id quod petimus præſtari poſſe ab eo quem rogamus : ꝙ tu facere potes o cæſar : uidelicet ut dimittas nos ab armis hac conditione : ut poſthac non liceat nobis:nec pro te:nec contra te arma ſumere: & tanquam emeritis militibus fu turi temporis ſtipendia nobis dabis. Pe tuntur:a te quæ præſtare potes. Ocia des: ideſt nos ab armis dimittas. Iner mem:ideſt depoſitis armis:& relicta mili tia. Proſtrata iacere: & putes animo nos ad ĩternecionem : uſq; occiſos eſſe. Nec. n.felicibus armis : arguit a partibus iuſti tiæ.uidelicet a gratia:gratia eſt ut bene me rentibus præmium detur: & male meren tibus pœna:quia infelices ſumus præmia nos habere non debemus. nec igitur de bes nos exercitui tuo felici coniungere. Felicibus:quia cum nos infelices ſumus participes uictoriæ tuæ nos eſſe non de cet. Turba hæc : quantum pertinet ad exercitum noſtrum noſtræ fortunæ ſatiſ fecimus:ideo nihil nobis relictum eſt qđ bellum ciuile ſequi uelimus. Fata pere git:quando ſemel uicta eſt. Vincere co gas:ideſt poſtquam ſemel uicti ſumus no lumus amplius uincere. Facilis: ſcilicet ad ignoſcendum. Vultuque ſerenus: ideſt benignus.quia qualitas uultus ſigni ficat animi intentionem. Pœnamque re.ut ſint tanquam emeriti & uacationem habeant. Vt primum iuſtæ : poſtquam Cæſar faciliter cõſenſit petitioni Petreii & Afranii : ſtatim milites ubi facultas data ẽ ad aquarum flumina omnes ſine ordine diſcurrunt. Iuſtæ pacis :quia iuſta pax erat:quæ inter ciues componebatur. Incuſtoditos:ſicut antea ſeruabantur ab hoſte. Incumbit: ideſt inſtat nimia ſiti laborans. Flumina turbat:quia multitudine militum perturbabatur unda. Continuus multis : dicit ꝙ milites poſtquam ſemel facta eſt bibendi facultas tam auide aquas hauſerunt:ut ſeipſos ſuffocarent:nã multi ex ipſis præ nimia auiditate bibendi ſuffocati ſunt. Continuus tractus: ideſt hauſtus aquarum ſine in termiſſione:quia auide nimis trahebant. Arctauit:anguſtauit. Animas: deſti uitam & ſpiritum. Feruida peſtis:ideſt aqua auide hauſta. Cedit:quamuis aquæ ſuperarent & abundarent: tamen ſaciari non poterant.
Morbus egens:ideſt uitium ſitis ex inopia aquæ contractum. Robora neruis : poſtquam tandem ſitim expleuerunt uires in corpora rediere. O prodiga rerum luxuries:capta occaſione poeta inuehitur in eos:qui curioſi ſunt ciborum & qui terra marique quærunt : unde delicatum aliquid habere poſſint:qđ non neceſſitati ſuæ conueniat:ſed uoluptati ſatiſfaciat.O uos inquit qui adeo ſoliciti eſtis i inquirendis uariis ciborum gene ribus aduertite & conſyderate quam paucis rebus humana uita poſſit eſſe contenta:hi enim recuperauere uires ſuas aqua & pane cõtẽti. Luxuries:ſuperflua rerũ abũdãtia. Prodiga.i.quæ rebus abuteris:prodigus dicitur a ꝓdegere ideſt conſumere & dicitur qui ſua bona nequicquam conſumit. Nunquam contenta:ideſt quæ ſem per magno ſumptu cibos & epulas parare ſoles. Ambitioſa:ideſt cupida:ambitus proprie dicitur cupiditas honoris:ſed pro omni cupiditate aliquando ponitur. Paruo paratu quæ nunquam ſaciari poſſis . Diſcite: nunc exemplo horum militum qui ſatis habuerunt aquam haurire & panem comedere. Paruo:ideſt quam exiguo ſuſtentari poſſit humana hominis natura. Aegros:ægrotantes.eſt argumentum.ſi ægrotantibus aquá



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

facile proponentibus medicis ſatis erit ad recuperandam ualitudinem priſtinam:quanto magis ſufficiet corporibus ualidis? Nobilis bacchus:ideſt uinum pretioſum quod magno pretio comparatur& aduectitium eſt.

Diffuſus ignoto conſule:ideſt uetuſtum uinum:nam quanto uetuſtius eſt tanto ualidius:ideo dicit ignoto conſule propter antiquitatem quia ro.tempora a conſulibus dinumerabant:ergo conſule ignoto ideſt cuius nomen propter uetuſtatem incognitum eſt. Non auro myrraque:ideſt non aureis poculis & myrrhinis bibebant.Myrrhina mittuntur ab oriente:ut refert Plinius:Inueniuntur enim ibi in pluribus locis : nec inſignibus :

E t quantum natura petat:non erigit ægros
N obilis ignoto diffuſus conſule bacchus.
N on auro murrhaque bibunt:ſed gurgite puro
V ita redit:ſatis eſt populis fluuiuſque cereſque.
H eu miſeri qui bella gerunt.tunc arma relinquens
V ictori miles ſpoliato pectore tutus
I nnocuuſque ſuas curarum liber in urbes
S pargitur.oquantum donata pace potitos
E xcuſſis nunquam ferrum uibraſſe lacertis
P œnituit toleraſſe ſitim:fruſtraque rogaſſe
P roſpera bella deos:nempe uſis marte ſecundo
T ot dubiæ reſtant acies:tot in orbe labores :
V t nunquam fortuna labet ſucceſſibus anceps
V incendum totiens:terras fundendus in omnis
E ſt cruor:& cæſar per tot ſua fata ſequendus.
F elix qui potuit mundi nutante ruina

parthici regni : præcipua tamen in carmania.humorem putant ſub terra calore denſari amplitudine nunquam paruos excedunt abacos: craſſitudine rara uaſi potorio:ſplendor iis ſine uiribus:nitorque uerius quam ſplendor:ſed in pretio uarietas colorum:ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram candoremque & tertiũ ex utroque:igneſcente ueluti per tranſitũ coloris purpura rubeſcente:aut lacte candeſcente : ſunt qui maxime in iis laudent extremitates:& quoſdam colorum repercuſſus.quales i cæleſti arcu ſpectantur his matulæ pingues placent. tranſlucere quicquam aut pallere uitium eſt. Flu:ideſt aqua pro parte ſui ponitur: ut reſtinguere fontibus ignes. Ceres:deam pro fruge poſuit. Heu miſeri:nunc in eos inuehitur qui cupiditate bella gerunt:quos dicit miſeros eſſe ſeu uincant : ſeu uincantur: ſi uicti fuerint:neceſſe eſt ut ſeruiant: ſi uicerint nunquam a bellis deſinent : ſed bella ex bellis ſæuiunt: cum alia ſemper appareant ꝙ miſeri ſint ex hoc cognoſci poteſt: quia depoſitis armis i extrema miſeria cõſtituti cœperunt eſſe & multo feliciores uictoribus ſuis. Tunc:probat ꝙ ſecuri ſint depoſitis armis milites cũ antea armati in extrema miſeria conſtituti eſſent:& tuti eſſe non poterant:nunc uero inermes ſecuri ſunt: quod e contrario uidetur. Victori:cæſari. Tutus:qui neminem timebat. Innocuus : cui nemo noceret. Liber curarum:qui ante magnis curis & ſollicitudinibus agitabatur: cum mortis periculum ante oculos haberet.

Spargitur:diuiditur. In oras ſuas:ideſt in patriam ſuam:quia in ſuam quiſque patriam redibat. O quantum donata:poſtquam depoſitis armis ſemel liberi fuerunt:pœnitentiam agebant ſeipſos incuſantes: quod ſitim & aliarum rerum inopiam:tam diu perpeſſi fuiſſent. O quantum:cum admiratione quadam legendum.

Pace potitos:potẽtes factos pacis:quam conſecuti erant:potitur aliquis cuiuſplam rei:qui potens factus eſt rei quam cupiebat.ut Virgilius. Optata troes potiuntur arena. Toleraſſe ſitim:ſtultos ſe quodammodo fuiſſe intelligebant:& ſtulticiam ſuam damnabant:quod depoſitis armis potuiſſent omnia abunde conſequi.

Rogaſſe bella deos:conſtructio latina:ideſt precibus petiiſſe a diis. Fruſtra:quia obtinere nequiuerunt.

Nempe uſis:rationem affert:quamobrem pœnituerit eos tanta cupiditate uictoriam a diis exoptaſſe quia intelligebant ſe nunc feliciores eſſe uictoribus:& quod a diis optabant ipſis damno:potius quam utilitati futurum:hoc comparatione ſui & hoſtium intelligebant.Videbant enim multa bella reſtare Cæſari & militibus ſuis:ut unius belli finis:principium alterius eſſet : quamuis etiam omnia Cæſari proſpere cederent :tamen opus eſſe longiore tempore:antequam uictoriam plene conſequeretur. Dubiæ acies:ideſt incertæ pugnæ. Tot in orbe labores:quia opus erat ut Pompeium terra marique perſequerentur:qui magnis exercitibus terreſtribus atque maritimis abundabat. Vt nunquam fortuna:& ſuppoſito:non conceſſo tamen:ꝙ nunquam fortuna ſit Cæſari aduerſa:tamen ſæpenumero gerenda ſunt bella:ut magno labore uictoria conſtet.Ordo eſt:uĩcendum eſt totiens:cruor eſt fundendus i omnes terras:& Cæſar eſt ſequendus per tot ſua fata. Vt. quamuis.

Fortuna anceps:ideſt quæ ſemp dubia & incerta eſſe ſolet euentibus. Vincendum totiens: quamuis oĩa ex uoto Cæſari ſuccederent. In omnes terras:in omnes partes terrarum:in oriente:in occidente:in meridie : ubi Pompeius exercitus ſuos habebat. Cæſar ſequendus:neceſſe eſt ut Cæſaris milites ipſum ſequantur. Per fata:per fortunas:qui ubicunque in periculo eſt:uincat ne an uincatur. Felix qui potuit:comparatione cæſaris atque ſuorum felix eſt qui ſcit iam ubi habitaturus ſit.qui ſequuntur Cæſarem incerti ſunt quas colonias habitaturi ſint pro præmio uictoriæ:milites enim uictores in colonias mittebantur more maiorum:dicit igitur uictos illos habitaturos patriam ubi geniti & educati ſunt:at uero uictores milites cæſaris adhuc neſciuere quam partem habitaturi ſint. Nutante ruina:ideſt cum mundus omnibus ruinam minetur:nam cum eſſet iperium ro.longe lateqꝫ porrectum & ferme oẽm terrarum orbẽ compræhẽderet motis ro. mouebatꝰ uniuerſus orbis.

Quo iaceat:in quo loco moriturus ſit:& uicturus reliquum uitæ ſuæ tempus. Non prælia feſſos:nam hi milites iam ſunt ſecuri bellorũ:& cum coniugibus ac liberis ſuis acturi ſunt uitã & in ſuis tectis habitaturi : ubi geniti & educati fuerunt. Vocant feſſos.ſ.dimiſſis armis & relicta militia. Somnos certos:qa non ſunt ſolliciti de bello iminenti. Nati:recipiunt eos q in patriam rediere ad ſuos. Rudes nati:infantes qui adhuc i cunabulis nutriuntur. Sordida tecta:uilia:& ideo pacifica:qa raro diſcordia in humili tecto:ſed in magnis principum ædibus diſcordia regnat. Sna terra:in qua nati ſunt & educati. Deductos.ſ.in alienas colonias:inter

Q uo iaceat iam ſcire loco:non prælia feſſos
V lla uocant:certos non rumpunt claſſica ſomnos:
I am coniunx natique rudes : & ſordida tecta
E t non deductos recipit ſua terra colonos.
H oc quoque ſecuris oneris fortuna remiſit
S ollicitus menti ꝙ abeſt fauor:ille ſalutis
E ſt auctor:dux ille fuit:ſic prælia ſoli
F elices nullo ſpectant ciuilia uoto.
N on eadem belli totum fortuna per orbem
C onſtitit:in partes aliquid ſed cæſaris auſa eſt :
Q ua maris adriaci longas ferit unda ſalonas :
E t tepidum in molles zephyros excurrit iader.
I llic bellaci confiſus gente curetum
Q uos alit adriaco tellus circunflua ponto
C lauditur extrema reſidens antonius ora
C autus ab incurſu belli:ſi ſola recedat
E xpugnat quæ tuta fames : non pabula tellus
P aſcendis ſummittit equis : non proferit ullam

municipium & colonias hoc intereſt: municipium dr̃ oppidũ illud cuius ciues donati ſunt digniori ciuitate:e diuerſo appellatur colonia:cũ a digniori ciuitate mittũtur ad inferiorem recte ergo dicit hos milites felices : hoc ẽt felicitatem ſuã auget : ꝙ uidelicet non cogerentur relicta patria ubi nati ſunt in alienas colonias deduci.

Hoc quoqꝫ ſecuris: hoc quoqꝫ acceſſit ad felicitatem eorũ:ꝙ ſecuri ſunt:& nullũ onus metuebant:nullumqꝫ laborem militiæ. Menti.i.a mente eorum:ꝙ nil metuant:utercunqꝫ uincat:haud i magno discrimine ponuntur. Fortuna remiſit:fortuna hoc addidit etiã ad felicitatem eorũ: ut ſine pauore ſint:uter cæſaris & Põpeii uincat. Oneris:nam magnum onus eſt pauor. Sollicitus:ab effectu:quia reddit hoĩes ſollicitos. Salutis auctor:quia cæſar:cũ pauloante ueniſſet in ptãtem ſuam ipſis ſalutem donauit. Ille:Pompeius.

Nullo uoto:qa non optant ut Cæſar magis ꝗ Pompeius:aut e diuerſo uincat.

Non eadẽ belli:ſicuti antea res oẽs fortuna cæſari felicitꝰ ex uoto cedebat:at nũc oĩa in inuidia mutata ſunt : nam fortuna tãetſi cæſari fauebat:tamen aduerſuſ eum non nihil ſiniſtri auſa eſt. Non eadem:non fuit ſimilis huic fortunæ:quam in hiſpania habuerat. In partes cæſaris:quia non nihil cæſaris partibus aduerſata eſt. In:contra. Ferit ſalonas:in illyrico littore & dalmatico auſa eſt Cæſari aduerſari.Salonæ.arum.ciuitas eſt dalmatiæ:quã pollio expugnauit.& de ea ſpecioſiſſimum triumphum egit:unde filiũ ſuum de noĩe captæ urbis Saloninum appellari uoluit.,Salonæ imperium dalmatarum fuit:hæc gens:ut refert Strabo.annos compluris aduerſus ro.bella geſſit:caſtella ad .L. habuit dignitate præſtantia. Longas:reſpexit ad ſitum urbis ita albam longã dicimus. Tepidum iader: non ꝙ iader ſit generis neutri:ſed retulit ad flumen tepidum:iader autem flu.eſt in adriaticũ mare fluens:unde oppidum ẽ haud procul ab eo iadra appellatum. Tepidum:quia in occidente eſt:& zephyrus ſemper eſt tepidus. Illic bellaci:narrare incipit nunc quõ non nihil aduerſi in illyrico paſſus fuerit Cæſar.Hiſtoria ita ſe habet:cum fauces maris adriatici.C.Antonius & Dolobella cæſaris legati ipſius iuſſu occupaſſent inde in illyrico littore alius:alter in Dalmatico caſtra poſuiſſent.Pompeio oĩa iam maritima loca tenente. Octauius Libo cilix repente cum omni exercitu claſſicorum utrunqꝫ circumuẽit: & fames quidẽ Antonium in deditionẽ abſtorſit: quin etiã rates quæ in auxilium eius uenerant cum Baſilo:nouo pompeianorum marte funibus occultis in medio mari extenſis cilica arte captæ ſunt:duas tantum æſtus explicuit:una quæ ferebat opiterginos inuadis hæſit. facinuſqꝫ memorabile poſteris edidit quippe uix mille iuuenum manus circũfuſi undique exercitus per totũ diem tela ſuſtinuit & quum exitum uirtus non haberet tamen ne in deditionem ueniret:hortante tribuno uulteio mutuis ictibus in ſe concurrit:& ad unum omnes occiſi ſunt.hoc eſt quod fortuna operata eſt contra Cæſarem. Curetum: ideſt Cretenſium quia cretenſes milites auxiliares ſecum habebat.Curetes ut oſtendit Strabo:quidam ad Acarnanes:quidam ad Etolos aſſiſcunt:& nonnulli a creta.aliqui ex euboea genus duxiſſe aſſeuerant. Quos alit: deſcribit inſulam curetum. Ponto:in medio enim mari adriatico poſita eſt creta. Illic:in illyrico littore ubi caſtra poſuerat.C.Antonius nã Dolobella in dalmatico poſuerat. Cautus ab incurſu belli:prouiderat inquit ne qua parte hoſtes inuaderent:ſed non ꝓuiderat cõmeatibus. Si ſola recedat:non prouiderat cõmeatibus : ſed hæc pars magna illi & neceſſaria deerat:unde exercitus fame obſidebatur. Tuta:ſcilicet loca etiam ſi i tutiſſimo conſtiteris:& non ſuppeditentꝰ alimenta neceſſe eſt ut,ſpõte in hoſtiũ ptãtem uenias. Non pabula:deſcribit ꝗta inopia Antõius & milites ſui laborarẽt.iã eni herbas cũ radicibus euulſerãt. Paſcẽdis eqs:multo minus nutrĩedis hoĩbus.Proſert:ꝓducit ab eo qđ ꝓcedit id qđ ꝓſeqtur:nã prĩo ſeritꝰ ſeges:deide oritꝰ.Segetẽ.fru

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

gem:uel pōt eſſe hypallage:& ſegetem pro terra poſuit. Virg. Quid faciat lætas ſegetes. Spoliabat gra. cam. mil. deficientibus aliis rebus terram quoq; in uſum ſuū milites colligebant. Attonſo auro:more iumentorū: iam inquit conſumptis herbis ad radices uſq; tendebant. Caſtrorum ſiccas:quia aggere caſtra circūdederant & ex aggeribus herbam dentibus carpſerant. Vt primū:nunc deſcribit qūo res geſta fuerit:nam Antonius ad hāc inopiā redactus ubi Baſiliū uidit cū ratibus auxiliaribus ueniſſe:parauit ſe ad fugā: ſiquo mō poſſet furtim e manibus labi:qūo autem fecerit poeta deſcribit. Baſilium:qui cū auxiliaribus uenerat nauibus. Fugæ:ad fugam. Neq; enim: declarat quia ſibi rates non ſecundū ritum fecerant. Extendunt:producunt:non de more naues ædificant longas:quas uulgo galleas uocant. Puppes leuant.i.leuiores puppes faciunt. More.ſ.antiquo. Leuāt:attollunt gerendis molibus. Rates:uulgo dr̄ eum multa ligna inuicem connexa officium & uſum nauis præbent. Firma robora:ualida ligna .ſ. gerendis mollibus.i.ad ſuſtentandas moles grauiores. Inſolito ductu.i.tractu non ſolito:nunq̄ antea tale aliquid factū erat. Nanq; ratē: declarat quod dixit robora firma cuppæ: quia naues quas hic cuppas huius ponti uocant:ſcutellæ dr̄tur alio loco.i.ad ſimilitudinē ſcutellæ:uel cuppas has undiq; ſtruxerant longo ordine cathenatas:quæ hāc ratē ſuſtinuere uerbi cā:hic ratis erat:utrinq; erant ſcutellæ ſiue cuppæ:quæ ſuſtinebant hanc ratem:& a fronte & a tergo nauigantes latebant ſub hac rate: & in ipſis cuppis tribus ordinibus nauigabant:mouebatur ratis:illi admirabantur quare moueretur: cū nullum uiderent remum: ſed hoc erat quia interius nauigabant. Vacuæ:qa nihil in his præter remiges uehebantur. Cathenis:quibus coniunctæ tenebantur. Obliquos alnos:tranſuerſos remos:materiā pro materia poſuit. Geminis or.quia ſicut ordines duos hēbant a tergo:ita īterius ne uideri poſſent. Nec gerit expoſitum:a fronte uidebantur cuppæ: ſed non hic erant remiges qui uideri poſſent:ſed a tergo. Telis.ſ.hoſtiū quia potuiſſent ab hoſte uulnerari: ſi in fronte fuiſſent. Remigium.i.remiges expoſitos. Circūdedit:ipſi remiges trabibus æquor circundiderant. Taciti miracula curſus:quia mouebatur ratis:nec unde moueretur quiſquam percipere poterat. Nec uela:non ſuſtinebat uela:quibus uento impulſis nauis feratur. Apertas:patentes undas: quia interius remi impellebant æquor:& ita ratem mouebant. Tunc ſeruantur:& cum ita parata eſſet:expectabant donec mare faceret refluxum(quia quotidie mare fluit & refluit)& undam haberent:quæ ratem ſuſtinere poſſet. Seruantur:obſeruantur. Decliuibus undis:quæ declinarint. Ianque relabenti: poſtquam mare refluxiſſet:& unda ſufficiens erat:ut ratem ſuſtinere poſſet:illam maiore curſu cōmouerunt. Relabenti: quia fluentem obſeruarunt undam maris. Geminæ comites.ſ.naues:quia ea ratis longas ſecum duas naues habebat. Pinis:ſcilicet cum. Minantia tabulata:ideſt eminentia. Tremulis pinnis:quia ſicut mouebantur naues ita & tremere uidebantur propugnacula. Noluit illyricæ:nunc dicit quomodo ſe egerit Octauius libo cilix peritiſſimus:tametſi inquit facile poſſet eam nauem obruere:tamen nihil oſtendit in ſuis ſe caſtris facere:ut ſpē augeret hoſtibus:& reliquas naues ēt in pontū deducerent:ut maiorē prædam capere poſſet. Præda.i.naues prædandæ deducantur in mare. Inuitat ingreſſos.ſ.hoſtes ut iterū aliæ naues deducantur i mare.

Pace maris.ſ.relicta:qa nihil ipſe infeſtabat hoſtē. Sic dū pauidos:per ſimilitudinē oñdit qūo Octauius libo cilix peritiſſimus nō prius fraudes ſuas aperire uoluit:q̄ ſpem oībus daret poſſe eos liberius fugere:ut oēs e ca

Flaua ceres ſegetem:ſpoliabit gramine campum
Miles:& attonſo miſeris iam dentibus aruo
Caſtrorum ſiccas de ceſpite uulſerat herbas.
Vt primum aduerſæ ſocios in littore terræ
Et baſilum uidere ducem : noua furta per æquor
Exquiſita fugæ:neque enim de more carinas
Extendunt:puppeſque leuant:ſed firma gerendis
Molibus inſolito contexunt robora ductu:
Nanque ratem uacuæ ſuſtentant undique cuppæ.
Quarum porrectis ſeries conſtricta cathenis
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos:
Nec gerit expoſitum telis in fronte patenti
Remigium : ſed quod trabibus circūdedit æquor
Hoc ferit:& taciti præbet miracula curſus:
Quod nec uela ferat:nec apertas uulneret undas.
Tunc freta ſeruantur: dum ſe decliuibus undis
Aeſtus agat:refluoque mari nudentur harenæ.
Ianque relabenti creſcebant littora ponto
Miſſa ratis prono defertur lapſa profundo
Et geminæ comites:cunctas ſuper ardua turris
Eminet:& tremulis tabulata minantia pinnis.
Noluit illyricæ cuſtos octauius undæ
Confeſtim tentare ratem:celereſque carinas
Continuit : curſu creſcat dum præda ſecundo
Et temere ingreſſos repetendū inuitat ad æquor
Pace maris : ſic dum pauidos formidine ceruos

ſtris & e loco tutiore deductos una oēs comprehenderet:nam ita eos illexit:ſicut uenator facit:cum iubet oēs canes qui latrare conſueuerunt remoueri:& eos tantum mittit in ſaltus:qui prædam inueſtigare didicerunt:poſtea cū præda patuerit:tunc omnes in eos canes emittit:ita & iſte pirata fecit:cum omnes relictis caſtris medium mare tenerent quoſdam emiſit qui latentibus cathenis naues illaquearent. Comparat aūt Octauium libonem uenatori.romanas uero naues Antonii & Vulteii cōparat ceruis. Metuentes aera pennæ:dicunt enī rubras pennas uehementer formidare ceruos. Venatores igitur cū ad locum peruenerint:ubi cerui frequentant: ſaltum oēm circundant funibus:& de funibus pennaſ rubras ſuſpendunt:ut Virg. Rubræ pauidoſ formidine pennæ:qui cū de ſaltu effugere uelint ad funem ſæpe ueniunt: de quo pennæ rubræ dependent: q cū timent nunc huc nunc illuc redeunt has adeo dicunt pennas ceruos formidare: ut anteq̄ illas uideant earum odorem ſentiant. Odoratæ pennæ.i.cuius odorem ſentiunt a uentis deportatum. Diſpoſitis uarris.i.perticis:uarrus per geminum.rr.ſignificat perticam: qua retia circundantur. Moloſſi:moloſſia eadem ē quæ & epirus:primo moloſſia:deīde chaonia appellata eſt a moloſſo & chaōe: ut Virg. Chaoniamq; oēm troiano a chaōe dixit.ideo moloſſi dixit per excellentiam quia ibi canes uelociſſimi naſcuntur. Leuis.i.agilis & uelocis. Sparthanos:nam in lacedæmonia & in Creta inſula optimi canes nutriūtur. Horatius. Aut fuluus lacon. Creditur:cōmittitur. Ligat:ſic reprimit canes uenator: ſicut claſſem ſuam retraxit Octauius. Niſi q preſſo ueſtigia roſtro:niſi tacitis canibus q nihil aliud agunt:niſi odore nariū huc & illuc curſantes inueſtigent feram. Roſtrum:appellauit nares canis: nā olfaticis canis nares acutæ ſunt in roſtri ſimilitudinē. Veſtigia:nam ueſtigare ꝑprie eſt canū qui per ueſtigia ſequuntur ferarū odorem. Neſcit la.nā canes olfatici ſunt docti:cum feras uiderint latratum tenent. Contentus tremulo: huiuſmodi canes cū ad cubile uenerint leporis uel alterius feræ concutit lorū:quia ligatus a uenatore tenetur: tunc intelligit uenator inuentā eſſe feram.ecce nō diſcedit a ſimilitudine.nā ille peritiſſimus pirata miſerat q funem ſub mari latentem ducerent:quo fune illaquearent naues hoſtiū. Nec mora:antoniani igit̄ milites & opitergini:ubi uiderunt neminē moueri ex hoſtibus crediderunt metu deſiſtere:ergo una oēs relictis caſtris in mare naues deducunt. Moles:naues magnæ. Cōplentur:iplent̄. Virg. Cōplentur ualleſq; cauæ. Auideq;:ſolēt poetæ quod obſcure dicunt p ephexegeſim exponere. Inſula:ubi caſtra Antonius poſuerat. Ratibus pc.i. cū rates milites conſcendiſſent. Quo tp̄e:deſcribit tp̄s crepuſculi noctis:crepuſculū tp̄s illud dr̄ incertum. cū nec plenus eſt dies:nec plena nox:nam κρέπερος dr̄ lati.dubius. Lux ex.i.occidens ſol. At pōpeianus:ſicut uenatores retia tendunt:& fune ſaltū circundant:ita hic pirata funes medio mari extēdit:ut illaquearet fugientiū naues. Pōpeianus qa cilices fuerunt piratæ:contra quos magnus Pōpeius miſſus duoꝝ menſiū ſpacio mare uniuerſum infeſtiſſimū piratis liberū reddidit:deinde piratas:ut uires eoꝝ diſſiparet in diuerſas colonias miſit:& cū ante mare habitarent:in cōtinenti terra ſub ſpecie beneficii habitare fecit:ideo amabant eū quaſi bn̄ficio eius aſtricti:& partes ipſius ſequebantur. Antiqua arte.i.cuius erat peritiſſimus & aſſuefactus. Summa fre.i.ſuperficiē. Vacare.i.uacuā eſſe:quia in ſuperficie maris nihil doli eſſe uidebatur:ſed ſub mari miſerat qui funes & cathenas ex tranſuerſo ducerent:qbus hoſtiū naues caperent̄. Suſpendit:qa uincula non tetendit ſed laxauit:ut naues quæ captæ eſſent non ſentirent. Religatq; cathe.religat eas ut cū poſtea nauis ſe ſenſerit captā:tunc copia fiat circūueniendæ nauis. Illyricæ ru.i.littoris illyrici. Nec p.noluit primā nec ſecundā nauē capi ut reliquæ ſpem conciperent fugæ. Nec illa quæ ſequitur.i.ſecūda nauis. Sed tertia moles.i.tertia nauis:qa plus hominū uehebat Adducto fu.qa funem adduxerunt:& ſic ad littora ipulſa nauis conſtitit. Impendent:deſcribit locum quo ratis capta adducta eſt q̄ onerata erat militibus:crepido hinc porrecta eſt in mare:quia fluctus cum littora ſæpe pulſarent concauitatem fecerant:ut rupes crepidinis pendere uideretur:& ſub hanc crepidinem deducta eſt nauis. Caua:ſcilicet fluctuum inundatione. Moles:rupis illius & crepidinis.

Mirum:interpoſitio ē. Ruitura:qa ſi qs ſuppoſitus fuerit crepidini:timet ſemp ruinā rupis q̄uis nō cadat.

Claudat odoratæ metuentes aera pennæ:
Aut dum diſpoſitis attollat retia uarris.
Venator tenet ora leuis clamoſa moloſſi
Sparthanos cretaſque ligat:nec creditur ulli
Sylua cani: niſi qui preſſo ueſtigia roſtro
Colligit:& præda neſcit latrare reperta
Contentus tremulo monſtraſſe cubilia loro.
Nec mora complentur moles : auideque petitis
Inſula deſeritur ratibus.quo tempore primas
Impulit ad noctem iā lux extrema tenebras.
At pompeianus fraudes innectere ponto
Antiqua parat arte cilix:paſſuſque uacare
Summa freti:medio ſuſpendit uincula ponto
Et laxe fluitare ſinit:religatque cathenas
Rupis ab illyricæ ſcopulis:nec prima nec illa
Quæ ſequitur tardata ratis:ſed tertia moles
Hæſit:& ad cautes adducto fune ſecuta eſt.
Impendent caua ſaxa mari : ruituraque ſemper

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

S tat(mirum)moles:& ſyluis æquor inumbrat.
H uc fractas aquilone rates ſummerſaque pontus
C orpora ſæpe tulit:cæciſque abſcondit in antris
R eſtituit raptus tectum mare: cunque cauernæ
E uomuere fretum : contorti uorticis undæ
T aurominitanam uincunt feruore charybdim.
H ic opiterginis moles onerata colonis
C onſtitit:hanc omni puppes ſtatione ſolutæ
C ircumeunt:alii rupes ac littora complent.
V ulteius tacitas ſenſit ſub gurgite fraudes:
D ux erat ille ratis.fruſtra qui uincula ferro
R umpere conatus:poſcit ſpe prælia nulla
I ncertus qua terga daret:qua pectora bello.
H oc tamen in caſu quantum deprænſa ualebat
E ffecit uirtus:inter tot milia captæ
C ircunfuſa rati : & plenam uix inde cohortem
P ugna fuit nõ longa qudem: nam condidit ũbra
N ox lucem dubiam:pacemque habuere tenebræ.
T unc ſic attonitam:uenturaque fata pauentem
R exit magnanima uulteius uoce cohortem.
L ibera non ultra parua q̃ nocte iuuentus

Aequor inumbrat:quia rupes porrecta eſt in mare:& in rupe natæ ſunt arbores ideo dicit ĩumbrari æquor. Fractas:dicit fluctus ſub hanc crepidinem naufraga corpora ſæpe inuoluiſſe:deinde quia natura maris eſt ut nihil ſordidi contineat:ex eodẽ loco euomere conſueuerat quæ ãtea abſorpſerat. Submerſaq; quæ naufragio perierant. Abſcondit:illa corpora & naues fractas. Reſtituit:reuomuit rapinas. Cunq; cauernæ:dicit ꝙ tã feruens mare ibi eſt:ut cũ inuoluuntur uortices imitetur ſiculã charybdim. Taurominitanã : nam ut traiectu charybdis oſtenditur profundũ quidem ĩmenſum:quo inundationes freti mirũ in modum nauigia detrahunt: magnas per circunductiones & uortices præcipitata:qbus abſorptis ac diſſolutis: & naufragiorũ fragmenta ad taurominitanũ littus attrahunt:taurominiũ condiderunt zanclei:ut refert Strabo : & urbs ẽ non procul a Meſſana. Euomuere:eructauere fretum. Vortex:a uertendo dicitur. Feruore:quia maior eſt feruor huius maris q̃ ſiculæ charybdis. Hic opiterginis:redit ad id quod omiſerat:& oſtendit rõnem cur deſcripſerit:dicit enĩ in hũc locum raptã nauem & cathẽis illaqueatam fuiſſe:qua opitergini uehebantur:Hi opitergini tranſpadani Cæſaris auxiliares fuerunt:qui teſte Liuio in eo codice:ubi ſummatim rerũ geſtarum capita referuntur:rate ſua ab hoſtilibus nauibus clauſa:potius q̃ in poteſtatem hoſtiũ uenirent:inter ſe concurrentes:occubuerunt. Moles: ratis. Conſtitit:retenta eſt ſub hac cauerna. Hanc omni:nunc uero emittuntur moloſſi:qa oẽs undiq; claſſes circundederunt hanc nauẽ. Vulteius:dux quidẽ ſenſit ſe captum eſſe:ſed ſero:tunc cũ prouidere non poſſet. Incertus:dubius an fugeret an pugnaret. Conatus:poſtq̃ diu tẽtauit ferro an rumpere poſſet cathenas.

Ferro enſe quia credebat uincula eẽ ſtupea:ſed ferrea erant. Spe nulla:quanuis non ſperaret poſſe uincere : tamen prælia poſtulat:ut uel glorioſe moriatur. Incertus:cogebatur appetere prælium:quia neſciebat quo fugeret:utpote irretitus. Bello:ſe fortiter pugnando defenderet. Hoc tamen:quanuis nec fugiendi:nec pugnandi poteſtas erat:tamen plus effecerunt q̃ uires eorum ualebant nam cum omnis undique claſſis hoſtium intenta eſſet uni rati : tamen tantum uirtus eualuit:ut uſque ad noctem pugnando pugnam ſuſtinerent.nam mille fere iuuenes hac rate uehebantur. Effecit:quantum potuit efficere inter tot milia. Cohors : eſt quingentorum & quinquagintaquinque militum numerus:ſed tamen fere mille iuuenes fuiſſe legitur. Cohortem.ſ.opiterginorum. Pacemq; habuere tenebræ:interiecta nocte pax facta eſt:hoc eſt a pugna deſtiterunt omnes. Tum ſic attonitam: nunc Vulteius ſe ipſum & ſocios adhortatur:ut liberi potius moriantur:q̃ in ſeruitute uiuant:eſt igitur hæc oratio in deliberatiuo genere:habet enim conſultationem cum duæ res plures ue in quæſtionem poſitæ ſunt:& utrum potius faciendum ſit quæritur.conſultatur enim utrum liberi moriantur:an ſerui uiuant.Et quia non eſt dubium liberã mortem anteponi uitæ ſeruili:ſtatim ad probandum uenit.Sed quia ſpacium breue conſulendi datur occurrebat:Si uelimus non poſſumus deliberare mortem. Refellit hoc Vulteius a repugnantibus hoc modo. Mors deliberata.mors improuiſa:deinde longa uita:breuis uita:ea quæ repugnantia ſunt ſe e diuerſo reſpiciunt.contraria autem ex oppoſito ponuntur.ut deliberata longa contraria eſt.improuiſa breuis contraria eſt : ideo dixi ꝙ contraria opponuntur:ut deliberata mors:& breuis uita oppoſita ſunt:ĩprouiſa mors longa uita repugnãt: itaque arguit ſi de morte deliberare poſſumus ſatis uitæ nobis ſupereſt:at qui de morte deliberare poſſumus : igitur ſatis ſpacii datur. Libera:hic ponitur quæſtio:non utitur procemio : nam ubi auditorum animi non ſunt ad attentionem excitandi:non opus eſt procemio:nec beniuolentia neceſſaria eſt.nec etiam dubitat : de quo locuturus eſſet:hæ proprietates ſunt procemii ut beniuolentiam captemus. Libera non ultra : oſtendit illos in ſeruitute eſſe : & ſi delegerint uiuere ipſis paratam eſſe ſeruitutem. Parua nocte : ideſt paruo noctis ſpacio : quia ſimulatque illuxerit neceſſe eſt ut in ſeruitutem hoſtium ueniatis.

C onſulite extremis anguſto in tempore rebus.
V ita breuis nulli ſupereſt qui tempus in illa
Q uærendæ ſibi mortis habet:nec gloria lœti
I nferior iuuenes admoto occurrere fato.
O mnibus incerto uenturæ tempore uitæ
P ar animi laus eſt : & quos ſperaueris annos
P erdere:& extremæ momentum abrumpe lucis :
A ccerſas dum fata manu:non cogitur ullus
V elle mori:fuga nulla patet:ſtant undique noſtris
I ntenti ciues iugulis:decernite lœtum
E t metus oĩs abeſt:cupias quodcũq; neceſſe eſt.
N on tamen in cæca belloꝝ nube cadendum eſt.
A ut cum permixtis acies ſua tela tenebris
I nuoluent. cõſerta iacent cum corpora campo :
I n medium mors oĩs abit:perit obruta uirtus.
N os in conſpicua ſociis hoſtique carina
C onſtituere dei:præbebunt æquora teſtes.
P ræbebnut terræ:ſummis dabit inſula ſaxis.

Extremis rebus:ut mori potius in libertate uelitis:q̃ in ſeruitute uiuere. Vita breuis : occurrebat illud non poſſumus deliberare mortẽ præ anguſtia temporis:reſpondet ſi tñ ſpacii nobis eſt:q̃tum ſatis eſt ad deliberandam mortẽ:non poteſtis dicere nobis parũ uitæ ſupereſſe. Quærendæ.i.deliberandæ mortis. Nec gloria lœti:refellit quod obiici poterat ſi morimur nihil glorioſum erit:ideo non ſpõte noſtra nos moriemur:ſed coacti:unde probat hoc mera quadã rõne:locum aũt ſumit ab adiunctis negocio:in quo deſperatum & contrariũ ſecundum rethoricos cõtinetur:uidelicet maius.minus æque.magnum.forma.ſpecies:ſiue genus.ab his argumenta ſumuntur.arguit hoc loco ab oppoſitis ſui contrarii. Inferior:occurrebat illud:quæ nam nobis gloria erit morientibus:cum coacti eſſe uideamur:illi enim glorioſe moriuntur q ſponte moriuntur: at nos coacti nobis mortẽ intuliſſe uidebimur:primũ argumentum eſt a pari.hoc modo in æqua laude ponẽdũ eſt & cõtemnere quod ſperes : & deſperare quod contẽnis:nã utrunq; incertum eſt qđ deſperamus & ſperamus : ergo non minus laudandũ eſt mori:inſtante morte : q̃ mori in ſpe longe uitæ nã illi qui moriuntur inſtante morte:deſperant de uita:& alii interrumpũt uitam longã ſperantes.ſed iſti qui deſperant iminente morte poſſunt tñ uiuere ſi dii uoluerint:ſicut q lõgã uitam ſperant uiuere. Fato admoto.i.uicinæ morti:dũmodo præueniamus eam:q̃uis inſtet. Inferior:non minor eſt gloria q̃ ſi uita remota uideret. Oĩbus incerto uẽ. ratio cũ tempus futuræ uitæ breue ſit tã ſperantibus q̃ deſperantibus eã:nam & q deſperant poſſent longam uitã habere:& qui ſperant breuẽ conſequi:ſequitur ergo ut in æqua laude ponendi ſint per cõparationẽ. Spectaueris annos:q̃uis ſperes longos annos:potes tamen breues habere. Accerſas.i.prouoces. Fata manu.i.ſponte moriaris: dum uiuere poſſis. Non cogitur ullus:ratio cur par laus:& eſt argumentũ ut ſupradictũ a contrariis .ſ. uelle & nolle.

Velle mori:ergo ſi mori uoluerimus ſponte moriamur:libertatis amore:q̃ turpiter uiuamus. Fuga nulla patet:poſtq̃ refellit quæ obiici poſſent:nunc arguit a neceſſitate: uelimus nolimus nos neceſſitas urget : uel ut fortiter moriamur:uel turpiter uiuamus:ſi uero poſſes neceſſitatis ſeruitutẽ fugere:uel libertatem ſeruare : hoc eſſet ãteponendũ:ſed alterum horũ eligamus neceſſitas urget. Stant undiq; noſtris : qa uidemus nos undiq; circũuentos ab hoſtibus:ut multitudine circunſtantiũ fugere nõ poſſimus. Abeſt:pro abſit. Cupias quodcunq; neceſſe eſt.i.de neceſſitate feceris uoluntatẽ:unde uera eſt illa ſñia:oẽ quod eſt neceſſe ſeruit ſapienti:qc quid neceſſe eſt ſapiens uult:& quicquid uoluerit cedit ſapienti:& ex neceſſitate fit uolũtarium. Cupias:iam non erit neceſſe ſi cupias. Non tñ in cæca:hic a laudabili ſumit argumentũ:nã in ſuaſione conſyderatur: nõ mõ utile & honeſtũ:ſed etiam laudabile:q̃q̃ ex recto & laudabile ſequatur:tñ põt laudabile ſeorſum tractari ab honeſto:quia honeſtũ non ſolum laudis cã fit:ſed etiam ſi nulla laus ſequeretur:ſed ſi laus ſeqtur duplicatur recti appetendi uoluntas:ut hoc loco:& ẽ pars una laudabilis quæ gloria dr̃.Eſt aũt gloria frequens de aliquo fama cũ laude:& hanc gloriã illos conſecuturos oñdit Vulteius:hæc aũt ſumuntur ab auctoritate & opinioẽ hominum:nam cũ hoies opinantur uulgo aliqd eſſe magnificũ:id non põt non laudabile eſſe & glorioſum : ſed nos inquit in conſpectu tam hoſtium:q̃ etiã noſtrorum poſiti:mortem nobis fortiter inferemus.& in magna tam hoſtium q̃ noſtrorum opinione moriemur:& id nobis honorificum atq; glorioſum futurum eſt. Non tamen in cæca:q̃uis ſimus ab hoſte circunuenti:non tamen moriemur ignaua morte:imo in conſpectu tã hoſtium q̃ noſtrorum fortiter cademus. Cæca nocte.i.occultis tenebris bellorum:ut diſcerni non poſſit uirtus noſtra. Permixtis tenebris.i.permixta turba quæ occultatur. Conſerta corpora.i.permixta cum ignaui: fortes:& inertes confuſi ſunt:ut alii ab aliis diſcerni non poſſint:ſed noſtra melior eſt conditio:qa uirtus noſtra & fortitudo in conſpectu omniũ erit. Mors:illorum. In cõe:in turbam ignobilem. Perit:euaneſcit : quia non cognoſcitur. Obruta uirtus:quia licet fortes fuerint:tamen non dignoſcuntur ab ignauis. Nos in conſpicua : ſed nos tam in conſpectu fortium hoſtium q̃ noſtrorum dii poſuerunt : ut mortem noſtram laudabilem oẽs ſpectare poſſint. Conſpicua:quæ in oculis ſociorum eſt:atq; hoſtium. Præbebunt æquora teſtes:cælum:terra:hoies:ipſa quoq; ſaxa muta ſtrenuæ mortis noſtræ teſtes erũt. Teſtes.ſ.claſſem hoſtilem.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Præbebunt terræ.ſ.exercitum noſtrum & hoſtium qui littora occupabant. Inſula.i.qui in inſula conſiſtetant. Diuerſo littore:illyrico & dalmatico. Neſcioquod nr̃is:perſiſtit in hoc ut probet mortē ſuā glorioſam fore:& perpetuam laudē conſecuturam. Exemplum:uidelicet ut exemplo ſimus poſteris noſtris:uelint pro fide & pietate erga iperatorem ſuū ſeruanda & ardua quæqꝫ ſubire:& mortem ipſam ſi opus fuerit. Tranſibit noſtra iuuentus:fortiter moriendo ſuperabit fidē militiæ. Exhibuit.ſ.imperatoribus ſuis. Tranſibit monu.i.uincet hiſtorias oēs. Pietas:erga iperatores ſuos. Ferro ſeruata:nā nonnulli ante milites fuerunt

S pectabunt geminæ diuerſo littore partes.
N eſcioquod noſtris magnū & memorabile fatis
E xemplum fortuna paras:quæcunque per æuum
E xhibuit monumenta fides: ſeruataque ferro
M ilitiæ pietas:tranſibit noſtra iuuentus.
N anque ſuis pro te gladiis incumbere cæſar
E ſſe parum ſcimus:ſed non maiora ſuperſunt
O bſeſſis:tanti quæ pignora demus amoris.
A bſcindit noſtræ multum ſors inuida laudi
Q uod non cum ſenibus capti natiſque tenemur.
I ndomitos ſciat eſſe uiros:timeatque furentes:
E t morti faciles animos:& gaudeat hoſtis
N on plures hæſiſſe rates:tentare parabunt
F œderibus:turpique uolent corrumpere uita.
O utinam quo plus habeat mors unica famæ
P romittant ueniam:& iubeant ſpectare ſalutem:
N e nos cum calido fodiemus uiſcera ferro
D eſperaſſe putent: magna uirtute merendum eſt
C æſar:ut amiſſis inter tot milia paucis
H oc damnum cladem que uocet:dent fata receſſū
E mittantque licet:uitare inſtantia nolim.
P roieci uitam comites:totuſque futuræ
M ortis agor ſtimulis:furor eſt:agnoſcere ſolis
P ermiſſum eſt quos iam tangit uicinia mortis
V icturoſque dei celant ut uiuere durent.
F elix eſſe mori. ſic cunctas ſuſtulit ardor

qui pro fide erga imperatorē ſeruanda id fecerunt:qđ nos facturi ſumus:ſi me audire uolueritis. Nanqꝫ ſuis pro te:nulla unq̃ fides & pietas erga imperatorem ſuum militū maior fuit:imo noſtra ſuperabit:quia non conſyderabitur qđ fecimus: ſed ꝙ facturi fuiſſemus: mō facultas fuiſſet:nam multū laudis noſtræ fortuna nobis aufert: ꝙ non fuerint parentes liberi: cōiuges quoqꝫ noſtræ:nam pro te o Cæſar pro pietate & fide tibi ſeruanda: ſicut nos interimus:ita & parentibus liberis cōiugibuſqꝫ noſtris mortem illaturi ſumus: ſi facultas fuerit. Suis.i.propriis gladiiſ.

Sed non maiora ſuperſunt:ſed non maius aliquid facere poſſumus ꝓ te: ꝙ ſi maiora facere poſſemus id libenter & cupide faceremus. Abſcindit.i.diminuit noſtræ laudi. Indomitos ſciat:moratur in eo argumento laudabili:dicit enim non ſolum cæteris laudandi ſed etiam admirandi uidemur:quin etiā ipſis hoſtibus iā nimis fortiter oppetere uidebimur: & incipient fortunā laudare:ꝙ non plures fuerint cathenis inuoluti:nam ſi pauci admodum tam fortiter & obſtinate pugnauerint ut uix eos uincere potuerint:qđ plures facturi erant?magnam igitur gloriam oſtendit honorificāqꝫ mortem. Sciat.ſ. hoſtis. Viros:milites Cæſaris. Time atqꝫ furentes: poſthac quia ipſa deſperatione fortes ſunt. Hæſiſſe.ſ.cathenis eorū. Tentare: ēt hoſtes tentabunt aīos noſtros:nunquid in deditionem pacto ſalutis uenire uelimus. Turpi uita:turpis uita eſt eorum qui in ſeruitutem ueniunt.

Vnica mors: ſingularis & præcipua.

Famæ:gloriæ. Salutē ſperate:ut mors noſtra glorioſior ſit. Ne nos:utinam promittant nobis ſalutem: propterea ut cum nos uidebunt manibus noſtris oppetere:intelligant non coactos ſed uoluntarios interiiſſe.

Deſperaſſe ſalutem.i.coactos mori. Magna uirtute merendū eſt:artificioſe argumētū quod ualidius erat in fine poſuit:id uidelicet ad laudem ſuā uel in primis ſpectare:ut magnā de ſe opinionem cæſari relinquant:nā ab optimo laudari ea demum uera laus eſt:ſenſus aūt eſt.Non eſt inquit mediocri uirtute opus: ut id agamus qđ cæſar exiſtimet morte noſtra magnam cladē accepiſſe:cū tales uiros ſtrenuos & fortes occidiſſe audierit intelligat ſe plurimum dāni habuiſſe. Cæſar ut amiſſis:etiam ſi pauci ſumus tn̄ non mediocrē cladem accepiſſe exiſtimabat Cæſar:non multitudine:ſed uirtute. Dent fata receſſum:oñdit ſe adeo eſſe cupidum huius laudis ut optimā de ſe opinionem Cæſari relinquat:ꝙ ſi detur illi euadere malit tn̄ fortiter oppetere. Viuere:ſi mihi libera fieret optio utrum uelim:an elabi e manibus hoſtiū:an fortiter mori:ego illi optioni anteponerem mortē. Inſtantia.i.fata iminentia. Proieci:contempſi. Felix:generis neutri & ſubſtantiuum.i.eſſe ꝗdam felicitatem:hoc eſt illi ſoli cognoſcunt felicitatem eſſe mori. Felix:ſi oēs homines inquit cognoſcerēt inſtar felicitatis eſſe mori:nemo uiuere uellet:ideo occultant hanc cæteris felicitatem dii:ut in uita permaneant:his aūt tantum indicant q morti uicini ſunt:ſicut nos. Vicinia mortis.i.qui propinqui ſunt morti:ſicut nos. Celant:occultant cæteris hominibus felicitatem mortis. Durent.i.patiantur uiuere. Si cunctas ſuſtulit: nunc dicit quem effectum uulteii habuerit oratio:nam qui antea mortem metuebant: & ideo nox breuis eis eſſe uidebatur: ꝙ exiſtimarent ſpacium uitæ ſuæ futurum q̃ nox longa fuiſſet:audita oratione uulteii mutata ſententia noctem longam nimis eſſe exiſtimarunt:quæ mortem impendiret. Ardor:cupiditas moriendi. Suſtulit:ideſt erexit pene demiſſos atque iacentes. Oculis hu.ideſt lachrymantibus:præ timore imminentis mortis. Ante ducis uo.ante orationem Vulteii. Flexo temone urſæ:ideſt iam media nocte præterita:quum temo arctici plauſtri iam incipit flecti:ita ut uideatur uelle occidere. Flexo:ſcilicet ad occaſum iam aduentante aurora. Optauere diem ut ſub oculis animum occumberent. Præcepta: ſcilicet Vulteii de morte honeſta. Nec ſegnis urgere:noctem longiorem eſſe putabant:quamuis breuis eſſet:erat autem nox æſtiua. Nec

N obilium mentes iuuenum:cum ſydera cæli
A nte ducis uoces oculis humentibus omnes
A ſpicerent: flexoque urſæ temone pauerent.
I dem cum fortes animos præcepta ſubiſſent:
O ptauere diem:nec ſegnis uergere ponto
T unc erat aſtra polus:nam ſol ledæa tenebat
S ydera:uicino cum lux altiſſima cancro eſt.
N ox tum theſſalicas urgebat parua ſagittas.
D etegit ora dies ſtantes in rupibus iſtros:
P ugnaceſque mari graia cum claſſe liburnos.
T entauere prius ſuſpenſo uincere bello:
F œderibus:fieret captis ſi dulcior ipſa
M ortis uita mora. ſtabat deuota iuuentus
D amnata iam luce ferox: ſecuraque pugnæ
P romiſſo ſibi ſine manu: nullique tumultus
E xcuſſere uiris mentes ad ſumma paratas.
I nnumeraſque ſimul pauci terraque marique
S uſtinuere manus.tanta eſt fidutia mortis.
V tque ſatis bello uiſum eſt fluxiſſe cruoris:
V erſus ab hoſte furor. primus dux ipſe carinæ
V ulteius iugulo poſcens iam fata retecto:

ſegnis polus:ideſt non erat tarda nox ſed cito occidebat quia breuis. Nam ſol ledæa tenebat:ideſt ſol erat in geminis.Nā quintadecima die menſis Iunii ſol egreditur geminos:& tunc longiores ſunt dies & noctes breuiores:quid autem eſt quod dicit nox ad ſagittas peruenerat ideſt ſagittarium:ſi ſol igreſſus erat gemios quo modo nox parua ad ſagittarium peruenerat?ſed ratio hoc facit hemiſpærii: quia zodiacus in quo ſunt.xii.ſigna dimidia parte eſt ſupra terram & dimidius ifra terram quo fit ut ſemper ſex ſigna zodiaci ſint ſupra terram:& totidem infra: dicit ergo ꝙ geminos ingreſſus erat ſol: quo tempore hæc res geſta eſt:finge circulum: & gemini ſignum quod ingreſſus erat ſol:computando ſic.Cancer:Leo:uirgo:Libra:Scorpio:ſagittarius:cum igitur igrederetur ſol gemio occidebat ſagittarius: & conſequēter nox illa era ſagittarii. Sydera ledæa: ideſt geminos:nam gemini:ideſt caſtor & pollux qui lædæ & Iouis filii fuerunt poſt mortem i ſigna cæleſtia tranſlati ſunt qui gemini appellantur: ꝙ eodem partu nati ſunt. Altiſſimo cancro:gemini iam oriebantur: & cancer aſcendebat. Theſſalicas ſagittas:ideſt ſagittarium: nam chiron centaurus qui præceptor fuit Acchillis in Theſſalia medicinæ præcepta docuit:quē antiqui finxerunt eſſe ſagittarium ſignum in zodiaco. Detegit orta dies:nunc dicit orta luce quid fecerit hoſtes:& quid Vulterius conſuluerit. Iſtros: qui partes pompeianas ſequebantur:nam in illyrico res geſta eſt:in illyria autem ſunt iſtri atque liburni populi: Virgilius.Illyricos penetrare ſinus atque intima tutus Regna liburnorum & fontem ſuperare timaui:Strabo libro ſeptimo dicit primos illyrici littoris iſtros eſſe in ipſo Italiæ ambitu. Solinus liburnos gentem eſſe Aſiaticam affirmat in Italico excurſu:qui procedit in dalmatiæ pedem:Dalmatia in limitem illyricum. Appianus dicit illyriorum gentem:liburnos eſſe:qui quia finitima quæque citis nauibus inuaderent:ob id a celeritate nonnullas romani naues liburnicas dixerunt. Graia claſſe:naues longæ ex diuerſis locis accitæ legionibus pluribus ſtipatæ uſque ad ſexcentorum numerum Pompeium ſequebantur: teſte Appiano ex his centum Romanis refertæ:quæ cæteras anteirent. Tentauere prius:hoſtes tentare uoluerunt:nunquid fœdere in deditionem uenire uellent:ſed non contigit quod optabant. Suſpenſo bello:ideſt intermiſſo hoc eſt factis induciis. Fieret captis:quia ſi interponeretur ſpacium:interea inciperent uelle uiuere. Dulcior uita:cum ipſi ſperarent uiuere poſſe:inciperent uelle uiuere:potius quam mori. Deuota:ideſt deſtinata morti. Damnata luce: contempta uita. Promiſſo ſibi ſine manu:ideſt promiſſa morte:quia omnes conſpirauerunt conſciſcere ſibi mortem. Tumultus:terrores. Excuſſere mentes:quia circunuenti ab hoſtibus non mutarunt conſilium. Ad ſumma:ideſt ad ultima. ſummum & ultimum inuicem cedunt. Innumeraſque ſimul:& aliquandiu tanta claſſe circunuenti Vulteii milites ſua uirtute ſe ſuſtinuere:adeo ſolet ipſa deſperatione creſcere uirtus. Marique: quia littora plena erant hoſtibus & claſſis circundederat eos. Fidutia mortis: ideſt in morte tantum confidunt & eſt acclamatio. Verſus ab hoſte furor:cum uero iam ſatis cædium pro facultate ſua feciſſe uideretur: tunc Vulteius inuitauit ſocios ut iugulum ſibi aperirent:ut primus ipſe adimpleret:quod ſuperiore nocte conſtituerat: ſtatim igitur uno tempore multi Vulteio uulnus intulerunt:& qui primum lethale uulnus intulerat: ut uiciſſim redderet quod acceperat ipſum interfecit: quo facto cæteri homines in mutuam cædem ruerunt.

Fluxiſſe:pro emiſiſſe cruoris uidelicet: quod iam multos ex hoſtibus occiderat. Furor:quo uſi fuerant contra hoſtes in ſe ipſos conuerterunt. Vulteius iugulo:& uulteius qui primus cæteros adhortatus fuerat: ipſe



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

etiam implere uoluit.quod aliis perſuaſerat : nam aperto iugulo quis erit inquit qui mihi iugulum aperiat ? & ſtatim cum lethale uulnus accepiſſet:talionem reddidit ei a quo primum uulneratus fuerat. Retecto: nudato. Dextera digna cruore:ideſt qui ſe dignum facit:ut me interficiat. Teſtetur:ideſt teſtimonio ſignificet ſe uelle mori eo ipſo ꝙ me interficiat. Nec plura locuto: uix hæc locutus fuerat:ꝙ iam multi pectus Vulteii gladiis & telis confoderant. Non unus:ſed complures. Collaudat:ꝙ recte feciſſent. Sed eum cui:cum multi uulnus una uulteio intuliſſent:ei primo a quo uulneratus fuerat mortem intulit. Grato: quia gratitudinem ſeruauit ut redderet quod acceperat. Debebat:debitor erat primi uulneris. Concurrunt:mortuo duce in mutuam mortem & cædem corruere omnes. Partibus unis:quia omnes erant concordes. Sic ſemine cadmi : duas ſimilitudines ponit: quomodo inter ſe occiſi ſunt: non aliter inquit quam terrigenæ qui nati ſunt ex ſerpentinis dentibus ſatis a cadmo uel quam illi terrigenæ ex ſerpentinis dentibus nati:quos ſeminauit Iaſon tunc cum aureum uellus comparauit: medea conſulente & auctore. Nota quidem eſt fabula cadmi : qui fatigatus in ſorore quærenda Europa : oraculum Apollinis conſuluit: ubi nam urbem conderet & auſpicio bouis boetiam condidit : ſed conditurus urbem primum de more uoluit ſacrificare ioui miſit igitur quoſdam ex ſociis aquatum qui a ſerpente marti ſacro ſunt interfecti:quem poſtea cadmus interfecit:ex cuius dentibus ſatis nati ſunt homines armati qui ſe mutuis uulneribus interfecere.
Dircæa:in agro thebano. Emicuit: ſcilicet de ſerpentinis dentibus. Omen dirum:quia omen fuit ſceleris ꝙ uenturũ erat:ut eteocles & polynices thebani fratres ſinguli certamine dimicantes mutuã ſibi cædem inferrent. Phaſidos:nota fabula: ꝙ Iaſon filius æſonis incitatus a patruo pelia colchon tetẽdit ſuſcepturus uellus aureum quod ſeruabatur ab inſomni ſerpente:& opus erat ut occiſo ſerpente illius dentes tauris ignem naribus afflantibus ſeminaret:& ex his naſcerẽtur terrigenæ:cum quibus ſingulari certamine dimicandum erat:ſed Medea Regis filia amore Iaſonis capta puluerem & medicamina dedit quibus ſopitus eſt ſerpens: nũc hoc dicit quemadmodum ſe terrigenæ occiderunt:ita Vulteius cum ſuis. Phaſidos:ideſt colchi inſulæ nam phaſis flu.eſt colchorum. Inſomni dente:ideſt dente peruigilis ſerpentis. Cognato ſanguine:quia fratres erãt ex hiſdem dentibus nati. Sulcos:ideſt planiciem & tantum æquor quantum capiebat ager : in quo ſati erant ſerpentini dentes. Expalluit:ipſa medea quæ remedia Iaſoni dederat non ſine timore fuit. Inexpertis herbis:quarum uim & proprietatem nondum antea experta fuerat. Nimiumque in morte:poteſt eſſe ſententia generalis huic loco commoda uidelicet quia cum mors contemnitur: nimium uirium habet. Nec quenquã. non errabant in iferendo ictus. Moriente manu:quamuis lethali uulnere confoſſi eſſent:tamen non errabat manus:quin alium occideret. Nec debetur gladiis uulnus:ideſt non præueniuntur:ſed præueniunt: quia gladii non prius uulnerabant:quam ipſi in gladios incurrerent. Et iugulis manus eius qui uulnera iferebat tanta cupiditate moriebatur:ut non contenti iugulum confoſſum eſſe:ita premebãt: ut uſque ad capulum premerent. Parenti:in parentem. Haud trepidante:ꝙ fratres in fratres:& filii in parentes occurrerent:quia uidebatur repugnare naturæ:mirum ꝙ manus cum percuteret pauore non contremiſceret. Exegere:ideſt pectus uſque ad alteram partem transfixere. Pietas fer.una hæc ſola pietas fuit inter eos ut uno uulnere ſe interficerent:ne multis uulneribus fruſtrarentur. Foris latis:ideſt ſpacioſis tabulatis:nam fori.orum.dicuntur tabulata nauium & pontes quibus naues utroque latere circundatæ ſunt:a ferendo quia ferant nautas. Deſpectam

En quis ait iuuenum eſt : cuius ſit dextra cruore
Digna meo?certaque fide per uulnera noſtra
Teſtetur ſe uelle mori?nec plura locuto
Viſcera non unus iandudum tranſigit enſis
Collaudat cunctos : ſed eum cui uulnera prima
Debebat grato moriens interficit ictu.
Concurrunt alii:totumque in partibus unis
Bellorum fecere nefas : ſic ſæmine cadmi
Emicuit dircæa cohors : ceciditque ſuorum
Vulneribus:dirum thebanis fratribus omen:
Phaſidos & campis inſomni dente creati
Terrigenæ miſſa magicis e cantibus ira
Cognato tantos implerunt ſanguine ſulcos.
Ipſaque in exptis quod primum fecerat herbis
Expauit medea nefas:ſic mutua pacti
Fata cadũt iuuenes:nimiumque in morte uiroꝝ
Mors uirtutis habet:pariter ſternuntq; caduntque
Vulnere lethali:nec quenquam dextra fefellit
Cum feriat moriente manu:nec uulnus adactis
Debetur gladiis:percuſſum eſt pectore ferrum.
Et iugulis preſſere manum : cum ſorte cruenta
Fratribus incurrunt fratres:natuſque parenti :
Haud trepidante tamen toto cum põdere dextra
Exegere enſes:pietas ferientibus una
Non repetiſſe fuit:iam latis uiſcera lapſa
Semianimes traxere foris:multumque cruoris
Infudere mari:deſpectam cernere lucem :

lucem:ideſt contemptam uitam. Victoreſque ſuos morientes:gaudebant ꝙ uulnera ſua hoſtes intuerentur.
Vultu ſpect. ſuperbo:quia ſuperbe aſpiciebant uictores ſuos:ut gauderent potius quam timerent. Et mortem ſentire:ideſt uoluntatem capiebant ex ſenſu mortis. Buſtis:ideſt rogis decorauerunt cæſos. Mirantibus:quia mirabantur Octauius Libo & cæteri Pompeiani ꝙ inueniri potuiſſent milites qui tanti facerent ducem ſuum. Nullam maiore:dicit nullam unquam fuiſſe nauem quæ totum orbem terrarum fama impleuerit poſt hanc. Ore:ideſt ſermone. Non tamen ignauæ:hic latenter Lucanus inuehitur ĩ populum Romanum qui turpiter crudeliſſimo Neroni ſeruiebat exemplum opiterginorum habens qui mori tam fortiter uoluerunt potius q̃ ſeruire. Tamen:quamuis fortiter occiderint:tamen poſt hoc exemplum romani non intelligent:q̃ ſit facile effugere ſeruitutem.q.d.ſatius eſt mori quam ſeruitutem crudeliſſimi tyranni ſuſtinere. Percipient:ideſt ueniet tempus ꝙ obliuiſcent̃ gentes ſuæ libertatis:cum hoc propoſitũ ſit exemplum gentibus ne uelint ſeruire.
Seruitium.fu.ma.uel ſeipſos uel tyrannum potius interficiendo. Regna timentur ob ferrum: quia cuſtodibus armatis & ſatellitibus ſecuri incedunt tyranni.
Ignorantque datos:homines neſciunt quã ob cauſam enſes ſint dati hominibus nullam ob aliam cauſam in primis:quam ut ſe a ſeruitute liberent. Mors utinam pauidos:nunc ĩprecatur hoc illis pro pœna contingat:ut ſemper in timore mortis uiuant. Mors utinam: o utinam negares interficere eos qui nimium ſunt cupidi uitæ. Subducere:ideſt remouere a uita. Pauidos: ſcilicet mortis: Sed uirtus te ſola:ut illis ſolum aliquẽ finem imponeres:qui cæteris uirtute præſtant: nam mors eſt finis omnium malorum. Non ſegnior illo: trãſit ad aliam hiſtoriam oſtendens quomodo Curio pro partibus cæſaris bellum geſſerit aduerſus Actum Varrum & Iubam Regem Numidiæ in Aphrica:qui partibus Pompeianis fauebant : dicit enim non inferius fuiſſe bellum hoc:quod nunc mari geſtum eſt per Vulteium contra Pompeianos:quam bellum quod geſtum eſt in Aphrica per Curionem aduerſus Iubam.Nam cum Actius Varrus in libya pro Pompeio exercitum haberet:& Iuba Mauruſiorum numidarum Rex(ut ĩquit Appianus)Varro obſequerntur:Curio a Cæſare ex Sicilia miſſus duabus cum legionibus in eos mouit:nauibus longis duodecim:onerariis uero plurimis ſtipatus:is cum Vticam applicuiſſet breui quadam equeſtri pugna:nonnullos ex numidis equites in fugam uertit : & exercitu adhuc in armis conſiſtente:imperatorem tamen ſe nominari uoluit eſt enim hæc appellatio prætoribus non mediocris apud milites auctoritatis:quaſi ipſis teſtificantibus eundem imperatorio nomine haud indignum fore hunc quippe honorem prætores iam pridem in maximis belli operibus ſibi uendicauerant:nunc autẽ ſub quo decem milia in bello concidiſſent:hac appellatione dignus habebatur:cum autem Cæſarem in iberia uictorem euaſiſſe nunciatum eſſet:animo ſublatus curio:loco admodum anguſto iuxta mare caſtra locat: pugna igit̃ acriter incepta:unicus ex Curionis militibus cecidiſſe dicitur:uarri ad ſexcentos interiere:adueniente deinde Iuba: rumor falſo ſublatus eſt circa Bagradam flu.Iubam non longe diſtantem retrouerti:finitimis eius regnum inuadentibus:Saburam prætorem regis:cum parua manu ab eo in ripa flu.deſtitutum eſſe:quo rumore confiſus Curio:æſtatis calore cuncta perurente:circa tertiam diei horam fortiſſimam exercitus ſui partem in ſaburam mouit:per iter harenoſum & aquis ſterile prouectus:Latex quippe hybernus calore ſolis aduſtus inaruerat:ſqualebant omnia circum loca fluuius uero a Sabura & Rege aſſiſtente tenebatur:ſublata itaque ſpe Curio ad colles ob arbores retroceſſit ſuffocatione confectus:quem cum adeo affectum intuerentur hoſtes flu.ſtatim tranſiuere ad pugnam præparati:Curio uiciſſim e montibus deſcendit:imperite admodum ac inſipienter acies ĩfirmas agens:demum Numidarum equitibus eum circunuenientibus per aliquantulum temporis paulatim retroceſſit & intra breue ſpacium telluris copias redegit:repulſus denuo confugit ad montes. Aſinius polio clade iã multorum ĩminente uticam cum paucis exercitum reducit:ne qua interim a uarro calamitas ob rumorem habitæ cladis ĩſurgeret.Curio piculũ aggreſſus : pugnãſq; cũ oibus q una aderãt ĩterfectus ẽ.ita ut ad pollionẽ nemo uticã tãtæ cladis nũcius redire poſſet.hũc igitur finẽ: pugna apud bagradã fluuiũ geſta habuiſſe dicitur: Curiõi caput abſciſſum ad Iubã delatũ ẽ. Nec ſegnior:hic mars. Nãq; rates audax : nũc ĩcipit narrare(ut ſuperius dictũ)Cæſar curã rei frumẽtariæ agẽs curionẽ miſerat ĩ Siciliã:nũc ergo dicit ꝙ pfectus ex Sicilia ĩ Aphricã Curio:uenit ad eũ locũ:q ut hiſtorici qdã referũt:aqlaria uocat̃:ĩde trãſportauit duas legiões:q̃s a Cæſare accepat &.d.eqtes biduo & tribus noctibus nauigatione cõſumptis ad eũ locũ puenit: hic aũt locus abeſt ab oppido

Victoreſque ſuos uultu ſpctare ſuperbo
Et mortem ſentire iuuat:iam ſtrage cruenta
Conſpicitur cumulata ratis:buſtiſque r emittunt
Corpora uictores:ducibus mirantibus ulli
Eſſe ducem tanti.nullam maiore locuta eſt
Ore ratem totum diſcurrens fama per orbem.
Non tamen ignauæ:poſt hæc exempla uirorum
Percipient gentes:q̃ ſit non ardua uirtus
Seruitium fugiſe manu.ſſed regna timentur
Ob ferrum:& ſæuis libertas utitur armis.
Ignoratque datos ne quiſquam ſeruiat enſes.
Mors utinam pauidos uitæ ſubducere nolles
Sed uirtus te ſola daret.non ſegnior illo
Marte fuit qui tunc libycis exarſit in aruis.
Nanque rates audax lilybeo littore ſoluit



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

clupea:quod ſiculi extruxerunt.& aſpida primum nominauerunt:teſte Solino paſſuum.xx.milia: ibi etiam ē ſtatio nauibus aptiſſima:nam duobus promontoriis utrinque eminentibus continetur:ideo ſtationem hanc notam.i.nobilē Poeta dixit.hic apud flu.Bagradam caſtra poſuit Curio:ſed bagrada flu.aphricæ iuxta oppidum Vticā labit᷑: & huic fluuio bagradæ uicina ēt metatus eſt caſtra Atilius regulus:quo tēpore magna clade militum ſerpentem illum longitudine & magnitudine inſignem in hoc ipſo fluuio interemit pedum uidelicet centum & uiginti:ut refert Gelius. Audax:Lucanus & Vir.nunquam audacem appellant quenquam: cui deinde non ſit ſemper aduerſa fortuna ſecuta: ut Turnus audax: ſic ēt ſupra: Audax uenali comitatus Curio lingua. Lilybeo: ideſt ſicula tellure: nam Lilybeus mons eſt Siciliæ quæ trinacria appellatur ideſt triū promontoriorum īſula: quæ ſunt lilybeus Pachynus & Pelorus. Aquilone recepto: quia biduo & tribus noctibus nauigatione conſumptis ad eum locum peruenit q aquilaria appellatur:& ut ex commentariis Cæſaris fertur:ex quattuor legionibus: quia copias Actii Varri deſpiciebat: q prouinciam illam a ſenatu populoque Romano tenebat: aut pro Pompeio exercitū habebat:duas tantummodo Curio aſportauit. Semirutas carthaginis arces: qa euerſa fuit a Scipione aphricano īferiore. Notæ:ideſt nobilis quia habet hic locus ſtationem æſtate accommodatam:nam duobus promontoriis eminentibus clauditur.

Cano æquore:ſpumoſo mari. Lētus bagrada.i.tardus deſcēſu. Siccæ arenæ: qa Libya q̄ ē ꝑs Aphricæ penuria aquæ laborat.

C urio:nec forti uelis aquilone recepto
I nter ſemirutas magnæ carthaginis arces
E t clypeam tenuit:ſtationis littora notæ:
P rimaque caſtra locat cano ꝓcul æquore:qua ſe
B agrada lentus agit ſiccæ ſulcator harenæ.
I nde petit tumulos:exeſaſque undique rupes.
A ntæi quæ regna uocat non uana uetuſtas.
N ominis antiqui cupientem noſcere cauſas
C ognita per multos docuit rudis incola patres.
N ondum poſt genitos tellus effœta gigantes
T erribilem libycis partum concepit in antris
N ec tam iuſta fuit terrarum gloria typhon:
A ut tityos briareuſque ferox:cæloque pepercit:
Q uod non phlegræis antæum ſuſtulit aruis.
H oc quoque tam uaſtas cumulauit munere uires

Inde:poſt hæc ſecūda nocte poſuit caſtra apud rupes ubi fama ē Antæū habitaſſe cauernas. Antæi regna:ut refert Solinus Colonia in eodem tractu Libyæ conſtituta eſt: ubi Antæi regia.q īplicandis explicandiſq; nexibus humi melius ſciens:uelut genitus matre terra ibidem ab Hercule uictus eſt. Strabo libro ultimo dicit: Gabinium Romanorum ſcriptorem:litteris mandaſſe:apud Lingem Antæi ſepulturam eſſe:& Tibiam cubitorum.lx.quam a Sertorio nudatam ait:ac rurſum terræ demandatam. Rudis incola:ideſt agreſtis. Antiquino.ideſt nobilis cur uocarentur Antæi regna. Patres: quia per ſucceſſionem antiquorum fama perpetuo māſerat nam apud ueteres hiſtoriæ hoc genus:ut maiores natu anteacta poſteris indicarent: Virg. atque equidem memini fama eſt obſcurior annis:Auruncos ita ferre ſenes. Nondum poſt genitos: Nunc ponit narrationē incolæ:qui exponebat Curioni quare ea loca Antæi regna appellata fuiſſent. Tellus enim gigantes illos cum genuiſſet ut,ceum:Enceladum:qui auſi ſunt reſcindere cælum:& Briareum:qui centimanus bellum ſuſcepit aduerſus deos:non effœta fuit:quin alios generaret Gigantes. Effœta:ideſt exhauſta:primos gigantes genuit: qui in Iouem gigantomachiam fecere. Terribilem:& hunc tantarum uirium genuit Antæum tellus: ut ſi illū ante gigantes genuiſſet in maximo periculo fuerit regnum Iouis:unde pepercisse uidetur diis.ꝙ illum ſero genuerit terra. Nec tam iuſta fuit:quam typhon magnæ gloriæ fuerit terræ propter talem partum:unus ex gigantibus qui arma contra Iouem ſumpſerat. Typhonis gigantis cubile poſitum accolæ credunt in antro illo ciliciæ famoſiſſimo quod latis primum patet faucibus: poſt modum in proceſſu per anguſtias obſcuratur auctore Solino. Tityus:gigas:qui auſus fuit latonam de ſtupro interpellare: unde Apollinis & dianæ ſagittis occiſus eſt:tantæ magnitudinis fuit:ut per terram extenſus nouem iugera terræ occuparet:& detruſus eſt ad inferos hac pœna:ut corroſis a uulture uiſceribus ſemper renaſcantur. Verum Tityus (ut refert Strabo) uir uiolentus ac flagicioſus tyrannus panopeæ ītereptus eſt ab Apolline:cum delphos adiret per uiam:qua tunc Athenienſis populus pythiadem ſupplicationem:cum pompa præmittebat. Briareus:gigas centimanus: qui auſus eſt prodere cælum. Quod non.ph.in hoc miſerata cælū terra ꝙ non hunc ante alios peperit. In armis phlegræis: ideſt in gigantomachia quæ geſta eſt in ualle phlegræia: Auctore Strabone libro quinto In phlegra agro Campaniæ uicino:antequam oppidum fieret.rumor eſt in militia mundi dimicatum cum gigantibus: & proſequitur Solinus quantis probationibus impia indicia diuinæ expeditionis in hoc ſæculo perſeuerauerunt: illic ſi quando ut accidit nimbis torrentes,excitantur:& aucta aquarum pondera ruptis obicibus ualentius ſe in campos ruunt:eluuione oſſa refert detegi: quæ non ſunt ex corporibus humanis: ſed modo grandiori: quæ ob enormem exercitus monſtroſi magnitudinem iactitant extitiſſe:idque adiuuatur argumento ſaxorum immanium:qbus oppugnatum cælū credunt. Hoc tam uaſtas:ad cætera quæ alii gigantes habuere hoc munus addidit terra antæo ꝙ quotiēs uiribus defatigatus eēt cadēs a terra uires reſumebat:& recētior ad pugnā fiebat.

Cumulauit:amplificauit. Sui fœtus:antæi. Vigent:recreātur reficiūtur. Ferunt:ſcilicet maiores noſtri. Ad ſomnos:nec ſibi cubile ſternebat:ſed in nuda tellure iacens ſeipſo fortior reddebatur. Terga:pro tergora:ideſt pelles:quia non utebatur ſtratis pellibus. Non ſylua torum:non frondibus ſtratis iacebat. Periere coloni:& dum uiueret terreſtria & maritima uaſtabantur uiolentia Antæi. Auxilioque diu: & tantæ uirtutis erat ut dum certamen ipſi fuit cum cæteris:non opus fuit cadere ut uires a terra reaſſumeret:ſed cum Hercules ueniſſet:opus fuit ut uires a terra acciperet. Tandem uulgata:tandem peruenit ad aures Herculis monſtrum hoc Antæi:& ſicut aliis malis terram liberauerat:ita & hoc monſtro liberare uoluit. Terram monſtris æquorque leuantem:nam occidit Caccū. Aprum.Nemeæum Leonem. hydram in lerna palude. Aequor: ideſt ſtymphalidas aues in æquore occidit quæ infeſtabant nauigātes. Stymphalides aues dictæ ſunt a ſtymphalide Arcadiæ palude quas ab Hercule ſagittis & tympanis fugatas poetæ finxerunt. Ille cleonæi:nunc dicit cum Hercules ueniſſet quo pacto uterque hinc antæus hinc Hercules præparārunt ad ſingulare certamen:noluit hercules claua:nec ille gladio pugnare: ſed rem lucta inter ſe agere placuit & tanquam luctatores inter ſe certarent: & probare uter utrum proſterneret. Cleonæi leonis:inter cleonas & phliuntem ſurgit ſylua (ut refert Strabo) in qua argiui ſacra celebrare cōſueuere Nemeæa: ibi quoque quæ de Nemeæo Leone geſta: fabulis prodita ſunt: diſtant Cleonæ ab argo ſtad.centum & uiginti:a Corintho uero ſtad.octogita: Sūt autem Cleonæ mediocre oppidum ī uia ſitum:quæ ex argo corinthum ducit. Antæus libyci: quia ſicut Hercules occiderat nemeæum leonem ita Antæus libycum occidit & pellem deferebat. Hoſpes: hercules qui peregrinus erat. Liquore: ideſt oleo. De more palæſtræ: ad ſimilitudinem olympici certaminis: qđ primum ipſe hercules inſtituerat in honorē ataui materni pelopis:intermiſſum autem auctore Solino iphitus filius eius inſtaurauit poſt excidium Troiæ anno quadringenteſimo octauo. Ille parum: antæus non ſatis tutus tangere terram pedibus:totū corpus īſperſit harenis:ut uires a matre ſumeret.

T erra ſui fœtus:ꝙ eum tetigere parentem.
I am defecta uigent renouato robore membra.
H æc illi ſpelunca domus:latuiſſe ſub alta
R upe ferunt:epulas raptos habuiſſe leones.
A d ſomnos non terga feræ præbere cubile
A ſſuerunt:non ſylua torum:uireſque reſumit
I n nuda tellure iacens:periere coloni
A ruorum libyæ:pereunt quos appulit æquor
A uxilioque diu uirtus non uſa cadendi
T erræ ſpernit opes:inuictus robore cunctis
Q uáuis ſtaret erat:tandem uulgata cruenti
F ama mali terras monſtris æquorque leuantem
M agnanimum alciden libycas exciuit in oras
I lle cleonæi proiecit terga leonis
A ntæus libyci.perfudit membra liquore
H oſpes olympiacæ ſeruato more paleſtræ.
I lle parum fidens pedibus contingere matrem
A uxilium membris calidas infudit harenas.
C onſeruere manus:& multo brachia nexu.
C olla diu grauibus fruſtra tentata lacertis:
I mmotumque caput fixa cum fronte tenetur:
M iranturque habuiſſe parem: nec uiribus uti
A lcides primo uoluit certamine totis:
E xhauſitque uirum:quod creber anhelitus illi
P rodidit:& gelidus feſſo de corpore ſudor:
T unc ceruix laſſata quati:tunc pectore pectus
V rgeri:tunc obliqua percuſſa labare
C rura manu.iam terga uiri cedentia uictor
A lligat:& medium compreſſis ilibus arctat

Conſeruere:proprie eſt luctatorum qui manus manibus conſerunt. Et brachia nexu:ſcilicet conſeruere. Colla diu:quia etiam lacertis capere colla tentabant ut alter alterum proſterneret. Fruſtra:quia nihil efficere poterant. Caput immotum:ſcilicet tenebant:ſed fronte & pedibus certabant. Immotum:neruis extenſis. Fronte:quia frontem fronti opponebant. Miranturque habuiſſe parem & Hercules mirabatur ſibi parem Antæum eſſe:& antæus herculem. Nec uiribus:nunc dicit qua arte hercules luctatus fuerit cum Antæo.nam primo aliquandiu ſuſtulit ut fatigaret eum:& laſſum facilius uinceret. Nec uoluit cer.noluit hercules primo effundere totas uires:ſed ſenſim illum tenere ſublimen:& illum ad laſſitudinem deducere tentauit.

Exhauſit:euacuauit uiribus:ex eo cognouit hercules ꝙ ille crebro anhelitu fatebatur laſſitudinem. Tunc ceruix:alia ſigna ſubiungit:primo immotum caput dixit tenuiſſe nunc dicit magis magiſque quati ac nutare nūc dextrorſum nunc ſiniſtrorſum. Quati:pro quatiebatur. Pectore pectus:iam lacertis non poterat a corpore ſuo reiicere Antæus herculem:nam hercules cōpræhenſum illum pectori ſuo aſtrinxit. Vrgeri:pro urgebat.

Labare:ideſt cadebant. Obliqua manu:nam habent luctatores artem quandam & manuum & pedum: ut facile aduerſarium peruertere poſſint. Iam terga:iam ita inhærebat hercules Antæo ut ipſum manibus cōpræhenſum conſtringeret. Medium:quia qua illia ſunt medius compræhenſus erat.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Inguinaque inſertis pedibus diſtendit:& oēm
Explicuit per membra uirum:rapit arida tellus
Sudorem:calido complentur ſanguine uenæ.
Intumuere tori:totoſque induruit artus:
Herculeoſque nouo laxauit corpore nodos.
Conſtitit alcides ſtupefactus robore tanto
Nec ſic inachiis quáuis rudis eſſet in aruis
Deſectá timuit reparatis anguibus hydram.
Conflixere pares:telluris uiribus ille:
Ille ſuis: nunquam ſæuæ ſperare nouercæ
Plus licuit:uidet exhauſtos ſudoribus artus:
Ceruicemque uiri ſiccam qua ferret olympum.
Vtque iterum feſſis iniecit brachia membris
Non expectatis antæus uiribus hoſtis
Sponte cadit:maiorque accepto robore ſurgit.
Quiſquis ineſt terris in feſſos ſpiritus artus
Egeritur.telluſque uiro luctante laborat.
Vt tandem auxilium tactæ prodeſſe parentis
Alcides ſenſit: ſtandum eſt tibi dixit: & ultra
Non credere ſolo:ſternique uetabere terra:
Hærebis preſſis inter mea pectora membris.
Huc antæe cades.ſic fatus ſuſtulit alte
Nitentem in terras iuuenem. morientis in artus
Non potuit nati tellus permittere uires.
Alcides medium tenuit: iam pectora pigro
Stricta gelu:terriſque diu non credidit hoſtem.
Hinc æui ueteris cuſtos famoſa uetuſtas
Miratrixque ſui ſignauit nomine terras.

Pedibus diſtendit:cum pedes pedibus inſeruiſſet peruertit illum & præcipitem dedit humi. Per mebra uirum:tá longus latuſque erat ꝙ membris occupauit terram. Rapit arida tellus: ſed ſimulatq; tetigit terram refectus eſt:& recens ad pugnam rediit acrior. Venæ:Antæi. Intumuere:reſumptis a matre uiribus íflati ſunt.
Toros:pulpas appellat. Induruit:ideſt durior factus eſt. Nouo:ideſt corroborato. Conſtitit: admiratus eſt hercules:nam quem iam uiciſſe putabat nunc ita reſtitutum uidebat quaſi nunc primum luctari inciperet. Non ſic:dicit magis timuiſſe in hoc certamine nunc herculem:q̄ in certamine hydræ & aliorum monſtrorum:quibus cum certaret conſtat í periculum atque diſcrimen incurriſſe. Rudis:quia quamprimum adultus eſſe cœperat hercules:nullum ante monſtrum uidit præter angues:primum monſtrum fuit hydra lernea:& quamuis nouus eſſet certator tamen non tanto timore perculſus eſt. Inachiis aruis: ideſt lerneæ paludis ubi hydra habitabat:Lerna argiui & Mycenei agri palus eſt:in qua(ut oſtendit Strabo)hydram conſtitiſſe ſcriptores tradunt. In illa cum facta ſint purgamina:prouerbium quoddá uulgo manauit:Lerna malorum:& Lerna fluuius eſt eodem quo palus nomine præterfluit Temenium:í quo humatus eſt Temenus. Inachus flu. qui (ut ibidem docet Strabo)argiuam percurrit terram. Rudis:nouus bellator. Anguibus:qui cæſo uno capite tria ſubcreſcebant. Suis:naturalibus. Nunquam ſperare: & iuno quæ illum prodere uolebat nunquam ſpetauit poſſe Herculem perire:niſi hoc certamine Antæi. Olympus:cum ad Atlantem ueniſſet Hercules Atlas autem ſtellas quaſdam labentes: cū uidiſſet orauit Herculem ut humeros ſuos tantiſper ſubiiceret polo antarctico:dū ille labétes ſtellaſ firmaret:quod Hercules fecit. Atlas teſte Solino mons eſt Libyæ e media arenarum conſurgens uaſtitate: & eductus in uicina lunaris circuli ultra nubila caput condit: lucet nocturnis ignibus audiuntur & cantus tibiarum & tinnitus cymbalorum per oram maritimam: Apex Perſeo & herculi peruius:inaceſſus cæteris ita fidem aratum inſcriptio palam fecit.
Vtque iterum:ſed poſtquam Hercules iratus iterum lacertis medium complectebatur. Antæus uero expectauit quoad cōplexus eſſet: & ſponte ſua cecidit ut uires reſumeret. Quiſquis ineſt:& tellus cum uideret in magno diſcrimine poſitum eſſe filium ſuum:ipſa quoque filio omnes uires miniſtrabat. Spiritus: fortitudo. Laborat:ſcilicet tellus ſuggerendo filio uires. Vt tandem: poſtquam hoc intellexit Hercules: ſtabis inquit o antæe:non cades:quia non patiar ut iacens reficiaris a terra:hæc ubi dixit medium complexus antæum pectori ſuo aſtrinxit:& eo uſque tenuit:quo illum animam efflare coegit:& exanimatum cadere permiſit. Credere:non committeris terræ. Senſit:cognouit crebro caſu id quod erat. Pigro gelu:quod homines pigros facit:quia anima excedente corpus contrahitur & torpeſcit. Hinc æui ueteris: nunc ſuæ narrationis concludit effectum:ut ex his quæ ſupra dicta ſunt id inferat.quod Curio audire cupiebat hac de cauſa quia ibi antæus habitauit:& ab Hercule tandem ſuperatus eſt:hæc loca antæi uocata ſunt:ſed nomen inſignius hiſdem locis Scipio africanus dedit:qui primus populo Romano Carthaginem tributariam fecit: qui Hannibalem tandem ex Italia excedere coegit. Hinc:ab antæo. Aeui ueteris cuſtos famoſa uetuſtas:ná uetera monumenta reꝝ geſtaꝝ cuſtodiūt ea quæ ab initio facta fuerunt. Veteris:niſi.n.fama eēt:oīa antiq̄ iá pridé piſſēt.
Miratrixq; ſui:qa cū uetera audimus.quæ ꝑ famá ad aures noſtras puenerūt:nō ſine admiratiōe accipimus.

Sed maiora dedit cognomina collibus iſtis
Pœnum qui latiis reuocauit ab arcibus hoſtem
Scipio: nam ſedes libyca tellure potito
Hæc fuit:en ueteris cernis ueſtigia ualli?
Romana hos primum tenuit uictoria campos.
Curio lætatus tan quam fortuna locorum
Bella gerat:ſeruetque ducum ſibi fata priorum
Felici non fauſta loco tentoria ponens
Incluſit caſtris:& collibus abſtulit omen.
Sollicitatque feros non æquis uiribus hoſtes.
Omnis romanis quæ ceſſerat aphrica ſignis:
Tunc uarri ſub iure fuit: qui robore quanquam
Confiſus latio:regis tamen undique uires
Exciuit libycæ gentis:extremaque mundi
Signa ſuum comitata iubam:nō fuſior ulli
Terra fuit domino:qua ſunt longiſſima regna
Cardine ab occiduo:uicinus gadibus atlas
Terminat:a medio confinis ſyrtibus ammon.
At qua lata iacet uaſti plaga feruida regni
Detinet oceanum: zonæque exuſta calentis
Sufficiunt ſpacio:populi tot caſtra ſequuntur
An dolopes numidæque uagi:ſemperq; paratus

Sed maiora:magnum quidem nomen eſt ꝙ Antæi regna uocitentur:ſed multo maius fuit:hoc ꝙ Scipionis aphricani Cornelia caſtra ad hanc uſq; ætatem appellentur. Cognomina.ſ.cornelia caſtra. Reuocauit:bene reuocauit nam ſicut in hiſtoria eſt Hannibal per decenniū in Italia manſit:quá multis cladibus ac populationibus uaſtauit:tandé Scipio aphricanus:cum prouinciam aphricá accepiſſet a ſenatu populoq; ro.traiecit in eam prouinciá ipſam tandé urbem Carthaginem inuaſit.& ad eá redegit inopiam:ut neceſſario in aphricam reuocatus ex Italia Hannibal redierit. Reuocauit:hoc eſt cauſa fuit ut reuocaretur.nam Carthaginenſes illum cenſuerunt reuocandū:q̄do ſe aliter a Scipione defendere non poſſent. Sedes fuit .ſ.ſcipioni:qui poſtq̄ traiecit in aphricam: his primum locis caſtrametatus eſt. En ueteris:nam adhuc foſſæ erant quibus caſtra circundata fuerant. Romana hos: hæc loca fuerunt: ubi primū ro.carthaginenſes uicerunt. Curio lætatus:hæc ubi dixit incola:gauiſus eſt Curio quaſi uictoriæ omen cōcepiſſet:ꝙ in ipſo loco caſtra poneret:ubi Scipio carthaginenſiū uictor aliqñ caſtrametatus erat. Fortuna: oſtēdit ſtulticiá ſui ai Curio:quaſi felicitas locorum eſſet quæ bello conduceret:nō uirtus militum. Ducū priorum:ſcipionis qui ibi uictor fuit. Felici non fauſta loco:q̄uis locus ille felix fuiſſet ſcipioni: tamen ipſe infelicitaté conſecutus eſt. Nō fauſta:uno uerbo totius rei exitum declarauit. Incluſit:caſtrametatus é ibi. Abſtulit omen:ná ubi Scipio uicerat:ipſe uictus eſt:ut refert Suetonius í uita diui cæſaris: felix & inuictum in aphrica fataliter ſcipionum nomen ferebatur: quo fuit ut cū cæſar Scipioné & Iubam perſequeret': deſpectiſſimum quendam ex Corneliorꝫ genere ſecum in caſtris habuerit ad eludēdas uaticinationes. Omen:felicitatis.
Non æquis uiribus:quia inferior erat.
Ois ro.nunc dicit quō uiribus inferior erat hoſte curio: nam(ut átedictum) Actius uarrus præerat aphricæ:nam prouinciam illam ſenatus populuſq; ro.ei demandauerat:quá cum imperio tenebat:aut teſte Appiano pro Pōpeio exercitum ducebat:nam ab initio copias actii uarri deſpiciens Curio ex quattuor legionibus quas a cæſare acceperat:duas tm̄ &.cl.equites biduo & tribus noctibus nauigatione conſumpto in aphricam aſportauit.ſed Actius uarrus:licet cum exercitu romano prouinciam teneret:tñ Iubam regem Numidiæ populiq; romani ſocium ad ſuum auxilium contra Cæſarem uocauit. Aphrica ſignis: ea pars aphricæ quam carthaginenſes aliquando cum imperio tenuerant:nam uictis carthaginenſibus oís aphrica quæ ſub íperio carthaginenſium fuerat í po.ro.deditionem uenerat Ceſſerat.i.uicta erat ab imperatoribus romanis. Libyæ gentis.i. iubæ regis libyæ & Numidiæ. Non fuſior:uſq; ad torridam zonam porrigebatur regnum regis Iubæ.terræ cuius longitudo erat Atlas. Iuba:Ptolemæi filius auctore Solino utriuſq; Mauritaniæ regno potitus eſt. Medium terminat āmon.latitudinem torrida zona:quam mare occiduum ab aphrica ſeiungit. Cardine ab occiduo:quia longitudinem regni ſui terminabat atlas:uſq; ad gades. Gadibus:a quibus non procul metas in mari oceano Hercules poſuerat. A medio confinis ſyrtibus āmon:a meridie mediū regni ſui terminabat ammon templū Iouis in libya arenoſa ubi Iuppiter in forma arietis colitur:quia baccho & populo ſuo ſitienti:cum illac tráſiret í forma arietis arenam pede percuſſit:& ſtatim natus eſt fons.hoc ergo téplo cingebatur mediū regnum iubæ.
Confinis ſyrtibus:quia ut refert Strabo circa paruæ ſyrtis initiū eſt Thera urbs:prope quá eſt ammonis promontorium.Solinus dicit maiorem ſyrtim oſtentare oppidum quod cyrenas uocant:inter hoc oppidum & téplum Ammonis milia paſſuum trecenta eſſe. At qua:latitudo terminatur a torrida zona. Feruida:quia nimio feruore habitari non poteſt. Detinet: ideſt diſiungit Libyam: quia torrida zona inter Libyam & oceanum poſita eſt. Exuſta calentis:ideſt exuſta loca feruidæ zonæ. Sufficiunt:ideſt finem imponunt ſpacio regni. An dolopes:populi aphricæ q meridié uerſus hitant. Numidæ uagi:uagos dicit ná ut libro ul.refert Strabo cū regionem fœcundá incolerent:q̄q̄ feris abundanté omiſſis & agricolédi ſtudio licētius inter ſe con-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

uerſabantur:& regione feris dimiſſa:uagam & inſtabilem uitam agebant:non ſecus:q̄ qui ob inopiam & locorum ſterilitatem & aeris inclementiá eiuſmodi uitæ genus eligunt. Naſamones:populi qui teſte Straboē primi ſterilem & aridam regionem obtinent:poſtea pſylli & gætuloꝝ pars & garamantes. Paratus getulus inculto equo:unum ſequitur ex reliquo:ná quia inculto utitur equo:ideo ſemper paratus eſt:ná equum aſcendunt ſine ephippio ſine freno.Gætuli auctore Stra.in penitiore regione libyæ montana ac deſerta tenent: quæ quodámodo diſperſa ſunt uſqꝫ ad ſyrtes. Maurus:occidentē uerſus ſunt mauri in æthiopia occidentali:& ut refert Strabo uberem regionem inhabitant:magna ex parte paſtoraliter uiuūt: his comæ cincinnis exornantur:& barba & auro : & terſura dentiū:& unguium cultu:raro uideas inter ſe contingere:dū ambulant:ne capilloꝝ ornatus perturbetur:pugnát frequentius ab equo haſtati:equis nudis utētes & iunceis frenis. Concolor indo.ná ſicut indi oriētales nigri ſunt:ita mauri occidentales nigri ſunt dicti a μαῦροι nigrum. Inops.i.ariditate nimia ſterilis.

Garamantes:ut docet Strabo ab æthiopibus abſunt .ix.x. ue dierū itinere hi matrimoniorum exortes paſſim cum fœmina degunt.Pli. Marmaridæ: marmaridæ:ut idem inquit Strabo ad ammonem uſqꝫ perrendētes cyrenæ plurimum accedunt & a pharedoni regione:ad ſyrtim uſqꝫ maiorē porrecti. Pli. Peruſto: a ſolis calore. Aequaturuſqꝫ ſagittas: & macas populus ſagittarū peritus:ut ēt ſagittádo medos æquiparaſ poſſit:macas populus eſt libyæ poſt naſamonas.Pli. Tremulum:uibratum. Et gens maſſylia : quæ equū regit non freno : non calcaribus ſed uirga tantūmodo.Martialis. Et maſſyleū uirga gubernet equū. Maſſylia:non galliæ ſed Aphricæ ſecunda producta.Virg. Maſſylique ruunt equites:nam maſſylia urbs galliæ ſecundá corripit.ſupra.Maſſyliam delere uacat. Dorſo.ſ. equi. Afer uenator:qui conſueuit mapalia habitare.nam hi ſunt maximi uenatores:& præcipue leones agitant:quos uenabulis perſequuntur & ſi uincere nequiuerint laxis ueſtibus implicant eos:& tanquam retibus īplicantibus capiunt. Aphricæ principium eſt a finibus ægyptiorum : & Alexandriæ ultimus autem finis illius Atlas:inſulæqꝫ occidentales:quas fortunatas uocant:interna eius plurimæ quidem beſtiæ:ſed ī primis leones tenent.qui ut Ariſtoteles perhibet:ſoli ex eo genere:quod dentatum uocant:protinus cum naſcuntur uident.

I nculto gætulus equo.tum concolor indo
M aurus:inops naſamon:mixti garamante peruſto
M armaridæ:uolucres:æquaturuſque ſagittas
M edorum tremulum cum torſit miſſyle macas:
E t gens quæ nudo reſidens maſſilia dorſo:
O ra leui flectit frenorum neſcia uirga :
E t ſolitus uacuis errare mapalibus afer
V enator:ferrique ſimul fiducia non eſt
V eſtibus iratos laxis operire leones.
N ec ſolum ſtudiis ciuilibus arma parabat.
P riuatæ ſed bella dabat iuba concitus iræ.
H unc quoqꝫ quo ſuperos humanaqꝫ polluit ánno
L ege tribunitia ſolio depellere auorum
C urio tentarat:libyamque auferre tyranno
D um regnum te roma facit:memor ille doloris
H oc bellum ſceptri fructum putat eſſe retenti.
H ac igitur regis trepidat iam curio fama:
E t quod cæſareis nunquam deuota iuuentus
I lla nouis caſtris : nec rheni miles in undis

Ferri:non confodiunt uenabulis nec ſagittis:ſed latis ueſtibus. Nec ſolum:dicit Iubam regem motū fuiſſe ut bellum inferret Curioni:non ſolum ꝙ in auxilium a præfecto ro.uocabatur : uerum etiam ꝙ priuatæ ſibi erant cum Curione inimicitiæ & ſimultates:nam Curio in tribunatu ſuo interceſſerat ad populum ut bellum īferret Iubæ:ꝙ periculoſus ac formidoloſus eſſet prouinciæ romanæ.i.aphricæ.huius rogationis cauſa hic magna cupiditate in auxilium actii Varri cum uniuerſo exercitu aduerſus Curionem uenit. Concitus iræ : ideſt bella concitabat ira qua inflammatus erat aduerſus Curionē. Anno:ſui tribunatus. Superos humana:ideſt diuina humanaque iura turbauit:hoc dicit:& quia magis fauebat pompeiáis partibus Lucanus:& quia re ipſa fuit:nam cum ſenatus cenſeret referente conſule primo legatum mittendum eſſe Cæſari in galliam : ipſe uero cæſar tradito ſucceſſori exercitu in Italiam priuatus rediret:huic ſenatuſconſulto ꝙ in ſententiam fiebat conſulū interceſſerunt tribuni plæbis.M.Antonius & Curio contra leges:ideo dicit ipſum uiolatorem fuiſſe diuinarū humanarumque rerum.hanc autem rogationem fecit ad populum de bello inferendo iubæ curio. Lege: quá tulerat ad populum. Tyranno:iubæ. Dum regnum:qꝛ uni ſubigere tentauit:qa uolebat ut cæſar cū imperio Italiam armis opprimeret. Memor.ſ.Iuba doloris ꝙ ſe nouerat e regno prope depulſum a tribūo curione exiſtimabat ſe nunc ulciſci iniuriam quá a curiōe acceperat. Fructū putat:ꝙ.ſ.dii hoc dederint:ut hoc bello poſſit inſtare contra eum qui ſe de regno expellere conatus fuerat. Hac igitur regis:curio poſtq̄ audiuit in auxiliū Varri uenturꝫ eſſe Iubá:trepidare cœpit ꝙ illius uires cognouerat:p̄terea ēt ſuorum ipſe militū fidei non ualde fidebat.Ex his.n.erant q diuerſis in locis a cæſare uicti de partibus pōpeianis ad cæſaré tráſierant: ut propterea fidem illorum inſtabilem fore metueret. Fama:trepidare cœpit curio anteq̄ cū exercitu ueniret iuba. Atque:aliam rationē adiungit cur etiam trepidat. Nouis caſtris:qa ſub ipſo nunq̄ antea militauerat.

Nec exploratus:ſed tyro potius. Corphini captus:erant milites:qui maiori ex parte capti fuerant:ideo de fide eorum Curio non mediocriter dubitat. Priori.ſ.pompeio. Dubius:inter priorem ducem Pompeium & nouū.ſ.curionem. Fas utrunqꝫ:an illam magis q̄ aliam partem tenerent ignari. Sed poſtq̄:at uero ut audit ēt milites dubitare & incertos eē:quin etiam metu perculſos deſeruiſſe excubias tempore noctis: tum uero curio iam ſecum cogitare cœpit:audaciam oſtendendam eſſe & metum deponēdum:ut fiduciam uultu ſimularet. Nocturna munia:ideſt officia excubiarum nocturna. Deſolata:deſtituta. Fuga:quia omnes in interiorem partem ualli ſe receperant. Prior: ſcilicet q̄ hoſtis:& quia prior deſcendit in aciem uidetur ſuis uiribus confidere & ſic audaciam oſtendens:timorē tegit. Dū meus eſt:ideſt ſub imperio meo: & anteq̄ tranſfuga fiat. Variam mentem:quando ſpacium cogitandi datur ſemper in diuerſa trahitur animus.: Eripe conſilium. ideſt demas ſpacium ne cogitent tranſfugere ad hoſtes. Cum dira uoluntas:qa ſimul ac pugnare cœperit non cogitabit utrum ex duobus ſequi malit. Preſſo.i. compræhēſo manibus enſe. Texere pudorem:quia non uident contra quos pugnant : neque ipſi cognoſcūtur tecto ore galea:ut aliquis eis obiiciat:qui paulo ante cum Pompeio militaueras:nunc partibus Cæſaris faues. Conferre.ideſt comparatione alterum alteri præponere.

E xploratus erat:corphini captus in arce:
I nfiduſque nouis ducibus:dubiuſque priori.
F as utrūque putat:ſed poſtquam languida ſegni
C ernit cuncta metu : nocturnaque munia ualli
D eſolata fuga:trepida ſic mente profatur.
A udendo magnus tegitur timor:arma capeſſam
I pſe prior:campum miles deſcendat in æquum
D um meus eſt:uariam ſemper dant ocia mētem.
E ripe conſilium pugnæ:cum dira uoluntas
E nſe ſubit preſſo:galeæ texere pudorem.
Q uis conferre duces meminit:quis pendere cáſ?
Q ua ſtetit inde fauet : ueluti fatalis arenæ
M uneribus : non ira uetus concurrere cogit
P roductos:odere pares. ſic fatus apertis
I nſtruxit campis acies:quem blanda futuris
D eceptura malis belli fortuna recepit.
N am pepulit uarrum campo:nudataque fœda
T erga fuga:donec uetuerunt caſtra:cecidit.
T riſtia ſed poſtquam ſuperati prælia uarri
S unt audita iubæ:lætus ꝙ gloria belli
S it rebus ſeruata ſuis:rapit agmina furtim :
O bſcuratque ſuam per iuſſa ſilentia famam.
H oc ſolum metuens incauto ab hoſte timeri.
M ittitur exigua qui prælia prima laceſſat :
E liciatque manu numidis a rege ſecundus
V t ſibi commiſſi ſimulator ſabura belli
I pſe caua regni uires in ualle retentat.

Pendere:compenſare uter ducum meliorem cauſam habeat. Veluti:nunc per ſimilitudinem probat hanc ſententiá Curio:quemadmodum gladiatores poſtq̄ ī campum proceſſerint: nulla ſimultate antiqua concitantur:ſed ubi alter aduerſariū ſibi oppoſitum uident:etiam ſi nullæ unq̄ inimicitiæ fuerint:ita aduerſus eum fertur.ac ſi eſſet capitalis hoſtis:ita faciēt milites noſtri. Arenæ:i qua gladiatores dimicare ſolent. Muneribus.i.ſpectaculis. Iuue.Munera nunc edunt. Fatalis:in theatro enim ſæpe confodiebantur ad necē gladiatores.& arenam pro theatro ponit quod arena inſpargebatur : ſic Martialis. In matutina nuper ſpectatus arena. Pares:pares dicuntur proprie quū armis inter ſe concurrunt. Quem blanda fu. & primo quidem curſu fortuna fauit Curioni:qa ſic ſolet facere his quos maiore clade parat opprimere. Blanda:quæ ſemper blanditur malis. Nam pepulit:qa primo concurſu fuſus eſt Varrus cum exercitu romano. Caſtra cecidit:Curio cum exercitu ſuo inſequebatur cædens exercitum Varri: donec ſe in caſtra recepit:& cum caſtra ingreſſus eſſet:uallo prohibiti ſunt ne percuti poſſent. Triſtia ſed : redit ad Iubam qui ad auxilium Varri uenit quum audiſſet ꝙ Curio illum fuderat atque fugauerat: hac conditione magnam lætitiam cepit Iuba:ꝙ ſibi facultatem nunc denique dari uidebat:ut ſuam iniuriam ulciſceretur:cōtinuo igitur exercitum ſuum ducere parat & nititur:non ſolum uiribus ſed cōſilio Curionem opprimere. Triſtia:aduerſa. Gloria belli:ipſe uictor gloriam huius belli obtineat. Rapit:ideſt raptim ducit. Suam famam:ideſt ſui aduentus famam. Iuſſa ſilentia:quia iuſſit ut omnes q̄ maxime poſſent profectiōem ſuam occultarent:quia illum incautum opprimere poſſe ſperabat. Hoſte:qui incautus erat donec timeret. Mittitur exigua:ſimulauit ſe Iuba non diſceſſiſſe de regno ſuo:ſed præmiſiſſe ſaburam quendam ductorem exercitus ſui:uel prætorem regis:teſte Appiano(ut diximus ſuperius)& præmiſit quidem illum:ſed ipſe Iuba cum reliquis copiis ſubſecutus eſt ſaburam. Numidas : inter numidas primus erat Iuba qui omnibus imperaret : ſed poſt regem hic habebatur ſecundus. Simulator:ut ſimulet ſibi bellum eſſe commiſſum a rege : & tamen ipſe erat in ualle:ubi milites & exercitum omnem deliteſcere iuſſerat Iuba.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Aſpidas ut pharias ichneumon:ut oſtendit Strabo crocodelis & aſpidibus perniciem infert eas & eorũ oua delet luto incruſtatus:inuoluitur enim in eo:poſtea ad ſolem ſiccatus aſpides per caput uel caudam capiẽs in flumen trahit atq; occidit:qui aũt ſentiunt muſtellam iterimere aſpidẽ errant:nam ut ait Solinus muſtellæ uin cunt Baſiliſcũ malũ in terris ſingulare:per ſimilitudinem oſtẽdit igitur quõ ludificauerit Curionẽ Iuba:quem admodũ ichneumon ſerpentem:hanc enĩ naturam hẽt ichneumon ut occidat aſpidem dolo:nam cũ diligen ter obſeruauerit ubi aſpis in cauernis habitat:ichneumõ ad cauernulá uenit: & caudam trahit ſupta os illius ca uernæ cum aũt caudæ umbrá uiderit mo ueri irritatur aſpis : ichneumon fertur huc & illuc:deniq; excitus ſerpens erumpit.at uero ichneumõ agilitate corporis huc & illuc mouetur : & ſerpens cũ iam captum eſſe crediderit:obliquo capite in eá partẽ ubi eſt ichneumon flectitur:ille agilis ſal tu a tergo occupat eum:& guttur aſpidis dentibus aſtringit.hoc mõ dicit feciſſe Iu bam:nam curio cum intentus eſſet in eos quos præmiſerat a tergo eum iuba inua ſit:& cum oĩ exercitu circunuenit ut dele tus occideretur bellũ ichneumõis & aſpi dis exponit Plinius in octauo. Hoſtis: ichneumon. Aſpidas pharias.i.ſerpen tes aſpidas q̃ abundant in ægypto. So lertior.ſ.aſpide: licet uenenoſior ſit aſpis: tamen cautior ẽ ichneumon. Prouocat: ad iram. Incerta umbra.i.concuſſiõe ex tremæ caudæ. Obliquans:ná obliquo capite ſpeculatus inuadit in fauces. Ef fuſæ ſerpentis : quia effundit in auras :dũ credit capere ichneumõem ipſe ab illo ca pitur. Guttura.i.ſub capite ubi ſanies ẽ: nam in dentibus ſerpentis ſanies eſt. Ci tra ſa.le.i.ſub ueneno letifero. Irrita pe ſtis:nam cum eliſum fuit guttur ſerpentis tota ſerpens extenditur. quæ cum uiuit ĩ ſpiram circũuoluitur. Exprimitur:expli catur. Fortuna:qa prima pugna hoſtes fuderat curio. Euentum:ſucceſſionem in fraudibus:nam quia uicerat ideo auda cior factus erat. Ferox:ob uictoriam.

Aſpidas ut pharias cauda ſolertior hoſtis
Ludit:& iratas incerta prouocat umbra:
Obliquanſque caput:uanas ſerpentis in auras
Effuſæ tuto comprændit guttura morſu
Lethiferam citra ſaniem:tunc irrita peſtis
Exprimitur:fauceſque fluunt pereunte ueneno.
Fraudibus euentum dederat fortuna:feroxque
Non exploratis occulti uiribus hoſtis
Curio nocturnum caſtris erumpere cogit
Ignotiſque equitem late decurrere campis:
Ipſe ſub auroræ primos excedere motus
Signa iubet caſtris:multum fruſtraque rogatus:
Vt libycas metuat fraudes: infectaque ſemper
Punica bella dolis:lethi fortuna propinqui
Tradiderat fatis iuuenem:bellumque trahebat
Auctorem ciuile ſuum:ſuper ardua ducit
Saxa:ſuper cautes abrupto limite ſigna.
Cum procul e ſummis conſpecti collibus hoſtes
Fraude ſua ceſſere parum:dum colle relicto
Effuſam patulis aciem committeret aruis.
Ille fugam credens ſimulatæ neſcius artis
Vt uictor medios aciem proiecit in agros.
Vt primum patuere doli:numidæque fugaces
Vndique completis clauſerunt montibus agmen:
Obſtupuit dux ipſe ſimul:perituraque turba.

Non exploratis:de more nullis explo ratoribus præmiſſis. Nocturnum:no tatur curiõis imperitia:& temeritas:q̃ per ignotos campos equites miſerit. Sub auroræ mo.i.ſimulatq; illuxit ſub ortu ſolis ſigna mouit:quæ denique exercitus ſequeretur. Fruſtra rogatus:a militibus ſuis ut cautus ĩcederet. Libycas fraudes:nam punici na tura ſolent eſſe uerſuti unde Liuius de hannibale.inhumana crudelitas:perfidia plus q̃ punica. Infecta:ideſt ualde facta hoc loco auget:ſicut Virgilius Turnus ut infractos aduerſo:uel infecta ideſt ĩmixta. Lethi fortu na:ſic fata uolebant:ut hic ſponte in perniciem ſuam curio rueret:& q bellí ciuilis auctor eſſet ipſe inter primos periret. Lethi:propinquæ mortis.fata enim appropinquabant curioni. Auctorem:curionẽ qui ipſius bel li ciuilis auctor extiterat:nam tribunus plæbis interceſſerat:quo minus ſenatuſconſultum fieret in ſententiam conſulum qui cenſebant mittendum ſucceſſorem cæſari:& ne cum exercitu:ſed priuatus in italiam rediret:ideo parſes cæſaris defenderat in ſenatu:ut ille ciuilis belli auctor dici poſſet:auctorem belli ciuilis fuiſſe Curionem memorat etiam Plinius.Nec fuit rex curio aut gentium imperator:non opibus inſignis: uti qui nihil habuerit in cenſu præter diſcordiam principum. Super ardua ducit:ille nulla mõtis aſperitate deterritus ſuper omnia abrupta ducit exercitum. Abrupto milite.i.non ſeruata uia.uel aſpero:ná abrupta loca aſpera dicimus. Cum pcul:& ubi uiderunt temere exercitũ a Curione duci hoſtes ſublata fuga retulere pedẽ ut audaciá curiõis auge rent. Cũ:per ardua loca multo ſeruato limite ducebat exercitũ curio:cũ pcul e ſpecula mõtis ab hoſte conſpe ctus ẽ:& illi nõ nihil retulere pedẽ:ut ille audacius pcederet. Sua.i.ppria. Dũ:donec in planũ deduceret ex ercitũ. Ille fugá:curio ubi uidit illos recedẽtes tanq̃ uictor eẽt ſine ullo ordine exercitũ duxit ĩ planũ. Patuere do.uix ĩ planũ deſcẽderat:cũ undiq; ex inſidiis exorti eſſent hoſtes:& nõ prius ſenſit illos q̃ ſe circũdatum aſpi ceret. Numidæq; fugaces:qui fugá ſimulauerant. Agmẽ.ſ.ro.& curionis. Proiecit:ſine ulla cõſideratiõe.

Non timidi petiere:nec licuit timidis fugere:nec fortibus pugnare:adeo erant undiq; circũuenti:ut nullis ſe uiribus tueri poſſent. Prælia:quia pugnare non poterant incluſi. Fugá:nec fugere poterant:quia incluſi. Quippe:nam inter ſaxa & abrupta loca equites ĩpellebantur:q̃ ſi etiam calcaribus urgerẽtur equi cum per ſa xa moueri non poſſent:indignabundi frena mandebant. Spargitq; iubas:ná equi cum in locis ſint anguſtis & moueri non poſſint quatiunt colla. Feſſa iacet ceruix:iam cũ diu luctati fuerint. Artus:qa calefacti erant labore. Lingua proiecta:quod ſignum erat laboris. Pectora rauca gemunt:ſic faciunt equi: cũ nimio hane litu ſpiritum trahunt:inde gemitũ emitte re uidentur. Vrget:ĩpellit. Ilia pulſus: ſigna ſunt equi in ſuprema delaſſatione.

Non timidi petiere fugam:non prælia fortes.
Quippe ubi non ſonipes motus clangore tubaꝝ
Saxa quatit pulſu:rigidos uexantia frenos
Ora tenens:ſpargitque iubas & ſurrigit aures.
Incertoque pedum pugnat non ſtare tumultu.
Feſſa iacet ceruix:fumant ſudoribus artus:
Oraque proiecta ſqualent arentia lingua.
Pectora rauca gemũt:quæ creber anhelitus urget:
Et defecta grauis longe trahit ilia pulſus.
Siccaque ſanguineis dureſcit ſpuma lupatis.
Iamq; gradum neque uerberibus ſtimuliſq; coacti
Nec quáuis crebris iuſſi calcaribus addunt.
Vulneribus coguntur equi:nec profuit ulli
Cornipedis rupiſſe moras:neque.n.impetus illi
Incurſuſque fuit.tantum perfertur ad hoſtes
Et ſpacium iaculis oblato uulnere donat:
At uagus afer equos ut primum emiſit in agmen:
Tum campi tremuere ſono:terraque ſoluta
Quantus biſtonio torquetur turbine puluis
Aera nube ſua texit:traxitque tenebras.
Vt uero in pedites fatum miſerabile belli
Incubuit:nullo dubii diſcrimine martis
Ancipites ſteterunt caſus:ſed tempora pugnæ
Mors tenuit:neque enim licuit procurrere contra
Et miſere manus:ſic undique ſepta iuuentus
Comminus obliquis & rectis eminus haſtis
Obruitur:non uulneribus nec ſanguine ſolum
Telorum nimbo peritura & pondere ferri.
Ergo acies tantæ paruum ſpiſſantur in orbem:
Ac ſiquis metuens medium correpſit in agmen:
Vix impune ſuos inter conuertitur enſes:
Denſaturque globus:quantum pede prima relato

Grauis:pro grauatus diuturno labore. Longe:pro ualde. Sicca.ſ.præmia ſi ti. Lupatis ſanguineis.i.cruẽtatis frenis. lupatum genus frenorũ eſt ad ſimilitudi nem dentiũ luporũ. Virg.Et duris parere lupatis. Iáq; gradatum:& ſeu uirga:ſeu calcaribus urgerentur equi : tñ non pote rant augere gradum præ nimia laboris laſ ſitudine. Addũt:addere gradum eſt au gere. Rupiſſe moras cor.i.equum ĩpu liſſe. Impetus:curſus bis idẽ dicit. Tá tum profertur:tantũ inquit appropinqua bat hoſtibus ut tela in eos torq̃ri poſſint. Oblato uulnere.i.oblato milite ad uul nera. At uagus afer:at uero equites ho ſtiũ poſtq̃ ſemel adepti ſunt campum : tũ uero toto curſu & impetu in hoſtẽ delati ſunt:ut puluerem excuſſerint:quo táq̃ nu be cælum tegi uidebatur. In agmen.i.in impetum:ut inuaderent hoſtes. Virg. Illi agmine facto Lacoonta petũt. Sono.ſ. cornipedum & tubæ. Terraq; ſoluta:dif finitio eſt pulueris. Torquetur:excitatur. Turbine biſtonio.i.borea flante p thra ciam:ná biſtones populi ſunt ĩter thraces Pli. Vt uero ĩ pedites:primo equeſtre cer tamen fuit:cũ ad pedites ueniſſent: tũ ue ro apparuit: q̃ inferiores eſſent ro. uiribus nam cum in eos hoſtes incurrerẽt : quos iam circũuenerant:q̃to propius:tanto dẽ ſiorem orbem in anguſtum coarctabant: adeo ut nõ ferme telis aut gladiis occide rentur:ſed corporũ denſatione ita urgerẽ tur:ut multi ſuffocarentur. Incubuit:in uaſit in pedites. Miſerabile:qa quadam miſeratione opprimebantur:cũ nulla par te ſe defenderent. Nullo:pro non. Di ſcrimine:dubitatione: qa iam uictoria ĩcli nauerat ad hoſtes:nec dubitare quiſq̃ poſ ſet quin oppreſſi eſſent ro. Ancipites ca ſus:quia nõ dubius erat mars: apparebat enĩ manifeſte curionẽ uictum eſſe cũ ſuis.

Sed tempora pugnæ mors tenuit.i.prorogatũ fuit tempus prælii:non propter fortitudinem romanoꝝ:ſed qa non breui ſpacio poterat tanta multitudo trucidari. Sic undiq; ſepta:adeo ab hoſtibus p̃mebantur:ut ſe in eos conuertere non poſſent. Obliquis haſtis:quia in gyro denſos ro.non poterant ex directo:ideo ex obli quo neceſſe erat ferire. Eminus:quia qui paulo longius erant rectis telis petebantur. Nimbo: multitudi nem telorum cõparat nimbo:non tam denſus imber cadere ſolet:q̃ tela in ro.coniecta ceciderunt. Pondere ferri:nedũ acie ferri:ſed põdere ipſo ro.cadebant. Ergo acies:ergo quia undiq; circũuẽti erant ro.ut ſenſim ĩ eos hoſtes ruerent:effectũ ẽ ut q̃to magis eos inuaderẽt:tanto denſiori orbe in anguſtũ coarctarẽt. Ac ſiqs: is q metu pculſus ex militib9 Curiõis ſe ĩtra ſuos recepiſſet uulnerabat a ſuis. Vix i.adeo dẽſi & ſuffocati erát. Metuẽs:metu pculſus. Correpſit.i.recepit ſe ĩtra ſuos. Dẽſaturq; g.ſicuti dẽſabát hoſtes q circũuenerant.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Gyros:quanto magis primi referebant pedem a medio:tanto orbis breuior & defenſior efficiebatur. Teruntur:premuntur ab hoſtibus & ipſi inter ſe. Pectus:ro. Pectore:hoſtium. Non tá læta tulit:dicit magnū uictoriæ fructum amiſiſſe iubam:cū præſtringerentur ac ſuffocarentur potius q̃ uulnerarētur occiſi: ꝙ hoſtium ſanguinē fluentem uidere nequiuerit. Fluuios non ille:uicit quidē iuba:ſed non potuit ſpectare uictoriam: ut ex ea lætitiá caperet. Ferientia terram:qa oppreſſi & ſuffocati moriebantur. Compreſſum:in media terra condenſatum ab hoſtibus. Stetit:non cecidit. Excitet inuiſas:nunc poeta quaſi deteſtatur hanc uictoriá regis iubæ:quæ uidebatur eſſe pro. S.P.q̃. R.dicit enim ex hac uictoria ro. nihil capiunt utilitatis:ſed fiunt quaſi quædam inferiæ carthaginenſium & Hannibalis: ut umbræ eoꝝ qui a ro.cæſi fuerunt: ex hac uictoria lætitiam capiant:& pars nulla ad Pompeium perueniat: nec ad ſenatū populumq; ro. pro quorum partibus nunc rex Iuba pugnare uidebatur. Iuferiæ:ꝓprie dicuntur ſacrificia q̃ diis manibus exhibentur: & pro mortuis fieri conſueuerunt:unde inferiæ quaſi diis inferis dicebantur. Excitet:ad lætitiá. Inuiſas umbras.i.aīas iam pridem inimicas ro.. Nouis inferiis.i.ut ſanguis ro. nunc a Iuba effuſus ſit quaſi inferiæ umbrarū carthaginis. Hannibal:qui infeſtiſſimus hoſtis ro.fuerat. Iſta:mala quæ nunc ro.acciderunt. Manes.i.aphricanæ umbræ. Piacula:expiatiões uidelicet ꝙ ſanguis ro. fuſus fuit quaſi quoddá piaculum umbrarum carthaginēſiū:ut nunc purgent iniuriam quam a ro.acceperunt. Libyca tellure:quæ facta eſt in aphrica. Votiſq; ſenatus:indignū eſt ꝙ ſenatus cupiat hanc ruinam ro.illatá ſibi a Iuba rege numidarum. Sibi:ad utilitatem ſuam magis q̃ Pompeii. Curio fuſas:curio poſtq̃ uidit ſuorum ſtragē nec ſpem ullá eſſe relictam non potuit ſuis ſuperſtes eſſe:ſed in fortiſſimos ruit:& fortiter dimicans occubuit: hiſtoriam ex Appiano ſuperius recitauimus. Fuſas cā.i.ſtratas iacere per cápos.

Sanguine puluis:quia ipſe ſanguis præ nimia multitudie puluerem humore ſuo compreſſerat. Compreſſus:congelatus cū puluere. Afflictis rebus:poſt cædem ſuorū. Sperare fugá.i.ſpem ponere in fuga & uitæ ſuæ conſulere. Fortis uirtute: quia ipſa in deſperatione factus eſt fortis.

C onſtrinxit gyros acies : non arma mouendi
I am locus eſt preſſis:ſtipataque mēbra teruntur.
F rangitur armatum colliſo pectore pectus.
N on tam læta tulit uictor ſpectacula maurus
Q uam fortuna dabat : fluuios non ille cruoris
M embrorumque uidet lapſum:& ferientia terram
C orpora:compreſſum turba ſtetit omne cadauer.
E xcitet inuiſas diræ carthaginis umbras
I nferiis fortuna nouis: ferat iſta cruentus
H annibal : & pœni tam dira piacula manes
R omanam ſuperi libyca tellure ruinam
P ompeio prodeſſe nefas:notiſque ſenatus
A phrica nos potius uincat ſibi : curio fuſas
V t uidit campis acies: & cernere tantas
P ermiſit clades compreſſus ſanguine puluis :
N on tulit afflictis animam producere rebus
A ut ſperare fugam:ceciditque in ſtrage ſuorum:
I mpiger ad lethum:& fortis uirtute coacta:
Q uid nunc roſtra tibi proſunt turbata: forumq; ?
V nde tribunitia plæbeius ſignifer arte
A rma dabis populis? quid prodita iura ſenatus ?
E t gener atque ſocer bello concurrere iuſſi?
A nte iaces q̃ dira duces pharſalia confert:
S pectandumque tibi bellum ciuile negatum eſt.
H as urbi miſeræ ueſtro de ſanguine pœnas
F erre datis:luitis iugulo ſic arma potentes.
F elix roma quidem : ciueſque habitura beatos

Quid nunc roſtra tibi:nunc apoſtrophat ad Curionem dicens o curio:quid utilitatis aut quem fructum cepiſti ex tribūitia ptáte:in qua te geſſiſti ut auctor bellorum ciuilium fieres? Ecce nunc pœnas meritas dediſti:ut te mors præueniret:anteq̄ bellum ciuile uidere potueris. Roſtra turbata:cum populū conuocata contione contra ſenatum concitabas.roſtra ſunt ſedilia populi in quæ contionabundi tribuni plæbis ſedere ſolebant:ſic dicta ꝙ deuictis bello nauali anciatibus,C.Menio conſule:anno urbis .cccc.xvi.ex roſtris captarum nauiū ſedilia in ſuggeſtu populi ro.ſunt ornata : unde a roſtris nauiū ſedilia & forum roſtra appellata ſunt. Vnde:a quo foro. Plæbeius ſignifer.i.tanq̄ ſignifer populi:quia tribunus plæbis erat. Arte tribunitia.i.tribunitia ptáte. Arma dabis po.i.armabis populum contra ſenatum. Prodita.ſ. plæbi. Bello concurrere:quia ipſe auctor fuerat ciuilis belli:ná ſemper intercelſerat ſenatus conſulto:ne ſucceſſor mitteretur cæſari. Pharſalia.i.cápi philippici in quibus bellum ciuile geſtum eſt. Dira:in qua bellū dirum inter parentes & affines geſtum fuerit. Spectandūq; tibi.i.negatum eſt ne belli ciuilis ſpectator fieres. Has urbi miſeræ:nunc alloquitur generaliter poeta omnes principes ciuitatum:q ſtatum reip. perturbant:dicit enī ita contingere ſolere:ut patriæ dent pœnas:quas ēt ipſa pr̃ia non mediocriter paſſa eſt:ſicut nunc contigit curioni:q quia auctor belli ciuilis extiterat dedit pœnas pr̃iæ: ex quibus ipſa quoq; pr̃ia non mediocrē dolorem & iniuriá accepit. Ferre datis:ut ferat:qa hoc ipſo patria dolet ꝙ q̄uis iniuriam accepit a uobis:tñ uos perdere nollet. Luitis arma.i.pœnas datis bellorum quorum auctores fuiſtis. Libertatis.ſ.tuendæ. Quam uīdicta.ſ.offenſæ libertatis:ſi ita dii libertatem po.Ro.defendere uoluiſſet ſicuti uīdictam ſumpſerunt de his qui libertatem offenderunt:ī perpetuum res pub.maneret:ſed qui contra libertatem fecerunt pœnas quidem dederunt:nam Marius & Sylla & Cinna:& pauloante ſaturninus tr.pl.poſtea cæſar & M.Anto.crudeli morte perierunt dicit.ergo ꝙ dii uīdicant eos q contra libertatem faciunt:& remp.peruertunt probans exemplo curionis.

Paſcit: qa iacet īſepultum. At tibi nos:& ne qs forte exiſtimet hoc me de Curione dixiſſe ꝙ ſeditioſus fuerit:& auctor bellorum ciuilium:quaſi contra eum inuehi uoluerim:tamen non fraudabo eum meritis laudibus: nam etiam ſi ego tacuiſſem:quæ pauloante expoſui: tamen fama ipſa uulgaſſet: unde qđ ad laudem eius pertinet:non prætenbo. Nos: ego Lucanus niſi iſta narrarem : fama ipſa uulgaſſet. Iſta.i.facta tua o curio. Oē ſenium.i.omnem uetuſtatem :,quæ nunc etiá poſt tot annos narratur quaſi recens fuerit clades curionis. Meritæ uitæ:quia multa tibi bona partim fortuna: parti natura data fuerunt:ſi modo his bonis ī meliorem partem uti uoluiſſes:non omnino tibi culpa eēt aſcribenda:ſed temporibus: nam illis temporibus natus es quibus diſciplina bene uiuendi de ſuo curriculo labi cœperat. Haud alium tanta : laus maxima curioni.dicit nullum unquam in urbe ro.adoleſcentem tantæ indolis fuiſſe quá curio:ſi recta ſecutus fuiſſet.fuit enim eloquentiſſima Curionum familia:& ī ea tres continua ſerie oratores claruerunt.Solius.

Indoles:proprie eſt ſpecies futuræ probitatis. Leges deberent:ſi ipſe igenii acumine leges ciuitatis defendere uoluiſſet: Nūc enim fruſtra ſperauit Cicero remp.afflictam & oppreſſam miſeris temporibus & perditis moribus ī ueterem libertatem uendicaturum. Perdita.i.pernicioſa: ná corrupti mores ciuitatis nocuere tibi o curio:neque ab his te cauere didiciſti:ſed aliorum conſuetudinem ſecutus es. Ambitus.i.ſuperflua cupiditas honorum. Luxus:luxurioſe uiuendi conſuetudo q̄ ciuitatem omnem corrumpebat. Metuenda facultas: qa diuites uſq; adeo facti erant potentes ut formidoloſi eſſent reip. Dubiam:incertam mentem:quia hinc te trahebat reip.amor:inde uero cupiditas honorum:ſed tandem uicit praua cupiditas. Tulerunt tor. quaſi excuſat eum:ꝙ illa conſuetudo ad malum omnes contraheret nimia cupiditate incenſos:tanquam torrens: qui liq̄factis nubibus & effuſis imbribus tanto impetu fertur:ut nullum prorſus obſtaculum reſiſtere poſſit. Mutatus.ſ.a propoſito honeſto. Fuit momentum.i.inclinatio rerum. Gallorum captus ſpoliis : quia magna munera a cæſare accepit curio ut partes ſuas defenderet:cum tr.plæ. eſſet. Cæſaris auro:quod ingens ex prouincia quam debellauerat ſecum attulerat: Nam auctore Appiano:curionem ut pro ſe ageret:plurimo ære alieno oppreſſum facile adegit cæſar. Ius licet:non parua eum nunc uituperatione onerat.dicit enim quáuis alii principes qui bella ciuilia mouerunt patriæ libertatem emerint:tamen cum cæteri emerint libertatem: hic ſolus inuentus eſt qui uenderet. Licet:intelligitur tamen. Ius:ideſt poteſtatem ſibi fecerunt armis. In.no iug. ideſt in ciues. Sylla marius:qa marius & ſylla de īperio paribus uiribus decertarunt. Cinna:qui Octauium collegam ſuum trucidauit ipſum Marium e Libya uocauit ad perdendam urbem. Cæſareæque domus ſeries: quia ad Neronem uſque cæſares imperauerant.nam omnes Imperatores cæſares dicti ſunt a Iulio Cæſare prio.

Tanta poteſtas:ut ipſi imperium romanum teneant in quo totus terrarum orbis continetur. Emere oēs urbem:quamuis iſti libertatem noſtram uſurpauerint:tamen emere eam. Hic : ſcilicet Curio uendidit urbem quod itellexiſſe creditur Virgilius ī æneide Vendidit hic auro patriam acceptis ſcilicet muneribus a Cæſare.nam plurimo ære alieno oppreſſum facile adegit Cæſar:ut pro ſe pugnaret. Pharſaliæ liber Quintus.

S i libertatis ſuperis tam cura placeret :
Q uam uindicta placet:libycas en nobile corpus
P aſcit aues:nullo contentus curio buſto.
A t tibi nos quando non proderit iſta ſilere
A quibus omne æui ſenium ſua fama repellit
D igna damus iuuenis meritæ præconia uitæ.
H aud alium tanta ciuem tulit indole roma :
A ut cui plus leges deberent recta ſequenti.
P erdita tunc urbi nocuerunt ſæcula:poſtquam
A mbitus & luxus & opum metuenda facultas
T ranſuerſo mentem dubiam torrente tulerunt :
M omentumque fuit mutatus curio rerum:
G allorum captus ſpoliis & cæſaris auro.
I us licet in iugulos noſtros ſibi fecerit enſe
S ylla potens:mariuſque ferox:& cinna cruentus
C æſareæque domus ſeries:cui tanta poteſtas
C onceſſa eſt:emere omnes:hic uendidit urbem.

## M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER QVINTVS.

S Ic alterna duces bellorum uulnera paſſos
In macedum terras:miſcens aduerſa ſecūdis

Ic alterna duces:hic cõtinet quó Cæſar atq; Põpeius ſe ī Epiꝝ receperunt:nec ꝓcul alter ab altero erat: Primū qdē conatus ē Cæſar Põpeiū obſidere & eū magno uallo & foſſa īterdudere:quod fecit:ſed ita ut maiorē īopiá obſidētes paterēt q̄ obſeſſi.Cū īteri Cæſar cū ſuis fame maxia laboraret:adeo ut radices herbaꝝ ī uſū cõuerteret. Tādē Põpeius cāetſi oīa abūde ſibi ſuppeditarēt: īdignatus ꝙ a Cæſare īterdude-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

tetur:cum bene gerendæ rei occaſionem cepiſſet adhortatus ſuos:uenit extra uallum: ubi aliquandiu pugnatū eſt:tandē ī ſugam conuerſis Cæſarianis Pōpeius eos proſecutus eſt uſq; ad uallum:& niſi Pōpeii humanitas & cōmiſeratio fuiſſet:eo die actū erat de Cæſare:ſed iuſſit militibus ſuis ut ciuibus parcerēt. Appianus tamē dicit: Pompeiū conuerſis militibus Cæſaris ī fugam uoluiſſe bellū uno ope cōficere niſi a labieno prohibitus fuiſſet: Cæſatemq; dixiſſe:bellū ea die finem habiturum fuiſſe:ſi hoſtes ducem q uictoria uti ſciuiſſet habuiſſent. poſt hanc pugnā ſe ī theſſaliam uterq; recepit.ibiq; rurſus cum cæſar magna inopia laboraret: nec dubium eſſet qn neceſſitate ipſa cogente ad oēs conditiones pacis accipiēdas uēturus eſſet: q cum Pompeio erant quaſi uictoriā in manibus haberent:non prius deſtiterunt q̄ ipſum ī pulerunt:ut in cæſatem bellum moueret: qđ ubi p̄ſenſit cæſar licet fame īgenti laboraret:tamen magna lætitia affectus eſt: & uniuerſos milites ſuos ad pugnā adhortatus. Sic fortuna ſeruauit pares duces: hactenus fortuna non magnope: aut Cæſari:aut pōpeio fauit:ideo pares. Alterna uulnera: qa ī hiſpania pompeius cladē acceperat amiſſis Petreii & Afranii exercitibus:In illyrico mari cladem perpeſſus erat cæſar Amiſſa naue opiterginoꝝ:in Africa amiſſo Curione cum exercitu. In macedum terras. i. fortuna dubiam ſe præſtitit utriq;:donec p̄uentum eſt ī Macedoniam & a uicinitate Theſſaliā ītelligit:ī qua tunc, cæſari fortuna ſe totam conceſſit:aut macedum terras uocat epiꝝ:nam macedōia epiroticas terras ī ſolis occaſum recedit auctore Pli.

S eruauit fortuna pares:iam ſparſerat hemo
B ruma niues:gelidoque cadens atlantis olympo.
I nſtabatque dies qui dat noua nomina faſtis:
Q uique colit primus ducentem tempora ianum.
D um tamen emeriti remanet pars ultima iuris:
C onſul uterque uagos per belli munia patres
E licit epirum:peregrina ac ſordida ſedes
R omanos cepit proceres:ſecretaque rerum
H oſpes in extremis audiuit curia tectis.
N am quis caſtra uocet tot ſtrictas iure ſecures?
T ot faſces? docuit populum uenerabilis ordo
N on magni partes:ſed magnum in partibus eſſe:
V t primum mœſtum tenuere ſilentia cœtum
L entulus e cælſa ſublimis ſede profatur.

Iá ſparſerat hemo:iá īqt appropīquabat p̄cipiū ānī:quo noui magiſtratus creari ſolēt. & noui conſules inire magiſtratum:anteq̄ magiſtratus conſulum exiret:uidelicet Lentu'i & Marcelli curiá habuere ī Epiro.ut de ſūma rerum conſultarent. Hemo:monte Theſſaliæ cuius eſt ſex milium paſſuū excælſitas Pli. Cadens atlantis.ſ.ſperſerat niues.i.occidens:ſumit tempus quo res geſta fuerit uidelicet ī fine Nouēbris.nam ſtellæ quæ ſunt īter finitionem tauri & caueam arietis pleiades dicūtur:la. autem uergiliæ:hæ.xi. Nouembris occidere īcipiūt.&.ix.die gladius orionis occidere īcipit p atlantidas ergo.i. per pleiadas filias atlantis ex pleione ſignificat nouembrem:ī decembri autem finis eſt magiſtratuum:nam calendis Ianuarii noui conſules magiſtratum inibant. Gelido olympo:qa īcipiebat hyems. Atlantis: patronymicum eſt fœ.& unam pro oībus poſuit. Inſtabat:qa menſis unus cum dimidio erat: ab occaſu nouembris uſq; ad p̄cipium ſequentis anni:quo magiſtratū noui conſules ineunt. Faſtis:faſti libri ſunt qbus noīa conſulum continentur:bene ergo noīa faſtis dicit:qa cū noui conſules creātur:etiā eorum noīa faſtis īſcribunt.

Colit:obſeruat tanq̄ diem feſtum. Ianum:menſem ianuarium a iano dictum. Dum tamen:q̄uis īſtaret finis;conſulatus āni illius:tamen anteq̄ finirent magiſtratum ſuū conſules ſenatum uocarūt ī epiꝝ: & ibi curiá ro.ſtatuerunt. Cōſul uterq;.ſ.Lentulus & Marcellus. Epiꝝ:ſubaudi ī. Pars ultīa.ſ. menſis unius cū dimidio. Emeriti iuris.i.poteſtatis ſuæ prope iá finitæ:emeritus dicitur q ſui officii debita officia peregit: ſicut emeriti milites. Per mu.i.uagos p̄pter diuerſa belli officia:qa alii ī alteram prouīciam miſſi fuerant. Peregrina ac.ſ.quaſi cōmiſeratio ē q̄ miſera cōditione fuit:tūc temporis po.ro.qa coactus eſt ī Epiꝝ miſera ac ſordida ſede curiá ponere. Sordida.comparatione urbis Romæ. Hoſpes curia:pro hoſpita qa ī aliena regiōe. īuenitur hic & hæc hoſpes:& hic hoſpes:& hæc hoſpita. Secreta.i.cōſilia q̄ ſecreta eē conſueuerunt. Nā qs: quis enim appellare auſus fuerit caſtra:ubi ſenatus fuit omnis? Tot faſces:uidelicet.xxiiii.ſecures: nam duo conſules erāt:& uterque habebat.xii.lictores qui præcedebant geſtantes manibus ſecures:ut reos punirent.

Quis uocet.q d.nemo appellaret caſtra. Venerabilis ordo:ſenatus ille uerendus facile declarauit omnibus non ſe eſſe in partibus Pompeii:ſed Pompeium eſſe in partibus ſenatus:quia Pompeius eſt ſub ſenatu. Vt primum mœſtum:hæc oratio Lentuli quam ad ſenatum habet in deliberatiuo genere eſt conſtituta refert enim de bello contra Cæſarem gerendo & ſententiam ſuam dicit pro libertate aduerſus eos qui hoſtes patriæ facti & iudicati ſunt:habet etiam ſuaſionem.Suadet enim pro patria fortiter pugnandum:& nihil omnino omittendum q̄ ad libertatem tuendam & conſeruādam pertineat:deinde argumentum ſumit ab honeſto:poſtea a poſſibili quod uidelicet etiam uiribus ſuperiores ſint ſenatores:cum maior pars ſenatus & ciuitatis cum ea parte ſentiat quæ libertatem tuetur: deinde etiam imperium magna ex parte populi romani cum eo ſentiat: ut iam prope uictoriam certam in manibus habere uideantur:primum igitur lētulus hortatur patres conſules:ut magno animo eſſe uelint:nec poteſtatem & ius ſuum ex loci qualitate intueri:ſed ex dignitate ipſorum qui ubicunque fuerit eādē poteſtatē habēt. Lētulus:alter cōſul. Vt.p.m.q̄ primū p̄res mœſti ſiluerūt:ſtati ī excælſū locū Lē.cōſcēdit:ut eius ſniam oēs audire poſſet. Tenuere ſil.c.hypallage:p mœſtus cœtus ſilētiū tenuit.

I ndole ſi dignum latia:ſi ſanguine priſco
R obur ineſt animis non qua tellure coacti
Q uanque procul tectis captæ ſedeamus ab urbis
C ernite:ſed ueſtræ faciem cognoſcite turbæ.
C unctaque miſſuri primum hoc decernite patres
Q uod regnis populiſque liquet nos eſſe ſenatum
N am uel hyperboreæ plauſtrum glaciale ſub urſæ
V el plaga qua torrens clauſuſq; uaporibus axis
N ec patitur noctes:nec iniquos creſcere ſoles:
S i fortuna ferat:rerum nos ſumma ſequetur:
I mperiumque comes:tarpæia ſede peruſta
G allorum facibus:ueioſque habitante camillo
I llic roma fuit:non unquam perdidit ordo
M utato ſua iura ſolo:mœrentia tecta
C æſar habet:uacuaſque domos:legeſque ſilentes:
C lauſaque iuſtitio triſti fora:curia ſolos
I lle uidet patres plena quos urbe fugauit.
O rdine de tanto quiſquis non exulat hic eſt.

Indole ſi.d.& qa mœſti erant pa.q̄ ī aliena ac peregrina ſede curiam habebant ipſos cōſolatur: ut propterea non uelit maieſtatem ſuá dīminutá credere:q̄ procul a patria ī aliena regione ſedem poſuerit: ordo tendit uſq; ad eum locū:o patres cernite. Indole.i.īcremento uirtutis:qa indoles non ſolum ſignificat ſpeciem futuræ probitatis ī adoleſcente:ſed etiá ī adulto uirtutis crementum:ut apud Liuium:tanta īdoles ī Lauinia erat. Robur ieſt.i.ſi uirtutis aliqđ ueſtigiū maioꝝ noſtroꝝ ī uobis remanet. Coacti:congregati. Captæ ſedeamus. a.u.beniuolentiam cōparat a perſona aduerſarioꝝ cū eos dicat ipios q contra patriam arma tulerit & eá quaſi ab hoſte captá teneát. Primum hoc: ut nos p̄ arbitrio noſtro qcqd ī temp.uiſum fuerit: ſtatuere ac decernere poſſimus.

Nam uel hy.in eo perſiſtit ut oſtendat eos ius & poteſtatem habere īperandi populis cum cauſam ſuam honeſtam oſtendit:a cauſa noſtra beniuolētiam captamus ſi eá laudando extollemus:aduerſariorūq; p̄ contēptionē deprimemus extollit cáſam ſuá q̄ arma p̄ patria:p̄ libertate:p̄ diis penatibus: pro rep.ſumpſerūt:ideoq; ubicūque fuerit:exiſtimēt ſe eos eē q poteſtatē habeant recte & pie gerēdi bellū aduerſus hoſtes patriæ:ſiue ſub frigida:ſiue ſub torrida zona fuerit:deniq; ī remotiſſimis orbis terraꝝ partibus conſtituti ibi curia eē ītelligeret:nō.n.locus ſenatū facit: ſed ſenatus curiá. Nā uel hypboreæ:ſiue ſub frigidam:ſiue ſub torridam zonam delati fuerimus ibi & curia & ſenatus erit. Hip. urſæ.i.ſeptentrionalis: nam hyporei mōtes dicuntur a ſeptētrione quaſi ſupra boream:Hypborei īcolunt penepteraphorō quē ultra Aqlonem dicūt iacere:gens beatiſſima:eam Aſiæ magis q̄ Europæ qdam dederunt:ſunt in Europa auctore Solino apud quos mundi cardies eſſe credunt:& extimos ſyderum ambitus:ſunt q putent nō quotidie ibi ſolē ut nobis:ſed uernali æqnoctio exoriri:autumnali occidere:ita ſex mēſibus īfinitum diē:ſex aliis continuá eſſe noctem:de cælo magna clæmētia auræ ſpirant ſalubriter:nihil noxium flatus habēt:domus ſunt nemora uel luci ī diem uictus arbores ſumminiſtrant:diſcordiá neſciūt:ægritudīe non īqetantur. Plauſtrū glaciale:qa regio frigidiſſima eſt & rigeſcit. Vrſæ:quæ circa polum arcticum uergitur ad ſimilitudīem rotæ:& ſtellæ quæ præcedunt Bootes appellatur quaſi dux & gubernator plauſtri. Torrens pla.feruida zona. Axis:antarcticus axis. Vaporibus:feruoribus zonæ torrētis. Nec patitur noctes:qa ibi ſemp ī eodem ſtatu nox & ſol p̄manent.i.ſemp æqnoctium eſt. Iniquos ītemperatos: Vir.Dirimit plaga ſolis iniq. Sūma reꝝ.i.īpiū. Tarpæia ſede:p̄bat a ſimili:nam ſicuti capta reliqua urbe capitolio īcolumi ibi ſenatus p̄manebat:& ideo curia ī capitolio erat:idem etiam nūc dicit capta urbe ab hoſtibus hic nos habitātes curiá facimus.Nota eſt hiſtoria:ad Alliá fluuiū Galli fabiū conſulē cū exercitu fuderunt:& ad urbē ro.cōtenderunt:Et prīo qdem metuentes īſidias:nōnullos præmiſerūt:q diligenter oīa ſcrutarentur: quibus exploratis neminē exire uidentes ſtatī īgreſſi ſunt mœnia:& uaſtam urbem atq; deſertam reliquerunt nam Ro relictis ſenibus & ībelli turba cæteriſq; q arma p̄ ætatem ferre non poſſent capitolium conſcenderant: ſed eo tempore camillus q ardeæ exulabat p̄pter prædá ueientanam male diuiſam:Dictator abſens creatus:poſtq̄ audiuit urbē captá a gallis miſertuſ ē patriæ:& cū aliquot copiis:gallos propter uictoriam negligentiores iuaſit & eos partim ſopitos ac temulentia oppreſſos occidit. Illic roma fuit: ubi ergo fuit camillus Dictator cum exercitu romano illic Roma eſſe conſueuit:pari ratione & nos hic Romam eſſe putemus. Mutato ſolo:ideſt regione. Mœrentia tecta:hactenus beniuolentiam auditoꝝ comparauit a ſapiētia eoꝝ:qa ſenatus ſapienter iudicauit:ut ubicunq; eſſent:ſe ius īperii tenere decreuerit.nunc beniuolentiam captat a perſona aduerſariorum cum adducit eos in inuidiam:oſtendes eorum uim:potentiam:nobilitates:affinitates:oſtendit potentiam & ui Cæſaris qui patriam tanquam hoſtilem occupauerit armis. Tecta Cæſar habet:non eſt dicendum Romæ ſenatum eſſe:& curiam:cum in poteſtate Cæſaris ſit deliberare quicquid uoluerit. Vacuas:ſcilicet ſenatoribus: Legeſque ſilentes:quia non poſſunt uim ſuam obtinere: poſtquam ſemel armis oppreſſæ ſunt. Triſti iuſtitio:quia ſemper iuſtitium triſtitiam ſignificat:quaſi iuris ſtatium. Curia: in qua nos ſenatores conſiſtimus.

Ordine de tanto:adhuc in eo perſiſtit ut ī īuidiá adducat:de tāto ordīe ſenatorio nemo abeſt a nobis: niſi q exul ē cū Cæſare:nā q hoſtes patriæ adiudicati ſūt:hi ēt exules ſunt. Nō exulat:cū Cæſare. Hic:apud nos.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

I gnaros ſcelerum:longaque in pace quietos
B ellorum primus ſparſit furor:omnia rurſus
M embra loco redeunt:en totis uiribus orbis
H eſperiam penſant ſuperi:iacet hoſtis in undis
O brutus illyricis:libyes ſqualentibus aruis
C urio cæſarei cecidit pars magna ſenatus.
T ollite ſigna duces:fatorum impellite curſum.
S pem ueſtram præſtate deis: fortunaque tantos
D et nobis animos:quantos fugientibus hoſtem
C aūſa dabat:noſtrum exhauſto ius clauditur āno.
V os quorum finem non eſt ſenſura poteſtas
C onſulite in medium patres:magnumque iubete
E ſſe ducem:læto nomen clamore ſenatus
E xcipit:& magno fatum patriæque ſuumque
I mpoſuit:tunc in reges:populoſque merentes
S parſus honos:pelagique potēs phœbeia donis
E xornata rhodos:gelidique inculta iuuentus
T aygeti:fama ueteres laudantur athenæ.
M aſſiliæque ſuæ donatur libera phocis:
T um ſadalim:fortēque cotym: fidumq; per arma

Ignaros ſcelerum:aāte īquit cū maxīa trepidatione ciuitas plena eſſet:ſperſi fuimus ī diuerſa loca: ꝓut quēq; īpetus tulit.nunc deniq; cum reſpirauimus ī unum eūdemq; locum omnes conuenimus. Ignaros.ſ.ſenatores:q diu a ſceleribus huiuſmodi alieni fuimus uel Ignaros.i. q nunquā timere poterunt tantum ſcelus:ut contra patriam Cæſar arma ſumeret:poſtq̄ audiuerunt ꝙ rubiconem tranſiuit contra leges & iura ciuitatis. Longa pace:qa omnes q diu ī pace conſtiterunt oī tumultu facile cōmouentur atq; perturbantur. Rurſus:poſtq̄ reſpirauimus. Membra.ſ.totius ſenatorii ordis. En totis uiribus.i.pro toto orbe terrarum ſuperi cōpēſant Italiam: bene dixit:nam oīs terrarū orbis cōmotus eſt Italiæ gratia. Iacet hoſtis: poſtq̄ cauſam ſuam honeſtam oſtendit:ex tollendoq; illam laudauerit:& aduerſariorum p contemptionem deprimendo:nūc arguit a poſſibili:nam oſtendit totius terrarum orbis uires cum ſenatu populoque Ro. conſenſiſſe: ut dubitari non poſſit: qn ab ea parte conſecuturi ſint uictoriam: & cōmemorat uictorias quas pauloante ī illyrico & Aphrica partes ſenatus habuerunt:ſed nullam mentionem facit cladiū: quas habuere: præſerti amiſſoꝝ exercituū ī hiſpania:oratorie enī facit: ut ea quæ cauſæ ſuæ ꝓſunt cōmemoret :quæ autē obſunt prætereat. Hoſtis ī undis obrutus: quos Octauius Libo uicerat: & opitergīnos præcipue q ſeipſos occiderunt. Curio:a rege Iuba cū exercitu deletus. Sq̄lentibus:ſterilibus aridis app. Pars ma. ſe. qa curio erat Patricius nobilis & magna:īdole fax & caput belloꝝ. Tollite ſigna duces:poſtq̄ ſemel fortūa nobis obſeq cœpit:ſequamur eam. Fatorum impellite curſum:urgete fata ut feſtinantius uictoriam ex hoſte obtineamus. Fortunaq; tantos:ſi magno aīo patriam deſeruimus maiore nunc aīo retentemus:quādo aſpirare fortuna nobis cœpit:& eſt argumentum a miori ad maius. Cauſa.ſ. melior:qa meliorem cauſam uoluimus ſe q potius deſerendo patriā:q̄ contra libertatem aliqd & dignitatem ueſtram facere. Noſtꝝ ius.i.poteſtas conſularis:nos iam īquit uenimus ad finē magiſtratus noſtri. Vos quoꝗ:uos o patres conſcripti q ꝑpetuo duratis(nō.n.ad tempus ſenatores erant)conſulite ī medium:& ī cōmune qd nobis de rep.uideat. Læto no.c. nunc dicit quomodo ī ſententiam Lentuli conſulis factum eſt ſenatuſconſul.ut magnus Pom.exercitus Imperator decerneretur:Tunc enim omnes maximo clamore læticiam ſuam ſignificabant:deide decretum eſt ut honor haberetur his ciuitatibus & populis:qui ſenatum populumque Romanum ſequerētur. Magno fatum: & ſummam rerum Pompeio demandauit ſenatus. Fatum:fortunam. Tunc in reges: deinde decreuerunt ut honores haberentur his qui in fide & officio ſenatus populique Romani permanerent. Sparſus:diuiſus.

Merentes:bene de populo romano. Rhodos phœbeia: quia ibi fuit coloſſus Apollinis miræ magnitudinis a chare lyndio tanta arte fabre factus ut īter.xii:mirabilia mundi connumeretur:quamuis Strabo hanc ſtatuam Iouis fuiſſe dicat:aut phœbiam appellat ꝙ cælum nunquam ita nubilum eſt:ut in ſole rhodos non ſit: ut oſtendit Solinus. Potens:quæ potentiſſima fuit claſſe & nauali bello. Iuuentus taygeti : ideſt laconica. nam taygeti montes ſunt laconicæ regionis. Inculta:ideſt modico cultu contenta:utpote : quæ legibus Ligurgi ad rigiditatem inſtituta fuerat. Fama ueteres laudantur:ꝙ non ſolum ciuitas fuit bonaꝝ artiū īuentrix ſed etiam fama ꝙ ī officio populi romani permanebat. Athenienſes enim ut libro nono oſtendit Strabo regali prius gubernabantur imperio in popularem poſtmodum tranſiere ſtatum:Romanus ſenatus eos popularem ſtatum agentes accipiens:proprias ipſis leges īſtitutaque ſeruauit & libertate donauit. Veteres athenæ:ideſt uetuſtate ipſa nobile.nam ex Aſia.cilicibus.athenis.corcyra.ponto.& bithynia magnam claſſem coegerat pōpeius. Phocis:unde uenerant qui in Gallia Maſſiliam condiderunt:donatur libertate in gratiam Maſſiliæ.

Suæ maſſiliæ : quia ex phocenſibus originem traxerunt maſſilienſes . Phocis auctore Strabone libro nono appoſita ē Boetiæ.phocēſium ædificium eſt Maſſilia:ut idem refert: petroſo in loco ſita: cui quidem pontus ſubiacet de q̄ plura ſupius. Tunc ſadalim:ſadalis & cothis ex thracia duces auxilia cū eqtibus ſuis miſerant.

Deiotaꝝ:qa cum ſeptē milia eqtū haberet Pōpeius:Deiotarus quia peditibus plurimum utebantur antiqui: milia multa peditum ei miſit:Ariobarzanes ex Cappadocia ad eundem numerum miſerat equites & Rhaſipolis ex Macedonia præerat ducentis equitibus:qui cum Pompeio militabant. Deiotarus orientalium Galatharum Tetrarcha.Ariarathes Cappadocum Rex : Armeniorum intra Euphratem incolentium taxiles princeps: Armeniorum uero ſupra Euphratem Megabates : alii præterea inferiores potentia dynaſtæ ad belli ciuilis laborem ſub Pompeio,militauerunt:ut refert:Appianus libro ſecundo & quicunque in circuitu maris orientem uerſus incolunt fere omnes ad eum uenerant. Collaudant:ſenatores. Fidum deiotarum :quia donec bella ciuilia durarunt ſemper fideliſſimus populo Romano fuit.

D eiotarum: & gelidæ dominum rhaſipolin oræ
C ollaudant:libyamque iubent auctore ſenatu
S ceptifero parere iubæ:proh triſtia fata
E t tibi non fidæ gentis digniſſime regno
F ortunæ ptolemæe pudor: crimenque deorum
C ingere pellæo preſſos diademate crines
P ermiſſū eſt ſæuū in populos puer accipis enſem.
A tque utinam in populos.donata eſt regia lagi
A cceſſit magni iugulus:regnumque ſorori
E reptum eſt:ſoceroque nefas:iam turba ſoluto
A rma petit cœtu:quæ cum populique duceſque
C aſibus incertis:& cæca ſorte pararent:
S olus in ancipites metuit deſcendere martis
A ppius euentus: finemque expromere rerum
S ollicitat ſuperos:multoſque obducta per ānos
D elphica fatidici reſerat penetralia phœbi.

Gelidæ oræ:ſcilicet Macedonum.rhaſipolis enim ex Macedonia equitibus ducentis præerat. Libyamque iubent: Iubent etiam iubam regem eſſe Numidiæ quia pauloante pro ſenatu Curionem cū exercitu deleuerat. Proh triſtia fata :in exclamationem prorumpit : ꝙ īter cæteros Reges Ptolemæus quoq; rex declaratus ſit:q deīde magni Pompeii cauſa fuit mortis:& auctor cuius caput obtruncatū Cæſari obtulit. Triſtia : ideſt miſerrima & aduerſa populo romano. Digniſſime re:digniſſimus ꝑpe Rex eras gentis. Nō fidæ:ideſt perfidæ:quæ tibi ſimillima eēt.

Pudor fōr. nam fortunam pudere debuit:ꝙ ad regiam maieſtatem te peruexerit. Crimenq; deorum: qa dii ī hoc peccaſſe uidentur ꝙ ipſum Regem dici paſſi fuerit. Pellæo diademate:ideſt Alexandrio:nam pella(ut refer. Strabo) Macedonum metropolis fuit : philippi & alexādri patria:unde pellæus ideſt ægyptius: Alexandriam enim de nomine ſuo condidit Alexander. Iuuenalis. Vnus pellæo iuueni non ſufficit orbis : pellæo igitur ideſt alexandrino qa urbem ipſam amplificauit.

Puer accipis enſem:qa adhuc puer ſub tutela aliorum uiuebat Principes autem erant Photinus & Achillas : quorum conſilio res omnes Ptolemæus gerebat. Atq; utinam.ſ.accipias ī populos & non ī Pompeium.

Donata.ſ.patri tuo ſenatuſconſulto:a quo pater acceperat regnum ægypti:ī eum poſtea tātum nefas auſus es perpetrare. Regia lagi:qa primus īter Aegypti Reges lagus fuit nā cū multos annos permanſiſſet lagidarum imperium tandem euerſum eſt:nam Ptolemæus lagi filius alexandro ſucceſſit:Ptolemæo autem(ut refert Strabo)philadelphus.philadelpho euergetes:poſtea philopater agatocliæ:poſtea Epiphanes:poſtea philomator filio a patre imperium accipiente:hinc uero frater ſucceſſit ſecundus Euergetes nominatus:hunc phyſconē dicunt:cui ptolemæus cognomento lathurus ſucceſſit.Lathuro auletes Cleopatræ pater:qui præter alia flagitia:etiam chotaulam exercuit: hic eſt quem alexandrini exegerunt:quem Romam profectum Pompeius ſuſcepit:& Senatui commendauit:Ptolemæus itaq; a Gabinio reductus:non multo poſt morbo abſumptus: relictis duobus filiis & totidem filiabus:quarum grandior erat Cleopatra:alexandrini & puerum natu grandiorē & Cleopatram regno præfecerunt : ſed pueri familiares: mota ſeditione Cleopatram eiecerunt:Cæſar adoleſcentulum interemit:& Cleopatram ab exilio reuocatam ægypti Reginam conſtituit. Iugulus magni:qa ſimul cum regno factus es potens cæde Pompeii. Acceſſit.ſ.poteſtati tuæ. Regnumq; ſorori:& quia te regem ſenatus populuſq; romanus declarauit:ereptum eſt regnum ſorori tuæ Cleopatræ. Soceroq; nefas: qa quod nefas erat Cæſari:occidere generum:eripuiſti ut o Ptolemæe. Tunc turba:nunc dicit quomodo ſenatu dimiſſo omnes ſe ad arma parabant:Sed appius unus ex omnibus oraculum ſiſcitari conſtituit: qd nam facturus eſſet:an bello ciuili ītereſſet:an a bellis ſegregatus receſſum aliquem eligeret:ubi qetus ab oī cura & periculo redderetur:Venit igitur delphos:& oraculum illud auſus eſt mouere quod per multos annos tacuerat:Diuinum ipſum domicilium:auctores certi memorāt ꝓfundam & curuā eſſe ſpeluncā:non admodū lato ore patētem:unde aurā qdem referri ſacro efflāte numīe:excælſum autē oſtio īminere tripodē:quem cum Pythia uates īſcenderit hauſto diuinationis ſpiritu:dei reſponſa referre:& metro & oratione ſoluta:auctore Strabone:ſed anteq̄ narret.qd agnouerit ī antro delphici apollinis:deſcribit prīo locū ubi ante themis reſpōſa dare conſueuerat deīde apollo delphicus. Soluto cætu.i.dimiſſo ſenatu. Ancipites euentus:qa martis euentus ſemper īcertus eſt. Sollicitat:cum ſolicitudīe ingrit. Expromere finem reꝝ.i.ut exprimant & aperiant quē finē res habituræ ſint. Multoſq; obducta:qa īter cætera ſigna aduentus domini Ieſu chriſti:hoc etiam præcipuū fuit:ꝙ ſtati oīa oracula tacuerunt. Heſperio:dicit autē petiiſſe antꝝ cyrrheum:ubi colebatur apollo:in quo adytum erat illud nobile quo plæbis cum aduenīſſet numine apollinis afflata futura omnia reſciceret: atque ex his quæ conſulentes ſcire uolebant aperiret:dicit autem locum eſſe in umbilico orbis terrarum.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Heſperio eoo:nam parnaſus mons eſt i medio orbis terrarum Nam(ut refert pidarus)cũ Iuppiter ſcire uellet:ubi nam eſſet medium orbis terrarum aquilas duas:alteram ab oriente alteram ab occidente miſit:& ubi in uicem occurrerent:ibi medium orbis terrarum eſſe itelligeret:occurrerunt autem i parnaſo monte:hic appellatur umbilicus orbis:qđ etſi Varro plane iſiciatur:Vir.tamen ait: Delphos pythius orbis umbilicum.Hic mons (ut libro nono refert Strabo)uſq; ad occiduos phocidis montes locatus eſt : eius latus i occaſum proſpectans Locri & Ozolæ poſſident:auſtrale uero Delphi:locus ſane petroſus:ſpectaculi formam habens i eius cacumíe templum ſurgit:& oppidum:i circuitu ſtadia.vi.ac.x. complectens ſupra illud lycorica ſita eſt:quo in loco antiqtus delphi ſupra templum conſiſtebant: hoc autem tẽpore circa ipſum affines caſtalii fontis ſuã locarunt domicilia:ante urbem autem cirphis ex auſtrali parte periacet rupes ſane ꝑrupta:at ſub cirphi urbs uetuſta iacet cyrrha ad mare locata:ab ea icipit ad delphoſ aſcenſio ſtadia fere.lxxx. Gemio colle:ẽ enim parnaſus biceps(ut antea dictum ẽ) parnaſuſq; iugo miſit deſertus utroq;:Nã ab auſtrali parte habet cirphi præruptam rupem:cum profunda ualle:per quã plurimus amnis effunditur : A qua diuiſione biceps cognomiatur: illic phœbus & Bacchus colebantur ut aſſerit Macrobius:q tamẽ eiuſdẽ mumis ſunt & poteſtatis:aucto re diodoro. Bromio:baccho Бρομοσ ſignificat ĩpetũ uel ſonitũ uelq; ebrii ĩpetu oſi ſint & uocem ĩcompoſitam emittant: aut quoniã ĩ bacchi ortu tonitru ĩſonuit.

Numíe:ipſius bacchi:qa propter uinũ in furorem uerſæ ſacrificia bacci colebant.

H eſperio tantum q̃tum ſubmotus eoo
C ardine parnaſus:gemino petit æthera colle.
M ons phœbo bromioq; ſacer:cui numine mixto
D elphica thebanæ referunt trieterica bacchæ :
H oc ſolum fluctu terras mergente cacumen
E minuit:pontoque fuit diſcrimen & aſtris.
T u quoq; uix ſummam ſeductus ab æquore rupẽ
E xtnleras:unoque iugo parnaſe latebas.
V ltor ubi expulſæ premeret cum uiſcera partus
M atris adhuc rudibus pæan phytona ſagittis
E xplicuit;cum regna themis tripodaſq; teneret :
V t uidit pæan uaſtos telluris hiatus:
D iuinam ſperare fidem:uentoſque loquaces
E xhalare ſolum:ſacris ſe condidit antris:
I ncubuitque adyto uates ibi factus apollo .
Q uis licet hic ſuperꝫ?qđnumẽ ab æthere preſſum

Mixto:inſerto ipſis bacchis. Bacchæ:ſacerdotes bacchi.græ.Mœnades dicuntur quaſi ĩſanientes: μαιοῦ μαι ĩſanio. Referunt:repræſentant. Trieterica:ſacrificia bacchi triẽnalia q̃ ternis qbuſq; annis celebrabantur:a τρειϲ:& ἔτοϲ annus. Thebanæ : nam & thebanæ mulieres hæc ſacrificia colebant ſicut delphicæ. Solum eminuit.i.apparuit ſupra terras tempore diluuii quo omnes terræ obrutæ ſunt. Pontoq; fuit:q mare a cælo diſcerneret. Diſcrimen:iteruallum & ſeparatio. Extuleras:extra diluuium Sũmam rupẽ: cacumia Vno:alteꝝ qdem iugum obrutum erat:alterum apparebat. Vltor ibi:dicit ibi phytonem ſerpentẽ ab Apolline occiſum fuiſſe:cum primum e uentre matris eductus eſt.nam ut ĩ fabulis eſt : Iuno irata ꝙ Latona grauida eſſet ex Ioue:ipſam per totum orbem perſecuta eſt:quæ terram nullam ĩuenit a qua exciperetur:timebant enim omnes rem igratam facere Iunoni.ſed cum ad Ortygiam ueniſſet(ſic eni tunc appellabatur)cognouit ſororem ſuam Latonam:& eam benigniſſime accepit:ortygia eni fuerat ſoror Latonæ;quam cum Iuppiter uitiare uellet illa auerſata eſſet:aufugere cœpit:cunq; ad mare perueniſſet:deos petiit ut miſererentur:quæ ſtati conuerſa eſt i coturnicem(ὄρτυξ eni græce coturnix dicitur)Iuppiter autem conuerſus ĩ accipitrem ĩſeq cœpit auem: & cum ĩ medio mari eſſet:nec diutius poſſet ex unguibus Iouis euadere.Rurſus mente ſua precata eſt deos:& ſtati conuerſa eſt i lapidem:lapis ſtati creſcere cœpit:ĩ ĩſulam:& excepit ſororem ſuam latonam Ortygia: quæ ibi gemellos peperit:apollinem & Dianam:Apollo igitur loco beneficii ꝙ matrem excepiſſet :eam duabus ĩſulis illigatã ſtabilem fecit.ſ.Gyaro & Mycone:& phytonem ſerpentem:quem Latonæ Iuno ĩmiſerat:ſagittis occidit: & matri ſuæ iam tunc diana obſtetricis præbuit officium. Pæan:apollo q a ſagittatione phytonis nomen conſecutus eſt:nam παιω ſignificat ferio.pæanes proprie dicuntur laudes appollinis. Matris:quam ſerpens a iunone miſſus pſecutus fuerat. Premeret uiſcera:cũ ĩ eo eſſet:ut pareret Latona. Expulſæ:a Iunone. Rudibus ſagittis:qa tum primum natus erat:nec unq̃ ſagittas exercuerat. Explicuit: occidit a præcedenti id quod ſeqꝛ. Cum re.the.te.i.cum themis oracula daret. Vt uidit pæan:ſeqtur dicere origenẽ oraculi apollinis quõ ſedẽ ſibi delegerit:dicit.n.cũ ibi natus eẽt:& phytonẽ ſagittis occidiſſet:poſtq̃ uidit ex eo antro uẽtũ cũ humana uoce erũpe:iucũditate habitãdi ĩ eo loco ductus ẽ:ut ipſe futura ſiſcitãtibus prædiceret:nã ibi tẽplum themidis fuerat anteq̃ reſideret Apollo. Vaſtos hia.antꝛ illud cyrrhæũ. Fidẽ diuinã:hoc ẽ oracula & reſponſa dare. Spirare.i emittere. Vẽtoſq; loquaces:qa ſpiritus ĩde erũpebat ut humanas uoces & uerba pfecta emitteret. Sacris.s.an.i.ĩ illis penetralibus unde reſpõſa dareꝛ. Incubuit.a.ibi fatidicus eẽ cœpit Apollo. Adyto nomẽ græ.& neutri generis:ſignificat locũ tẽpli ad quẽ nulli ſacerdoti ĩgredi licebat.a.ptiuatiuũ ẽ:& δύω ĩgtedior. Factus ua.diuiator & oraculoꝝ reſpõſor. Quis la.hic:nũc q̃ſi cũ admiratiõe q̃dã loqꝛ poeta dicẽs: qs potuit deorum eſſe:qui primum ibi habitauerit:ubi poſtea locum delegerit Apollo:& deus ab æthere delatus huic loco includit uoluerit:& has cauernas colere?eſt ne aliquis deorum q deſerto cælo terram ĩhabitare malit? Preſſum:depoſitum.premete.depõnere.Virgilius.Quod ſupereſt quæcunq; premes uirgulta per agros.

Cæcas:obſcuras. Aeterni curſus tenens.i.ſeries fatorum:quia cã cãm generat:nam nihil aliud eſt fatum niſi ſeries cauſarum. Mundiq; futuri conſcius.i.conſcius eorũ quæ in futurũ uentura ſunt. Proferre:apetire. Contactuſq; ferens hoíum.i.phœbadẽ afflans numine ſuo:hoc eſt pati hoíum contactus:quia ut in ſequentibus declarabitur:pugnabit Apollo ut mentẽ & pectus phœbadis occupet:& in eam oía quæ ſunt : quæ fuerunt:quæ futura ſint reponat. Magnus po.ſenſus eſt:magnus & potẽs eſt ille deus:ſiue quæ futura ſunt ipſe prædicit:ſiue prædicendo facit eſſe futura fatũ enim eſt quod dii fantur. Forſan terris:an fortaſſe illud eſt : ꝙ cum magna aía mundi per oẽs partes diffuſa ſit cæli:ibi maiorẽ partem ſui eſſe uoluerit:ut futura oía reſponderet:qa Stoici dicebant unam tm̃modo eſſe animam: & eam per oẽs mundi partes eſſe diffuſam: quã ſniam Virg.quoq; expreſſit in.vi.Principio cælum ac terras campoſq; liquẽtes: Lucentemq; globum lunæ titaniaq; aſtra Spiritus intus alit. Pars iouis:aía mundi reſpicit ad illud qđ Stoici diffiniebant: ꝙ deus eſt ignis ſenſibilis:inſertus oíbus elementis:in hunc errorẽ conuenere Stoici ꝙ uidebant oía ſumma rõne regi:ut ꝓpterea uiderentur habere aíam intelligibilem & rõnalem:& ſine ratione putabant hunc ordinẽ non poſſe ſeruare cæleſtia & terrena corpora:ideo:cælum:terrã:mare : deniq; elementa oía deum eſſe putabant.

Libratũ orbem .i. ſuſtentatum. terram ſphæricam hoc loco ſignificat . Aere uacuo.i.in centro uacui aeris:nam ſuo pondere terra in medio orbis in cæli cẽtro eſt poſita:ideo in nullã partem moueri põt: cum terra grauius ſit elementum cæteris: ſuũ proprium ac naturalẽ locũ habet centrum dimidium totius orbis:& circunferentiæ cæli a quo puncto diſcedere non põt . Tonãti:cum æthereo Ioue : nam ſignificat ignẽ cæleſtem.reſpicit ad illud ſtoicorũ qui dicunt Iouẽ ignem eſſe ſenſibilem hoc eſt Hoc ubi: & cum hoc numen quod in eo loco

D ignatur cæcas incluſum habitare cauernas ?
Q uis terram cæli patitur deus?omnia curſus
A eterni ſecreta tenens:mundique futuri
C onſcius ac populis ſeſe proferre paratus:
C ontactuſque ferens hoium:magnuſq; potenſq; :
S iue canit fatum:ſeu qđ iubet ille canendo
F it fatum.forſan terris inſerta gerendis
A ere libratum uacuo quæ ſuſtinet orbem
T otius pars magna iouis cirrhæa per antra
E xit:& æthereo trahitur connexa tonanti .
H oc ubi uirgineo conceptum eſt pectore numen
H umanam feriens animam ſonat:oraque uatis
S oluit:ceu ſiculus flammis urgentibus ætnam
V ndat apex:campana fremens ceu ſaxa uaporat
C onditus inarimes æterna mole typhoeus.
H oc tamen expoſitum cunctis:nulliſque negatum
N umen ab humani ſolum ſe labe furoris
V endicat:haud illic tacito mala uota ſuſurro
C oncipiunt:nam fixa canens:nutandaque nulli
M ortales optare uetat:iuſtiſque benignus
S æpe dedit ſedem:totas mutantibus urbes

magis habitat q̃ alibi inſederit & occupauerit uirgineum pectus tunc uero ora mouens quicquid dixerit uerũ eſt:ſiue de præſentibus:ſiue de præteritis:ſiue de futuris:quæſitum fuerit. Virgineo:non licebat enim adytum illud ingredi niſi uirgini incorruptæ. Feriens animam:pulſans:& crucians animam corporis quod occupauerit. Sonat:ideſt ſonitum dat. Soluit:aperit ora ut futura prædicat:reſpondens ad ea quæ interrogãtur:tanto quidem tumultu & impetu:ut uideatur ætna qui globos flammarum eructat. Siculus apex:cacumen ſiculi montis. Aetna:mons eſt Siciliæ qui ſemper fere euomit globos flammarum:adeo ut regionem totam depopuletur ac uaſtet:ipſi quoque urbi periculum immineat.Loca ſuperiora montis:tum nuda:tum cineroſa ſunt:& per hyemem niuibus referta:ut Strabo refert.Cæterum inferiora ſyluis & uariis arborum conſitionibus partita:ipſa uero montis cacumina multas ſuſcipiunt mutationes:ueſcentibus incendiis:nunc quidem unum in craterem collabente igne:nunc diuiſo effluente:nunc igniti emittuntur riui:nunc flammæ : fumoſæue fuligines:nunc exardentes exhalat lapides:neceſſe eſt meatus ipſos ſubterraneos:cum his pariter accedentibus uariari:& ora ipſa quandoque ſecundum circunſtantem ſuperficiem plura eſſe. Vrgentibus:pellentibus montem. Inarime:inſula in ſinu puteolano:in qua mons flammas emittit:unde poetæ finxerũt typhoeum unum ex gigantibus:qui Ioui bella intulere ſub eo monte poſitum. Aeterna:ideſt perpetua:quia perpetuũ emittit ignem. Vaporat:calefacit & exurit. Saxa campana:nam maxime quæ & pythecuſa dicitur:in campano mari eſt.Typhoeus autem cum o e diuiſo:& eu diphthongo omnino proferendus eſt:quod ſi quis dubitat:græce nihil uidit. Hoc tamen expoſitum:& q̃q̃ reſpondeat omnibus tamen nocentibus non reſpondet:ſed bonis & honeſte aliquid ſcire cupientibus:ſeruat ergo dignitatẽ numinis . Expoſitũ.i.paratũ oíbus aliquid ſcire cupientibus. Vendicat:liberat. Humana labe.i.uitio flagitioſorũ hoíum. Haud illic mala:ꝙ tm̃modo audiat bonos : malos uero repellat probat exẽplis. Iuſtiſque benignus.i.his qui patriam & regionem ſuam deſeruere : & aliquem ſibi locũ elegere conſilio numinis:propicius fuit . Vrbes:diuerſas patrias.

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

V t tyriis:dedit ille minas impellere belli
V t ſalaminiacum meminit mare:ſuſtulit iras
T elluris ſterilis monſtrato fine.reſoluit
A era tabificum.non ullo ſæcula dono
N oſtra carent maiore deum:q̃ delphica ſedes
Q uod ſiluit poſtquam reges timuere futura
E t ſuperos uetuere loqui:nec uoce negata
C irrhææ mœrent uates:templique feruntur
I uſtitio:nam ſiqua deus ſub pectora uenit:
N uminis aut pœna eſt mors immatura recepti
A ut pretium:quippe ſtimulo:fluctuque furoris
C ompages humana labat:pulſuſque deorum
C oncutiunt fragiles animas:ſic tempore longo
I mmotos tripodas:uaſtæque ſilentia rupis
A ppius heſperii ſcrutator ad ultima fati.

Tyriis.i.cadmo:de quo ſupra dictum:cum cadmus iuſſu patris agenoris Europam quæſiuit. Minas impellere:bellum hoc fuit tempore Xerxis:cum rumor exiſſet xerxem cum uniuerſa Aſia in Europam impetum facere:& terræ mariq; bella atq; perniciem minitari.Athenienſes miſerunt qui peterent ex oraculo q̃uo hanc perniciem effugerent:reſpondit oraculum:ita illos reſiſtere poſſe hoſtibus:ſi mœnibus ligneis pugnarent:concilio habito cũ alii alia dicerent:Themiſtocles qui prudentiſſimus erat conſuluit:ut claſſe parata occurrerent hoſtibus:& ſuaſu Themiſtoclis quantá claſſem conſtruere potuerunt Athenienſes eá præpararunt:& eam conſcẽdere relictis mœnibus patriæ:quo factũ eſt ut apud Salaminá xerxes conſilio Themiſtoclis ſit ſuperatus. Impellere:refellere. Salaminiacum.i.mare ſalamines inſulæ:nam auctore Strabõe iuxta lepathũ ci.quæ ſtatiouem hẽt & naualia:eſt aphrodiſium:ad quod inſula perangusta eſt:ſeptuaginta enim ſtadiorũ interuallo Salamina tranſitur:poſtea achiuorũ acta quo primum teucer applicuit:qui in Cypro ſaláminá condidit a patre:ut fertur:pulſus:& ut libro nono refert:Quum a Nyſea i atticam nauigás quinq; perexiguæ procũbunt inſulæ:de hinc Salamin ſtadi.lxx.in longum porrecta:uel ut alii aſſerunt.lxxx. habet autem eiuſdem nominis urbem in ſalamoniaco littore attici & megarici confinia ſunt ſoli. Telluris ſterilis:exemplũ eſt Calabriæ:nam cum Calabria ſubita telluris ſterilitate laboraret:nec ullus finis inueniretur iræ deorum ad oraculum miſerunt:reſponſum eſt ita fertilitatem reparari poſſe:ſi palinuri manes placarẽtur:quo facto ſtatim fertilitas rediit. Monſtrato fine:& ipſe conſilio ſuo peſtilentiam expulit.nam & Ro.cum nullũ remedium inuenirent patriæ peſtilentia laboranti libros ſibyllinos inſpexerunt:qui & ipſi ab apolline originẽ hũerũt ná ipſe Cumeá ſibyllá docuit uaticinari q̃ deĩde hos ſcripſit libros:ĩſpectis igitur libris ĩtellexerunt Romani ita peſtilentiam poſſe ſedari:ſi æſculapium ab Epidauro Romam adducerent.legatos igitur miſerũt:qui cũ eo ueniſſent & ſimulacrũ ingens mirarẽtur anguis e ſedibus eius elapſus uenerádus & non horribilis per mediá urbem cum admiratione omnium ad nauem Romanam conceſſit:& ſe in Vgolini tabernaculo conſpirauit:legati deum uehentes Antium ꝓuecti ſunt:ubi anguis ꝓximum æſculapii templum petiit:& poſt paucos dies ad nauem rediit:& cum aduerſo tybri ſubueheretur:in proximam inſulam deſiliit:ubi templum ei conſtitutum:& peſtilentia mira celeritate ſedata eſt. Aera tabificũ:peſtilentem. Non ulla ſæcula:ætas noſtra inquit nullo maiore munere deorum priuata eſt:q̃ ꝙ ſilet apollo:nec poteſt hominibus ſiſcitantibus reſpõſa dare. Poſtq̃ reges:cauſam huius ſilẽtii ignarus poeta regibus attribuit:& prĩcipibus:qui maluerũt ignorare futura:q̃ ut ſcientes mala ſua:qbus ꝓuideri nullo modo poſſet:in continuo regni metu uerſarentur. Spiraculum igitur clauſum fuit:quod tangit etiam Iuuenalis.Credent a fonte relatum ammonis:quoniam delphis oracula ceſſant. Timuere futura.i.petere reſpõſa. Vates cyrræ.i.placet hoc phœbadibus. Mærent:quia magno ſibi conſtabat hoc:nam quotiens oraculum peteretur aut moriebatur:aut ſemiuiua iacebat:poſtq̃ numen a pectore diſceſſerat. Nec mœrent:immo gaudent. Iuſtitio templi.i ſilentio ad ſimilitudinem cum ius in foro tacetur. Nam ſi qua:reddit nunc cám cur frueretur hoc ſilẽtio phœbas:nam cum ſemel inflata numine phœbi eſſet non prius dimittebat:q̃ aut moreretur:aut parum deerat:quin mortua eſſet. Si qua deus:ſub alicuius uirginis pectora. Immatura:acerba & ante tempus:ad ſimilitudinem fructus qui ante tempus colligitur. Mors pœna:ſi mala eſt mors pœna:ſi bona pretium eſt ſecundum diuerſas opiniones dicit bonam & malam eſſe mortem ſecundum Iunonis ſententiam bona uiſa eſt mors cum ſacerdos argia petiit a Iunone:ut filiis ſuis pro beneficio daret quicquid bonum eſſe ſciret:poſtero die inuenti ſunt mortui:uel talis ordo ſit pretium recepti numinis:aut eſt pœna:aut eſt mors immatura:Et ſic dicunt precium:ut Terentius:Ego pretium ob ſtultitiam fero. Stimulo:irritamento furoris:quia deus tanquam ſtimulus pectori uirginis inſiſdens incitabat. Fluctu:abundantia quia uſq; adeo furore replebatur:ut eum capere non poſſet. Compa.huma.lab.humani corporis compoſitio diſſoluitur. Pulſus:impulſiones deorum:quæ pectora ſacerdotum concutiunt. Fragiles animas;ideſt fragilis corporis animas:quæ uim tantam ſuſtinere non poſſunt. Sic:ut ſupra diximus. Longo tempore:ideſt poſt longum ſilentium. Tripodes:erant tabulæ apollinis:quibus ſuper impoſitum erat corium phytonis:ad quos tripodas cum ueniſſet ſacerdos ſtatim dei numine replebatur. Immotos:quia nemo ad ipſos peruenerat. Silentia:quia diu ſiluerant. Vaſtæ rupis:ideſt magni & profundi illius antri. Ad ultima:uſq; ad ultimum.

S ollicitat:iuſſus ſedes laxare uerendas
A ntiſtes:pauidamque deis immittere uatem.
C aſtalios circum latices nemorumque receſſus
P hœmonoen errore uagam:curiſque uacantem
C orripuit:cogitque fores irrumpere templi.
L imine terrifico metuens conſiſtere phœbas:
A bſterrere ducem noſcendi ardore futura
C aſſa fraude parat:quid ſpes ait improba ueri
T e romane trahit? muto parnaſus hiatu
C onticuit:preſſitque deum:ſeu ſpiritus iſtas
D eſtituit fauces:mundique in deuia uerſum
D uxit iter.ſeu barbarica cum lampade phyton
A rſit in immenſas cineres abiere cauernas
E t phœbi tenuere uiam:ſeu ſponte deorum
C yrrha tacet:fatique ſat eſt arcana futuri
C armina longæuæ uobis commiſſa ſibyllæ:
S eu pæan ſolitus templis arcere nocentes
O ra quibus ſoluat noſtro non inuenit æuo.
V irginei patuere doli:fecitque negatis
N uminibus metus ipſe fidem:tunc torta priores
S tringit uitta comas:crineſque in terga ſolutos
C andida phocaica complectitur infula lauro.

Antiſtes iuſſus:antiſtes templi iuſſus ab Appio ut aperiret antrũ & phœbadem uirginẽ immitteret:diu quæſiuit phœbadem:quæ per Parnaſum circa caſtalium fontem uagabatur ſecura:non dubitabat enim poſt diuturnum tempus fore aliquem qui reſponſa dei peteret. Antiſtes:templi cuſtos qui alio noĩe æditu us appellat. Phœmonoen:uirginẽ phœbadem:ná quæ eo temporis præerat ſacerdos tẽpli ſic appellabatur:phœmone prima diuinatrix pythia fuit:ſic & uates ipſa uocata eſt:ut refert Strabo. Receſſus.i.circum ſecreta nemorum. Cogit:in uitam ut accepto numine reſponſa det. Limine terrifico:phœbas quæ didicerat diſcrimine ſalutis ſuæ deũ pectore accipere:conata ẽ diſſuadere Appio ne uellet ab apolline reſpõſa accipere:ꝙ iam diu deſierat dare reſponſa:& cæteras rões afferebat:cur iam deus in ãtro ſileret:ſed nihil ſuis rõnibus apud Appium ualuit. Phœbas:nomen græcum. Limine:in antro Apollinis. Terrifico:terrorem incutienti. Abſterrere:remouere. Caſſa:irrita & uana. Improba:proterua:quia ſperas ſupra quá obtinere poſſis. Veri:ut uerũ ex oraculo cognoſcere poſſis. Parnaſus.i.cyrrha.totum.pro parte. Hiatu muto:nullam uocẽ reddente. Preſſitq; deum.i.clauſit ut nullá uocem emittere uelit. Spiritus:obmutuit inquit oraculum.nam ex antro erupit & alio migrauit. Verſum:cõuerſũ. Deuia:extrema mundi. Seu barbarica:ſecũda ratio:ſeu inquit cum templũ combuſtum eſt:& a Xerxe & Brenno rege gallorum cineres clauſere ſpiracula tẽpli:unde uox illa erumpebat:ut poſtea exire nequiuerit. Phyton.i.cortina phœbi. Tenuere uiam.i.ſpiracula unde uox phœbi emittebatur. Seu ſponte deorũ:tertia ratio:ſeu etiam ita dii uoluerunt ut poſthac reſponſa daret:qa ſufficit uobis o ro.libros ſibyllinos habere:ũde poſſitis fata ueſtra cognoſcere. Arcana.ſ.carmina. Longæuæ ſibyllæ:quia cum Apollo captus eſſet amore ſibyllæ:& illa Apollini conſentire nollet:ut eam præmio duceret:dedit liberam optionem petendi quicquid uellet:illa manu compræhendens arenam quantam utraque manus compræhendere poteſt:petiit ab Apolline ut ſibi daret uitam tot annorum quot grana arenæ manibus compræhendiſſet:ille conſenſit:quæ ad ultimam ſenectutem redacta:cum nec quidem oculoſ attollere poſſet:& iam uitæ ipſam tæderet:ciueſ cõmiſeratione eius commoti:quia ſub hac conditione uitam diuturnam(ſicuti petierat)conceſſerat Apollo:ut nunquam moreretur:donec patriam ſuam uideret:epiſtolam fecere:quam creta ſuæ terræ ſigillarunt.ſibylla accepta epiſtola terram ſuam uidit.uidelicet Cretam:& ſtatim in mortem reſoluta eſt. Seu pæan:alia ratio.ſeu ideo tacuit Apollo:cum mos eius fuerit nemini reſponſa dare niſi piis.omnes autem nunc nocentes ſunt:& neminem inuenit cui reſpondere poſſit. Soluat:aperiat cum iam ad hanc fecem ætatis peruenerint homines:ut nemo niſi nocens inueniatur:ideo Apollinis oraculum tacuit. Virginei patuere doli:his rationibus uſa eſt ſacerdos quæ non uidebantur contemnendæ:ſed tamen in hoc ipſo ꝙ metuebat uirgo:intellexit fraudẽ illius Appius. Doli:inſidiæ:quibus Appium a petendo oraculo abſterrere parabat. Negatis:nam ꝙ negabat reſpõſa dari:ſignificabat metum. Tunc tota:quia non potuit deterrere Appium a propoſito:uirgo coacta eſt inſignia ſacerdotis accipere:ut in antrum ingrederetur ritu ſacerdotis. Prioris:a fronte. Stringit comas:more mulierũ:quæ crines uitta compræhenſos capiti intorquent & inuoluunt. Phocaica infula:ideſt phœbeia:nam ut refert Strabo ad occiduos uſque phocidis montes locatus eſt Parnaſus muſis & apollini dedicatus. Hærentem:tardantem:quia ingredi nolebat ad periculum manifeſtum:ſciebat enim nõ inde ſe exituram ſine magno uitæ ſuæ diſcrimine. Premens:urgens. Illa pauens:nec dum a fraude & dolo deſtitit:nam cum paulo proceſſiſſet:ſimulauit ſe accepiſſe numen & uerba neſcioquæ incerta & abigua dicere:quæ quaſi reſponſa uideri uolebat:ſed Appius etiam fraudem cognouit & minatus eſt grauiter:niſi ad tripodas Apollinis ueniret.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Penetrale:quia niſi ad interiorē templi partē deſcendiſſet:non recipiebat numen. Prima parte:in ipſo adi tu. Simulans:quaſi deus in ſe inſediſſet. Quiete:quia quietū erat pectus:ideo manifeſtum erat nondū afflatam eſſe. Confuſæ uocis:non enī prius fata & reſponſa dabat ſacerdos:q̄ in inſaniá conuerteretur. Intactum:inſtigatū incitatū:quia murmur uocis confuſum non erat:ideo teſtatur mentē ſuam nullo furore perculſam:& bis intelligitur:ut ſit nullo furore. Teſtata:oñdens nullo furore. Haud æque læſura:quibus uerbis non magis læſura erat Appiū:q̄ fidem oraculi:ná dum falſa diceret fidem oraculi offendebat:quia mendacium Appius & cæteri attribuiſſent Apollini.

Hærentem:dubiamque premēs in tēpla ſacerdos
Impulit:illa pauens adyti penetrale remoti
Fatidicum prima templorum in parte reſiſtit:
Atque deum ſimulans:ſub pectore ficta quieto
Verba refert nullo confuſæ murmure uocis
Inſtinctam ſacro mentem teſtata furore.
Haud æque læſura ducem cui falſa canebat:
Quam tripodas:phœbiq; fidē:non rupta tremēti
Verba ſono:nec uox antri complere capacis
Sufficiens ſpacium:nulloque horrore comarum
Excuſſæ laurus:immotaque culmina templi:
Securumque nemus:ueritam ſe credere phœbo
Prodiderant:ſenſit tripodas ceſſare:furenſque
Appius:& nobis meritas dabis impia pœnas:
Et ſuperis quos fingis ait:niſi mergeris antris:
Deque orbis trepidis tanto conſulta tumultu
Deſinis ipſa loqui:tandem conterrita uirgo
Confugit ad tripodas:uaſtiſque adducta cauernis
Hæſit:& inſueto concepit pectore numen.
Quod non exhauſtæ per tot iam ſæcula rupis
Spiritus ingeſſit uati:tandemque potitus
Pectore cirrhæo non unquam plenior artus
Phœbados irrupit pæan:mentemque priorem
Expulit:atque hominem toto ſibi cedere iuſſit
Pectore:bacchatur demens:aliena per antrum
Colla ferens:uittaſque dei phœbeaque ſerta
Erectis diſcuſſa comis per inania templi
Ancipiti ceruice rotat:ſpargitque uaganti
Obſtantes tripodas:magnoque exæſtuat igne.
Iratum te phœbe ferens:nec uerbere ſolo
Vteris:& ſtimulos flammaſque in uiſcera mergis.
Accipit & frenos nec tantum prodere uati:
Quantum ſcire licet:uenit ætas omnis in unam

Canebat:dicebat. Fidem:quia mendaciū illud deo aſcriptū fuiſſet. Nō rupta:quia uerba non emittebat interrupta:ſed ſemiplēa. Nec uox:emiſſa uox exaudiri pene poterat:qa humana nō diuina erat ná cū diuina erat:adeo reſonabat:ut uniuerſum templū compleret. Spacium.ſ.antri:quia cū deum accepiſſet uirgo:rigebant crines adeo ut eiicerentur ſerta laurea de capite. Horrore.i.rigore:quia comæ non rigebant ut excuterētur ſerta laurea. Immotaq; culmina tēplo:quia tremere oia uiſa repente:ut Virg.ait:tamen nihil hic mouebatur. Securū:nulla trepidatione concuſſum ſicut antea conſueuerat.i.quietum. Credere.i.committere ſe phœbo. Senſit tripodas:illa quidem ſimulabat ſe accepiſſe deū:ſed Appius ita plenus minari cœpit:niſi aditum tēpli ingrederetur & deſineret ipſa per ſe loqui:daret pœnas:cum præſertim tantis de rebus conſuleret:ita correpta uirgo tádem deſcendit ad tripodas:& in furorem conuerſa eſt. Ceſſare.i.a uerbis alienos eſſe:quia non ab adito numen acceperat. Furens:indignabūdus. Impia cōtra deos:nam ſicut pietas & in patriá & in deos & in parentes debetur:ita ipietas:eſt aūt pietas hoc loco ſcientia colendorum deoꝝ:impietas e cōtrario. Et ſuperis quos fingis:quia non recte colis deū:imo mentiris. Mergeris:ingreſſá fueris antrú. Ipſa.i.per te ipſam. Inſueto iſolito:quia numen illud diu reſponſa nō dederat:& plenius erat antrum numine:ideo maiore q̄titate numinis pectus puellæ repletum ē.

Non exhauſtæ.i.plenæ. Ingeſſit:inculcauit. Pectore cirrhæo:uirgineo q̄ cyrrhæi antri cuſtos atque ſacerdos erat.

Irrupit:ingreſſus eſt pæan phœbados pectus. Plenior:maior. Mentem priorem:humanitatem ex pectore uirginis extruſit. Demens:inſana more bacchantium. Aliena:ideſt a mente ſua remota.

Serta:redimicula capitis quibus ſacerdos religabatur.ſignificat iſulam. Phœbea:ſignificat laurum:quæ apollini eſt cōſecrata. Per inania:uacuum & conuexitatem templi. Spargitq;:& illa cum uagaretur inſana ſæpe offendebatur tripodibus quos in medio templi euertebat. Spargit:euertit. Igne.ſ.furore & uehementia irarum.

Nec uerbere ſolo:nec ſolum inquit ſtimulas & irritas uirginem ut futura prædicat:ſed reprimis atq; refrenas ut multa taceat. Flámas:aperiēdi res occultas cupiditatē. Prodere:ná oia ſciebat ſed niſi qđ cōcederet phœbus dicere poterat. Ois ætas:præſens p̄terita & futura.i.oē ſæculum qđ a conſtitutione mūdi fuerat ſciebat.

Congeriem:cumulum.ſ.mentis illius. Tot ſæcula.ſ.quot præterierant. Premunt:occupant. Patet.ſ.menti puellæ. Nititur in lu.in apertum quia quæ mente conceperat:uolebant ut cognoſcerētur:ſed Apollo prohibebat. Luctantur.ſ.exire. Petentia.apetētia uocem puellæ ut declarētur. Deerat.ſ.ſcientiæ illius.

Prima dies.i.ſciebat a prima cōſtitutiōe mūdi uſq; ad finē:quæ facta præterita & futura erát. Nō modus.i.mēſura:quia exprimere potuiſſet numerū arenarū:ſi deus permiſiſſet. Talis.nūc per ſimilitudinē:talis iquit erat qualis Cumea ſybilla quæ oia quæcūq; fuerát & erát futura ſciēs:tedio uaticinádi oibus delegit unū imperiū Ro.quod cæteris preſtabat:ubi futura p̄diceret:ná libros ſybillinos ſcripſit:quibus romana fata cōtinētur:ita hæc puella licet oia ſciret:tamē nō oia dicere uoluit:nec potuit. Euboico receſſu.i.in antro cumaꝝ:quas Eubočſes:ut refert Solinus condiderūt:& ibi ſacellū & antrū eſt illud famoſū ſybillæ:De quo multa uirgilius.

Congeriem:miſerūq; premunt tot ſæcula pectus.
Tanta patet rerum ſeries:atque omne futurum
Nititur in lucem:uocemque petentia fata
Luctantur:non prima dies:non ultima mundi
Non modus oceani:numerus non deerat harenæ
Talis in euboico uates cumana receſſu:
Indignata ſuum multis ſeruire furorem
Gentibus:ex tanta fatorum ſtrage ſuperba
Excerpſit romana manu:ſic plena laborat
Phœmonoe phœbo dum te conſultor operti
Caſtalia tellure dei uix inuenit appi
Inter fata diu quærens tam magna latentem.
Spumea tunc primum rabies ueſana per ora
Effluit:& gemitus & anhelo clara meatu
Murmura:tunc mœſtus uaſtis ululatus in antris:
Extremæque ſonant domita iam uirgine uoces.
Effugis ingentes tanti diſcriminis expers
Bellorum romane minas:ſoluſque quietem
Euboici uaſta lateris conualle tenebis.
Cætera ſuppreſſit:fauceſque obſtruxit apollo.
Cuſtodes tripodes fatorum arcanaque mundi
Tuque potens ueri pæan:nullumque futuri
A ſuperis celate diem:ſuprema ruentis
Imperii:cæſoſque duces:& funera regum
Et tot in heſperio collapſas ſanguine gentes
Cur aperire times? an nondum numina tantum
Decreuere nefas? & adhuc dubitantibus aſtris
Pompeii damnare caput tot fata tenentur?
Vindicis an gladii facinus pœnaſque furoris:
Regnaque ad ultores iterum redeuntia brutos
Vt peragat fortuna taces? tunc pectore uatis

Multis gentibus.i.etiá iſimis. Strage cumulo fatoꝝ. Supba:generoſa. Sic:eodem mō laborat:ut diligēter exquirat mēte ſua ea oia excipere quæ ad te ptineát o Appi. Opti.neq; eni licebat alia aperire:ſed ea tantū de quibus cōſultetur:cōſultor dicitur qui cōſulit & reſponſum petit.Horatius cōſultor ubi hoſtia pulſat.

Caſtalia tellure.i.in cyrrha:iuxta quam fons eſt caſtalius muſis ſacer. Vix inuenit:quia inter rerum oīum ſciam latebat:quod ſcire uolebat Appius:iō non facile inueniebat. Diu quærens:cū tandem iueniſſet quod ſcire cupiebat Appius:renouato furore maiorē quaſi rabiem præ ſe ferens ſpumas ex ore uomebat. Effluit.ſ.e pectore. Anhelo meatu:quia nimio ſpiritu trahebantur. Domita.i.iá ſubacta impio Apollinis.tanſlatio eſt ab equo:qua etiam in ſibylla utitur Virgilius Os rabidum fera corda domás. Effugis ingentes:Appio reſpōdet phœmonoe. Soluſq; quietem:habebis quietē i ualle Euboici maris cōſtitutus. In uaſta cōualle:nam ibi ſepultus eſt:& ita bellum ciuile morte præuentus effugit. Cætera ſuppreſſit:quæ nō pertinebant ad appiū. Cuſtodes:nunc ad phœbum apoſtrophat interrogans:cur non oia dicat q̄ populo Romano imminebant pericula:non enim omnes clades exprimebat.ut populus ro.prouidere poſſet:deinde cauſas dicit:cur ea uoluerit eſſe occulta Apollo. Tripodes.i.Apollo cuius tripodes in templo delphico poſiti ſunt

Fatorum arcana:idem ē:nam fata ſunt ſecreta totius mundi. Futuri.i.qui cognoſcis futura tanq̄ præſentia. Suprema:finem ultimum.

Duces:qui tot occiſi fuerunt. Regum:qui ſimul cum Roma.cecidere. An nondum:reſpondet tacitæ quæſtioni an fortaſſe ideo taces:quia nondum dii ſtatuere quid futurum ſit:& nondum ſatis planum ſit moriturum eſſe Pompeium. Dubitantibus aſtris:ſecundum opinionem eorum:qui dicunt omnia fieri infuſione ſtellarum. Tot fata.ideſt tot uentura. Vindicis:alia ratio eſt ne ſi omnia dixeris prohibeatur Brutus ulciſci patriam a Cæſare oppreſſam:ná ſi hoc præſciuerit Cæſar prohibebit ne ſibi ſtruátur inſidiæ. Facinus:.ſ.præclarū:ná laudat hoc factū Bruti qui patriá a tyránide liberauit. Vīdicis:Bruti ultoris p̄riæ. Furore:Cæſaris qa furore potius q̄ rōe ductus libertatē occupauit. Ad ultores brutos:ſicut p̄mus ille brutus pulſis regibus ad conſulatum redegit ipium:ita nūc quoq; futuꝝ ē ut occiſo cæſare iteꝝ conſulatus.i urbe ipiū teneat.

I mpactæ ceſſere fores:expulſaque templis
P roſiluit:perſtat rabies:nec cuncta locuta eſt.
Q uem non emiſit ſupereſt deus:illa feroces
T orquet adhuc oculos: totoque uagantia cælo
L umina nūc uultu pauido nunc torua minaci:
S tat nunquam facies:rubor igneus inficit ora:
L iuenteſque genas:nec qui ſolet eſſe timenti
T erribilis ſed pallor ineſt:nec feſſa quieſcunt
C orda:ſed ut tumidus boreæ poſt flamina pōtus
R auca gemit:ſic multa leuant ſuſpiria uatem.
D umque a luce ſacra qua uidit fata refertur
A d uulgare iubar:mediæ uenere tenebræ:
I am miſit ſtygiam pæan in uiſcera lethen:
Q uæ raperet ſecreta deum: tunc pectore uerum
F ugit:& ad phœbi tripodas rediere futura
V ixque refecta cadit.nec te uicinia leti
T erritat ambiguis fruſtratum ſortibus appi:
I ure ſed incerto mundi ſub ſydere regnum
C halcidos euboicæ uana ſpe rapte parabas.
H eu demens nullum belli ſentire fragorem:
T ot mundi caruiſſe malis:præſtare deorum
E xcepta quis morte poteſt: ſecreta tenebis
L ittoris euboici memorando condite buſto
Q ua maris anguſtat fauces anguſta caryſtos:

Ceſſere fores:quia eas furibunda impulit. Impactæ:impulſæ. Expulſa:eiecta impetu numinis. Perſtat rabies:adhuc furor & inſania permanſit in pectore. Quem non emiſit.i.expreſſit loquendo:fata.n. quæ a phœmonoe retinebantur in pectore:luctabantur exire:ideo furoris adhuc reliquiæ permanebant. Lumina: quia ſuſpiciebat huc & illuc ferens uultum. Stat nunq̄ facies:quia modo læta mō triſtis uidebatur. Rubor igneus:modo quaſi irata rubeſcebat facies. Pallor:furoris:non qui ſolet eſſe timenti:ſed terrorem ſignificabat. Nec feſſa quieſcunt:phyſionomice:q̄uis feſſa:tamen non quieſcebant. Sed ut timidus: dicit emiſiſſe ſuſpiria e pectore ſacerdotem: qualia ſolet emittere murmure ſuo boreas:tunc cū flare deſinit: nam q̄q̄ ſenſim dimiſiſſet furorem:tamē aliquid furoris cogebat eam ſuſpiria emittere: & effundendo ſuſpiria quodammō pectora leuari uidebantur.

Pontus gemit:quia poſtq̄ mare boreas turbauerit: & uiolentus ille ſpiritus diſcedere incipiat:tm̄ adhuc mare priorē perturbationē ſentit & murmur emittit. Rauca:pro rauce. Leuant:nā ſi crebra ſuſpiria remittimus:leuari quodāmodo uidet̄ grauitas cordis. Dūq; a luce:dum ab illa cognitione diuina & dū a templo exiret dicit diuinam quidē mentem relinquere:humanam autē recipere:inter hæc duo extrema tenebræ oculis obortæ ſunt: & exanguis cecidit.lucem uero appellauit eo ꝙ in ea uiderat oīa atq; cognouerat.

Ad uulgare iubar.i.ad cōem ſenſum & humanam mentē: nam humana mens ē lux cōmunis & intellectus:ille uero diuinus erat. Mediæ tenebræ:iter diſceſſum diuinæ mentis:& redditū humanæ. Immiſit ſtygiam.i. obliuionem rerum omnium:nam ſtyx appellatur palus inferni: de qua cū biberint aīæ malorum oīum obliuiſcūtur:quæ perpeſſæ ſunt.Item Strabo libro.viii.dicit:in argiua ora apud Pheneum campum ſtare ſtygis aquas: ſic enim uocatur lœtalis aquæ ſtillicidium: quam ſacram hoīum facit opinio. Raperet:auferret. Futura:quæ in pectore illius cōſtiterant. Refecta.i.quæ uix refici potuit a tanto furore. Nec te:nunc redit ad Appiū:dicens quō Appium fefellit oraculum Apollinis:quia dixerat ipſum ſolum effugere minas bellorum ciuilium:& ſoli dicere in Euboico littore in pace conſiſtere. Vicinia.i.uicinitas mortis. Subſidere.i.tibi ſubiicere. Incerto iure:incerta poteſtate:uidelicet uter mundi teneret īperium:an cæſar:an Pompeius. Rapte:ſublate. Chalcidos euboicæ:chalcis euboicæ metropolis prædicatur & ꝓcul dubio dignitatis principatum reportat. Euboicæ:dicit quia:ut inquit Strabo Chalcis eiuſdē appellationis in Etolia quoq; dr̄. Heu de.quia ea tibi perſuades:q̄ uix deus cuiq̄ præſtare pōt:ut toto orbe terrarum perturbato nihil perturbationis abs te ſentiatur. Excepta morte.i.non intelligis deum minari tibi mortē:cum dicat te quieſcere poſſe. Secreta tenebis: o demens inq̄t Appi tu credis te ſolum īmunem fore belli ciuilis:ſed te multum fallit opinio:nam mors erit quæ te premet:& hanc tibi quietē dixit apollo:nam in Euboea ſepultus iacebis:& hic Lucanus locū deſcribit ubi ſepulchrum habuerit Appius. Secreta.i.ſeceſſum. Memorādo:quia memoriā maris illius ſepulchrum tenebit. Caryſtos:ciuitas eſt euboæ Caryſtos:ut refert Strabo ſub montē Salomin in atticam proſpectantem conſiſtit:ad Caryſtum lapis naſcitur:quē pectunt:nent:texunt:inde mantilia conficiunt̄ egregie cōtexta:ea ubi ſordeſcunt in flammam proiecta non ſecus mundantur:q̄ ſi maculas elueris. Solinus dicit:ꝙ ibi fiunt carbaſa quæ inter ignes ualent:& ꝙ chalcis eadem habita eſt apud priſcos:ut Callidemus auctor eſt:ære ibi primum reperto. Anguſtat fauces:nam collis īminet mari:& in eo colle poſita eſt Caryſtos ciuitas quam ideo ſaxoſam appellauit. Rhamnis:rhamnis ut inquit Strabo ciuitas atticæ nemeſeos templum habet & ſtatuam: quod Diodoti opus plæriq; dicunt:aliqui uero agoracriti parii:quæ ex magniaudine & pulchritudine perfecta: magis ac magis & cum phidiæ operibus æmulatione contendit. Tumidis infeſta: irata ſuperbis.

E t tumidis infeſta colit qua numina rhamnys
A rctatus rapido feruet qua gurgite pontus:
E uripuſque trahit curſum mutantibus undis:
C alcidicas puppes ad iniquam claſſibus aulim:
I nterea domitis cæſar remeabat iberis
V ictrices aquilas alium laturus in orbem:
C um prope fatorum tantos per ꝓſpera curſus
A uertere dei:nullo nam marte ſubactus
I ntra caſtrorum timuit tentoria ductor:
P erdere ſucceſſus ſcelerum:cum pene fideles
P er tot bella manus ſatiatæ ſanguine tandem
D eſtituere ducem: ſeu mœſto claſſica paulum
I ntermiſſa ſono:clauſuſque & frigidus enſis
E xpulerat belli furias: ſeu præmia miles
D um maiora petit:damnat cauſamque ducemq;:
E t ſcelere imbutos etiam nunc uendicat enſes
H aud magis expertus diſcrimine cæſar in ullo eſt:
Q uam non e ſtabili tremulo ſed culmiue cuncta

Numina.ſ.nemeſeos.Nemeſis autem dea eſt quæ contra ſuperbos colitur: & nimia felicitate elatos:dicta a νεμεσάω īdignum puto:& ſuccenſeo:quia iraſcatur elatis ī ſuperbiam. Catullus Ne pœnas nemeſis repoſcat a te:Eſt uehemens dea:lædere hanc caueto.Inde rhamnuſia eſt appellata Eadem iuxta cyricum adraſtea dicta eſt ab adraſto qui templum ei conſtruxit.Venerationis locum habet poſt aurem dextram:quam antiqui attīgebāt quum eam uenerabantur.Plæriq; rhamnuſiam pro fortuna capiunt:ſed falſo. Pontus arctatu.ſ.iter ſaxa mōtis:ſuper quo īpoſita eſt aulis.Aulis (auctore Strabōe libro nono) lapidoſa ſane ora & Tanagreorum uicus eſt: portus ſane eſt q̄nquagīta capiens naues: quo circa græcorum claſſe magno ī portu conſcendiſſe ſimile ueri eſt: prope conſiſtit chalcidis euripus. Rapido: unū ſeq̄tur ex altero:ubi mare anguſtum eſt:ibi ſolet eſſe maior æſtus. Euripuſq;:ægæi maris ſinus eſt:inter Euboeam īſulam: & Boetiam: ſiue phocidem ī lōgum arctūq; productus:& ſepties inter die & nocte reciprocas agit undas: ideo infidus dicitur eſſe carinis:de huius Euripi natura legitur q̄dam philoſophus eiuſdem noīs cum eū diu multumq; conſyderans īuenire non poſſet: q̄a reciprocas ageret uices: poſtq̄ ſcire non potuit naturam flumīs:ſe præcipitem dedit ī medios fluctus:dicēs:quandoq̄dem euripus euripum non habet: euripus euripum habeat. Chalcidicas:euboicas. Ad aulidem iniquam claſſibus.ſ.græcorum:nam cum ī aulidem græci ueniſſent:& mare perturbatum eſſet:aliquādiu retenti ſunt:nec prius mare paccatum fuit:q̄ de ſanguine regio placaretur diana: cuius ceruam Agamēnon occiderat:q̄uis fabulæ dicant:cum iphigeniam imolaturus eſſet pater:diana cōmiſeratione ſtatim ceruam ſubiecit. Ad:uſq; ad. tantus eſt īpetus Euripi ut uſque ad aulidem naues īpellat. Claſſibus:ſcilicet Agamennoniis ibi tempeſtate maris diu retentis. Interea cæſar:dum hæc geruntur Cæſar ſubactis Petreio & Afranio ex hiſpania cum exercitu uictore redibat ut Pompeium ſequeretur Sed hic fortuna quæ ſemper Cæſari ſecunda fuerat neſcio q̄d dubitaſſe uidetur: an ſequeretur Cæſaris uoluntatem: nam milites diſſenſionem fecere:ita ut iam plane per omnem exercitum dicerent ſe poſt hac Cæſarem ſequi nolle: poſtquam nullum ex tot laboribus atque periculis præmium conſequerentur:& quanquam ſeditio ferme illuc peruenerit:ut Cæſarem deſererent: tamē Cæſar ſicuti ſemper in rebus difficillimis maior apparebat:ita hoc tempore oppreſſit hanc ſeditionem militum ut multo quam antea obſequentiores facti ſint.Nonam ſiquidem tumultuantem legionem apud placentiam: quanquam adhuc in armis Pompeius eſſet (ut refert Suetonius) tutam cum ignominia miſſam fecit:ægreque poſt multas preces: nec non exacta de fontibus pœna reſtituit.minatus fuerat (auctore appiano) decimum quenque morte mulctare ſed gemitu ab uniuerſa legione edito: & prætoribus genibus affuſis qui ueniam depoſcebant:cæſar poſt modicum uix tandem ab ira liberatus hoc ſolum conceſſiſſe uiſus:ut centum duntaxat &.xx. ſeditionis principes ab omnibus eligeret:duodecimque ex his a cæteris ſelectos ſupplicio afficeret. Laturus ui.aq̄las:ideſt exercitum uictorem ducturus. In alium orbē:ut in græciam ſequeretur Pompeium. Per proſpera:quia fortuna omnia ex uoto Cæſaris. Tantos curſus:ſeditione orta in exercitu quam deſcribit. Nullo iam marte ſecundo:cum ſemper aduerſus hoſtes Cæſar uictor extitiſſet in ſuis caſtris timuit: ne ſeditione militum deſertus uinceretur. Scelerum:ꝙ contra patriam arma ſumpſiſſet. Cum pene:id autem fuit:cum haud procul abfuit:q̄n milites Cæſarē deſererent:quamuis per tot bella ſemp fidelissimi fuiſſent. Fideles per tot bella:quæ ī gallia britannia germania nouiſſime geſſerant. Seu mœſto:rationes nonnullas affert:quamobrem animi fortaſſe militum mutati fuerint:quia non nihil intermiſerant bella:ꝙ in cruento marte Petreium & Afranium uicerant:& quia non redibant in Italiam:& quia deſueti erant a pugna: ideo hebetiores facti incipiebant nunc bonum pacis cognoſcere. Mœſto ſono:quia mœſticiam īducit. Clauſuſque & frigidus:ideſt non exercitatus ad cædes. Expulerat:ſcilicet e mente militum īſaniam belli. Præmia: ſeu ꝙ laboribus ſuis haud digna præmia conſequebantur. Damnat cauſam:quaſi inhoneſtam. Ducemque:quaſi ingratum. Scelere imbutos:q̄a etiam poſtq̄ ſcelus cōmiſerant a ſcelere enſes liberare uolebāt. Haud magis expertus:& ſi oīa ex uoto cedebāt: tm̄ nō ītellexit unq̄ ſtatū ſuū eē tā debilē ſicuti nūc:cū pene deſtitutus ab oī exercitu ipſe ſolus ſtaret.

Deſpiceret:tanquam deorſum aſpiceret tráſlatio ab eo qui in ſummo gradu conſtitutus ipſe ſuperſtes alios inferiores deſpicit. Culmine:ex altitudine gradus incerti. Truncus: nam Cæſarem quaſi corpus appellauit:exercitum & milites corporis manus. Raptis manibus:amiſſis militibus ſuis. Gladio ſuo:deficientibus armis militum. Non pauidum:iam inquit non clam murmurabant in ſuum ducem milites ſed palam uerba contumelioſa iactabant:ut appareret eos a duce ſuo penitus alienos eſſe. Tecto:ſimulato. Nec quæ dicit unam uel potiſſimam cauſam eſſe cur populi metuant tyrannum:nec ſe ab illius iniuria ulciſcantur: quod unuſquiſque credit ſibi ſoli iniuſte imperari:non cæteris:ná ſi crederet ita ab uniuerſis odio haberi: ſicut a ſe: non dubitaret aperte inuadere tyrannum: ſed hæc cauſa non erat in ipſis:nam milites Cæſaris conſcii erant ſibi inuicem q̄ omnes odio Cæſarem haberent. Dum quiſque pauet: tyrannus uult timeri: & tamen timet populum ſuum ut in officiis Cicero ait. Iniuſta grauari:ſynecdoche é ut grauatur mé tem ideſt exiſtimat ſibi ſoli iniuſte imperare potentem. Exoluerat:liberauerat:qa omnes ſciebant ſibi inuiſum eſſe Cæſarem.

Quicquid multis peccatur:nam ſi unus uel decem auderent tyrannum ulciſci: tamen non poſſent: at ſi uniuerſa ciuitas cóſentit ulciſci audet iniuriam. Effudere: euomuere iras quas ſimul in pectore tenebant. Liceat diſcedere cæſar: eſt diſſuaſio né cæſari militent: nam ſub eo militia dura eſt & laborioſa.argumentum a difficili. Liceat:conſtitutio coniecturalis: licet diſcedere? non licet:quæſtio eſt:utrum liceat. Aut conſtitutio eſt iuridicialis. hoc modo Diſceditis uos a militia? diſcedimuſ ſed iuſte:nam ingratus es:at tamen non licet uobis iuratis ab Imperatore ueſtro diſcedere:concedendum eſt:ſed refellit oia: primo quia magna pericula & labores perpeſſi ſunt:& patiuntur:tamé nullum præmium accepere Rurſus arguit a neceſſario quia ſi etiam diutius ſub eo militare uoluerit non poſſent:cum ad decrepitam ætatem peruenerint.rurſus ab inutili qa uictoriæ præmia ſolus poſſidet. Quæris: a difficili arguit:qa laborioſa eſt militia:quæris ferrum iugulis noſtris:q terra mariq; occidimur. Viles.ſ.tibi. Partem du. hi.b. ſ.fame:cú diluuiú hiſpaniá oém inundauit adeo ut extrema iopia laborarent multi perierunt:nam armis pene nullus conſumptus é. Iacet:apud Maſſiliam í Italia. Totoq; exercitus orbe:nos qdem occidimur:tu uero uictor appellaris. Fudiſſe cruorem:tot labores ſunt:tot pericula:ut ubiq; ſanguiné noſtrum ꝓ uictoria tua effuderimus:& ſine præmio. Terris arctois:í galliá:germania:& Británia quæ ſunt í ſeptétrióe. Rhodano rhenoq; ſub.i.ſubactis populis: q iuxta rhenum & rhodanú habitát.rhodanus galliæ.rhenus germaniæ flu.é. Toc mihi:qa his bellis:quæ p tot annos ſuſtinuimus í diuerſo orbe terrarum:nihil niſi ciuile bellum ſupereſt. Cœpimus expulſo:cum íqt urbem romam ígreſſi ſumus:nec diuia:nec humana licuit nobis diripere quando nil prædæ conſecuti ſumus: & oía í poteſtate tua fuerit:qd ide utilitatis conſecuti fuimus í urbe:quæ eſt opulentiſſima? qd ex aliis ſupeſt quod ſperare poſſimus? Deoꝝ:temploꝝ. Imus í omen nefas:ergo ſcelus noſtrum eſt:utilitas uero tua:ná oía ſcelera cómittimus propter diuitias:ſed tamen nos pauperes ſumus:tanquá pii & innocentes. Finis quis quæ. armis? quando nec capta Roma tibi ſufficere potuit. Iam reſpice canos:ſi nihil aliud cogit nos ab armis diſcede e: ſaltem hoc:iam enim ſenectus & mors ipſa imminet nobis:inde inquit membra noſtra ſunt exhauſta ſanguine: & corpora noſtra ſenectute effœta. Vſus abit uitæ ille ení ex uita abiit:cuius uita nullius fructus é. Et improba:hæc eſt petitio:ut non in caſtris:ſed domi noſtræ moriamur. Ceſpite:ut non nuda terra moriamur.

D eſpiceret:ſtaretque ſuper titubantia fultus
T ot raptis truncus manibus:gladioque relictus
P ene ſuo:qui tot gentes in bella trahebat:
S cit non eſſe ducis ſtrictos ſed militis enſes.
N on pauidú iam murmur erat:nec pectore tecto
I ra latens:nam quæ dubias conſtringere mentes
C auſa ſolet:dú quiſque pauet:qbus ipſe timori é:
S eque putat ſolum regnorum iniuſta grauari
H aud retinet:quippe ipſa metus exoluerat audax
T urba ſuos:quicquid multis peccatur inultum é.
E ffudere minas.liceat diſcedere cæſar
A rabiæ ſcelerum: quæris terraque marique
H is ferrum iugulis animaſque effundere uiles
Q uolibet hoſte paras:partem tibi gallia noſtri
E ripuit:partem duris hiſpania bellis:
P ars iacet heſperia:totoque exercitus orbe
T e uincente perit: terris fudiſſe cruorem
Q uid iuuat arctois: rhodano rhenoq; ſubactis?
T ot mihi pro bellis bellum ciuile dediſti:
C œpimus expulſo patriæ cum tecta ſenatu:
Q uos hominum uel quos licuit ſpoliare deorú?
I mus in omne nefas:manibus ferroque nocétes
P aupertate pii:finis quis quæritur armis?
Q uid ſatis eſt:ſi roma parum? iam reſpice canos:
I nualidaſque manus:& inanes cerne lacertos:
V ſus abit uitæ:bellis conſumpſimus æuum:
A d mortem dimitte ſenes:en improba uota

Non duro li.i.mori liceat nobis í cubiculis noſtris: apud uxores & liberos:ut ſaltem ſint q morientibus nobis oculos claudant. Non aía galeam:ideſt liceat nobis non armatis iterire.ſecundum eos loquitur:q dicunt aíam eſſe aerem. Anima.i.ſpiritus exire nó poſſit niſi p galeam. Dextrá:uel filioꝝ uel uxoris:uel pentú: qa ſic mos erat:ut propíqores morientibus oculos clauderent. Coniugis illabi.i.iter lachrymas uxoris expirare.

Rogum:qa í caſtris rogus cómunis extruitur:& multoꝝ cadauera uni rogo ſuperipoſita cremantur: liceat ergo ſingulis noſtrum rogum habere. Sit præter gla. ſit aliqua mors præter q̄ quæ eſt illata ferro. Quid uelut:rurſus ab iutili diſſuadet:núqd neſcimus ait quæ utilitas ſit í bello ciuili? q. d. íſani eſſemus:niſi ítelligeremus eorum q bella ciuilia gerunt ſolú labores eſſe:præmia uero unius tantúmodo ducis. Spe: falſa. Portenta: bene appellauit portenta cædes promiſcuas parétum filiorum & fratrum. Nil actum:Cæſar ítelligit poſſe nos illius iniuriam uídicare. Nec fas: arguit a facili. facile eſt a militia diſcedere: qa ſi alios populos uídicauimus:facile poterimus nos quoq; ab iniuria Cæſaris uindicare. Nec uícula uetát:ut ab eo diſcedamus:nec diuío:nec humano iure prohibemur. Rheni mihi cæſar: quoad militauimus ſub cæſare í gallia ille noſter dux fuit:nam prouincia Gallia Cæſari ſenatus populiq; ro.decreto demandata erat:at uero poſtq̄ í Italiá uenit:& urbem ígreſſus é cœpit eſſe priuatus:ergo cum nullum ius habeat magiſtratus: nihil illi obligati ſumus. Socius:qa ita priuatus é ſicuti nos

Facinus:ſicuti nos arma cótra patriam ſumpſimus:ita & Cæſar: ergo commune facinus eſt præmium etiam æquale eé debet. Adde q̄ ígrato: arguit a parte iuris: quæ eſt gratia. ut bene merentibus gratia reddatur:ſed argumentum ítendit:non ſolum Cæſar nullam nobis gratiam:ſed nec gratias qdem agit:qcqd ení gerimus non nobis:ſed fortunæ attribuit. Iudice.ſ. Cæſare ígrato. Nos fatum:ítelliget túc deniq; Cæſar nos illam eſſe fortunam:cui attribuit omnia:cum ab eo diſceſſerimus.

Obſequm: ideſt licet deos tibi ſecundos ſperes fore:tamen cum diſceſſerimus: ítelliges non ita eſſe:nam neceſſario cú aduerſariis tuis pacem iungere cogeris. Infeſto:irato. Depoſcere ducem: paratus etiam mortem inferre duci:ſi forte eos inuitos retinere uoluiſſet. Sic eat:deos poeta precatur ut agant:ſicuti cœperunt nam ſi alio modo bellum ciuile dirimi non poteſt:ſaltem diſcordia militum hoc fiat. Pietas:quæ debetur caritati. Fides:quæ patriæ debetur. Quem non ille ducem:cum diſſenſio tanta orta eſſet in caſtris Cæſaris:nullus dux tanti animi fuiſſet præter Cæſarem:qui non timuiſſet hanc militum perturbationem: ſed in arduis atque difficillimus rebus ſemper fortior efficiebatur. Fata ſed in præceps: ſed Cæſar qui ardua omnia & periculoſa magno animo aggrediebatur:uenit in conſpectum militum ſi forte aliquid contra ſe facere uoluiſſent:& minabundo uultu cœpit eos obiurgare & qui huius ſeditionis auctores fuerant: ſecuri percuti iuſſit: quo facto perterriti cæteri multo pluſquam antea obſequentiores facti ſunt: Alii quoque ueniam petiere ſi quid contra eum minus clæmenter dixiſſent. Fata dimittere:ideſt augere occaſionem fatorum:quia non expectabat fata Cæſar ut ſibi ſecunda eſſent ſed ea præueniebat. Deſæuiat ira:ideſt non expectat donec ira multum deferueſcit: ſed dum incenſi ſunt.

Tentare furores:uidere núqd íperio ſuo cedant:an non. Non illis urbes:hic Lucanus ſicuti ſemp íuehit in Cæſarem:dicit autem illum nihilo magis timuiſſe milites q̄ ne deſereretur ab eis: quos ſciebat iam diu bellis ac facinoribus aſſuetos:& nihil eſſe quod non facile eis concederet:dum modo eos retineret.

N on duro liceat morientia ceſpite membra
P onere:non anima galeam fugiente ferire:
A tque oculos morti clauſuram quærere dextram:
C oniugis illabi lachrymis:unique paratum
S cire rogum:liceat morbis finire ſenectam:
S it præter gladios aliquod ſub cæſare fatum.
Q uid uelut ignaros ad quæ portenta paremur
S pe trahis? uſque adeo ſoli ciuilibus armis:
N eſcimus cuius ſceleris ſit maxima merces?
N il:actum eſt bellis ſi nondum comperit iſtas
O mnia poſſe manus:nec fas nec uincula iuris
H os audire uetant? rheni mihi cæſar in undis
Dux erat:hic ſocius: facinus quos inquinat æquat.
A dde quod ingrato meritorum iudice uirtus
N oſtra petit:quicquid gerimus fortuna uocatur:
N os fatum ſciat eſſe ſuum:licet omne deorum:
O bſequium ſperes irato milite cæſar:
P ax erit.hæc fatus totis diſcurrere caſtris
C œperat:infeſtoque ducem depoſcere uultu.
S ic eat o ſuperi quando pietaſque fideſque
D eſtituunt:moreſque malos ſperare relictum eſt:
F iniem ciuili faciat diſcordia bello.
Q uem non ille ducem potuit terrere tumultus?
F ata ſed in præceps ſolitus dimittere cæſar:
F ortunamque ſuam per ſumma pericula gaudés
E xercere uenit: nec dum deſæuiat ira
E xpectat:medios properat tentare furores.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Non illis: modo cupiditatem eorum Cæſar expleret: nihil militibus negaſſet. Vrbes.ſ.ſpoliandas.qcqd ſceleris: qcqd prædæ ab eo petiiſſent: id facile ípetrare potuiuiſſent: modo ne ab eo diſcederent. Tarpeiamq; ſedem.i.iouis capitolini templa non negaſſet diripienda. Matreſq; ſenatus: matronas primarias eis conceſſiſſet. Paſſuras íſanda: adulteria & ſtupra. Vult oía cæſar.i. placet ut íducti ſceleribus milites ab ipſo ſeparari non poſſint. Præmia: prædam quæ præmium martis eſt. Militis ídomiti: id unum erat quod timebat Cæſar: ne ad ſaniorem mentem milites redirent: & íciperent ſcelus ſuũ cognoſcere. Non pudet: Cæſarem tanq̃

Non illis urbes ſpoliandaque templa negaſſet
Tarpeiamque iouis ſedem: matreſque ſenatus:
Paſſuraſque infanda nurus: uult omnia cæſar
A ſe ſæua peti: uult præmia martis amari:
Militis indomiti tantum mens ſana timetur.
Non pudet heu cæſar ſoli tibi bella placere
In manibus damnata tuis: hos ante pigebit
Sanguinis his ferri graue ius erit: ipſe per omne
Faſque nefaſque ruis: laſſare & diſce ſine armis
Poſſe pati: liceat ſcelerum tibi ponere finem.
Sæue quid inſequeris? quid iam nolẽtibus inſtas?
Bellum te ciuile fugit. ſtetit aggere fulti
Ceſpitis intrepidus uultu: meruitque timeri
Non metuens: atque hæc ira dictante profatur.
Qui modo in abſentem uultu dextraque furebas
Miles: habes nudum próptũq; ad uulnera pectus:
Hinc fuge ſi belli finis placet: enſe relicto.
Detegit imbelles animos nil fortiter auſa
Seditio: tantumque fugam meditata iuuentus:
Ac ducis inuicti rebus laſſata ſecundis.
Vadite: meque meis ad bella relinquite fatis.
Inuenient hæc arma manus: uobiſque repulſis
Tot reddet fortuna uiros: quot tela uacabunt.
An ne fugam magni tanta cum claſſe ſequentur
Heſperiæ gentes? nobis uictoria turbam
Non dabit? impulſi tantum quæ præmia belli
Auferat: & ueſtri rapta mercede laboris
Lauriferos nullo comitetur uulnere currus:
Vos deſpecta ſenes: exhauſtaque ſanguine turba:
Cernetis ueſtros iam plæbs romana triumphos.
Cæſaris an curſus ueſtræ ſentire putatis

præſentem íncrepat: ꝗ ſolus ipſe ſit cui bella ciuilia placeant. Manibus.i.a tuis militibus damnata. manus Impatoris milites appellat. Hos: milites tuos prius pigebit ſanguinis q̃ te. Vis ferri: licentia armorum illis diſplicebit: tibi uero non. Laſſare: defatigeris. imperatiuus modus eſt.

Nolentibus: militibus tuis & cogis eos í bella ruere. Bellum ciuile: non ne uides ꝗ bellum ciuile fugit te & tu illud ſequeris? Stetit aggere fulti: poſt íuectionem redit ad propoſitum: dicens quomodo Cæſar magno aío ſe militibus obtulerit.

Intrepidus uultu.i. uultus talis erat ut metui potius poſſet: q̃ metuere. Aggere: nam aſcẽdit aggerem de ceſpite erectũ ut ab oíbus poſſet circunſpici. Qui modo í ab: Redarguit milites ſuos: & ꝓbat eſſe dimittendos: oſtendit ab utili. ꝗ utile ſit eos dimittere q ſeipſos oſtendunt imbelles: ex eo ꝗ nihil auſi fuerunt: q̃ uerba í íperatorem: & prio captat beniuolentiam ab ipſorum perſona: ut q Cæſarem amát aduerſi fiant: his q ſeditionem concitarũt. í odium ducimus aduerſarium: cũ oſtendimus aliqd ſpurce: ſuperbe factum. oſtendit eos pro Imperatore ſuo: primo confidenter facere uoluiſſe: deíde fidem nõ ſeruaſſe quoniam ei minitabantur. Miles habes: tu q pauloante audebas confidenter contra me: pectus meum apertum uide: quod ferire potes. Hic fuge: deliberat dimittendum eſſe: qa íbelles & ignaui ſint: nam ſi fortes eſſent: non uerbis cõtra Imperatorem exacerbati eſſent: ſed re. Si belli finis. p. iuſta cauſa eſt cur te dimittá. quia non es dignus ſub Cæſare militare.

Nil fortiter auſa.ſ. præter q̃ uti uerbis contumelioſis. Ac ducis iuicti: qa ſecũda fortuna mea faſtidio uobis eſſe cœpit: ideo ídigni eſtis q mecum poſt hac uincatis. Fatis: felicitate mea. Vadite: probauit dimittendos eſſe: qa íbelles & ignaui: rurſus ab utili ꝗ meliores inueniet.

Viros.ſ.fortes. Quot te.ua.i. quot arma mihi ſuperũt: tot mihi fortuna uiros fortes dabit. An ne fugã: ꝓbat a míori ad maius: Si Põpeius fugiẽs milites íuenit q ipſum ſequerẽt: q̃to magis Cæſar milites íueniet q ſemp uicit: & fugiẽtẽ Põpeiũ pſeqtur. Impulſi: a faci'i ꝓbar. nõ eni íuitabunt milites ut me ſeq uelít: qa nõ ad bella: ſed ad præmia ueniẽt: iá bello propemodũ pacto & laboꝝ ueſtroꝝ præmia ipſi accipient. Impulſi: ꝓpemodũ cõfecti: tráſlatio ſumpta a colũna: quæ cũ ſemel cõcuſſa fuerit: facile euertit. Lauriferos.i. triũphales. Vos deſpecta: ꝑpter ſenium: & iteri uos relicta militia: & facti plæbei oẽs uidebitis ueſtros triumphos ab aliis occupatos eſſe. Exhauſta ſanguie: uulneribus acceptis. Plæbs ro.i plæbem romaná tráſlati. Vros triũphos: q ueſtri fuiſſent: ſi mecũ uſq; ad finẽ militare uoluiſſetis. Cæſaris an curſus: cõfutat militũ ſuoꝝ rationes a ſimili: dixerát.n. qcqd gerimus fortũa uocat: & nũc ſciat Cæſar nos ſuũ fatũ eſſe. Reſpondet & dicit licet ipſi diſceſſerit tamẽ fortunam ſuam non diſceſſuram. Curſus: fortunam ſecũdam quæ ipſum comitatur.

Ne Pompeiani: Reddit rationẽ cur optet aquilonem uehemẽtius ſpirare: quia rates erant per littora phæacum: ubi claſſis pompeiana conſtiterat. metuebat igitur ne uentus deficeret & naues in medio mari cõtinerentur: & a Pompeianis caperentur: in hoc mari naufragium fecit Vlyxes: cum in græciam proſiciſceretur. Languida: deficiente uento. Remis: ne ipſi remis naues noſtras circũueniant. Rũpite quæ: ergo dũ uobis fauent uenti: ſoluite naues. Iá dudum nubes: nunqd ſentitis nebuloſum hoc tempus & uentoſum uobis propitium eſſe? Sæuas: quæ uobis ſæuæ uidentur. Sydera prima poli: hac perſuaſione animos militum Cæſar erexit: ut ſe intrepidos mari committerent: deſcribit tempus nauigationis: dicit enim principium noctis fuiſſe. Prima ſydera poli: occidente ſole ſtatim ueſp prima ſtella apparuit. Suas umbras.i. noctem: iam luna exorta erat: ſicut lux ꝓpria ſolis dicitur: ita umbræ ſunt lunæ. Totoſq; rudentes: quia cum carbaſa intendere uolunt rudentes intendunt: ut antẽna ſublata uenti uela implere poſſint. Rudentes: funes quibus intenditur uelum.

Ne pompeiani phæacum e littore toto
Languida iactatis comprændant carbaſa remis.
Rumpite quæ retinent felices uincula proras
Iam dudum nubes: & ſæuas perdimus undas:
Sydera prima poli phœbo labente ſub undas
Exierant: & luna ſuas iam fecerat umbras:
Cum pariter ſoluere rates: totoſque rudentes
Laxauere ſinus: & flexo nauita cornu
Obliquat leuo pede carbaſa: ſummaque pandens
Supara uelorum perituras colligit auras.
Vt primum leuior propellere lintea uentus
Incipit: exiguumque tument: mox reddita malo
In mediam cecidere ratem: terraque relicta:
Non ualet ipſa ſequi puppes quæ uexerat aura.
Aequora lenta iacent alto torpore ligata:
Pigrius immotis hæſere paludibus undæ:
Sic ſtat iners ſcythicas aſtringẽs boſphorus ũdas
Cum glacie retinente fretum non impulit iſter
Immenſumque gelu tegitur mare: cõprimit ũda
Deprændit quaſcunq; rates: nec peruia uelis
Aequora frangit eques: fluctuq; latente ſonantẽ
Orbita migrantis ſcindit meotida beſſi
Sæua quies pelagi: mœſtoque ignaua profundo

Et flexo.n.c.obli.le.pe. expreſſit geſtũ nautæ: tum cum ſoluta uela aperit tenſo rudente. Vela obliqua leuo pede: ut Virgilius Vna omnes fecere pedem: ideſt una oẽs intenderunt funẽ. Leuo pede: quo intenſo ſtatim aperta ſunt uela. pes aũt funis eſt quo uelum tenditur. Catullus. Siue utrũq; iuppiter ſimul ſecũdus incidiſſet in pedem. Cornu.ſ.antennarũ: quæ tanq̃ cornu ſunt in ſummo malo.

Suparus: eſt linteum fœmorale: ẽ etiá ueſtimẽtum puellare quod ſubucula dicitur hic & alibi accipitur pro ſumma uelorum parte: quæ rugoſa eſt. Sũma: ſummas partes ſignificat ſecundos habuiſſe uentos. Vt primum: ſtatim inquit uenti ceſſauere & deſtitutæ ſunt in medio mari naues. Exiguum: pro exigue: unum ſequitur ex reliquo: nam quia leuior ſpirat uentus: ideo parum tumeſcebant uela. Terra relicta: quia iam a littore í mare medium deduxerant naues. Ligata: compreſſa. Alto torpore: quia nil mouebant. Sic ſtat: per ſimilitudinẽ oñdit quõ mare ímobile ꝯſtiterat: dicit.n. nõ aliter mare ſtabat ímotũ q̃ ſcythica palus Meotis cũ glacie aſtricta fuerit: nam gelu acri adeo premitur Meotis: ut iter tráſmeãtibus facile præbeat: eodem modo de mari dicit: duæ ſimilitudines ſunt prior de Boſſoro: ſecunda de meoti: bina autem ſunt boſſora: unum quod címericum apellatur quaſi cimbricum (ut refert Strabo) græcorũ lingua Címerii Cimbri nominantur: hi ad paludem uſq; meotim militiam agitarunt: alterum uero thracium Boſſorum eſt appellatum ſecũdum fabulas. Iuppiter in forma bouis Europam ea tranſtuliſſe dicitur. Vnde boſforus a βουσ bos: & φορέω: fero: uel a περαω transfero: circa autem margines Meotides diuerſi populi habitant qui ſæpe gelu ſtringente paludem: non aliter q̃ per continentem terram conuenire ſolen. Iſter: danubius: ſignificat frigoris uehemẽtiá: quæ táta eſt ut danubiũ celeriter currẽtẽ plærũq; íglaciet. Fertur ení (ut libro iii. refert Strabo) iſter ab occaſu in ortũ & in euxinũ pontũ a ſiniſtra relinq̃ns Germaniá oẽm: incipientem athe no: geticũq; totũ: & quod eſt Tyrẽgetarũ & Baſtarnoꝝ atq; Sauromatarũ uſq; ad flu. Tanaim: lacũq; Meotidẽ a dextra uero Thraciam oẽm & illyricũ reliquáq; ultimam græciá. Gelu: quin etiá maris unda gelatur: quod eſt mirandũ. Frangit eques.ſ. ungula cornipedum. Meotida beſſi: nam circa margines Meotis habitant diuerſi populi: inter quos & beſſus. Strabo libro ſeptimo refert: Beſſos magna ex parte montem Aemum diuidentem mediam Thraciam incolere: & latrones uocari propter latrocinandum. Migrantis: huc & illuc & ultro citroque tranſeuntis. Latente: ſub glacie: Sæua quies: ſcilicet erat. reſpexit ad uoluntatem Cæſaris nam quá tráquillitatem cæteri optant: hanc Cæſar abominabatur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Mœſto pro:quod mœſtum reddebat Cæſar. Iacentis:immotæ aquæ. Veluti deſer.ti.e.natura:mare in quit perſtabat immotum quaſi ipſius maris natura mutata eſſet:nam mare continue fluxum pariter atq; refluxum patitur. Vices:uiciſſitudines quas ab initio habuit & fluxus & refluxus. Commeat:ultro citroq;: qa nunc feruet æſtus:nunc deficit. Horrore.ſ.uentorum. Solis imagine.i.luna unde etiam ſolis ſoror dicitur. Caſſibus innumeris:mare ita erat tranquillum:ut nec uentis ullis:nec ſyderibus:aut uarietate : unda in ullam partem moueretur:& ſtagni potius q̃ maris ſpeciem præberet. Fixæ:ſtabiles. Claſſes:ſcilicet pompeii quæ littora & portus obſidebant.

S tagna iacentis aquæ:ueluti deſerta rigente
A equora natura ceſſant.pontusque uetuſtas
O blitus ſeruare uices non commeat æſtu.
N on horrore tremit:non ſolis imagine uibrat
C aſibus innumeris fixæ patuere carinæ.
I llinc infeſtæ claſſes : & inertia tonſis
A equora moturæ:grauis hinc langore profundi
O bſeſſis uentura fames:noua uota timori
S unt inuenta nouo:fluctus nimiaſque precari
V entorum uires : dum ſe torpentibus unda
E xcutiat ſtagnis:& ſit mare:nubila nuſquam
V ndarumque minæ cælo languente fretoque
N aufragii ſpes omnis abit:ſed nocte fugata
L æſum nube diem iubar extulit:imaque ſenſim
C oncuſſit pelagi:mouitque ceraunia nautis.
I nde rapi cœpere rates:atque æquore claſſem
C urua ſequi:quæ iam uento fluctuque ſecundo
L apſa paleſtinas uncis confixit harenas.
P rima duces iunctis uidit conſiſtere caſtris
T ellus:quam uolucer geneſus: quá mollior apſus
C ircumeunt ripis:apſo geſtare carinas
C auſa palus : leni quam fallens egerit unda:
A t geneſum nunc ſole niues : nunc imbre ſolutæ
P ræcipitant : neuter longo ſe gurgite laſſat.
S ed minimum terræ uicino littore nouit.
H æc fortuna loco tantæ duo nomina famæ
C ompoſuit:miſerique fuit ſpes irrita mundi

Inertia tonſis:qa uelis nauigabant cæſariani:naues mouere non poterant:at uero Pompeiani remis naues impellebant.

Tonſis:remis a tondendis undis.

Grauis:intolerabilis. Langore:immobilitate maris. Noua uota timori:q in medio maris ſunt tranquillitatem exoptant:hi uero tempeſtatem:qnia ſi uẽtus uehementior fuiſſet:ita ſe poſſe exiſtimabant periculum euadere:ergo noua uota nouus etiam timor:ne propter tranquillitatem maris deprehenderentur ab hoſtibus. Ventorum uires:ut uentus incumberet uehemẽtior qui ſolet a nautis timeri. Nimias:uehementes nil recuſabant:non tempeſtatem:non uentos uehementes:dũmodo poſſent exire. Excutiat.i.eripiat. Et ſit mare.i.ſit natura maris : quod ſemper agitatur & fluctuat. Spes omnis:quod alii metuunt:illi ſperabant.

Naufragii.i.tempeſtatis. Cœlo languente quia uentus nullus erat. Nocte fugata:ideſt nocte præterita. Iubar: ſplendor ſolis. Læſum :ideſt obſcuratum:quia non ſerenus exortus eſt dies.

Ceraunia:promotorium Epiri in anguſtiis adriatici ſinus:nam ibi incipit Epirus unde dictum eſt acroceraunon ꝙ frequẽtibus infeſtetur fulminibus:nam ἄκρος montem ſignificat:& κεραυνός fulmen.

Ceraunia.i.mouit fulmina quibus apta ſunt acroceraunia.hoc non placet:quia hyemis tempus erat:quo fulmina non cadunt.Sed mouit ceraunia.i.admouit ceraunia ad conſpectum nautarum:orto.n. ſole uiderũt eos montes:uel mouit quia tremente pelago:ceraunia uidebãtur moueri. Inde rapi:ſub hac mutatione cæli &aeris. Rapi:a uentis. Curua:inſinuata.ſ.uentis. Aequora claſſem:poteſt eſſe hypallage.i.claſſis cœpit ſequi æquora. Secũdo:bis intelligitur & ſecũdo uento:& ſecũdo fluctu:quia a puppe uentus flabat. Lapſa.i.celeriter currens. Confixit uncis.i.ancoris. Harenas paleſtinas:in epiro iuxta oricon locus eſt paleſte appellatus:in quem nunc deſcendit e nauibus Cæſar:quod etiá in commẽtariis legitur emẽdatis.Poſtridie inquit terrá attigit græcorum ſaxa inter:& alia loca periculoſa:quietam nactus ſtationẽ & portus oẽs timens : quos teneri ab aduerſariis arbitrabatur ad eũ locũ quæ paleſtia appellatur:oĩbus nauibus ad unam ĩcolumibus milites expoſuit:q̃uis in deprauatis:pharſalia legatur.a paleſte igitur fit paleſtinus.Sic ouidius de faſtis paleſtinas deas appellat.Eſt etiam paleſtina regio cõtermina ſyriæ. Geneſus.flu.eſt Epiri. Apſus:flu.alter Epiri: q medius erat inter caſtra cæſaris & pompeii. Apſo geſtare ca.& cum per ſe uterq; amnis non ſufficeret ſuſtinere naues humilitate aquarum uterq; adiutus eſt:ille palude uicina.Hic uero niuibus:quæ de montibus propinquis ſoluebãtur. Fallẽs leni unda:quia uix curſus deprehenditur.Vnum ſequitur ex reliquo quia leni unda ĩfluit:iõ fallens. Præcipitãt:uelocẽ faciũt. Littoræ.ſ.paleſtini maris. Nouit:quia paruũ terræ ſpacium labitur. Hoc:fortũa uoluit ut hi duo duces nobiliſſimi quorũ fama totũ orbe ĩpleuerat caſtra directa põerẽt.

Miſeriq; fuit:qa ꝓpiq erãt:miſeri hoĩes ſparũt illos poſſe ciuilis belli nefas cognoſcere & cognitũ reliq̃re:ſed ſpeſ hæc irrita fuit:qa ĩ ꝓpõito pſtiterũt. Admotũ dã.qa q̃to ꝓpiq̃ores erãt tãto clari⁹ ciuilis belli nefas cog̃ſcebãt quádo inquit remotiores erant:ſi in propoſito belli ciuilis gerendi pſtiterũt:ueniam merebãtur quia nefas nõ cognoſcerent:at uero cũ nũc ita propinqui eſſent ut alter alterum inſpiceret:uitupetatione non carebant. Direptos:diuiſos. Parua ſtatione:paruo iterſticio & ſpacio. Multoſq; per annos:poſtq̃ in matrimonium filiam ſuam Iuliam Cæſar dederat Põpeio:nunq̃ tam prope te uidit.q̃ hoc loco Pompei:niſi in ægypto cum caput tuum Cæſ.oblatum eſt a rege Ptolemæo:tunc propinquius te uidit ſed mortuum. Pignora:uincula affinitatis. Sobolem:Iuliam. Sanguinis infauſti:quia in ipſo flore iuuentutis mortua eſt:nam cum grauida eſſet & ueſtes Pompei i conſpexiſſet cruẽtas quas ille ſanguine deturpauerat:exiſtimauit Pompeium uulneratũ fuiſſe:unde peperit abortiuum:& cũ filio continuo mortua eſt. Mortẽq; nepotis : quia paulo poſt filius ex ea natus ſecutus eſt matrem

P oſſe duces parua campi ſtatione diréptos
A dmotum damnare nefas:nam cernere uultus
E t uoces audire datur : multoſque per annos
D ilectus tibi magne ſocer:poſt pignora tanta :
S anguinis infauſti ſobolem mortéque nepotis
T e niſi niliaca propius non uidit harena.
C æſaris attonitam miſcenda ad prælia mentem
F erre moras ſcelerum partes iuſſere relictæ.
D uctor erat cunctis audax antonius armis
I am tum ciuili meditatus leucada bello
I llum ſæpe minis cæſar precibuſque morantem
E uocat.o mundi tantorum cauſa malorum
Q uid ſuperos & fata tenes?ſunt cætera curſu

Propius:præterq̃ hoc loco. Niliaca arena:ubi ſepultus eſt pompeius. Cæ. attonitũ:Cæſar cũ prope caſtra conſtitiſſent in cõſpectu hoſtium properabat ipſe in aciem ducere milites:ſed cã moræ fuit: ꝙ partẽ ſui exercitus reliquerat Brunduſii neq; enim naues exercitum omnem traiicere poterant. Cæ.enim cum expoſuiſſet in terram milites eadem nocte naues brũduſium remiſit:quibus reliquæ legiones & equitatus cum.M.antonio tráſportari poſſent:& huic officio præpoſitus ẽ Iulius Callenus legatus:ſed diutius moratuſ eſt Anto.q̃ Cæſar cupiebat:q ſpem omnẽ in celeritate res conficiendi ponere ſolebat.Verum ut libro.ii.refert Appianus:cum Cæ.& Pom.iuxta Dirrhachium caſtra poſuiſſent:pompeio tyrones ad bellum inſtruente:ſuos a Brunduſio uenturos expectans Cæſar magna celertitate ad eos mittit:curſumq; accelerare iubet:non accedentibus illis:ipſe inſcio exercitu adnauigare ſtatuit:utpote qui neminem facilius eos adducere ſperaret:e cœnaculo diſcedẽs corporis fatigatione prætenſa amicos epulari ſuadet:deinde priuato habitu curru defertur mox nauem ingreſſus Cæſaris nuncium ſe eſſe ſimulat:cætera per ſeruos facienda ediſſerit:eo modo latens nocte potiſſimum inſtante:cum a uentis agitaretur mare:ſeruos gubernatorem adhortari monet:propere curſum arripiunt:quaſi hoſtes finitimos latere cuperet:gubernator elatis remis per uim fluuium celer exuperat:cum autem ad hoſtia & maris aditum peruentũ eſſet:mare ipſum ſummis concitatum fluctibus:magno impetu ac turbine curſum intercipit:gubernator ueluti inſtantibus hoſtibus per uim conabatur euadere:uerum cum nihil proficeret fatigatus ac deſperans tandem clauum e manibus abiicit.Tum Cæſar ſublato uelamine ad gubernatorem conuerſuſ:& intonás: alacri animo & forti aduerſum fluctus eſto inquit.Cæſarem quippe & fortunam eius tecum uehis:hac uoce ſtupefacti remiges gubernatorq; magna ui nauem educere contendunt:ita ut fluuii hoſtia denuo euaderet: uento deinde & fluctibus eam extollentibus ad littus tandem uicta compellitur.Inſtante die cum lux cuncta apertiora redderet:trepidare cæpere:ueluti manifeſti futuri hoſtibus.Tum Cæſar fortunam accuſans ꝙ felicitati eius inuidiſſet:nautas retrouerti iubet:nauis itaq; aſpirante uento facile compulſa fluuio reddidit.Cæſarem igitur nõnulli ob audaciam admirabantur:quidam querelis proſecuti ſunt:ꝙ facinus militari potius qui imperatoria laude dignum eſſet aggreſſus.Is uero cum ulterius latere non poſſet:poſthumium eius loco adnauigare iubet:gabinioq; ut exercitum nauibus adducat imperare:ſin id abnuat hæc ipſa Antonio præcipere:poſt Antonium uero Caleno:ſin id omnes negent epiſtola alia ad exercitum ſcripta erat uelle ſe eos ſupra naues poſitos poſthumio obſequi & in locum in quem uentus duceret uela tradere nihil nauibus parcentes:non enim nauibus ſed uiris Cæſari opus eſſe:in hunc modum cæſar pro ratione fortuna uti deliberauerat.quæ omnia pompeius intercipere feſtinans in pugnam paratam ducebat aciem. Iuſſere:coegerunt quia properabat ipſe bellum ciuile ſtatim peragere. Scelerum:Mordet ſemper Cæ.Luca. Relictæ:Brunduſii cum Antonio. Attonitam:furentem & in inſaniam propemodum conuerſam. Miſ.ideſt committenda quia properabat ipſe bellum ciuile conficere quaſi attonitus. Iam tum ciuili:ex eo tempore inquit exercere cœperat Antonius bellum ciuile:quod poſtea geſſit ad Leucada promontorium cum Octauio. Meditatus : quaſi preludia quædam nunc faceret bello ciuili. Leucas:promontorium eſt epiri : ubi ciuilia bella geſſit Antonius & cleopatra aduerſus octauium. Euocat:e Brunduſio. Minis:ſcripſerat litteras aſperiores ad Antoniũ Cæſar ꝙ ſerius cum reliquo exercitu in epyrum ueniret. O mundi:hæc uerba ſunt quibus dicit Lucanus illum per litteras uocaſſe. Cauſa laborum:quia ſi ueniſſes iam omnes labores extincti eſſent. Tenes: moraris. Superos : nobis fauere uolentes. Acta : expedita. Curſu : celeritate. Rapti belli : raptim geſti & accelerati. Proſpera : per fauorem & felicitatem.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

A ‍cta meo:ſummam rapti per proſpera belli
T e poſcit fortuna manú:non rupta uadoſis
S yrtibus incerto libye nos diuidit æſtu:
N unquid inexperto tua credimus arma ꝓfundo?
I nque nouos traheris caſus? ignaue uenire
T e cæſar non ire iubet:prior ipſe per hoſtes
P ercuſſi medias alieni iuris harenas.
T u mea caſtra times:pereuntia tempora fati
C onqueror:in uentos impendo uota fretumque
N e retine dubium cupientes ire per æquor
S i bene nota mihi eſt ad cæſaris arma iuuentus
N aufragio ueniſſe uolet: iam uoce doloris
V tendum eſt: non ex æquo diuiſimus orbem
E pirum cæſarque tenet:totuſque ſenatus:
A uſoniam tu ſolus habes:bis terque quaterque
V ocibus excitum poſtquam ceſſare uidebat
D um ſe deeſſe deis: ac non ſibi numina credit
S ponte per incautas audet tentare latebras:
Q uod iuſſi timuere fretum:temeraria prono
E xpertus ceſſiſſe deo: fluctuſque uerendos
C laſſibus exigua ſperat ſuperare carina.
S oluerat armorum feſſas nox languida curas
P arua quies miſeris:in quorum pectora ſomno
D at uires fortuna minor:iam caſtra ſilebant:

Non rupta:hæc oratio ſiue epiſtola Cæſaris quam habuit ad Antonium habet ſuaſionem cum indignatione:oſtendit enim illa oía facilia eſſe:dũmodo uelit ad ſe traiicere alteram partem exercitus: primum fortunam ſecum eſſe dicit:quæ ſemper ſua uota ſequi conſueuerat:quod in ſuperioribus oſtendit:cum dixit.Sunt cætera curſu acta meo.nunc uero arguit a facilitate nauigationis:dicit enim breue admodũ ſpacium eſt inter te & nos:nam:ut refert Strabo libro.v Brunduſio in trans marinam ripam nauigatio eſt:una quidẽ ad ceraunia:littuſq; deinceps reliquũ & Epiri & græciæ:altera in Epidannũ:q̃ prima longior:nam mille &.d.ccc.ſtad.ſunt. Non rupta uadoſis: non ſunt inquit tibi nauigandæ ſyrtes:per quas naues plærunque periclitantur. Libye:noiatiuus eſt græcus. Non rupta:interrupta. Vadoſis ſyrtibus:ſyrtes a σύρω traho.dictæ ſunt: quia modo trahunt modo emittunt undam. Incerto æſtu:qa unda aliquando profunda eſt:aliquando ſicca. Nunqd: a prudentia nunc arguit:qa dicit ſe peritũ eſſe huiuſmodi nauigationis:quam pauloãte expertus fuerat:an dicere potes me non ad hanc nauigationem te hortari O Marce Antoni:qa periculum maris ignorem? nunqd non experti ſumus huiuſ maris pericula? Credimus:committimus.

Tua arma:exercitum & milites quibus præes. Nouos:inuiſitatos:qbus nunq̃ antea uerſati fuerimus. Non ire iubet.i. præire:hoc eſt iubet ſequi & non incipere

Venire.i.ſequi nauigationẽ meam. Iuris:Pompeiani:nam in ptãte Pompeii tota regio maritima erat. Tu mea ca.ego prior nauigaui: & nõ audes in mea caſtra uenire. Tempora fati.ſ.ſecundi nobis.

In uentos.i.uota mea inaniter fundo: nam id ſpargi dicit̃ in uentos:& in aquas quod fruſtra dicitur.Catullus Sed mulier cupida quod dicit amanti:In uento & rapido ſcribere oportet aqua. Ne retine:a poſſibili:qa poſſet dicere Anto.non poſſum uenire:quia milites reſiſtunt:imo parati ſunt uenire:ẽt ſi nolueris:non enĩ ipſi ad nos te uenire prohibent:ſed tu eos.

Si bene mihi nota:ſi bene tuorum militum ingenia noui etiam cum periculo ad me uenire non dubitarent. Naufragio:ſubaudi cũ. Iã uoce doloris:condudit per indignationem. uidelicet ſi cũ iniuria contumelia iuncta eſſe oſtenditur:per quẽ locũ in ſuperbiam & arrogantiam inducit.ſuperbus oſtẽditur:ꝙ uelit Auſoniam cum ĩperio tenere ſolus ipſe Anto.cũ Cæ.tantummodo tenet Epirum cũ uniuerſo ſenatu. Vtendũ uoce doloris:nõ poſſum ſine dolore eſſe ꝙ tu tibi uendicaueris Italiã: & ego cũ uniuerſo ſenatu Epirũ teneam. Totus ſenatus.i.ſenatores:q cũ cæſare erant:uel potes intelligere de ſenatoribus q cũ Pompeio erant:qđ magis placet. Bis terq;:uocatus Anto.uenire tardabat:cæſar ueritus ne interciperetur a põpeianis nauibus:non potuit diutius hãc morã pati:ſed ſe paruo nauigio cuiuſdam pauperis amiclæ cõmiſit:ſed parũadmodũ abfuit:qn naufragio periret:fortũa tñ quæ ſemp ei fauere cõſueuit:illũ a periculo liberauit. Terq; quaterq;.i.ſæpius.Virg.O terq; quaterq; beati. Dũ ſe deeſſe deis.i.numina parata eſſe:ut uotis ſuis riderent: & ſe non ridere diis. Sponte:reſpicit ad illud. Quod iuſſi timuere:qñ Anto.Cæ.iuſſu uenire nolebat:ſponte ipſe ad Antonium uenire uoluit. Expertus temeraria:cũ a Brunduſio nauigauit ꝙ temeraria nauigatio feliciter ceſſit:nihil enĩ eſt qđ magis hoĩes temerarios faciat:& incautos:q̃ ſecunda fortuna. Ceſſiſſe:ſucceſſiſſe ꝑ uoto. Fluctuſq; uerẽdos:& tẽpeſtatẽ maris quam uix magnæ naues uincere poſſent:tñ ſperabat exigua cymba ſe poſſe ſuperare. Claſſibus:nauigiis maioribus:ne dũ paruæ cymbæ. Soluerat armorũ:deſcribit quo tẽpore Cæſar ad caſam amyclæ nautæ admodũ pauperis uenit ſub habitu gregarii militis:ne dignoſceretur: cũ iam exercitus oĩs quieſceret. Nox lan.cu.qa cura cũ diu aĩum agitauerit:primo quidẽ ſomnũ expellit: ſed cũ diu fatigauerit aĩum reſoluitur in ſomnũ. Languida:q̃ languidos facit hoĩes. Parua qes miſeris:qa nunq̃ qeſcebant niſi parũ illud ſpacium qđ ſomno cõcedebatur. In quoꝝ pe.qa pauperes ſolẽt eẽ magis uacui curis: ideo ẽt ſecurius dormiũt. Minor:hũilior condicio q enĩ in ſublimiori fortuna cõſtituti ſunt:magna mole curarium & ſollicitudine dormire non poſſunt. Iã caſtra ſilebant.i.ſomno occupata erant.a ꝓcedenti qđ ſeqtur.

T ertia iam uigiles commouerat hora ſecundos
C æſar ſollicito peruaſta ſilentia greſſu:
V ix famulis audenda parat:cunctiſque relictis
S ola placet fortuna comes:tentoria poſtquam
E greſſus uigilum ſomno cedentia membra
T ranſiluit:queſtus tacite ꝙ fallere poſſet
L ittora curua legit: primiſque inuenit in undis
R upibus exeſis hærentem fune carinam
R ectorem dominumque ratis ſecura tenebat
H aud procul inde domus:non ullo robore fulta
S ed ſterili iunco cannaque intexta paluſtri
E t latus inuerſa nudum munita phaſello:
H æc cæſar bis terque manu quaſſantia tectum
L imina commouit:molli conſurgit amyclas
Q uẽ dabit alga toro qſnam mea naufragus inqt
T ecta petit? aut quem noſtræ fortuna coegit
A uxilium ſperare caſæ? ſic fatus ab alto
A ggere iam trepidæ ſublato fune fauillæ
S cintillam tenuem commotos pauit in ignes.
S ecurus belli prædam ciuilibus armis
S cit non eſſe caſam. o uitæ tuta facultas
P auperis anguſtique lares.o munera nondum
I ntellecta deum:quibus hæc cõtingere templis:
A ut potuit muris nullo trepidata tumultu:
C æſarea pulſante manu? tunc poſte recluſo
D ux ait expecta uotis maiora modeſtis
S peſque tuas laxa iuuenis:ſi iuſſa ſecutus
M e uehis heſperiam:non ultra cuncta carinæ
D ebebis:manibuſue inopem duxiſſe ſenectam:
N ec ceſſa præbere deo tua uota uolenti:

Tertia hora:ideſt prima uigilia:qa unaquæq; uigilia ternas horas habebat:nam in quattuor partes nox diuidebatur apud antiquos:& unaquæque pars uigilia dicebatur. Commouerat:excitauerat. Audenda:audet Cæſar quæ uix famuli eius auderẽt.ſ.ire ſolus. Relictis cunctis:quia ſolam fortunam ſibi comitem requirit

Poſtquam tentoria:poſtquam egreſſus eſt e caſtris ſecum ĩdignabatur ꝙ uigiles fefelliſſet: cogitabat ita etiã decipi poſſe ab hoſtibus:tamen placuit hoc: ut occultus perficere poſſet quod animo cogitabat. Vigilum.ceden. membra: ideſt uicta ſomno membra uigilum qui ad cuſtodiam poſiti erant. Curua littora: littoris epitheton eſt. Hærentem:quia religata erat fune. Fultam non ullo robore:quia nõ metuebat fures. Robore.ſ.parietum.

Canna paluſtri: non tigillis tecta erat ſed manipulis cãnæ paluſtris. Et latus: latus caſæ circundatum erat fragmẽto cuiuſdam ĩuerſæ nauis. Nec cæſar: tugurium amyclæ deſcribit: quem Cæſar petierat ut traiiceret fretum nauicula quod uix magna nauigia traiicere auderent:ſed hoc faciebat ꝙ fortunæ ſuæ nimium confideret:Cum ergo ad hanc caſam Cæſar ueniſſet: & crebro hoſtiũ pulſare cœpiſſet: totã ferme domũ cõmouit:neq;.n.altius fũdata erat:cõmotus tandẽ uoce atq; tumultu amyclas ſurrexit e ſtratis. Limia: pars ꝓ toto.i.fores huius caſæ. Quaſſãtia tectũ dũ fores cõcuteret tectum oẽ nutabat: cũ fundamenta non eſſent altius infixa.

Molli alga:pro plumis utebatur alga: eſt herba quæ ĩ fundo maris naſcitur: & interponitur uaſis uitreis ne colliſa frangantur. Quiſnam mea naufragus:exiſtimabat enim quendam naufragum ad ſua tecta ueniſſe:ut tantiſper reciperetur donec auxilium haberet. Aut quem: an quis adeo aduerſa fortuna frangitur: ut cogat̃ ad auxiliũ noſtrum uenire? illius quidem fortuna ualde aduerſa eſt q ſperare poſſit a nobis auxilium. Sic fatus:hæc ubi dixit excitauit ignes cinere ſopitos ut lumen accenderet. Aggere:ideſt cumulo cineris ſuper ĩpoſito ad ſeruandas prunas. Sublato fune:funem enim ſubiecerat igni:& una cum prunis cinere texit: nunc cũ ignẽ accendere uellet: detexit funem quem ſubiecerat igni & ſpiritũ ĩcitare cœpit. Cõmotos:ſpiritu oris ĩcitatos. Scit non eẽ caſam:qa probe nouerat non diripi caſas ab his q bella ciuilia gerunt:unde caſæ dictæ ſunt a cadendo:qa paruo ĩpetu euertuntur:uel a cauatione: ſecundum Pompeium. O uitæ tuta:hic Lucanus ĩ exclamationem quandam prorumpit:plenam admirationinis:ꝙ hi qui opibus abundant ĩ magna rerum omnium facultate ſemper trepidi ſunt:at uero pauperes tuti ſũt:& licet humili habitatione tecti:nihil omnino reformidant.quod nam oppidum tam ualidum fuit:quæ mœnia tam munita non timuiſſent:ſi ea manu Cæſaris pultata ſuiſſent? tamen nihil tale accidit amyclæ: neque timore ullo perculſus eſt. Tumultu:nulla animi perturbatione commoueri. Tunc poſte.re.Cæſar his uerbis hortatur amyclam:ne laborem ullum aut diſcrimen metuat ſi enim ei obſequi uoluerit remuneraturum promittit:adeo ut nunquam poſtea pauper uicturus ſit. Recluſo:apertis foribus. Modeſtis:moderatis:ſcio eam eſſe conditionem tuam:ut nihil niſi modeſtum ſperare audeas: at uero ſi mihi obſequi uolueris: multo tibi maiora polliceor:quam ſperare audeas. Laxa:auge. Si iuſſa ſecutus: poſt hac non pones ſpes oẽs in naulo carinæ:& a me nõ minus cõſequeris:q̃ tibi tua præſtare poſſit gubernatio nauis. Nõ ultra.i. poſt hac. Volenti:ideſt ꝓpicio.deus tibi propicius eſt:ut te ditem facias:ſi modo fortunam tuam cognoueris.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Opibus ſubitis:ideſt repente comparatis præter ſpem & opinionem tuam. Sic fatur:cæſar quis gregarii militis ueſte tectus eſſet ne dignoſceretur:tamen ita loquebatur:ut ſe non Gregarium militem oſtenderet : ſed magnũ Iperatorẽ. Priuata : ideſt res priuato homie dignas. Tunc pauper amyclas:dicit amyclas ſe multa ſigna uidiſſe:quæ tempeſtatem ſignificarent & ſtudebat ſuadere Cæſari:ne ſe maris undis committeret:cum oia periculum minarentur. Nam ſol non ru.qa occidente ſole ſi aer rubuerit ſignificat diem caſtrinum ſerenum fore:ſed hoc ſignum tunc non fuerat. Concordes radios:ideſt i unum locum tendentes quum diuerſi radii iter ſe rumpuntur & ſubauditur non.

Anguſtos ſubitis opibus implere penates.
Sic fatur:quanquam plæbeio tectus amictu
Indocilis priuata loqui : tum pauper amyclas
Multa quidẽ prohibent nocturno credere ponto
Nam ſol non rutilas deduxit in æquora nubes :
Concordeſque tulit radios noton altera phœbi
Altera pars boream diducta luce uocabat
Orbe quoque exhauſtus medio:languẽſq; receſſit
Spectanteſque oculos infirmo lumine paſſus
Lunaque non gracili ſurrexit lucida cornu :
Aut orbis medii puros exeſa receſſus:
Nec duxit recto tenuata cacumina cornu :
Ventorumque nota rubuit:tum lurida pallens
Ora tulit:uultu ſub nubem triſtis ituro.
Sed mihi nec motus nemorum:nec littoris ictus
Nec placet incertus qui prouocat æquora delphi
Aut ſiccũ qđ mergus amat : quodq; auſa uolare ẽ
Ardea ſublimis pennæ confiſa natanti.
Quodq; caput ſpargẽs ũdis uelut occupat imbrẽ
Inſtabili greſſu metitur littora cornix:
Sed ſi magnarum poſcunt diſcrimina rerum :
Haud dubitem præbere manus : uel littora tangã
Iuſſa:uel hæc potius pelagus:fluctuſq; negabunt
Hæc fatus:ſoluenſque ratem:dat carbaſa uentis
Ad quorum motus:non ſolum lapſa per altum

Altera pars borea:cum radii i duas partes ſciſſi:hac qdem i meridiem:hac uero i ſeptentrionem iclinauerit:ſignificant poſtera die a meridie notum a ſeptentrione boream uenturos eſſe:oſtendit autem hunc peritũ fuiſſe nauigandi: nouerat eni ſigna qbus uel ſerenitas:uel tempeſtas ſignificaretur.

Exhauſtus:qa uidetur euacuari & cõcauus fieri: Receſſit.i.retroceſſit:qa concauitatem quandam fecit. Paſſus oculos: cum ſol ita uidetur concauis: & conuexus facile ab oculis ſpectari poteſta:at uero cũ pleno orbe refulget oculis,radios ſuſtinere non poſſunt. Spectantes oculos:pro oculos ſpectantium. Infirmo lumie:cũ ibecilliores ſunt radii. Gracili tenui. Lucido cornu : qa cum tenuia fuerit cornua lunæ:& lucida atque purificata ſignificant ſerenitatem:ſed non ita fuerunt: ſic Vir. ſi nigrum obſcuro comprehẽderit aera cornu:Maximus agricolis: pelagoq; parabit' iber. Exeſa:ideſt habens puros receſſus exeſos:eſt eni ſynecdoche. Tenuata.i. acumiata. Recto cornu:'qa ſi cornibus ſupinis fuerit luna ſemper pluuiam ſignificat. At uero cum recta fuerit & alterum cornu ſublime:alterum uero ifimum teneat:quaſi ſignificare uidetur ſe uacuatã eſſe pluuiis & humore. Rubuit nota:Vir. Vẽto ſemper rubet aurea phœbe. Lurida:ſupra modum pallida. Sub nubem: nam ille pallor lunæ ſignificabat ſe paulopoſt ſub nubem obſcuratũ iri. Sed mihi: ſunt alia ſigna tẽpeſtatem ſignificãtia.ſ.cũ ſyluæ reſonãt. Vir. Et nemoꝝ icrebeſcere murmur. Incertus đlphini:qa dubiũ mare ſẽp delphi ſignificat:cũ apparuerit. Mergus amat:qa fugiũt ex æquore mergi:cũ tẽpeſtas futura eſt. Ardea quaſi ardua καταντιφρασιν:qa ſemper humilis eſt;& i paludibus habitat:ſed cum tempeſtatem futuram ſentit relictis undis ſupra uolat ardea nubem. Auſa uolare:cum natura ſua ſit i paludibus habitare. Pennæ natanti:ideſt quæ antea penna & alis uolare conſueuit. Caput ſpargens undis:ideſt ſpargere cupiens. Vir. Et ſtudio icaſſum uideas geſtire lauandi. Occupet:præueniet ibrem hoc ſigno. Inſtabili greſſu : qa per arenã graditur. Vir. Et ſola i ſicca ſecum ſpaciatur arena. Magnarum:poſtquam amyclas multa futuræ tempeſtatis ſigna prædixit:ut iminentem nauigationem Cæſari periculoſam oſtenderet:nunc autem dicit quamuis tanto diſcrimie nauigaturus ſit:tamen ſi res ita poſtulat quod ſine magno icommodo reſiſtere non poſſit.ſe nauem expoſiturum eſſe uentis:ut uel i Italiam ueniant:uel ſi id non poterit:itelligat Cæſar nõ propter ſe: ſed propter maris tempeſtatem reſtitiſſe. Littora iuſſa.ſ.auſoniæ quo me nauem ipellere iubes. Hoc.ſ.i Italiam ire.

Ad quorum motus:dicit uix illum pateſeciſſe uela uentis:cum alia quoque ſigna futuræ tempeſtatis apparuerunt:quæ Virgilius quoque commemorauit.Sæpe etiam ſtellas uento impendente uidebis:non tamen labuntur:ſed quodammodo uidentur labi:phyſici enim dicunt uentum ad ſuperiorem partem aſcendere: & ide partem ætheris rapere:quam cum uentus ipellat:caſus imitatur ſtellaꝝ:quod ſignũ dicit apparuiſſe: cũ primũ uela ſoluit. Non ſolũ lapſa.i.uiſa ſunt de cælo cadere ſydera:ſed etiam quæcunque occidunt. ſ.ſeptentrionis urſæ:quodammodo euaneſcere:qđ uim magnam uentorum ſignificat. Cadentia:quæ cadere uidentur.

Diſperſos:in diuerſas partes ſparſos:quia tractum longum ducunt :'ut ignis uideatur per aera ſpargi. Virgilius:Flammarum longos a tergo albeſcere tractus. Fixa aſtra:ut maior urſa & minor. Summis polis: arctico & antarctico. Terga:ideſt ſuperficies maris horreſcit. Longo tractu:qa a longe uidetur albeſcere fluctus maris:& cum ſpuma procul uidetur ſignificat uentos adeſſe. Incerta futuri: quamuis icertum eſſet quis uentus inſtaret manifeſtum tamen erat uentos adeſſe. Trepidæ ratis:pro ipſe trepidus. Auſtros: meridionales:ſuadet a prudẽtia quia ſe peritum maris oſtendit:& ſignorum quæ tempeſtatem ſignificant. Vndiq;:

Aera:diſperſos traxere cadentia ſulcos :
Sydera ſed ſummis etiam quæ fixa tenentur
Aſtra polis ſunt uiſa quati:niger inficit horror
Terga maris : longo per multa uolumina tractu
Aeſtuat unda minax : flatuſque incerta futuri
Turbida teſtantur conceptos æquora uentos.
Tuuc rector trepidæ fatur ratis:aſpice ſæuum
Quãta paret pelagus : zephyros intẽdat an euros
Incertum eſt:puppim dubius ferit undiq; põtus
Nubibus:& cælo notus eſt:ſi murmura ponti
Conſulimus:chori uenient mare gurgite tanto
Nec ratis heſperias tanget nec naufragus oras :
Deſperare uiam:& uetitos conuertere curſus
Sola ſalus liceat uexata littora puppe
Prændere:nec longe nimium ſit proxima tellus
Fiſus cuncta tibi ceſſura pericula cæſar :
Sperne minas inquit pelagi:uentoque furenti
Trade ſinum:italiam ſi cælo auctore recuſas
Me pete:ſola tibi cauſa eſt hæc iuſta timoris :
Vectorem non noſſe tuum:quem numina nunq̃
Deſtituunt:de quo male tunc fortuna meretur
Cum poſt uota uenit:medias perrumpe ꝓcellas
Tutela ſecure mea:cæli iſte fretique
Non noſtræ puppis labor eſt:hãc cæſare preſſam
A fluctu defendet onus:nec longa furori
Ventorum ſæuo dabitur mora:proderit undis
Iſta ratis:ne flecte manum:fuge proxima uelis
Littora:tunc calabro portu te crede potitum
Cum iam non poterit puppi noſtræque ſaluti
Altera terra dari:quid tanta ſtrage paretur
Ignoras:quærit pelagi cælique tumultu
Quid præſtet fortuna mihi : non plura locuto
Auulſit laceros percuſſa puppe rudentes

dextra atque ſiniſtra. Nubibus & cælo: notus ſemper agit nubes : & idem eſt qd auſter. Chori: chorus a ſolſtitiali occaſu perflat: & αργεςησ dicitur & aure murmura ſentiunt:ut intelligant qua parte uẽti flaturi ſint. Nec ratis heſperias.i.nauis cum uictoribus ſuis tanto fluctu periclitabitur. Vectores:dicuntur qui uehũt: & qui uehuntur. Gurgite tanto:ideſt tumultu & perturbatione maris. tapinoſim epitheto eleuauit. Deſperare uiam quid ergo melius cõſilii fuerit:dicam:una ſalus ſupereſt ut a nauigatiõe deſiſtamus.

Deſperare: ideſt de ſpe nauigandi decidere ſalus eſt. Conuertere. ſ. ad littora: dum puppis uexata eſt. Tellus: quæ uidetur proxima fortaſſe nimium lõgior uidebitur:qa non longo ſpacio deſiſtat Epirus ab adriatico ſinu. Fiſus cuncta ſibi: ne timeas tempeſtatem inquit Cæſar :nã dii gratum habent:ſi mihi rem gratam facere poſſint. Ceſſura:ideſt proſpere euentura ſibi. Ventoque.ſ.audacter uela uẽtis pande. Si cælo auc.re.ſi cælum tibi auctor non eſt nauigandi in Italiã:ego tibi auctor ero. Sola tibi cauſa eſt : neſcis quem uirum tua rate uehas:ſi me nouiſſes non dubitare uehere. Vectorem: paſſiue ſtat. Quem nunquam : uelim ſcias me comites ſemper habere deos. De quo male:fortuna male de me meretur:niſi mea uota præuenerit : quia pœnas daret. Poſt uota uenit:ideſt cum non præuenerit uota mea:neceſſe eſt ut fortuna diuinet:quid ego uelim. Mea tutela:ideſt præſentia mea. Cæli iſte fretique:uexat inquit cælum & aer. Onus:Cæſaris.

Nec longa:& me nauigante tempeſtas a rate deſiſtet.Ille diſſuaſerat a prudentia: hic ſuadet a fortuna:quaſi a facili ꝙ ſit facile uincere tempeſtatem:quod argumentũ trahitur a negociis pſonæ: quæ multa ſũt: conſyderatur i perſona quid uenerit:& qd euenturũ ſit:ꝙ ſi male euenit: & male eueniet:Si bene in præterito euenerit:& ſperãdum eſt bene eu:nturum in futuro. Proderit undis.hoc proderit cæteris nauigantibus quod ego nauigo:nam nauigatio mea faciet ut ex tempeſtuoſo mare tranquillum efficiatur. Tunc calabro portu:ſic tibi perſuadeas:cum iam medium mare tenebis:& nulla terra poterit noſtræ ſaluti:concedi exiſtimato te tenuiſſe Calabriam. Cum iam non poterit:ideſt alibi ſalui eſſe non poterimus:niſi in Calabria.

Quid tanta ſtrage:ſcis quare uentus omnia inuoluat: & iam tanta perturbatio immineat:ſignum eſt ꝙ dii cogitant quid magnum præſtaturi ſint. Quid præſtet:ideſt quid fortuna exhibeat mihi. Non:plura locuto:ſic de ſe & fortuna ſua loquebatur cæſar:quaſi nihil aduerſi contingere poſſet:cum ex tranſuerſo procella ruens uela ſuſtulit:& fracto ꝓpe malo nauis quoq; iũcturas ſoluit. Auulſit:fregit.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Turbo rapax:ex tranuerſo ueniens:turbo dicitur,uentus qui circuit & omnia,una procella inuoluit. Vela tulit:quia ſuſtulit uela uſque ad ſumitatē mali. Aluus:ideſt nauis:materiam pro forma poſuit nam alnus eſt arbor:ex qua naues conficiuntur. Victis compagibus:ideſt ſolutis iuncturis. Toto mundo:a toto cælo:quale eſt illud Virgilii.Omnia uentorum concurrere prælia uidi. Atlanteo oceano:ideſt occidente. Tollente:ideſt iam te erigente funes. In ſcopulos:in medio mari poſitos. Gelidus a ſeptentrione. Retundit:repellit. Dubium æquor:hic a borea:inde a coro agitabatur fluctus ideo icertus:in quam partem caderet. Sed ſcythici: ſed uis maior aquilonis fuit. Abſtruſas:reconditas. Fecit arenas: quia ita erectus eſt fluctus:ut arena i fundo maris ſicca deſtitueretur. Vada: ut per ea iri poſſet. Ad ſaxa:ad littora.

Profert pontum :quia quamuis uicerit boreas:tamen non ita licuit ut ui:& ipetu ſuo ad littora perferretur. Frangit mare quia ex altera parte repellebatur:ut nō poſſet ad ſaxa littoris peruenire. Suum: qđ poſſederat : quia ſuperior erat. In fluctus:in alios fluctus a coro erectos :ita ut ad ſaxa littoris peruenire non poſſet.

Motaque poſſunt:& tanta fuerat agitatio maris ut etiam deficientibus uētis mare agitatum concurreret : quia non ſimul atque uenti deſierint:ſtatim mare paccat : ſed ſentit proximam tempeſtatem. Nō euri:ego crediderim uentos nullos deſtitiſſe. quin maria lacerarent a ſeptentrione & a meridie. Atrum: nebuloſum : nam notus nebulas ſemper agit & pluuias.

Sub carcere ſaxi:ideſt antro æolio:nam apud Virgilium intelligitur æolum uentorum Regem ſeruare uentos i antro:quod nunc carcerem uentorum appellat : ſicut Virgilius. Aeolus & clauſo uentorum carcere regnet. Soluta de parte:ab oriente: ab occidente:a ſeptentrione ubi ſedem ſuam obtinent. Defendiſſe ſuas : ut Eurꝫ orientalem uentum defendiſſe ſuas ne ꝑflarentur a zephyro uel noto:ſic notū defendiſſe meridiem : ne perflaretur a coro

T urbo rapax:fragilemque ſuper uolitantia malū
V ela tulit:ſonuit uictis compagibus alnus.
I nde ruunt toto congeſta pericula mundo
P rimis ab oceano caput exeris atlanteo
C ore mouens æſtus:iam te tollente furebat
P ontus:& in ſcopulos totas erexerat undas:
O currit gelidus boreas:pelaguſque retundit:
E t dubium pendet uento cui concidat æquor
S ed ſcythici uicit rabies aquilonis:& undas
T orſit:& obſtruſas penitus uada fecit herenas:
N ec perfert pontum boreas ac ſaxa ſuumque:
I n fluctus cori frangit mare:motaque poſſunt
A equora ſubductis etiam concurrere uentis:
N on euri ceſſaſſe minas:non imbribus atrum
A eolii iacuiſſe notum ſub carcere ſaxi
C rediderim:cunctos ſolita de parte ruentes
D efendiſſe ſuas uiolato turbine terras.
S ic pelagus manſiſſe loco:non parua procellis
A equora rapta ferunt:ægeas tranſit in undas
T yrrhenum : ſonat ionio uagus adria ponto
A h quotiens fruſtra pulſatos æquore montes
O bruit illa dies:quam cælſa cacumina peſſum
T ellus uicta dedit : non ullo littore ſurgunt

Pelagus:nā flātibus uentis undiqꝫ:i nullā partē oceanus ꝓtēdi,poterat:ſed mediterranea maria ꝓcellis agitata tuebant alia:in alia æquora mediterranea appellauit:& omnem hunc fluorem acceſſum uel receſſum ſunt q ſentiant a ponticis faucibus inundare:alii a gaditano freto naſci(ut refert Solinus)potes igitur illud ſuperius aliter exponere:oceanumque negat ſolas admittere gades ideſt,negat ſolas gades admittere oceanum i mare mediterraneum:ſed etiam admittitur a faucibus ponticis:non inani argumento:ꝙ æſtus e ponto profluus nunqꝫ reciprocetur. Ferunt tyrrhenum mare:uidelicet inferum:nam adriaticum mare ſuperum dicitur.Eſt autem adriatici ſinus forma ipſi Italiæ per quam ſimilis magnitudine:quam Appennini montes terminan:& utrunqꝫ mare uſque ad Iapygiam:terramque ſinu Tarentino & poſidomate circundatam:ita refertur a Strabone. Ionio,ponto:nam ionium mare a ſuperiore promontorio maleæ ſumit initium:unde termiatur ægeum. Aegæas undas:ideſt ægæi maris:quod circa promontorium maleæ terminatur:& inde ionium incipit. Adria:ideſt mare ſuperum. Adria:ut inquit Strabo libro quinto:inclyta ciuitas fuit:a cuius nomine modica tranſpoſitione ſumpta ſinus appellatus eſt adriaticus. Ah quotiens.ſ.p.quotiens inquit fluctus maris adeo erecti ſunt:ut ſūma montium cacumina tegerent.quam multi montes eo die terremotu facto ceciderunt. Fruſtra: quia nihil eos mouebant fluctus:quaſi referre uidetur ad Cæſarem:ꝙ quamuis uenti adeo magni incubuerint : tamen ipſi nihil nocuerunt. Illa dies:Cæſar nocte nauigabat:ſed dies dixit reſpiciens ad diem naturalem qui.xxiiii. horarum eſt. Victa.ſ.impulſu undarum maris:unde terremotu facto montes ceciderunt:græci autem appellāt mare ερoσιγαιoρ ideſt terram concutiens:hinc eſt ꝙ phyſici dicunt hanc unam rationem terremotus eſſe:qđ terra impulſu maris concuſſa moueatur:& ita terremotus fiat:Alii dicunt uentum eſſe in uiſceribus terræ conceptum:qui cum erumpit terram concutit:nunc dicit cauſam illius terremotus:ꝙ uidelicet concuſſione maris terremotus factus eſt:& concuſſa terra cacumina montium ceciderunt:quam mare per quod Cæſar nauigabat.Nā mare quod Cæſarem nauigabat incipit a cerauniis montibus epiri deinde ad Seſareſios alioſque quamplurios

populos peruenit uſque ad Calabros:Apulos: & Salentinos unde haud procul intendebat curſum ſuū Cæſar ut Antonius reuocaretur. Alio ex orbe:ab alia regione maris. Agit ſinus.ſ.quales nunc agebat in Epiro.

Vnda:ideſt oceanus:nam unda quæ mundum cohercet eſt oceanus:dicit ergo ab oceano nunquam tantas procellas agitatas fuiſſe quam nunc agitabantur ab hoc mari Epirotico. Monſtriferos:admirandos. Sic rector olympi:dicit non alia fuiſſe procellam maris adriatici quam tunc fuiſſe credimus cum Iuppiter diluuium fecit. Sic quemadmodum perturbatum erat hoc mare:eodem modo Iuppiter perturbauit oceanum: tūc cum fluctus ſupra excælſos mōtes euexit: poſtqꝫ conſumptis fulminibus: ſicuti ſtatuerat humanū genus ꝑdere non potuit:nā prio Iuppiter humanū genus fulmibus ꝑdere tētauit : ſed conſumptis ipſis cum id facere non poſſet fulmen ſuum adiuuit cuſpide fraterna ideſt tridenti neptuni:quo cōcuſſit,maris undas:ut excælſos montes tranſcenderint. Laſſum:uictum. In ſæcula:i eius temporis homines quos perdere uolebat. Cuſpide fraterna:ideſt accepto tridente Neptuni. Regno ſecundo: mari.primum regnum eſt cæli. ſecundū maris.Tertium uero terræ. Tethys.i.oceanus. Vlla littora : quia littoris & riparū legem contempſit. Cælo contenta teneri:ſufficiebat mari:ut a cælo contineretꝰ ſed nolebat contineri a terra:ſicut ante cōſueuerat:omnia ergo erant cælum & pontus:tamen continebatur a cælo extriſecus

T am ualidi fluctus:alioque ex orbe uoluti
A magno uenere mari:mundumque coercens
M onſtriferos agit unda ſinus:ſic rector olympi
C uſpide fraterna laſſatum in ſecula fulmen
A diuuit regnoque acceſſit terra ſecundo.
C um mare conuoluit gentes : cum littora tethys
N oluit ulla pati cælo contenta teneri.
T um quoque tanta maris moles creuiſſet in aſtra
N i ſuperum rector preſſiſſet nubibus undas.
N on cæli nox illa fuit:latet obſitus aer
I nfernæ pallore domus : nimbiſque grauatus
D eprimitur:fluctuſque in nubibus accipit imbrē.
L ux etiam metuenda perit : nec fulgura currunt
C lara:ſed obſcurum nimboſus deſilit aer.
T unc ſuperum connexa tremūt:atqꝫ arduus axis
I nſonuit:motaque poli compage laborat.
E xtimuit natura chaos:rupiſſe uidentur
C oncordes elementa moras : rurſuſque redire
N ox manes mixtura deis:ſpes una ſalutis :
Q uod tanta mundi nondum periere ruina :
Q uantum leucadio placidus de uertice pontus
D eſpicitur:tantum nautæ uidere trementes

Tunc quoque tanta:quo tempore inqꝫ nauigabat Cæſar parum abfuit quin diluuium fieret. Molles:magnitudo uſque ad aſtra:ſicut creuit tempore diluuii. Preſſiſſet: quia craſſo aere undas circundedit: ne terminos ſuos tranſirent. In aſtra : ſi ſuperius elementum eſt æther.ſecundum aer:tertium aqua:quartum terra : ergo dicit a ſecundo elemēto oppreſſum eſſe mare:ne ſuos terminos tranſiret:quod niſi feciſſe Iuppiter:ad ſydera uſque tranſiſſet.

Non cæli nox:quem diem ſuperius appellauit:nunc noctem ratione ſuperius dicta:ideſt non fuit naturalis nox:ſed ſupra naturam:non enim occidente ſole facta eſt nox ſed nubibus craſſis inuoluit aerem. Latet obſitus aer:ideſt tanta erat aeris craſſitudo & nigredo ut comparati poſſet pallori iferni. Nimbis:ideſt uentis cum pluuia. Fluctus accipit imbrem nam mare adeo elatum erat in aera:ut ex nubibus fluentes pluuias ſtatim acciperet. Lux etiam metuenda:dicit nubes adeo fuiſſe craſſas ut fulgura e nubibus erumpere non poſſent:audiebatur quidem tonitrus cum fulmine:ſed non procedebant fulmina: ſicuti conſueuerant. Lux.ſ.fulguris. Perit:propter craſſitudinem nubium. Diſilit:ideſt diuiditur. Obſcurum : pro obſcure. Tum ſuperum:aer & cælum ipſum concuti uidebatur. Conuexa:ideſt cæli concauitates. Axis: ideſt polus arcticus. Virgilius. Hic uertex nobis ſemper ſublimis. Poli. ſ. arcticus & antarcticus. Extimuit natura chaos:natura rerum timuit:ne rurſus elementa perturbarentur:& antiquum chaos rediret: chaos enī elementorum omnium confuſio dicitur:& rudis indigeſtaque materies. Concordes moras:hanc moram concordem:ideſt connexionem elementorum Homerus appellat Cathenam auream:nam elementa conueniunt inter ſe ſecundum diuerſas qualitates:ut late Macrobius explanat. Nos manes mixtura dies:ideſt periculum eſſe uidebatur ne lux cum tenebris miſceretur:per deos lucem intelligit: per manes obſcuritatem. Spes una ſalutis.ſ.erat Cæ.& amyclæ ꝙ quanqam tanta tempeſtas ingruerit:nondum tamen perierant : poſtquam tantum periculi uitauimus:& id facile quod inſtat euitabimus. Quantum leucadio:dicit non humilius erectos fuiſſe fluctibus quam ſit uertex leucadis promontorii:ſublati longe lateque maria porrecta deſpiciebant:quēadmodum deſpicitur mare de uertice leucadis promontorii epirotici. Quantum deſpicitur:quantum de ſpecula leucadi proſpici poteſt tantum de ſummis fluctibus erecti Cæſar & Amyclas de puppe maria uidere poterant:ordo eſt. Nautæ trementes:ſcilicet Cæſar & amyclas:& alii qui nauigabant aliis nauibus uidere tantum mare. Trementes:imminenti periculo tempeſtatis. Præceps:perturbatum.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Cunq; timētes.r.deide ī ꝓfundū maris mittebāť ut uix extra undas malus apperet. Hiāt.i.dehiſcūt. Terra.ſ.tāgiť:qa ad imū maris & uſq; ad arenas deſcēdebāt.& ē ocioſa & poetica hypbole. Nā peagus: dicit uniuerſū mare exhauſtū turbie uentoꝝ ſiccas ī fundo maris arenas deſtituiſſe. In tumulos:ī ſublime. Non celat:non tangit arenas:qa nihil undaꝝ ī fundo maris reliquebať:ſed arēa ſola relicta erat. In fluctibus: nō ī alueo ſuo:ſed ī fluctibus erecta cōſtierat. Artis opem.u.m.nimio metu oblitus eſt Amyclas gubernationem nauis. Metus.ſ.manifeſtæ mortis. Artis opem:ideſt artem gubernandi. Neſcitq; magiſter: ideſt neſcit quā in partem dirigat nauem nec a qua parte retrahat. Diſcordia ponti.ſ.m. quomodo diſcordia proderit nauigantibus? hoc modo:nam cum a dextra fluctus nauem impuliſſet: niſi tempeſtas aduerſa fuiſſet nauis euertebatur:at uero cum in eo eſſet ut obrueretur nauis:impulſa ab īpetu uentorum flantium a dextera:flatus motus a ſiniſtra retundebat nauem:& ita eam obrui non permittebat:ideo perturbatio maris proderat. Diſcordia ponti. quia undique conflictabatur mare. Euertere puppim:quia iam euerterat dexter fluctuſ ſiniſter poſtea erigebat eam. Omni uento:ideſt undique flante. Non humilem non metuebat inquit humilia ſaxa littoris & ſcopulos in medio mari ſitos:ſed metuebat ſumma cacumina montium: quia elidebant eos in mari. Saxonis: inſula eſt quæ ipſius interualli: quod inter Brunduſium & Epirum īteriacet:media ſita eſt:ut refert Strabo. Theſſaliæ curuæ:qa theſſalia eſt ī littoribus maris. Oræ ambraciæ:ambracia iuxta argos eſt amphilochiū quod alcmeon eiuſque liberi cōdidere: ut refert Strabo. Credit nunc digna.p.c. nunc demum Cæſar timere cœpit:& tanta pericula exiſtimauit iam eſſe ſua morte digna:ꝙ magna nubes ad hoc demitteretur ut Cæſarem interficeret. Tantus ne euertere: cum uiderit undique maria perturbari: & uentos inter ſe confligere: nec adhuc periſſe:tamen ſe continere non potuit:quin in hanc uocem prodiret. Parua quem puppe: parua puppe uehor: & cum ueriſimiliter mori hac cymba poſſim tamen undique uentos dii concitauerunt.

Petiere:inuaſerunt. Si gloria læti:ſi ita ſemel ſtatuiſtis: ut naufragus moriar: non refugiam:ſed unum eſt tātum quod

Fluctibus e ſummis præceps mare. cunque tuētes
Rurſus hiant undæ uix eminet æquore malus
Nubila tanguntur uelis:& terra carina:
Nam pelagus qua parte ſedet:non celat harenas
Exhauſtum in tumulos:omnis in fluctibus ūda ē.
Artis opem uicere metus:neſcitque magiſter
Quam frangat:cui cedat aquæ:diſcordia ponti
Succurrit miſeris:fluctuſque euertere puppim
Non ualet in fluctum:uictum latus unda repellēs
Erigit:atque omni ſurgit ratis ardua ponto.
Non humilem ſaxona uadis: non littora curuæ
Theſſaliæ ſaxoſa pauent: oræque malignos
Ambraciæ portus:ſcopuloſa ceraunia nautæ
Summa timent:credit iam digna pericula cæſar
Fatis eſſe ſuis:tantus ne euertere dixit?
Meſuperis labor eſt? parua quem puppe ſedētem
Tam magno patiere mari? ſi gloria læti
Eſt pelago donata mei: belliſque negamur
Intrepidus quācunq; datis mihi numina mortē
Accipiam:licet ingentes abruperit actus
Feſtinata dies fatis:ſat magna peregi
Arctoas domui gentes:inimica ſubegi
Arma metu:uidit magnum mihi roma ſecūdum.
Iuſſa plæbe tuli faſces per bella negatos:
Nulla meis aberit titulis romana poteſtas.
Neſciet hoc quiſquam:niſi tu quæ ſola meorum
Conſcia uotorum es:me q̄uis plenus honorum
Et dictator eam ſtygias & conſul ad umbras

nos rogo o ſuperi ut corpus meum occultum ſit:& ut me ab omni parte mundi homines metuant:cum ignorent uiuam ne an mortuus fuerim. Donata pelago:ut pelagus mea morte glorietur. Belliſque ne. ideſt ne bella ciuilia committam. Licet ingentes:etiam ſi mors ante diem præueniens:maiora facinora præoccupet:tamen ſi modo iubetis:corpus meum nuſquam inueniatur:ſatis mihi erit:nam quantum ad gloriam pertinet:ſatis magna peregi:quia ſeptentrionem omnem uſque ad occaſum meis armis ſubegi:& tantus iam euaſeram:ut Roma Pompeium mihi ſecundum fecerit. Feſtinata:ante tempus occupans. Belli: quod iam perfecturus eram:& illi manum extremam impoſiturus. Arctoas gentes.ſ.Galliam uniuerſam atque germaniā.

Inimica arma:partis pompeianæ. Magnum:pompeium ſecundum mihi cum ille pulſus ex urbe ī exilium quaſi profectus erat:ego autem Romæ ſecurus fui. Faſces:dictaturam & conſulatum. Nulla meis aberit: quoniam ædilis & prætor & conſul & dictator fui. Neſciet hoc:omnes inquit ignorent mortem meam præter te:o fortuna:quæ omnium mearum rerum ſemper conſcia fuiſti. Hoc: ſcilicet me mori priuate. Plenus honorum:quaſi hæc duo inter ſe contraria ſunt ſcilicet plenum aliquem eſſe honorum: & mori priuatum ſed priuatum dicit ideſt more priuati hominis:quia moriebatur:ſine apparitoribus: ſine miniſtris. Dictator: nam ipſo dictatore habente comitia ſeipſum creauerat conſulem:ut ſuperius uiſum eſt.

Mihi funere nullo:non quæro īquit ut ſepulchro corpus meū reponatur:immo libenter honore ſepulchri caruerim:dūmodo qſq̄ neſciat me mortuum eſſe. Hæc fatum:hæc ubi dixit Cæſar:mira inquit res dictu ē continuo fluctus nauē ſuſtulit:& eā impulit:ut non rurſus redierit in undas;ſed ad littora deferretur:& ibi ī ſicco deſtitueretur:ſimulatq; terrā Cæſar tetigit oia ſecū recupauit & uictoriam & bellū exercitum atq; fortunam

Decimus fluctus.i.ingens:iō aūt dicitur decimus īgens & maius:qa cū primum gallina oua pere cœpit decimū eſt maius:hoc Feſtus Pōpeius affirmat. Deiecit:poſtq̄ nauē ſemel erexit:rurſus non deiecit ī pelagus.

Priuatum fortuna mori:mihi funere nullo
Eſt opus o ſuperi:lacerum retinete cadauer
Fluctibus in mediis:deſint mihi buſta:roguſque.
Dum metuar ſemper:terraque expecter ab omni.
Hæc fatum decimus dictu mirabile fluctus
Inualida cum puppe leuat:nec rurſus ab alto
Aggere deiecit pelagi: ſed pertulit unda
Scrupoſis anguſta uacant ubi littora ſaxis:
Impoſuit terræ:pariter tot regna tot urbes
Fortunamque ſuam tacta tellure recepit:
Sed non tam remeans cæſar iam luce propinqua
Qua tacita ſua caſtra fuga:comiteſque fefellit.
Circunfuſa duci fleuit:gemituque ſuorum
Et non ingratis inceſſit turba querelis.
Quo te dure tulit uirtus temeraria cæſar?
Aut quæ nos uiles animas in fata relinquens
Inuictis ſpargenda dabas tua membra ꝓcellis?
Cum tot in hac anima populorum uita ſaluſque
Pendeat:& tantus caput hoc ſibi fecerit orbis.
Sæuitia eſt uoluiſſe mori:nullus ne tuorum
Emeruit comitum fatis non poſſe ſuperſtes
Eſſe tuis? cum te raperet mare corpora ſegnis
Noſtra ſopor tenuit:pudet heu tibi cauſa petēdæ
Hæc fuit heſperiæ:uiſum ē cōmittere quenquam
Tam ſæuo crudele mari:ſors ultima rerum
In dubios caſus & prona pericula mortis
Præcipitare ſolet: mundi iam ſumma tenentem
Permiſiſſe mari? tantum quid numina laſſas?
Sufficit ad belli fatum fauor iſte laborque
Fortunæ:ꝙ te noſtris impegit harenis?
Hi ne uſus placuere deum:non rector ut orbis
Nec dominus rerum:ſed felix naufragus eſſes?
Talia iactantes diſcuſſa nocte ſerenus:
Oppreſſit tum ſole dies:feſſumque tumentes

Pertulit:ꝑſeueranter tulit. Impoſuit ſ.nauē terræ. Scrupoſis:aſpis ſaxis:uidelicet ī medios ſcopulos. Vacāt:uacua ſunt. Pariter tot regna:ſeruato Cæſare ſeruata ſunt oīa:quæ eius erāt. Sed nō tā remeās:cū cederet e caſtris ſecūda uigilia e Cæſar cuſtodes & uigiles fefellit: at uero cū luce facta rediret illos nō fefellit:excitati.n.oēs cōquerebātur de Cæ.abſentia ꝙ uiderēt ſe in ꝑiculo relictos grauiterq; de illo cōquerebātur. Fuga: diſcedēs. Sed nō:nā ſicut fefellerat diſcedēs:ſic nō decepit rediēs. Inceſſit:cumulauit inuaſit nō. Ingratis querelis: nā placebat Cæſari ꝙ de ſe cōquererētur milites. Quo te dure:ponit qbus q̄relis uſi fuerīt ī Cæſarē. Eſt aūt exornatio ſnīaꝝ q̄ diciť licētia:& græce παρρησια cū inferior ſibi ſumit aliqd de maiori: de eoq; cōqueritur:& ita obiurgat ſupiorem quēadmodū putat illū ſe uelle obiurgari.

Dure:q potueris milites tuos ī ꝑiculo deſerere. Temeraria:nimiū audax. Noſ uiles aīas quas ꝑuifacere uidebaris. In hac aīa.i.tui unius uita poſita ſit ſalus mľtoꝝ. Caput hoc.ſ.te demōſtratiuū eſt.

Sæuitia eſt uoluiſſe mori:qa ille nimiū ſæuus ē in ſeipum q mori uult:quū ab eo ſalus multoꝝ pēdeat. Nullus ne tuoꝝ nūqd inqt aliqs noſtrū:nō ita te amat: ut nō unū tecū duxeris:q tuoꝝ fatorum comes eſſet. Cū te rapet mare:flātes hoc dicebant nos dormiebamus:tu uero tēpeſtatē maris patiebaris. Pudet heu:cū ī mentē uenerit ꝙ noſtra ſalus tibi carior fuerit q̄ tua. Petendæ heſperiæ: ut tu peteres & nō mitteres. Sors ultima.i. cū ad extremā neceſſitatē redactus qs fuerit:ſolet ſe ſpōte periculis tradere: ſed nulla fuit neceſſitas q̄ coegerit te hoc facere.

Precipitate.ſ.hoīes. Prona: manifeſtā. Mundi iā ſumma te: nam rerum omnium dominus eſſe cœpiſti:nam multos hēbas ī italia populos tibi obſequentes. Tenētem:ſupple decuit Eclypſis uerbi eſt:quæ fieri ſolet in orationibus: quæ παθοσ.i.paſſionem habent:cum indignatione ergo dictum. Tantum qd numina laſſas:tu nimium inqt fatigas deos & illos tētas:cū non neceſſe ſit:ſed iuſte fortaſſe nō erūt in bello tibi dii propitii:quia dicent ꝙ te ex undis ſeruauerint:& ſatis tibi propitios fuiſſe ī mari. Labor fortunæ:quia ereptus es a media morte. Impegit.i. adegit īpulit. Hi ne uſus:uideť ne hoc tibi æquum:ut uelis abuti numine deoꝝ ī rebus non neceſſariis.

Non rector ut orbis:non utebans hoc deorū fauore:ut dominus eſſes orbis terraꝝ:ſed ut a naufragio uolūtario te liberares. Feſſumq; timētes:& ſimul exorta luce ꝓcella tēpeſtaſq; maris placata eſt.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Patientibus.i.deficientibus. Necnon heſperii:& mare adriaticũ in ea parte tranquillũ effectũ erat uentis deſinẽtibus uno tantũmodo uento:aquilone leuiter tenebatur:qui.uentus ſecũdus eſt nauigãtibus ab Italia i Epirũ:ergo duces Cæ.qui adhuc tardati fuerãt:quis crebro per litteras acciti:tãdẽ ſoluta claſſe nauigare cœperũt. Necnon.i.ſimiliter. Duces.Ant.&.P.Calenus & Gabinius.hi enĩ præerant copiis Cæſaris. Purum ſerenũ. Boreã:q ſecũdus ẽ ab italia nauigãtibus in Epirũ. Quas uentus:dicit uelis pariter & remis aliquã diu nauigaſſe:ut celerius p medios Pompeianos tranſirent. Latũq; per æquor:ita ferebantur naues æqualiter currentes ut uiderentur quaſi agmina ĩ continẽti terra iſtructa. Diu:qa non p petuo:nam mutatus eſt uentus. Sed nox ſæua:quia ſuperueniẽte nocte uẽtus ex aduerſa parte flare cœpit deſinẽte aquilone. Excuſſit:diremit puppes quæ ãte uelut agmẽ uehebãtur. Strymona ſic .g.p ſimilitudinem oſtẽdit quomodo.ordo nauigantis claſſis perturbatus eſt:quẽadmodũ inquit perturbatur ordo Gruũ: tunc cũ de ſtrymone flu.uolant in Egyptũ:nam hæc auis amat temperatas regiones:ergo tpe æſtatis relinquũt ægyptum calidiſſimam regionẽ: & in thraciã tranſuolant ubi ẽ ſtrymon flu.e diuerſo tẽpore hyemis: Grues (ut inquit Solinus) excubiat nocte diuidũt:ut exomnis decima ſit quæq;:uigiles pondufcula digitis amplectuntur:quæ ſi forte exciderint: ſomnũ coarguant:quod cauendum erit clangore idicant:harenas deuoratus nõ prius euomũt q̃ ſecuræ ſuæ ſedis fuerint:nigreſcũt ſenectute:& ſic ætas in illis proditur colore:uolãtes autẽ per aerem ſuo ordine.V.litteram imitantur: ſi uehementior uentus incubuerit diuerſas litteras imitãtur eodẽ modo dicit perturbatum fuiſſe ordinẽ nauigantium. Primoq; uolatu: cum primum uolare incipiunt. Effingunt:formant uarias figuras litterarum.

Caſu monſtrante:quia nõ ingenio ſed caſu litteras formata uolatu. Percuſſit: inuaſit. Tenſas alas.ſ.uolantium. Altior:ab alto flans. Littera:quam ante imitabantur a uento perturbata eſt atque confuſa.Hinc martialis:turbabis uerſus: nec littora tota uolabit:Vnã pdideris: ſi palamedis auẽ. Diſpſis pẽnis:diſpſo uolatu. Cũ primum:dicit qua iter nauigãs intenderunt:primo inquit ad liſſum uenerũt quod(ut inquit Strabo)oppidũ eſt poſt ſinum Rhizicum: nõ lõge ab epidanno:qua Corcyræi ædificauere.deinde ad nympheum locũ celebrem:autore Strabone in Appoloniatarum finibus ibi petra eſt ignẽ uomens:cui fontes ſubſunt:qui aquas tepidas bitũnemq; ſcatent.Liſſo autẽ preærat octatilius dux ex Pompeianis ptibus. Redeunte die.i.cum luceſceret rediit uentus:& primo oppugnare tentarunt Liſſum oppidum:quod cum oppugnare non poſſent deinde ad Nympheũ portum rediere. Violentior aer:uehemẽtior uentus. Phœbeio ortu.i.luceſcente die:quia uenti mutantur ut plurimum & aeris qualitas mutatur inortu & occaſu. Nudas aquilonibus undas:quia deſinẽte borea auſter flare cœperat:nympheus erat in ſimilitudine portus:& nullo uento perturbari poteſt:niſi a borea:deſinente ergo borea cũ flare cœpiſſet auſter a meridie:ibi naues portũ quietum habebãt. Nudas.i.ab aqlonibus liberatas.

Succedẽs boreæ.i.flãte auſtro. Vndiq; collatis:nũc dicit qđ nã cõſiliũ fuerit Põpeii:poſtq̃ uidit ipſum Antoniũ aduertaſſe cũ reliqs copiis:& nihil iam abeſſe:qn Cæſar pugnandi copiã faceret:cõſtituit uxorem ſuam Corneliam ſeiũgere:nam nunq̃ tẽpus & occaſionẽ aperiendi cõſilii ſui iueniebat:ne perturbaret uxorẽ. In robur:ad roborãdum exercitum. Summa diſcr.extrema pericula imminere ſuis fatis. Seponere: ſeparare. Lesboq; re.i.i receſſu poſita. Occulere:occultare. Heu quantum mentes:quãtũ inquit uirium habet neceſſitudo:quæ eſt inter uirum & uxorem:præſertim ſi utriuſq; mens æqua fuerit:nam etiam in Pompeio maximã ui habuit: q̃ tãetſi ductor fortiſſimus eẽt:tñ nõ ſine moleſtia uxorẽ ſuã a ſe potuit ſeiungere.

Compoſuit pelagus uentis patientibus undas
Nec non heſperii laſſatum fluctibus æquor:
Vt uidere duces: purumque inſurgere cœlo
Fracturum pelagus boream:ſoluere carinas
Quas uentus doctæque pari moderamine dextræ
Permixtas habuere diu: latumque per æquor
Vt terreſtre coit conſertis puppibus agmen:
Sed nox ſæua modum uenti: uelique tenorem
Eripuit nautis:excuſſitque ordine puppes.
Strymona ſic gelidum bruma pellente relinquũt
Poturæ te nile grues:primoque uolatu
Effugiunt uarias caſu monſtrante figuras.
Mox ubi percuſſit denſas notus altior alas:
Cõfuſos temere immixtæ glomerantur in orbes:
Et turbata perit diſperſis littera pennis.
Cum primum redeunte die uiolentior aer
Puppibus incubuit phœbeo concitus ortu:
Prætereunt fruſtra tentati littora liſſi
Nympheumque tenent:nudas aquilonibus ũdas
Succedens boreæ:iam portum fecerat auſter.
Vndique collatis in robur cæſaris armis
Summa uidens ſæui magnus diſcrimina martis
Iam caſtris inſtare ſuis:ſeponere tutum
Coniugii decreuit onus:leſboque remota
Te procul a ſæui ſtrepitu cornelia belli
Occulere.heu quantum mentes dñatur in æquas

Dubium:nulla cauſa fuit quæ te fecerit ciuilia bella metuere præter uxorẽ. Quod nolles ſtare:ſola coniunx fuit cã q recuſares fortunã:quæ cõis erat non uni ciuitati:ſed toti mundo: quia uniuerſus terrarũ orbis Romanis ſubiectus erat. Fata:fortuna imperii. Mentem paratã:dicere ſententiam ſeparandæ uxoris icipiebat quodãmodo:ut o Cornelia:deinde cũ incepiſſet hoc uerbum ingrediebatur aliam orationẽ:q̃uis paratus eſſet plura dicere. Deſtituunt mentẽ.p.nunq̃ audebat hanc uolũtatem aperire:quã ſciebat moleſtam futurã Corneliæ. Trahentem:prolatantẽ. Subducere.i.clam furari ſibi tempus. Nocte ſub extrema:Cornelia ignorabat quid agitaret animo Põpeius:nocte enim quæ preceſſit diem ſepationis cũ uirum ſuum(ut conſueuerat) amplecteretur.Ille auerſus eſt & gemitus & ſuſpiria non poterat retinere: admirata ẽ Cornelia quaſi quæ manu clam terſiſſet lachrymas eius & tamẽ ſe ſenſiſſe diſſimulabat. Non audet:quia non audebat oñdere Pompeio q ſenſiſſet illum lachrymantẽ. Sub ex.nocte.i.circa ultimã ipartẽ noctis. Pulſo torpore: quia propter ſolicitudinẽ quieſcere nõ poterat. Genas humẽtes:quia manus ad uultum coniecerat. Cæco uulnere.i.occulto dolore:quia neſciebat cãm lachrymarũ. Ille gemẽs:cũ Cornelia amplecteretur Pompeium:& ille ab ea auerſus fleret: poſtq̃ illa ſenſit uirum flẽtem:uultum lachrymis rigatum abſterſit:ſed Pompeius eam cum gemitu ĩ hunc modum allocutus eſt.

Mihi nõ uita:tenet locum exordii oratio hæc in qua ſuadet Corneliæ Pompeius:ut uelit ab eo diſcedere. Beniuolam quoq; facit Corneliam cũ dicit de ſuo erga eam animo:& ſi quid ad eos pertinet: q audiunt referemus:nã pertinet ad eam quod dicit Pompeius:uxorem ſuam ſibi uita dulciorẽ fuiſſe:cũ læta tempora forẽt & oſtendit ſe inuitum aliqd dicere:q ipſi moleſtũ ſit futurũ. Non uita nunc dulcior:nõ hoc tempore cũ me meæq; uitæ tædeat. Sed dulcior: Læto tempore:felici & ſecũdo. Venit mœſta dies:oſtendit ſe inuitum dicere q Corneliæ diſplicet uidelicet neceſſariũ eſſe ut a ſe diuellatur:

Nimiũ:q̃tũ ad belli rõnẽ. Parũ: q̃tũ ad effectũ:quia paꝝ diſtuliſſe uideor ne ſe pararet a te:ſed nimiũ diſtuli:ut multo ante cũ Cæ.cõfligerẽ:anteq̃ Antonius cum eo cõiũgeret. Totus Cæ.cõiũctis exercitibus. Nõ lõgos:ſuadet a facili: quia nõ diu ab ea diuulſus erit. Negaui.ſ.pcibus tuis acqeſcere:interdicit ne tentet:qđ cõceſſurus nõ eſt. Præcipites aderunt caſus:uel in bonam uel in malam partem caſus terminabuntur. Properante ruina:tranſlatio ſumpta ab ædificiis:quando enim ædificia ſunt in ſublime erecta celeriter cadunt cum ruina incubuerit: Sũma.i.omnia quæ ſumma ſunt. Satis eſt audiſſe:Sumit argumentum ab obſeruantia.i.a beniuolentia quam uxor in uirum habere debet:ſi me amas non libenter intereſſe debes periculis noſtris:quod ſi libenter ĩtereſſes non uidereris me amare:ſicut fingis. Ciuilia bella.i.ſi forte bello ciuili:uis intereſſe:in quo ſalus noſtra periclitabitur. Tuus amor decepit me.i.minus a te amor q̃ putabam. Nam me iam:nunc a modeſtia:quia cõtinẽtis imperatoris eſt nolle cum ſopore bella gerere:deinde etiam a patientia:uidelicet poſſe aliquid pati contra uoluntate ui ſuam:primum ergo a continentia. Parato:inſtante bello. Vereor:nunc a patientia: pati nolo inquit aliquod dãnum i gerẽdo bellũ ciuile:illud aũt erit mediocre:ut abs te patiar diuelli quã unice amo

Tutior interea.arguit ab utili:utile ẽ iſtic diſcedas ĩ tutiorẽ locũ:& tibi & mihi:nã ſi q̃ aduerſa fortuna fuerit: hẽbo quo me recipiã. Poſitãq;.pcul:qa ſi tu pcul a fortuna nõ abſis:moles te oĩno pmet ut tãtũ uulnus ſuſtinere nõ poſſis:ſed ſi pcul eris:erit tibi leuior:q̃cũq; fortuna. Fortuna.m.ſi forte aduerſa fuerit.

Iuſta uenus:dubium trepidumq; ad plia magne
Te quoque fecit amor: q nolles ſtare ſub ictu
Fortunæ: quo mundus erat:romanaque fata
Coniunx ſola fuit:mentem iam uerba paratam
Deſtituunt:blandæque iuuat uentura trahentem
Indulgere moræ:& tempus ſubducere fatis:
Nocte ſub extrema pulſo torpore quietis:
Dum fouet amplexu grauidum cornelia curis
Pectus:& auerſi petit oſcula grata mariti:
Humentes mirata genas:percuſſaque cæco
Vulnere:non audet flentem deprændere magnũ
Ille gemens:non nunc uita mihi dulcior inquit
Cum tædet uitæ:læto ſed tempore coniunx
Venit mœſta dies:& quam nimiumque parumq;
Diſtulimus: iam totus adeſt in prælia cæſar
Cedendum eſt bellis:quorum tibi tuta latebra
Leſbos erit:deſiſte preces tentare: negaui
Iam mihi:non longos a me:patiere receſſus
Præcipites aderunt caſus properante ruina
Summa cadunt:ſatis eſt audiſſe pericula magni:
Meque tuus decepit amor:ciuilia bella
Si ſpectare potes:nam me iam marte parato
Securos cœpiſſe pudet cum coniuge ſomnos
Eque tuo:quatiunt miſerum cum claſſica mundũ:
Surrexiſſe ſinu:uereor ciuilibus armis
Pompeium nullo triſtem committere damno
Tutior interea populis:& tutior omni
Rege late:poſitamque procul fortuna mariti

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Numina.ſ.aduerſa. Impulerint:fugauerint. Maneat:incolumis ſit:quia ubi tu repoſita fueris ille locus mihi tutus erit. Vix tantum íſirma:quia non timebat tale quicq̃ Cornelia:ideo uix pati potuit perferre querelas. Attonitos ſenſus.i.cecidit in ſyncopim. Nil mihi de fatis:hoc quoq; obtinet procemii locum:quia ſua refert incommoda:propter quæ ad cõmiſerationem commouet:ueluti plæbea(inquit)deſeror a uiro meo nec de fortuna eſt ꝙ quicq̃ cõqueratr:nam ſi a marito diuellerer morte:nihil eſſet illi aſcribendum niſi fortunæ at uero non illi:ſed culpa tibi o coniunx aſcribẽda eſt. Fatis ſuperis.i.fatis ſuperorum:quia ſi mors interuenerit cõquererer de fortuna:non de te.

N on tota te mole prẽmat:ſi numina noſtras
I mpulerint acies:maneat pars optima magni
S itque mihi:ſi fata premant:uictorque cruentus:
Q uo fugiſſe uelim:uix tantum infirma dolorem
C epit:& attonito ceſſerunt pectore ſenſus:
T andem uix mœſtas potuit perferre querelas.
N il mihi de fatis thalami ſuperiſq; relictum eſt
M agne queri:noſtros non rupit funus amores:
N ec diri fax ſumma rogi:ſed ſorte frequenti
P læbeiaque nimis careo demiſſa marito.
H oſtis ad aduentum rumpamus fœdera tædæ:
P lacemus ſocerum:ſic eſt tibi cognita magnæ
N oſtra fides? crediſne aliquid mihi tutius eſſe
Q uam tibi?non olim caſu pendemus ab uno?
F ulminibus me ſæue iubes:tanteque ruinæ
A bſentem præſtare caput?ſecura uidetur
S ors tibi cum facias etiam nunc uota periſſe
V t nolim ſeruire malis?ſed morte parata
T e ſequar ad manes:feriat dum mœſta remotas
F ama procul terras:uiuam tibi nempe ſupſtes.
A dde ꝙ aſueſcis fatis:tantumque dolorem
C rudelis me ferre doces(ignoſce fatenti)
P oſſe pati timeo:ꝙ ſi ſunt uota:deiſque
A udior:euentus rerum ſciet ultima coniunx.
S ollicitam rupes iam te uictore tenebunt.
E t puppim quæ fata feret tam læta timebo:
N ec ſoluent audita metus mihi proſpera bella:
C um uacuis proiecta locis a cæſare poſſim

Summa:ultima. Sorte frequenti:qa frequenter nimis abs te diuellor. Sorte:plæbeia fortuna. Dimiſſa: deſerta frequenter a uiro:quia plæbeoꝝ eſt relinquere frequenter uxores cum negociis i pediuntur. Hoſtis ad aduentum:nunc arguit a parte iuris:quod eſt par:par ẽ ius quod inter oẽs æquabile eſt: quod fit ex æquo & bono.i.iuſto & honeſto: honeſtum ẽ ut gratificemur amicis:non autem inimicis:tu uero gratificaris non amicis: ſed inimicis:arguit a contrario:cũ noſtro coniuncto diſpliceat Cæſari:ergo eidem noſtra diſiũctio placet:quod eſt cõtra ius æquabile. Tædæ:cõiugii. Placemus ſoceꝝ:mitigemus Cæ.qui iratus ẽ ꝙ coniuncti ſumus. Sic eſt tibi.c.a fide cõiugii plane arguit quia fides coniugalis eiuſmodi debet eẽ ut oĩs fortuna utriuſq; cõmunis ſit:ſed me uis a fortuna cõi ſeiũgi dũ uetas me intereſſe caſibus tuis. Tutius eẽ:id quod tibi tutum non ẽ:nec mihi qdẽ. Fulminibus me:o ſæue Põpei nunqd uis tuum caput:tuáq; ſalutem exponere periculis me abſente. Iubes.i.uis. Fulminibus.ſ.belli. Secura uidetur:quia Pompeius ſuperius dixerat ipam in Leſbo tutiſſimá fore:Reſpondet qđ ſecurũ tu appellas: d mihi miſerrimum eſt.

Sors tibi cũ facias:ſenſus eſt mea uota ſunt non ut poſt te miſera uiuam: ſed tecũ moriar:quibus uotis nũc reſiſtis cũ me ſpes a pñtia tua diuellere. Morte pata quia prõpta ſum mori tecũ:ideo facis ut mea uota pereant. Superſtes:quia ſi nihil aliud aderit:ſaltem tibi ſupſtes ero: dũ fama triſtis ad me perferetur. Adde ꝙ aſſueſcis. Accedit ꝙ me ſenſim docebis poſſe carere tui:quod ego minime uellẽ:(ná fatebor)timeo ne pati poſſim hoc poſt prœlia:ſed cũ me ſeiũgas abs te paulatim efficies qđ mihi nũc ítolerabile uidet. Aſſueſcis:aſſuefacis me. Fatis:tuis aduerſis:ut poſſim tua fata quæcũq; fuerit ferre cũ abs te ſeiũgat. Tátũq; dolorẽ.ſ.q̃tũ ex morte tua capẽ:ſiqd tibi aduerſi cõtingerit. Ignoſce fatẽti:fateor ꝙ timeo ne poſſim pati mortẽ tuá. Quod ſi ſunt uota:utitur dilẽmate:qđ ab utraq; pte cõcludit:neceſſe eſt.n.alterũ duoꝝ fieri aut uinces aut uinceris:ſi tu uiceris:ego tibi ſuperſtes ero:& ſi tu cũ exercitu tuo uinceris:hoc icommodi conſequar:ná aliquádiu poſt te uiuam:ſi uinces ego poſtrema gaudebo:hoc icommodi habebo ex abſentia tua:ꝙ ſi eſſem fortunæ tuæ ſocia:nec poſſem uiuere poſt te. Euẽtus:ſucceſſus. Deis audior.i. ſi dii mihi propitii fuerit ut preces meas exaudiát. Solicitá rupes:etiam ſi uictoriam ex hoſtibus cõſecutus fueris timebo tñ rupes & ſcopulos ne nauis nũcia uictoriæ tuæ í ſcopulos illiſá frangatur:& cũ ad me uenerit ſine piculo non ero:ná Cæſar etiá fugiens Leſbon poterit conuertere curſum:& uim aliq̃ inferre Corneliæ. Fata i.fortunam tuá. Ferant pupim.ſ.ne frágatur ſcopulis. Nõ ſoluẽt audita metus:etiam ſi nuncius uenerit:oĩa tibi feliciter ſucceſſiſſe:nõ tñ ſine metu ero:ne Cæſar fugiẽs,huc aliqd incommodi nobis íferat:ſciet eni uxorẽ Põpeii hic poſitá. Vacuis:deſertis locis. Vel:ꝑ etiá. Noteſcẽt littora clari:dicere poſſes:neſciet Cæſar ubi ſcis:ſed hoc fieri nõ põt:uidelicet ut locus ille obſcurus ſit:ubi relegata fuerit uxor Põpeii.

Clari nominis:Corneliæ. Ibi:in inſula leſbo:ubi ẽ mithylene:íter Methymnam & maliá iacẽs ciuitas maxima:que a Malia diſtat ſtadiis ſeptuaginta(ut inquit Strabo) Hoc præcor extremũ:adhuc refellit quod dixit Põpeius:uidelicet ut ſit locus tutus quo me cõferre poſſim:ſiquid aduerſi contigerit:illa ecõuerſo dicit ſi uictus fuerit:quocũq; potius nauiget:q̃ ad inſulam Leſbon:quia ubi a Cornelia erit:eo cõiiciet Cæſar Pompeium ſe cõtuliſſe amore coniugis. Deflecte.q.c.ſ.q̃ ad inſulam Leſbon. Victa arma:ꝙ uictus fueris a Cæſare. Tutius fuga:ut ſalutem tuam niſi in fuga cõſtituas. Cõmiſeris undis.i.ut nauiges ad aliquem locum tutiorem. Infauſtam:infelicem.i.uictá.

V el fugiente capi:noteſcent littora clari
N ominis exilio:poſitaque ibi coniuge magni.
Q uis mitylenæas poterit neſcire latebras?
H oc precor extremum ſi nil tibi uicta relinquent
T utius arma fuga cum te commiſeris undis
Q uolibet in fauſtam potius deflecte carinam
L ittoribus quærere meis:ſic fata relictis
E xiliit ſtratis amens:tormentaque nulla
V ult differre mora:non mœſti pectora magni
S uſtinet amplexu dulci:non colla tenere:
E xtremusque perit tam longi fructus amoris
P ræcipitantque ſuos luctus:neuterque recedens
S uſtinuit dixiſſe uale:uitamque per omnem
N ula fuit tam mœſta dies:nam cætera damna
D urata iam mente malis firmaque tulerunt.
L abitur infelix:manibuſque excepta ſuorum
F ertur ad æquoreas:ac ſe proſternit harenas
L ittoraque ipſa tenet:tandemque illata carinæ ẽ:
N on ſic infelix patriam:portuſque reliquit
H eſperios:ſæui premerent cum cæſaris arma.
F ida comes magni uadit duce ſola relicto:
P ompeiũque fugit:que nox tibi proxima uenit
I nſomnis uiduo:tunc primum frigida lecto:
A tque inſueta quies uni:nudumque marito
N on hærente latus:ſomno quam ſæpe grauata
D eceptis uacuum manibus complexa cubile eſt.
A tque oblita fuge queſuit nocte maritum.
N am quamuis flamma rectas urgente medullas.
N on iuuat in toto corpus iactare cubili
S eruatur pars illa tori:caruiſſe timebat
P ompeio.ſed non ſuperi tam læta parabant.
I nſtabat miſeræ:magnũ quæ redderet hora.

Sic fata re:hæc ubi dixit cornelia ſtatim ſurrexit e ſtrato:ubi cũ Pompeio quieſcebat,& noluit animi ſupplicium curamq; differre:quando ſemel erat diſiungenda a Pompeio:ſtatim hoc facere properauit & auertit ſe ab illius cõſpectu:poſt hac uero pompeium non uidit:donec uictus a Cæſare. Tormenta:abſentie uim.

Nulla mora:quia ſtatim ab eius cõſpectu aufugit. Non mæſti pectora:non ſuſtinuit amplexum Pompei nec brachia collo circũdedit:ut conſueuerat. Præcipitantq; ſuos luctus: feſtinant ſeparationẽ:quæ utriuſq; luctus cá erat. Neuterq; recedens:&cum ſepararetur uir ab uxore nec illud dixit quod extremum dici ſolet uale. Vitáq; per omnem:per omne uitæ tempus quo pompeius & Cornelia diſiuncti ſunt:nullum diẽ tam moleſtum uiderũt. Nam cætera dána:quia poſt cladem acceptam iam animus induruerat ut fortius fortunam aduerſam pateret.

Durata mẽte.i.forti animo. Labitur infelix:quia examinata eſt ꝓpemodũ abſentia uiri. Manibus excepta:intra manus ſuorum ſuſcepta. Fertur ad æquor ut naue ípoſita uehatur ad inſulam Leſbon. Littora:ubi parata nauis erat.

Illata:impoſita. Non ſic íſelixi: dicit maiore dolore diſceſſiſſe ab Epiro Corneliá:quá diſceſſerat ab urbe Roma:quia cũ diſcederet a patria comitata ẽ Põpeium:nũc uero diſcedens ab Epiro ſola uirũ ſuũ relinquere cogebatur. Heſpios:italos.

Fida:qui nunq̃ uirum í ulla fortuna deſeruit. Inſomnis:ſine ſomno:quia tota nocte uigilauit Inſueta quieſ uni:quia nõ ſola dormire cõſueuerat. Vacuum.ſ.uiro ſuo. Deceptis.m.quia oblita erat uiri ſui abſentiam:quẽ cũ amplecti crederet lectũ uacuũ amplectebatur. Fuge:quia ſomno oblita erat a uiro ſe diſiũctam eẽ.

Ná q̃uis flamma: q̃uis inquit arderet amore Põpeii Cornelia:tñ locum in quo iacere cõſueuerat Põpeius relinquebat uacuũ:iõ quaſi oblita mariti ſui abſentiá:locus ille ab illa uacuus relinquebatur. In toto cubili:ut totum lectũ luſtraret. Pars illa:in qua ſolebat iacece uir. Caruiſſe timebat Põpeio:nemo timet quod euenit ſed euenturũ eſt.i.abſtinebat ſe ab eo loco tanq̃ icerta an pompeius adeſſet:nõ tá læta:quia hoc ſatius fuiſſet q̃ a Cæſare uinci:ſed uinci a Cæſare fecit ut Pompeio Cornelia nõ careret:quia ſtatim ut uictis eſt ſe cõtuli ad Corneliam.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

# .M.ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER SEXTVS.

Poſtq̄ caſtra duces pugnæ iá mente ꝓpinqui
Impoſuere iugis : admotaq; cōminus arma:
Parque ſuum uidere dei : capere oía cæſar
Mœnia graiorum ſpernit:martemque ſecundum :
Iam niſi de genero fatis debere recuſat .
Funeſtam mundo uotis petit omnibus horam
In caſum quæ cuncta ferat:placet alea fati
Alterutrum merſura caput:ter collibus omnes
Explicuit turmas : & ſigna minantia pugnam.
Teſtatus nunquam latiæ ſe deeſſe ruinæ.
Vt uidet ad nullos exciri poſſe tumultus
In pugná generum:ſed clauſo fidere uallo.
Signa mouet:tectuſque uia dumoſa per arua
Dyrrhachii præceps rapiendas tendit ad arces.
Hoc iter æquoreo præcepit limite magnus:
Quenque uocat collem taulantius incola petram
Inſedit caſtris : epireaq; mœnia ſeruat:

Poſtq̄ caſtra duces pugnæ iam mente propinqui. Hic liber continet quomodo poſitis prope caſtris ad Alorem fluuium a Cæſare:teſte Appiano:&a Pompeio ad Dyirrhachium properabat Pompeius expeditionem:ſenſimq; poteſtatem decertandi Cæſari fecit:eductis in aciem copiis:quod cū recuſaret Cæſar a Brundufio uenturos milites expectans:deinde iter Dyrrhachium tendit quomodo etiam ſecutus eſt Cæſarem Pompeius & cum illum præuenire non poſſet:ut cupiebat caſtra ad locum poſuit qui appellatur petra:eo etiam Cæſar ſe contulit: iam Cæſari tunc exercitus omnis i unum aderat. Aderat uiciſſim & Pompeio :& adinuicem i colle quodam magnis præſidiis caſtra habuerunt. Et cum pompeius ſe ſuis locis teneret:ſtatuit eum Cæſar munitionibus intercludere:ſed cum maiore inopia laboraret Cæſar qui obſidebat : q̄ pōpeius qui obſidebatur:non potuit tamen Pompeius hanc indignitatem ferre: ſtatuitq; erumpere in Cæſarem cum exercitu : ſimulque cōmiſſa pugna:cum ſæua ſupra hominem egregie pugnaſſet:tandem eo confecto uulneribus in fugam Cæſariani conuerſi ſunt: & eo uſq; ad caſtra Pompeiani perſecuti ſunt:unde eo die ſi uoluiſſet Pompeius de Cæſare & exercitu ſuo actum erat: Appianus uero refert Cæſaré dixiſſe:bellum ea die finem habiturum fuiſſe:ſi hoſtes ducem q uictoria uti ſciuiſſet habuiſſent. Iugis. Dyrrhachinis. Admotaq; cominus arma. i. conſtitutis ꝓpe caſtris conſtitere utriq;. Parq; ſuum uidere dei.i. poſtq̄ dii uiderunt Cæſarem & Pompeium pares ſibi:quia dii dominant̃ i cælo: Cæſar & Pompeius i terra. Mœnia graiorum:quia ſi uoluiſſet facile erat: ſed ad id animum itendebat:in quo ſumma rerum ſteterat:uidelicet:ut Pompeium uiceret. Martéq; ſecundum:q̄q̄ fata ei propicia eſſent:tamen nihil cedere ſib exiſtimabat:niſi Pompeium uinceret. Et niſi degenero:licet cætera ſecunda eſſent:tamen non exiſtimabat ſe fatis obligatum . Funeſta mundo : hanc horam qua bella ciuilia committenda eſſent uniuerſo orbi funeſtam:tota mente petebat. In caſum:in dubium.

Alea fati:fortuna belli incerta:qualis eſt ludus aleæ. Horatius.piculoſæ plenum opus aleæ . Placet:quia ad extremū uenire ꝓpabat. In collibus ois: Aſpagus ē agri dyrrhachini locus:i quo caſtra Pōpeius poſuerat: eodē Cæſar cū oībus copiis expugnato oppido pratinoꝝ ꝑfectus:haud ꝓcul íde caſtra poſuit:& cū exercitū e caſtris duxiſſet:ſtructa acie Pōpeio decernēdi facultaté fecit:at ubi Pōpeiū ſe ſuis locis detineri aīaduertit:cum exercitu ꝑficiſci iſtituit ad ipm oppidū Dyrrhachiū:ſpás Pōpeiū haud ꝓcul e caſtris exituꝝ eē:aut illū itercludere poſſe:ꝙ Dyrrhachii oēm cōmeatū belliq; appatū Pōpeius repoſuerat:nec Cæſa. fefellit opío:ná ubi e caſtris ſenſit Pōpeius illū exiſſe:ipſe breui itinere p mare nauigauit:ut ei occurreret:ná Cæſar difficiliori & arduo magis itinere ibat:ſed ubi cōſiliū illud nō ceſſit i aliá ptē auerſus ē:ná locus qui petra dr̃ ignē emittētem(ut refert Strabo)haud ꝓcul a mœnibꝰ dyrrhachii cœpit:ibiq; Pōpeius caſtra poſuit eodē Cæ. ꝑfectux ē Pōpeius aliq̄s lōgaꝝ nauiū eo cōuenire iubet. Ex oiq; Aſia & regióibus q̄s Pōpeius tenebat cōmeatū eo cōportari iuſſit:id ubi Cæſar uidit munitióibus claudere cōſtituit:ſed tn̄ paꝝ ꝓfuit. Explicuit turmas.i.extēdit acié & pugnádi facultaté Pō.fecit. Turmæ:ꝓprie ſūt eqtū:ſed abuſiue peditū dicūtur hoc loco. Turma ē nonagita eqtū multitudo q̄ſi terdena: ꝙ ex tribus tribubus. Tatiēſiū:Ràniū:Luceꝝ:terdeni eligebant̃. Signa:uexilla aqlas .

Teſtatus ſe nūq̄ deeſſe.i.patū eē Italiá euertere ſi facultas daret̃. Vt uidet ad nullos:Cæſar ubi aliqn̄ tentauit:an Pōpeius uellet ſe permittere pugnæ:poſtq̄ id non perfecerat:arduo ac difficili itinere iter Dyrrhachiū. itendit. Tumultus:quoſcūq; tumultus Cæſar moueret eos puificiebat pōpeius. Signa:caſtra. Tectuſq; uia:qa difficili & opto itinere dyrrhachiū petiit. Dūoſa p arua:unū ſeqtur ex altero:quia dumoſa:iō tecta uia icedebat. Præceps:hoc iō fecit Cæſar ut alterū ex duobus ſequeretur uel e caſtris exiret pōpeius:uł ut ipm dyrrhachio itercluderet:ubi cōmeatū:& oēm belli appatū Pō.collocauerat. Taulátius:tauláti ptini & pirei : ſup epidánū ſiue dyrhachiū &apolloniá ſedes hn̄t uſq; ad ceraunios mōteſ(ut ífert St.) Epireaq; mœ.i.dyrhachii.



Vel ſolis turribus:quia ſine propugnatione & defenſione ulla locus ille per ſe munitus & expeditus erat. Non opus:non humana manu munitum erat:ſed naturali ſitu:nam quæ humano labore conſtruuntur : licet ardua ſint:tamen cedunt:uel bellis uel uetuſtati temporis: ſed quæ naturalia ſunt fere perpetuo durant. Hanc:urbem durrhachii. Annis:nanque omnia tempus edax conſumit:& omnia capit. Ardua tollat: ideſt ſi humano labore munita fuerit. Naturam ſedemque loci:ideſt naturalem ſedem loci.endiadis eſt . Clauſa profundo:ab una parte qua collis eſt:oppidum continenti terræ coniungitur. Non eſt inſula:ſed urbs:aut peninſula. Terribiles ratibus : eſt condita in rupibus adeo altiſſimis:ut q nauigant ſuſpicientes altitudinem mœnium admiratione quadam attoniti fiant.

Defendens tutam: uel ſolis turribus urbem.
Non opus hanc ueterum :nec moles ſtructa tuet̃
Humanuſque labor facilis licet ardua tollat
Cedere uel bellis:uel cuncta mouentibus annis .
Sed munimen habet nullo quaſſabile ferro :
Naturam ſedemque loci:nam clauſa profundo
Vndiq; præcipiti:ſcopuliſque mouētibus æquor
Exiguo debet ꝙ non eſt inſula colli .
Terribiles ratibus ſuſtentant mœnia cautes .
Ioniumque furens rapido cum tollitur auſtro
Tépla domoſq; quatit: ſpumatq; in culmia pótus
Huc auidam belli rapuit ſpes improba mentem
Cæſaris:ut uaſtis diffuſum collibus hoſtem
Cingeret ignarum ducto procul aggere ualli:
Metitur terras oculis : nec ceſpite tantum
Contentus fragili ſubitos attollere muros :
Ingentes cautes : auulſaque ſaxa metallis:
Graiorumq; domos diruptaque mœnia tráſſert
Extruitur quod non aries impellere ſæuus
Quod non ulla queat uiolenti machina belli .
Franguntur montes:planumque p ardua cæſar
Ducit opus:pandit foſſas:turritaque ſummis
Diſponit caſtella iugis:magnoque receſſu
Amplexus fines ſaltus:nemoroſaque teſqua
Et ſyluas:uaſtaque feras indagine claudit .
Non deſunt campi:non deſunt pabula magno :
Caſtraque cæſareo circundatus aggere mutat.
Flumina tot curſus illic exorta fatigant :
Illic merſa ſuos:operumque ut ſumma reuiſat
Defeſſus cæſar mediis intermanet agris .
Nunc uetus iliacos attollat fabula muros :

Terribiles cautes: non ſolum admiratione ſed periculi timore:quia ſi muri caderent naues frangerentur. Ioniumque furens:undæ ionii maris:quæ uentis impelluntur tantum fragorem incutiunt :ut templa & omnia mœnia concutiantur.

Furens:uentis perturbatum. Spumatque in culmina:ideſt uſque ad culmina tectorum erigitur. Huc auidam belli: poſtquam uidit ſe loco tutiſſimo tenere Pompeium Cæ . nec ide educi poſſe ad pugnā conſtituit illum munimentis claudere: ut inde exire non poſſet. Vt uaſtis collibus: quia late loca patebant : ubi Pompeius caſtra poſuerat:ergo conſtituit illum munimentis claudere. Metitur terras : quantū proſpectus erat. Nec ceſpite tantum. i. non ſatis habuit Cæſar circuncludere Pōpeium Aggere terræ:ſed muris lapideis cīgere parat. Ceſpite:terra cum radicibus immixta. Metallis:inſtrumentis ferreis: ut uectibus. Diruptaq; mœnia tr. mœnia quæ oppugnando euerterat uiſa ſunt idonea ad hæc munimenta conſtruenda.

Extruitur.ſ. munimētum:quod ualidū eſſet ad mœnia urbis ſtruēdæ. Frangunt̃ montes:ſi collis obſiſteret : frangebat : & mœnia cīgebat & p montes ducebat muros. Turrita caſtella:propugnacula ualli.

Magnoque re.& tantum terræ circūdabat:ut lucos & ſyluas ſimul cum feris clauderet. Receſſus: dicitur locus ſeorſum poſitus:qa procul a caſtris Pompeii mūimenta hæc ſtruebat. Nemoroſaque teſqua:teſqua aſpera & iculta loca appellauit ut Horatius:Ná quæ deſerta & inhoſpita teſqua credis. Vaſta indagine: hoc dixit ad feras reſpiciens:quia indago dicitur circuitus retium cum feræ claudūtur ne qua exire poſſint. Non deſunt campi.quamuis Cæſar circundederit Pompeium undique munimentis ualidis ut nō uideretur exire poſſe:tamen ita late patebat campus ubi conſtiterat:ut nec pabula equis deeſſent:commeatus longis aliquot nauibus ex omni Aſia & regionibus:quas Pompeius tenebat comportari iuſſit . Mutant.ſ.tantum quantum campi patent. Flumia huc et am aquatum mittere equites poterat. Illic:in alia parte tantum ſpacium erat:ut ibi fontes eſſent fluuiorum:& per alueos ſuos in alios fluuios diſcurrerent. Merſa:cum deſcenderent per alios fluuios. Operūque ut ſumma:Cæſar quia tam longa munimenta duxerat:caſtra in medio poſuerat:ut extrema reuiſere poſſet.

Summa:prīcipium & finis dicuntur ſumma alicuius rei. Operum:ideſt munimentoꝝ. Intermanet agris ideſt i mediis agris caſtra ponit. Nunc uetus iliacos:Lucanus hic quaſi repræhendit poetas qui mœnia urbiſ Troiæ nimium extulerunt laudibus:ꝙ uidelicet magni ambitus fuerint:cum comparatione horum munimētoꝝ breuia admodū fuerit. Vetus fabula:audeát igt ueteres poetæ muros troiáos laudibus efferre: ꝙ dicant



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quadratam fuiſſe urbem:&.xxxx.milia paſſuum occupaſſe. Aſcribatque deis:ꝙ tam magnifica illa ædificia eſſent ut uiderentur:non ope humana eſſe conſtructa:ideo Apollinem & Neptunum Laomedonti auxilio fuiſſe cecinerint. Fragili circundata teſta:admirentur etiam mœnia Babylonis:quam ſemiramis cinxit latentiis muris:ideo fragili teſta dixit. Refugi parthi:quia fugientes ſagittas ĩ hoſtes remittunt. En quantum tigris quantumlibet admirentur:tamen uideant ſubito & quodam tumultu tantum ſpacii clauſum a militibus cæſaris eſſe:quantũ ſatis eſſet Regno Aſſyriorũ:ubi Reges ſedem ſuam poſuerunt. Raptum:ſubitum,: feſtĩatum.

A ſcribatque deis:fragili circundata teſta
M œnia mirentur refugi babylonia parthi :
E n quantum tigris:q̃tum celer ambit orontes:
A ſſyriis q̃tum populis telluris eoæ
S ufficit in regnum ſubitum:belliq; tumultu
R aptum clauſit opus:tanti periere labores .
T ot potuere manus adiungere ſeſton abydo :
I ngeſtoque ſolo phryxeum elidere pontum:
A ut pelopis latis ephyren abrumpere regnis :
E t ratibus longæ flexus donare maleæ .
A ut aliquem mundi q̃uis natura negaſſet
I n melius mutare locum:coit area belli:
H ic alitur ſanguis terras fluxurus in omnes
H ic & theſſalicæ clades:libycæque tenentur:
A eſtuat anguſta rabies ciuilis harena .
P rima quidem ſurgens operum ſtructura feſellit
P ompeium:ueluti mediæ qui tutus in aruis
S icaniæ rapidum neſcit latrare pelorum :
A ut uaga cum tethys:rutupinaque littora feruent
V nda caledonios fallit turbata britannos.

Tigris:flu.eſt Meſopotamiã amplectẽs.

Orontes:flu.eſt Syriæ qui Antiochiam præterlabitur:cum prius Typhon diceret̃: mutato nomine ab illo qui ĩ eo pontem fecit Orontes eſt appellatus (ut inqt Strabo). Tanti periere labores:ſed tamen q̃uis tantum opus fecerit Cæſar oĩa ĩ caſſũ periere. Tot potuere manus:quantum utilitatis potuerunt afferre labores Cæſaris:qui nunc perierunt :ſi in re utiliori conſumpti fuiſſent. Seſton abydo:inter ſeſton & Abydon helleſpontus eſt:qui facit ut ad hæc duo oppida:ſine incommodo nauigari non poſſit & eſt ſenſus potuiſſet Helleſpontum iungere ponte:ut ſine nauigio ab altero oppido ad alterum nauigari poſſet. Abydos urbs ẽ Aſiæ:& Seſtos Europæ:ut refert Solinus. Elidere: ideſt interrumpere . Phryxeum:ideſt helleſpõtum:in quo helle ſũmerſa eſt:ſed poetæ ď propinquo nomina uſurpare ſolent : ſic Virgilius Dardanum pro Teucro poſuit.

Ingeſto ſolo: ideſt cumulata terra : ut pontus obrueretur. Aut pelopis: aut poterunt corinthum urbem nobiliſſimam a Peloponneſo ſeperare inter quas anguſti termini terræ ſunt : & propter longum & ancipitem nauium ambitũ perfodere angiſtias nauigabili alueo tentauere: Demetrius rex:dictator cæſar. C.princeps. Domitius Nero infauſto omnium exitu. Plinius. Ephyren:nam Corintus ciuitas Peloponneſi antea Ephyre dicta eſt:ut libro quarto a Plinio oſtenditur. Latis regnis pelopis:id eſt a peloponneſo:ubi regnum fuit pelopis:nam peloponneſus dicitur a pelope & νησος inſula .Pelops auctore Strabone.ex phrygia ducto ſecum populo ab ſe peloponneſo nomen ĩdidit. Longæ maleæ : quia malea eſt promontorium laconiæ:quod quinquaginta milia paſſuum intra mare protenditur: adeo impellens undas ut naues perſequi uideatur:ad id non niſi longo ambitu perueniri poteſt a nauigantibus:ideo dicit potuiſſe perficere:ut ad hoc promontorium a nauigantibus facili ambitu & ſine nauigatione perueniri poſſet. Coit area belli: tantum abfuerunt ut coercerent milites : qui hoc ipſo indignabantur:magis & ad bellum incitabantur:ut ſanguinem effunderent. Coit:includitur. Area belli:ſpacium in quo bellatores continentur. Terras fluxurus in omnes:quia ex omni parte orbis terrarum interfuere populi huic bello ciuili . Theſſalicæ clades:eorum qui cum Pompeio cæſi fuerunt. Libyæ:eorum qui deinde in Aphrica cum Catone perierunt .

Aeſtuat:incenditur. Anguſta arena:ĩ anguſto ſpacio littoris Ionii:uel ad ſimilitudinem arenæ theatri qua ſi incluſi eſſent cauea. Anguſta:breui: quantum ad multitudinem populorum qui includebantur : aliter non conuenit cum antedictis. Aſſyriis quantũ populis. Prima quidem :adeo remota erant munimenta: ut nihil omnino Pompeius cum exercitu ſenſerit. Surgens:creſcens. Veluti mediæ : quemadmodum qui ĩ Sicilia habitãt ẽt ſi pturbatum fuerit mare ſiculũ:tamẽ nõ ſentiunt maris pturbationẽ:ita Põpeius q̃uis circũdaret̃ munimẽtis a cæſare:tamẽ nõ ſentiebat. Rapidũ pelorꝫ.i.Syllã quæ iuxta pelorꝫ ẽ.Vir.Dextrꝫ ſylla latus:leuum ĩplacata charybdis.nã pelorus mõs ẽ q cũ apœnĩo cõtinuabat̃:poſtea uel terremotu uel aſſiduo fluctus maris ĩterruptus eſt:& cũ Siciliã ab Italia diuiſit fecit duo periculoſa nautis loca:Syllã a dextra atꝗ charybdĩ: a ſiniſtra.

Latrare:qa hæc ſylla puella fuit:& cũ deſcẽdiſſet ĩ fontẽ uenenis a circe ĩbutũ:ſtatĩ hiſpidæ ptes cõuerſæ ſunt ĩ canes:illa ipſius terrore pcuſſa ſe cõiecit ĩ undas:& locũ illũ fecit nautis piculoſum. Neſcit.i.nõ audit. Aut uaga cũ tethys:circa Britãniã mare oceanũ ẽ.qđ aliquãdo fluxũ aliquãdo refluxũ facit:adeo ut ĩgẽti terremotu ĩſula ppemodũ terreat̃:pterq̃ q ĩ ĩteriore ĩſula habitãt. Rutupĩa:rutupe oppidũ ẽ littorale Britãniæ , ptolemeus.Iuuenalis rutupĩo ue edita fundo oſtrea. Vnda caledonios:mare turbatũ illi qdẽ ſentiũt:at uero q ĩ caledone ĩteriori oppido britãniæ ſunt nihil oĩno maris illã tẽpeſtatẽ ſentiũt. Tethys.i.oceanus. Caledonios:

Caledon & calydon.is.differunt.nam calydon eſt ciuitas Etolorum: quæ quondam Græciæ tutamen erat:ut Strabo refert haberque ſecundam breuem. Virgilius.Quod ſcelus aut lapithis tantum aut calydone merẽte? at uero Caledon:ut refert Plinius libro.iiii.eſt ſylua Britanniæ ĩterioris ſecunda producta. Martialis Nuda caledonio ſic pectora præbuit urſo. Vt primum uaſto:ſimul ac ſenſit Pompeius ſe a Cæſare circunclufum tametſi nihil detrimenti ſentiret:tamen pati non potuit:qui diſſiparet exercitum Cæſaris:ipſe etiam milites ſuos diuerſis in locis conſiſtere iuſſit:nam ea ſolicitudine motus Cæſar explicuit ſuos. Agmina:ſcilicet ſua ut diuerſis locis iuga capiens ſolicitum redderet Cæſarem. Petra(ut ĩquit Strabo)locus ẽ iuxta Dyrrhachium ignem uomens:cui fontes ſubſunt:qui aquas tepidas bitumenꝗ ſcatent. Laxet:deſtrahat : cum Cæſar diuerſos locos captos a militibus teneret: Pompeius & ipſe ad ſingulos immittebat exercitum. Tendat: extendat. Claudentem:ſcilicet Cæſarem. Effuſo milite ut ſparſo exercitu ſuo exercitum quoque Cæſaris ſpargeret. Ac tantum ſepti:dicit tantum agri circundati habuiſſe Pompeium quantum diſtat Aritia ſylua ab urbe Roma aut tyberis:cũ recta uia ſine ullo flexu a mari tyrrheno diſtat . Dianæ mycenææ:hoc autem dixit propt̃ iphigeniã quæ dianæ cultrix fuit: adeo ut cum pater eius illam immolaturus eſſet: ſubiecta ceruа ipſam abſtraxit & eam templo ſuo præfecit:Nam Mycenæ ciuitas græca fuit ubi regnauit Agamennon . Ariciæ autem( ut refert Solinus)Oreſtes oraculo monitus ſimulacrum ſcythicæ dianæ quod de taurica extulerat: prius quã Argos peteret cõſecrauit : ideo ſacrata dixit : conſtituta fuit Aritia ciuitas ab Archilocho ſiculo unde & nomẽ tractum:diſtat a Roma ſtad.c.& .lx.(ut inquit Strabo)& nemoralis dicitur quia templum dianæ ſylua circundat : cui lacus inſtar pelagi fluctuans adiacet : Auctore Strabone. Quoque modo:aliam deſcriptionẽ facit:uidelicet tantũ tenuiſſe Pompeium caſtris ſuis:quantum diſtat urbs Roma ab hoſtia:uidelicet.viii.miliaria:nam tybris ab urbe deſcendit in mare tyrrhenum ea parte qua eſt hoſtia:hoſtia autem urbs ab Anco martio condita appellatur ab hoſtio: hoſtium dicitur exitus quo fluuius in mare deſcendit:quia ea parte tyberis ingreditur mare. Prælapſus mœnia:ideſt lapſus per mœnia. Si nuſquam torqueat amnem:nam ſi uolueris metiri ſpacium qua tyberis defertur in mare tyrrhenum longius eſt.nam curuatis ripis & flexis tandem peruenit in mare. Claſſica nulla ſonãt: etiam nullo ſigno dato ipſi iter ſe milites exercebantur. Iniuſſa tela.u.unum ex reliquo ſequitur.ideo iniuſſa quia nullum ſignum tuba dabat. Et fit ſæpe.n.q̃uis toto die eqtarent tamen non erat ſpacium ſatis latum tãtæ multitudini:nam propter anguſtiam loci:non nunq̃ uulnerabant ſuos:cum ipſi iter ſe exercerent . Iaculum tentare:ideſt dum ſe exercent milites iaculando. Maior cura:Pompeium peſtilentia premebat Cæſarem uero fames. Maior cu.ſ.q̃ cura pugnandi. Exhauſtæ:euacuatæ.ſ.herbis ſtramine:& hæc cura erat quæ Põpeium a bello diſtrahebat. Quæ currens ob.nam licet ibi paſcua eſſent:tamen eques dum ſe exercet ita calcauerat herbas ut nihil omnino ſupereſſet. Obtriuit:calcauit. Gradibuſque citatis:ideſt currentibus equis.

V t primum ſeptas uaſto uidet aggere terras :
I pſe quoque a tuta deducens agmina petra
D iuerſis ſpargit tumulis :ut cæſaris arma
L axet:& effuſo claudentem milite tendat .
A c tantum ſepti uallo ſibi uendicat agri:
P arua mycenææ quantum ſacrata dianæ
D iſtat ab excælſa memoralis aricia roma .
Q uoque modo romæ prælapſus mœnia tybris
I n mare deſcendit:ſi nuſquam torqueat amnem:
C laſſica nulla ſonant:inuiſaque tela uagantur :
E t fit ſæpe nefas iaculum tentare lacerto :
M aior cura duces miſcendis abſtrahit armis
P ompeium exhauſtæ præbẽda ad gramina terræ
Q uæ currens obtriuit eques:gradibuſq; citatis
V ngula frondentem diſcuſſit cornea campum:
B elliger attonſis ſonipes defeſſus in aruis:
A duectos cum plena ferant præſepia culmos .
O re nouas poſcens moribundus labitur herbas:
E t tremulo medios abrumpit poplite gyros .
C orpora tum ſoluit tabes:& digerit artus:
T raxit iners cælum fluidæ contagia peſtis
O bſcuram in nubem:tali ſpiramine neſſus

Diſcuſſit:diſſipauit. Frondentem:uirentem campum:tranſlatio ab arboribus:nam arborum frondere:pratorum uirere eſt. Belliger ſonipes:bellator equus. Ferant:offerant. Culmos aduectos:erant ĩquit paleæ ad ſacietatem:ſed eas ſpernebant equi. Labitur moribundus:intercurrendum deficiebat. Et tremulo. m. dum eques ſonipedem in gyrum uolueret ille prolapſus in medio curſu deficiebat. Gyros: reuolutiones.

Corpora:uirorum & cætera iumenta corrumpebantur:& aerem inficiebant. Iners cælum:craſſus aer putrefactis iumentorum corporibus:nam aer craſſus obſcuritatem inducit ad ſimilitudinem nubis. Tali: refert Strabo libro nono:ſubter calydonem eſſe collem Taphoſſum in quo Neſſi & aliorum centaurorum tumulus locatus cernitur:equorum tabo deterrimus odor ſub montis radice profunditur : & humor groſſioribus guttam manat:quam quidem ob cauſam gentem illam Ozolas ideſt mali odoris uocant: hoc a Lucano tangitur.

Stygiũ aera.i.peſtiferꝫ. Tali:q̃lis erit aer ĩ caſtris Pompeii ĩfectis putrefactiõe corporꝫ quæ reſoluebantur.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Typhonis:gigas fuit unus ex his qui bellum contra Iouem intulerunt:poſtea hunc ſub inarine monte occiſum Iuppiter condidit:& quotienſcunque mouet feſſum latus:ſemper emittit aerem peſtilentem. Antra. ſ. montis inarines: Inde:ex hac peſtis corruptione. Labant:cadunt. Vnda:primo quidem corrupta eſt unda:talem ordinem tenuit Virgilius cum peſtilentiam deſcriberet.quæ atticam terram infecit. Cælo.ſ.turbido & corrupto. Riget:dureſcit cutis.primum ſignum erat morbi contracti.ſ. q̄ ad tactum cutis reſiſteret.

Atra:quia nigra efficiebatur cutis. Igneaque in uultus:quia intentis oculis faciem toruam oſtendebant:& ſtatim pallida efficiebatur. Sacro morbo: execrabili: ſicut Virgilius ſacrū ignem appellat:quia depaſcitur & omnia conſumit

Feruida:nam calebant oculi & facies ut ignem quodammodo emittere uiderent̄

Feſſumque caput:quod ultro citroque iactabatur. Iam magis:creſcente peſtilētia ſine ulla intermiſſione cadebant. Præceps fatum:ideſt mors uelox. Nec medii.d. nec morbus diu conſumpſit corpora ſed ſimul ac morbus peruenierat ſtatim moriebantur. Medii morbi:quia ĩter uitam & mortem ſolet ĩtercludere morbus: quia aliquandiu & ſenſim corpora interimit. Turbaque cadentum:ipſa etiam corpora auxere peſtilentiam: nam ſepeliri nō poterant p̄tæ multitudine. Incondita:ĩſepulta. Nec miſeros: nec licebat funera facere:ſed extra tentoria tantum eiiciebāt corpora:& inſepulta remanebant. Funus erat:uidelicet e tentoriis eieciſſe cadauera. Tamen hos:hanc peſtilentiā: uentus ſuperueniens non nihil abſtulit: ita ut puriorem aerem relinqueret:cum præſertī omni genere commeatuum abundarent: nam aduectitia frumenta undique uehebantur. Meſſe:ideſt frumento. Plenæ cariæ:q̄a abundabant commeatibus:nam fames ſolet ĩducere peſtilentiam. At liber terræ:hoc erat quod a conſerenda manu deterrebat Pomoeium: nunc dicit q̄d deterrebat Cæſarem:exiſtimabat̄ liber ipſe:q̄ nullis munitionibus ĩcluſus erat: ſed nihilominus f mem tolerauit ĩgentem & ĩopiam:ac ſi obſeſſus eſſet. Liber:non ĩterclusus. Angitur:ideſt cruciatur. Sur. cul.ĩn ſege:nondum flaueſcentibus agris nec matureſcentibus. In pecudum ce. cibos: ideſt ipſos iam pabulo pecudū uti cœpiſſe. Carpere dumos:more pecudū.

E mittit ſtygium nebuloſis aera ſaxis.
A ntraque lœtiferi rabiem typhonis anhelant.
I nde labant populi:cæloque paratior unda
O mne pati uirtus durauit uiſcera cœno.
I am riget atra cutis:diſtentaque lumina rumpit.
I gneaque in uultus:& ſacro feruida morbo
P eſtis abit:feſſumq; caput ſe ferre recuſat.
I am magis atq; magis præceps agit omnia fatū
N ec medii dirimunt morbi:uitamq; necemque.
S ed langor cum morte uenit:turbaque cadentū
A ucta lues: dum mixta iacent incondita uiuis
C orpora:iam miſeros ultra tentoria ciues
S pargere funus erat:tamen hos minuere labores
A tergo pelagus:pulſuſque aquilonibus aer:
L ittoraque:& plenæ peregrina meſſe carinæ.
A t liber terræ ſpacioſis collibus hoſtis
A ere non pigro:nec inertibus angitur undis:
S ed patitur ſæuam ueluti circundatus arcta
O bſidione famem: nondum ſurgentibus altam
I n ſegetem culmis cernit miſarabile uulgus
I n pecudum cecidiſſe cibos:& carpere dumos:
E t morſu ſpoliare nemus: lœtumque minātes
V ellere ab ignotis dubias radicibus herbas.
Q uæ mollire queant flamma:quæ frāgere morſu
Q uæque per abraſas utero dimittere fauces
P lurimaque humanis ante hac incognita menſis
D iripiens miles ſaturum tamen obſidet hoſtem.
V t primum libuit ruptis euadere clauſtris

Spoliare nemus.i.arbores ſylueſtres ſi forte naſcerentur fructus ſicuti pruna:corna:& unedones. Letūq; minantes:& non nunq̄ carpebant radices herbarum quas neſciebant uenenatas eſſe. Herbas dubias:q̄a neſciebant eſſent ſalubres an ne:ſed ĩ cōmentariis legitur herbā quādā frequēter ĩueniebāt.cuius nomē ē chara:& hanc herbā lacte p̄mixtam ĩ modū panis cōficiebant:& huius herbæ magna copia fuit.Refert & Plutarchus q̄ cū Cæſar maxia opprimeretur iopia:& milites radicem quandā auellerent:& cōmixta lacte ueſcerentur :ĩterdū factos ex ea panes intra hoſtium ſtationes prætercurrentes iniiciebant: addebantq; ſe quoad huiuſmodi terra radices produceret obſidionē Pompeii non relicturos:eos autem & panes & ſermones ĩ uulgus proferri Pōpeius uetuit:[illegible] animi perfrigerentur:q[illegible]ſtium imanitatē p̄tinacemq; tolerantiā ſicuti feraꝝ exhorreſcerent. Quæ mollire queunt:cernit etiam alios milites alia euellere quæcunq; molliri poterant aqua:uel elixari quamuis aſpera eſſent tamen per guttur mitterent:dum modum ſe ſuſtentare poſſent. Mollire flamma:ideſt elixare. Frangere morſu:ideſt quæ dentibus poſſint mandere. Per abraſas fauces:aſperitate radicum & herbarum. Plurimaque humanis:& ita milites nouo genere ciborum utentes:pompeianos omnibus rebus abūdantes obſidebant. Vt primum libuit:nunc dicit poſtq̄ Pompeius decreuit erumpere munimentum:nō cogitauiſſe illū tēpore noctis clam exire:ſed per eam munitionum partē quæ frequētius cuſtodiret̄. Et:pro ſed.

Permittere terras.i.arbitrio ſuo omnes terras habere:ut quacunq; uellet exercitū duceret. Non obſcura. i. non occulte:nec per iſidias bellum gerere parat. Furto:pro furti. Ceſſantibus armis:ſine pugna Cæ. reſiſtentis. Latis ruinis:quas ipſe per munitionum euerſionem faceret. Opportuna tamen:q̄uis non occulte exire uellet:tamen eam partem elegit:quæ proxia caſtris erat:quæ appellabatur caſtella minuci: & ibi Sæua erat uir unus fortiſſimus omnium. Quam minuci caſtella uocāt Caſtellū minucii uocabatur:a Minucio q̄ cuſtodiæ huius p̄pugnaculi præfectus fuerat a cæſare:id quod ex Appiano cognoſcitur:Vallumq;(ĩquit)ĩ ſuper tutati ſunt:minucio q̄ cuſtodiæ præfuerat q̄ pluta tolerante: ferunt q̄ppe clypeo eius uigiti ſupra centum ĩhæſiſſe ſagittas: corpus ſex uulneribus tranſfixū potuiſſe.hoc ſolum placet. Quidam a numicio flumie latii ĩ quo æneas periit deducere contenderunt:Sed non uideo quomodo ſic poſſit ĩtelligi. Dumeta: quæ naſcuntur ĩ locis confragis & abruptis. Huc puluere nullo: & ad hæc caſtella uenit Pompeius: quæ prius oppugnaī cœpit: q̄ puluis aſpici poſſet ab hoſte. Ad mœnia.ſ. munitionis Cæſaris. Tot ſimul e campis: nunc dicit ſubito aduētu ſuo Pompeium ita hoſtes terruiſſe:ut attoniti pene ſui ipſorum obliuiſcerentur:nam ubi aq̄las ĩnumeras fulgere uiderunt: & claſſica undiq; obſtrepere ſic timebant: ut uix tela ĩ hoſtes mouere poſſent:& ſtatĩ fugere omnes cœperunt:præter unum Sæuam:q̄ aliorum etiā aĩos ĩ bella erexit. Latiæ uolucres: aq̄læ Romanæ. Debere ferro: q̄a etiam ſine ferro uicti ſunt cuſtodes Cæſaris. Pauor confecerat:ideſt conſumpſerat hoſtes: q̄a territi nec tela q̄dem mouebant. Quod ſolum.u.uirtus: ĩ eo loco ĩquit ubi ſemel poſiti fuerant:ibi potius mori uolebant q̄ fugere. Quo ſtare loco:ubi poſiti fuerant. Qui uulnera: adeo ĩferiores erant numero Pompeianis:ut multo plura tela eſſent quæ mitterentur ab illis:q̄ hoĩes ĩ q̄ uulnerari poſſent. Peribat:fruſtra erat.

Nimbus: multitudo telorum. Tum piceos:nec ſolum telis ferreiſq; haſtis utebantur pompeiani:ſed etiā facibus:ut propugnacula ĩcenderent. Piceos:pice ĩcenſos. Roboris ĩpacti: ĩpulſi arietis: nam robur arietē appellauit:quo muri ĩpellūt̄.

P ompeio:cunctaſque ſibi permittere terras
N on obſcura petit latebroſæ tempora noctis.
E t raptum furto ſoceri ceſſantibus armis
D edignatur iter:latis exire ruinis
Q uærit:& impulſo turres confringere uallo:
P erque omnes gladios:& qua uia cæde panda ē:
O pportuna tamen ualli pars uiſa propinqui.
Q uam minuci caſtella uocant:& confraga denſis
A rboribus dumeta tegunt:huc puluere nullo
P roditus agmē agit:ſubituſque ad mœnia uenit.
T ot ſimul in campis latiæ fulſere uolucres:
T ot cecinere tubæ:nequid uictoria ferro
D eberet: pauor attonitos confecerat hoſtes.
Q uod ſolum ualuit uirtus: iacuere peremti
D ebuerant quo ſtare loco:qui uulnera ferrent
I am deerant:nimbuſque ferens tot tela peribat
T unc piceos uoluunt immiſſæ lampadis ignes.
T um quaſſæ nutant turres:lapſumque minantur
R oboris impacti crebros gemit agger ad ictus.
I am pompeianæ cælſi ſuper ardua ualli
E xierant aquilæ:iam mundi iura patebant.
Q uem non mille ſimul turmis:nec cæſare toto
A uferret fortuna locum uictoribus unus
E ripuit:uetuitque capi:ſeque arma tenente
A c nondum ſtrato magnum uiciſſe negauit.
S æua uiro nomen:caſtrorum in plæbe merebat
A nte feras rhodani gentes: ubi ſanguine multo

Iam pompeianæ:iam aq̄læ exierāt per munitionem & ferme libera loca tenebant:cum ſæua unus fuit:qui uictoriæ tot militum reſiſteret: nam repulſo Cæſare circa uallum inter hæc ductor Turmæ:cui Sæua nomen fuit:multa & præclara facinora edidit:oculū ſagitta ſaucius:haſtam perfregit:deinde ueluti quippiam dicturus(ut refert Appianus)in medium proſilit: ſilētibus cunctis:Pompeii ductorem ſingulari uirtute cognitum ad ſe uocat:deinde ſic affatur:Salua tibi ſimilem: ſalua amicum:ac curatores mihi adhibe: quoniam uulnere affligor:accurrentibus ad illum duobus ex exercitu Pompeii unum aggreſſus occidit:alterius humerum enſe deiecit:quæ cum egiſſet ſeipſum uallumque reliquit ob id cæteri rubore conciti impetu feruntur:uallumque ĩſuper tutati ſunt.Minutio qui cuſtodiæ præfuerat cōpluta tolerante:ferunt quippe clypeo eius.xx.ſupra centum inhæſiſſe ſagittas:corpus ſex uulneribus trāſfixum patuiſſe:oculum uiciſſim excuſſum eſſe.hos Cæſar multis honoribus inſigniuit. In hoc non conueniunt Plutarchus & Appianus:nam Plutarchus dicit centum ac.xx.telorum ictus in clypeo accepiſſe Sæuam dehinc ſuorum exceptum amplexibus tuto relatum eſſe:quæ uulnera Minutio attribuit Appianus. Iura:poteſtates imperium. Quem nonnullæ:unus eripuit locum Pompeianis:quem Cæſar cum toto exercitu eripere non potuerat. Toto cæ.ideſt tota ui Cæſaris. Strato:occiſo. Arma tenente:dum arma teneret negauit uictoriā Pōpeio. Merebat i.p. āteq̄ Cæſar ſubigeret Germaniā:erat Gregarius miles:ſed uirtute ſua euaſerat ad dignitatē Cēturiōis. In plæbe caſtroꝝ i.militabat ĩter Gregarios milites. Ante feras gentes:ideſt gallos bellicoſos.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Promotus latiam longo gerit ordine uitem.
Pronus ad omne nefas:& qui neſciret in armis
Quam magnum uirtus crimen ciuilibus eſſet
Hic ubi quærentes ſocios iam marte relicto
Tuta fugæ cernit.quo uos pauor inquit abegit
Impius:& cunctis ignotus cæſaris armis?
O famuli turpes:ſeruum pecus:abſque cruore
Terga datis morti?cumulo uos deeſſe uirorum
Non pudet?& buſtis interque cadauera quæri?
Non ira ſaltem iuuenes pietate remota
Stabitis?e cunctis per quos erumperet hoſtis
Nos ſumus electi:non paruo ſanguine magni
Iſta dies ierit:peterem felicior umbras
Cæſaris in uultu:teſtem hunc fortuna negauit:
Pompeio laudante cadam:confringite tela
Pectoris incurſu:iugulíſque retondite ferrum.
Iam longinqua petit puluis:ſonituſq; ruinæ.
Securaſque fragor concuſſit cæſaris aures.
Vicimus o ſocii:ueniet qui uendicet arces.
Dum morimur:mouit tantum uox illa furorem
Quantum non primo ſuccendũt claſſica cantu.
Mirantéſque uirum atque auidi ſpectare ſequunť:
Sciturí iuuenes numero deprænſa locoque.
An pluſquam mortem uirtus daret:ille ruenti
Aggere conſiſtit:primumque cadauera plenis
Turribus euoluit:ſubeunteſque obruit hoſtes
Corporibus:totæque uiro dant tela ruinæ.
Roboraque & moles hoſti ſeque ipſe minatur.

Promotus:ab íſimo loco militum ad centurionem. Vitem:uitis eſt inſigne Centurionis:non ut quidam indocti dicunt quod uitem in clypeo pictam geſtarent:ſed uitem geſtabant:qua milites negligentes ſolebant pulſare:ut ipſos promptiores ad officia gerenda redderent:hoc Plinius oſtendit Centurionum in manu uitis: continuo prælio tardos homíes ducebant ad agmina:quod.M.Iuriſconſultus oſtendit digeſtorum libro quadrageſimo de re militari:dicit enim qui Centurioni ſe caſtigare uolenti reſiſterit:& ex induſtria fugerit:aut Centurioni manum intulerit capite puniatur:& Iuuenalis aperte oſtendit uitem fuiſſe Centurionis.Nodoſam poſt hæc frangebat uertice uitem.ſ.impactam manu Centurionis.itidem Martialis.Vare parethonias latia modo uite per urbes Nobilis:& centum dux memoráde uiris.

Longo ordíe.ſ.militum comitantium

Pronus ad oẽ nefas:ſicuti fortis erat: ita omne nefas facere audebat. Neſciret in armis:neſciebat ille fortitudiné nõ eſſe in armis ciuilibus exercendam. Virtus:fortitudo. Hic ubi:nunc dicit quantum í caſtello defendendo ualuerit:ꝙ cæteris fugientibus ſolus ipſe perſtitit:tum uerbis:tũ re ipſa aliorum animo excitans.

Tuta fugæ:ideſt loca tuta ad fugiẽdũ.

Abegit:impulit uos.ſ.ut fugeretis?

Impius:ab impietate erga ducem ueſtrum proficiſcitur:non quaſi parentem uult coli a militibus ſuis ducem:ſed nũc cum fugerent imemores illius factos dicit. Et cunctis ignotis:nullo unq̃ í bello quod cum Cæſare geſſeritis pauorem aliquem ante hac oſtendiſtis. Armis.i. bellis. O famuli turpes:íuehitur í eos quaſi ignauos & ſine cauſa fugientes.

Seruum pecus:ideſt qui ſeruilibus pecudibus comparari poteſtis. Datis terga: ideſt anteq̃ uulnus acceperitis í fugam cõuerſi eſtis? Cumulo uos:ideſt an poteſtis uos fugere turpiter:ut nolitis potius íter ſtragem cæſorum iacere:q̃ turpi fuga uitam quærere? Virorum.ſ.cæſorum.q.d.ſatius eſt mori fortiter quam turpiter uiuere. Buſtis:ideſt ad ſepulchra:ut poſt q̃ pugna deſierit uos qui íter cæteros fortiter occiſi fueritis:etiam ad rogum a ueſtris ſociis:quæramini. Non ira ſaltem: nonne inquit ira:uos ſaltem accẽdit ſi nõ pietas? Et cunctis:ex omnibus cuſtodientibus Cæſaris caſtella. Electi:ꝙ uos cæteris íferiores uirtute putarent. Non paruo ſanguine:ſi uos fugere uultis:retinere non potero:ſed ego ſolus efficiam ne uictoria iſta Pompeio ícruenta cedat. Ierit:tranſient. Peterem feli.um:uellem ut me pugnantem uideret Cæſar:& ante oculos eius præclara hæc facinora ederem:tum mihi feliciter mori uiderer ſi pro ipſo fortiter dimicans ante oculos eius oppeterem. Felicior:quam ſi abeſſet. Laudante:quia inuitus pompeius uirtutem meam probabit. Confringite.ſ.uos hoſtes. Pectoris ícurſu:ideſt reſiſtite pectori meo. Iugulis.ſ.meis. Iam longiqua pul.iam puluis qui excitatus eſt in hoc tumultu peruenit ad oculos Cæſaris:ſimul etiam fragor auditus eſt. Vicimus o ſocii:ne dubitetis ſi poſſumus hoc caſtellum tenere:quoad Cæſar ueniet:moriẽtibus nobis uictoriam Cæſar cõſequetur. Vendicet arces.ſ.defendendo munimenta. Mouit tantum uox:non ita accenduntur tubarum clangore ad pugnam animi militum:ſicut nũc oratione Sæuæ accenſi ſunt. Prío cantu:ideſt prío belli ſigno.

Sciturí iuuenes:ideſt ueniũt ſpectaturi uirtutem Sæuæ:& cognituri an uirtus numero íferior & loco plus aliqd præſtare poſſet q̃ fortiter mori:uidelicet:ꝙ unus uíceret uniuerſum Pompeii exercitum. Loco:qa ſuperiores erãt Põpeiani:ipſe uero íferior. Ille ruẽti.ſ.aggeri cõſiſtebat.q̃ſi tergo eũ ſuſtentaturus. Cõſiſti.:firmatur.

Primumq; cadauera:cadaueribus pro telis utebatur í hoſtes:& ſic eos obruebat. Plenis:ſubaudi de Corporibus.ſ.ſuorum. Totæ ruinæ.ſ.murorũ erant pro telis Sæuæ. Robora:ligna munimẽti. Moles:ſaxa.

Hoſtiq; ſe ipſe minatur:nam ſæpe ſimulabat ſe uelle præcipitem dare:& ícerea illi pedem referebant.



Nunc ſude:nunc duro contraria pectora conto
Detrudit muris:& ualli ſumma tenentes
Amputat enſe manus:caput obterit:oſſaq; ſaxo:
Ac male defenſum fragili compage cerebrum
Diſſipat:alterius flamma crineſque genaſque
Succendit:ſtridunt oculis ardentibus ignes.
Vt primum cumulo creſcente cadauera murum
Admouere ſolo:non ſegnior extulit illum
Saltus:& in medias iecit ſuper arma cateruas.
Quam per ſumma rapit celeré uenabula pardum
Tunc denſos inter cuneos compreſſus:& omni
Vallatus bello uincit quem reſpicit hoſtem:
Iamque hebes & craſſo non aſp ſanguine mucro
Percuſſum ſæuæ frangit:non uulnerat hoſtem:
Perdidit enſis opus:frangit ſine uulnere membra
Illum tota premit moles:illum omnia tela.
Nulla fuit non certa manus:non lancea felix
Parq; nouum fortuna uidet:concurrere bellum
Atq; uirum:fortis crebris ſonat ictibus umbo.
Et galeæ fragmenta cauæ compreſſa perurunt
Tempora:nec quicq̃ nudis uitalibus obſtat.
Iam præter ſtantes in ſummis oſſibus haſtas:
Quid nunc ueſani iaculis leuibuſque ſagittis
Perditis hæſuros nunquam uitalibus ictus?
Hunc aut tortilibus uibrata phalarica neruis
Obruat:aut uaſti muralia pondera ſaxi.
Nunc aries ferro:baliſtaque limine portæ
Promoueat:ſtat non fragilis pro cæſare murus.
Pompeiumque tenet:iá pectora non tegit armis.

Sude.pro ſudibus:ſudes proprie dicitur palus acutus & præuſtus ut durior ſit. Conto:haſtili. Amputat:præcidit enſe manus eoꝝ q aſcẽdere uellent aggerem. Caput obterit:ſaxis. Fragili compage.i.fragili galeæ iũctura. Vt primũ cumulo:ſimilitudo:ſic ſæua pugnabat contra hoſtes ſicut Pardus:ubi uulnus accepit ſæuior fieri ſolet. Cumulo creſcente:cum iá tot cæſi eſſẽnt ex hoſtibus:& etiam corpibus quæ e turribus coniecerat í hoſtes ut cumulũ feciſſet æqualem munimẽtis:tunc ille tranſiliuit agili ſaltu:non aliter quam pardus ſolet ꝑ media arma & uenatores tranſilire. Arma.ſ.hoſtiũ. Rapit:raptim trahit. Tunc denſos: & cũ tráſiliuiſſet cũ ſumma omniũ admiratione uallũ & cadauera quaſi rem geſſiſſet ſupra uires humanas admirati ſũt oẽs & quẽcũq; toruo uultu cõſpexiſſet:illi pauorẽ ícutiebat. Compreſſus:coarctatus undiq;. Omni bello:omni exercitu temp perſona poſuit. Inter cuneos inter ordines & manipulos Pompeii.

Vincit quẽ reſpicit:qa hoſtes oculos eius ſuſtinere non poterãt. Iáq; hebes: iam enſis Sæuæ cruẽtatus lubricus factus erat:ita ut hoſtem uulnerare non poſſet: & obtuſus erat crebro ictu:adeo ut hoſtẽ non uulneraret:ſed nimia ui cõſtringeret.

Hebes:obtuſus nimio & crebro ictu.

Craſſo ſan.quia lubricus erat. Enſis opus:qa opus enſis eſt ut incidat:nunc aũt membra frangebat. Illum tota premit moles.i.í eũ totus exercitus cõuerſus erat. Incerta manus.i.omnes milites eũ uulnerarũt:ita tamẽ ut uulnus ad uitalia nõ perueniret. Parq; no.fortuna: par ſemp de duobus dr̃:ſicuti hoc loco,p uno uniuerſum exercitũ Põpeianũ ponit: pro altero ſolũ ſæuam. Concurrere: manũ conſerere. Vmbo:clypeus:umbo aũt ꝓprie eſt media pars clypei eminẽtior. Et galeæ fragmẽta:quia iá tot ictibus ꝑcuſſa erat galea:ut fracta í ipſis temporibus imprimeretur. Perurunt:exulcerãt. Nec qſq̃:denſæ inquit haſtæ corpori ſæuæ íſixæ ipſum & uitalia præcipue tanq̃ ſylua protegebãt. Nudis:iam detectis uitalibus. Quid nũc ueſani:nunc apoſtrophat Lucanus ad Pompeianos reprehẽdens ꝙ putant poſſe interfici telis latrorũ uiribus ímiſſis ſed hoc fruſtra tentant:nam ad opprimendum tantum uiri robur neceſſe eſt ut tormẽta in illum mittantur. Leuibuſq; ſagittis:hæc tela nũq̃ ad uitalia penetrabãt. Aut tortilibus.i. q torqueãtur. Falarica:maioris teli genus:qď neruis ac funibus torq̃tur:cuius formã Liuius oñdit:erat iqt telũ miſſile haſtile ab ligneo & cætero tereti:ꝑterq̃ ad extremũ:unde ferrũ extabat:id ſicut í pilo quadratũ ſtuppa circũlibabãt:linebantq; pice:ferrũ aũt tres í lõgũ hẽbat pedes:ut cũ armis tráſfigere corpus poſſet.Sed id maxime ẽt ſi hæſiſſet í ſcuto nec penetraſſet í corpus pauoré faciebat:qď cũ mediũ accẽſum mitteret:cõceptũq; ípo motu multo maioré igné ferret arma omitti cogebat:nudũq; militẽ ad íſeq̃ntes ictus ꝓbebat:iõ falaricæ ſunt appellatæ:ꝙ a falis.i.turribus ligneis mitterẽtur:ut cõſulit añ falas.i.turres ligneas. Muralia.i.pondera inſtar muri:in illũ reuoluta opprimẽt eũ. Aries ferro:pro aries ferratus. Baliſta:a βαλλω.i.iacio iſtra ſunt:qbus maiora ſaxa mittũtur:ut inqt marcellus. Stat non fragilis:poſtq̃ Põpeianos increpauit:nũc redit ad id ꝙ inſtituerat.Sæua nõ unus miles erat:ſed q̃ſi murus q Pompeianis obiectus eſſet. Pom.ten.ne poſſit erumpere. Iam pectora:iam ita ſpnebat uitam ſuam & hoſtium tela paruifaciebat:ut clypeum cum cæteris armis abiecerit:& ſolo corpore telis hoſtium reſiſteret:ideoq; abiecit clypeum:ne leua ocioſa eſſet.

Armis.ideſt ſcuto:nam arma de ſcutis dicuntur eo quod armos tegant.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vacaſſe:ocioſam fuiſſe ſiniſtram:loris clypei ĩpeditam:ne cũ hoſtibus pugnaret. Culpa ſua.ſ.ſi ſe clypeo ꝑtegeret. Obit.i.adit:ut manus obit magiſtratus.i.adit:nam ob ꝓ ad ponitur. Denſamq; ferens:ꝑ ſimilitudinẽ oſtendit qualis fuerit ſæua:quale dicũt cæte uideri cuius tergo inaſcitur ſylua.Cæte autẽ eſt genus maioris piſcis adeo ĩmẽſi:q dicũt eminere tergo ſupra maris undam:& nõnunq̃ tergo eius ſyluas inaſci: quæ cum mouetur:& ſylua moueri uidetur.Nearchus Auctore Strabone libro.xv.magnitudinẽ Cætoꝝ uicenum & ternum paſſuum eſſe refert:ita cum moueretur ſæua quaſi ſecũ ſyluam in corpore geſtare uidebatur. Gradibus feſſis:qa exauſto ſanguine nõ poterat diutius ꝑſiſtere. Libycæ ſic belua:alia ſimilitudo quẽadmodum ĩquit ĩ libycis agris uenatores perſequuntur elephãtes:& tela quidẽ in terga mittũt quæ licet corpori figantur:tñ ad uitalia non ueniunt:eodem modo ĩ pugnãdo ſe hẽbat ſæua.Elephãtes Italia anno urbis cõditæ:quadringenteſimo ſecũdo ĩ Lucanis primũ bello Epirotico uidit:& boues lucas ĩde dixit:ut inquit Solinus. Miſſile:haſtile. Repercuſſum:retro ĩcuſſum. Squalenti:duro & aſpero tergo. Mota cute:qa cũ ſe excuſſerit eiecit tela leuiter fixa. Viſcera:uitalia mẽbra. Citraq; cruorem.i.nondũ peruenĩctia ad cruorem. Stant:erecta ſunt. Non explent.i.multa uulnera nõ ſufficiũt ad unius mortẽ. Dictæa ꝓcul. & cũ ita ſtaret immobilis ecce ſagittator q̃dam ſpeculatus locus armis nudũ ſagittã direxit:& oculum cuſpide traiecit. Cortynis harũdo:ſagitta cortynẽſis:a cortyna ciuitate Cretæ:de qua Virgi.Perducant aliquæ ſtabula ad cortyna uaccæ. Dictæa i.cretẽſi:nam Dicte mõs eſt Cretenſis: ut refert Strabo:conſtat aũt Cretenſes ſagitãdi fuiſſe peritiſſimos:Nam ut ĩquit Solinus)Creta prima remis ac ſagittis potuit: prime litteris iura iũxit pyrrhico reptore: equeſtres turmas:pría docuit laſciuas uertigines ĩplicare: ex qua diſciplina bellicæ rei uſus datus:ideo per excellẽtiã dixit cortynis. Certior omni uoto:qa plus effecit q̃ ſpabat ſagittator. Ille:ubi ſenſit ſe uulneratũ extraxit ſagittã cũ oculo & terræ ĩpactã pedibus calcauit. Moras &: pro.i.fit enĩ ephexegeſis. Vincula neruorũ:quæ cuſpidem ſagittæ retinebant: ſed neruos oculi radices appellat:qa neruis q̃buſdam quaſi radicibus ſtabiliti ſunt:ideo dicit fuiſſe moras telorũ.

Ac ueritus credi clypeo leuaque uacaſſe
Aut culpa uixiſſe ſua:tot uulnera belli
Solus obit:denſamque ferens in pectore ſyluam:
Iam gradibus feſſis in quem cadat eligit hoſtẽ.
Par pelagi monſtris:libycæ ſic bellua terræ
Sic libycus denſis elephas oppreſſus ab armis
Omne repercuſſum ſqualenti miſſile tergo
Frangit:& hærentes mota cute diſcutit haſtas.
Viſcera tuta latent penitus:citraque cruorem
Confixæ ſtant tela feræ:tot facta ſagittis:
Totiaculis; unam non explent uulnera mortem.
Dictæa procul ecce manu cortynis arundo
Tenditur in ſæuam:quæ uoto certior omni
In caput atque oculi leuum deſcendit in orbem.
Ille moras ferri neruorum & uincula rumpit
Affixam uellens oculo pendente ſagittam
Intrepidus:telumque ſuo cum lumine calcat.
Pannonis haud aliter poſt ictum ſæuior urſa
Cum iaculum parua libys amentauit habena
Se rotat in uulnus:telumque irata receptum
Impetit:& ſecum fugientem circuit haſtam:
Perdiderat uultum rabies:ſtetit imbre cruento
Informis facies:lætus fragor æthera pulſat
Victorum:maior a uiris e ſanguine paruo
Gaudia non faceret conſpectum in cæſare uulnus:
Ille tegens alta ſuppreſſum mente furorem

Pannonis haud aliter:non aliter telũ euulſit cũ oculo q̃ urſa Libyca quæ ubi ſagittam ĩ corpore acceperit tẽtat ipſam dentibus euellere. Pannonis:Pannonia(ut inq̃t Solinus)regio procedit ĩ noricũ uſq; agrum:deide Mœſiæ coniũgitur:in ea ſæui urſi naſcũtur:ſed ponit ſpeciem pro genere. Libys.i.uirgo libyca uenatrix:ſic Virgil.dicit conſuetudinẽ eſſe libycarũ uirginũ agitare feras:ut,Virginibus tyriis mos eſt geſtare pharetram:uel libys.i.uenator libycus:eſt enĩ hic libys generis maſc.Martialis:Et libys ĩ longo puluere ſudet eques. Amẽtauit:iaculata eſt:& cõtorſit. Habena:ſed ꝓprie amentũ dr̃ lorũ:quo digiti iaculantis immiſſi uehemẽtiorẽ ictũ inferũt:unde uerbũ eſt amẽtare. Impetit:ĩuadit.ſ.dentibus. Secũ fugientem:qa dum ſe mouet:mouetur & ſagitta. Perdiderat uultũ rabies:poſtq̃ cũ oculo ſagittam euulſit adeo efferatus erat ſæua:ut iá uultum oĩno mutauerit. Perdiderat:inflammauerat. Imbre cruento:qa euulſo oculo ſanguis in faciem effuſus eſt. Lætus fragor.clamorẽ inquit ſuſtulere Pompeiani exiſtimãtes nũc demum ſæuam lætiferum uulnus accepiſſe. Maiora uiris:non maius gaudiũ habuere Pompeiani:cum uiderunt ſanguinem ex oculo uulnerati ſæuæ exire q̃ ſi ſanguinem uidiſſent ex corpore Cæſaris. Sanguine paruo:ideſt unius militis. Ille tegens alta:cum ꝓpemodum deficere uideretur ſæua ſimulauit laſſitudinem:& quaſi uultu mitior factus:ita allocutus eſt hoſtes:Parcite mihi: iá uobis cedenti nõ opus eſt tela in corpus meũ contorquere:ná ſatis erit ad mortem ſi fixa corpori tela euulſeritis:cũ his enĩ omnis ſanguis exibit:& uita mea diſcedet: ſed ante obſecro ut me afferatis ĩ exercitum ueſtrum:ut exemplum oĩbus potius ſim Põpeianæ partis comprobatæ q̃ honeſtæ mortis:hæc cũ dixiſſet quidam Aulus demens credidit ita eſſe & acceſſit ad ſæuã: & medium cõplexus armis oĩbus credebat ſe poſſe illũ ĩ caſtra Pompeii ſubleuare:ſed non ꝓuidit mucronem:quem ille tectum habebat: quoad iugulum eius tranſfixit:& ipſo occiſo: ſic eat ĩquit quicũq; ſæuam uictum putabit. Alta.i.profunda:Virgilius.Premit altum corde dolorem. Virtute remota.i.uirilitate:quia non iam ſicuti uir fortis & robuſtus:ſed mitior factus erat. Parcite.ſ. tela in meum corpus coniicere. Hic a corpore meo. Iá uulnera.q.d.ſatis uulnerũ eſt. Non eget ĩgeſtis.ſ.telis:ſed euulſis. Et ĩ magni uiuentem: nam exẽplo meo alii moueri poterũt:ut Pompeii partes Cæſari anteponant. Quá mortis ho.quia malo ꝑtes ſequi Pompeii q̃ honeſte mori.i.fortiter. Infelix: uno uerbo exitum rei futuræ declarat. Fulmineũ:coruſcãtem. Mẽbraq;:quia medium complexus credebat ſe ſublaturũ hominem. Incaluit uirtus:occiſo aulo rediere ĩ corpore uires: uiſuſq; eſt recepiſſe quodammodo robur quod amiſerat.

Incaluit.i.durior reddita eſt. Vna cæde:ꝓ unius cæde. Soluat ait pœnas: iá non demiſſa uoce loquebatur:ſed toruis oculis & acriori uoce. Pacẽ gladio: aliter ĩquit pacẽ Põpeius habere non poterit a militibus Cæſaris: niſi ille depoſitis armis Cæſarẽ adorauerit. Iſto.i.meo.

Similẽ ueſtri.ſ.creditis eſſe ſæuã: ut ſic ignauus ſit:& mortem timeat:ſicuti uos o pompeiani?q.d.non. Pompeii uobis minor:ego inquit plus amo fortiter mori:q̃ uos defendere Pompeiũ cãmq; ſenatus. Simul hæc effatus:proſpexit & uidit puluerẽ q erectus erat:nam Cæſ. audito ſtrepitu & fragore belli ad ſubſidium ꝓperabat caſtello laborãti ꝑſtandũ.

Adeſſe cohortes:quia iá ſenſerãt expugnari caſtellum. Dedecus hic belli. hic puluis fecit:ne tãtum dedecus admitterent Pompeiani ut uni ſæuæ totus exercitus ceſſiſſe uideretur. Subducto q marte:diſcedentibus Põpeianis ſtatim cecidit præ laſſitudine ſæua. Dabat uires:ideſt fortis erat:dum pugnaret: quia non ſentiebat ſanguinem effundi.

Defectum: u ribus corporis uacuum. Ac uelut incluſum : ipſum humeris geſtabant non aliter quam ſimulacrum aliquod deorum. Viuam ſpeciem:quia adhuc uiuebat ſæua. Exornantque deos:ſcilicet his telis e corpore ſæuæ euulſis. Nudum martem:ſimulacrum martis:quod ſine armis relictum fuerat armis ſæuæ ĩſtruxerũt:quaſi ea tum demũ digna eſſent:quibus mars armaretur. Felix hoc noĩe famæ:o quãta felicitas & gloria fuiſſet tua o ſæua:ſi hæc tua uirtus pro libertate populi Ro.pugnaſſet:aut hoſtes populi ro.uiciſſes:nõ ciues pro tuẽda ſeruitute fudiſſes. Durus iber.i.ppl̃s hiſpaniæ. Cãtaber:ppl̃s ẽ hiſpaniæ:quẽ(ut refert Suetõius & Strabo)auguſtus oppſſit. Exiguis:q uteret̃ breuibꝰ armis. Teutõus:ppl̃s germãiæ:quẽ Cæ.uicerat. Nõ tu belloꝝ:ſed qa cã tua minus hõeſta erat:iõ nõ potes gloriã ꝯſeq̃ q̃ tribuiſſent ro.ſiue de Germãis:ſiue de gallis.hoſtibꝰ triũphũ ꝯſeq uoluiſſes.

Mitis:& a uultu penitus uirtute remota:
Parcite ait ciues:procul hinc auertite ferrum:
Collatura meæ nil ſunt iam uulnera morti.
Non eget ingeſtis:ſed uulſis pectore telis.
Tollite:& in magni uiuentem ponite caſtris.
Hoc ueſtro præſtate duci:ſit ſæua relicti
Cæſaris exemplum potius q̃ mortis honeſtæ:
Credidit infelix ſimulatis uocibus aulus:
Nec uidit tecto gladium mucrone tenentem
Membraque captiui pariter laturus:& arma
Fulmineum mediis excepit faucibus enſem.
Incaluit uirtus:atque una cæde refectus
Soluat ait pœnas ſæuam quicunque ſubactum
Sperauit:pacem gladio ſi quærit ab iſto
Magnus adorato ſummittat cæſare ſigna:
An ſimilem ueſtri:ſegnemque ad fata putatis?
Pompeii uobis minor eſt:cauſæque ſenatus
Quã mihi mortis amor:ſimul hæc effat:& altus
Cæſareas puluis teſtatur adeſſe cohortes.
Dedecus hic belli magno:crimenque remiſit
Ne ſolum totæ fugerent te ſæua cateruæ:
Subducto qui marte ruis:nam ſanguine fuſo
Vires pugna dabat:labentem turba ſuorum
Excipit:atq; humeris defectũ imponere gaudet.
Ac uelut incluſum perfoſſo in pectore numen
Et uiuam magnæ ſpeciem uirtutis adorant:
Telaque confixis certant euellere membris:
Exornantque deos:ac nudum pectore martem
Armis ſæua tuis:felix hoc nomine famæ
Si tibi durus iber:aut ſi tibi terga dediſſet
Cantaber exiguis:aut longis theutonus armis
Non tu bellorum ſpoliis ornare tonantis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vlulare triũphis:mos erat ouantē ducē qui equo uehebatur ad capitolium:ſequētes milites ut clamarēt io io unde ouationē ab ea uoce dictam uolũt:ſed tamen ouatio & triumphus differũt:nam ouatio ei dabatur q hoſtes incruēta & facili uictoria ĩ fugam uertiſſet. Triumphus uero his qui hoſtes cæcidiſſent. Infelix quanta d.qui hæc præmia uictoriæ conſequũtur,p libertate pugnant. Tu uero contra libertatē pugnaſti ut patriam in ſeruitutē redigeres. Nec magis hac magnus. Pōpeius ſicuti antedictũ unius ſæuæ decertatione locum obtinere nō potuit ſed nihilominus tētauit alia parte:ſi quo mō poſſet erũpere:neq; enī q; ſibi hac pte exire nō liceret:ideo a,pposito ſuo deterritus eſt:dicit autē p ſimilitudinē multo etiam auidiorē erũpendi factũ Pompeiũ q̃ antea ſicut fluctus maris:cũ ſemel inuaſerit ſcopulũ aſſiduo ĩpulſu:tandem illud euertit. Parte ca.ubi conſtiterat ſæua. Dilato marte: intermiſſa pugna. Frangentē ſco.ut Virgilius. Inq; ſinus ſcindit ſeſe unda reductos. Latus adeſt.i. corrodit latus oppoſitum fluctibus. Et fit a uerbo adedo ades adeſt. Serã ru.euerſo tandem ſcopulo a fluctibus. Hinc uicina petēs capto erũpendi conſilio Pōpeius tegmēta galeis milites parare iubet ex uiminibꝫ deinde leuis armaturæ milites ĩ ſcaffas inpoſuit:his ita pactis ſexagita cohortes ex maximis caſtris præſidiiſq; educit: p eam munimētorũ partem:q̃ ad mare pertinebat:& his præcipit:quæ fieri uelit eodēq; naues honuſtas aggere & leuis armaturæ militibus ire iubet:& quas ad Durrhachium naues præpatas hēbat. Caſtella profundo petēs:in caſtellum remotiſſimum:& q; longiſſime aberat a caſtris Cæſaris:impetum fecit Pompeius: exiſtimās quod longius aberat Cæſar:hac parte facilius erumpere poſſe:& qa pertinebat ad mare pars illa maris quam ĩuaderet oportuna uiſa eſt:quia ĩ poteſtate Pompeii oīs regio erat. Vicina caſtella.i. munitionis partem:quæ ad mare pertinebat. Gemini martis:terreſtris & maritimi:nam ſexaginta cohortes miſit a maximis caſtris & præſidiis. Incurſu.i.cum impetu.

T empla potes:non tu lætis ululare triumphis.
I nfelix quanta dominum uirtute paraſti.
N ec magis hac magnus caſtrorũ parte repulſus
I nter clauſtra piger dilato marte quieuit:
Q uam mare laſſatur cum ſe tollentibus euris
F rangentem fluctus ſcopulum ferit:aut latus alti
M ontis adeſt:ſeramq; ſibi parat unda ruinam.
H inc uicina petens placido caſtella profundo
I n curſu gemini martis rapit:armaque late
S pargit:& effuſo laxat tentoria campo.
M utandæque iuuat permiſſa licentia terræ:
S ic pleno padus ore tumens ſuper aggere tutas
E xcurrit ripas:& totos concutit agros.
S uccubuit ſiqua tellus: cumulumque furentem
V ndarum non paſſa ruit:tunc flumine toto
T ranſit: & ignotos aperit ſibi gurgite campos.
I llos terra fugit dominos:his rura colonis
A ccedunt donante pado:uix prælia cæſar
S enſerat elatus ſpecula quæ prodidit ignis.
I nuenit impulſos preſſo iam puluere muros.
F rigidaque ut ueteris deprændit ſigna ruinæ
A ccendit pax ipſa loci: mouitque furorem
P ompeiana quies:& uicto cæſare ſomnus
I re uel in clades properat:dum gaudia turbet:

Armaq; late ſp.poſtq̃ ſemel caſtella cepit:arma ſpargit:quia iuuabat eum libero cãpo poſſe uagari. Effuſo campo:,p ipſe effuſus per campum.
Iuuat.ſ.Pompeium:nam ſic fieri ſolet:ut qui diu in anguſtiis obſeſſi fuerint:poſtq̃ ſemel data licentia fuerit maxima lætitia euagantur. Sic pleno padus ore:p ſimilitudinē oſtendit qũo lōge lateq; uagaretur Pompeii exercitus:poſtq̃ data ē ptãs erũpendi:quēadmodũ padus cum iflatus fuerit:ſi partem aliquam aggeris euertit deīde effuſo amne diſcurrit:ut ui nulla retineri poſſit. Super aggere:cum ſemel aggerem ſuperauerit. Cōcutit: commouet & diſſipat totos agros ſic Virgilius. Sternit Sata læta boũq; labores. Si qua tellus:qa paruo etiã ore ſimul facto uis nulla continere poteſt undationem fluminis. Succubuit.i.euerſa eſt. Gurgite: i.fluctu & undatione. Ignotos cã.i.per quos antea fluuere nunq̃ conſueuerat. Illos terga fugit:iuriſconſulti de alluuione allegant hæc carmina:quod unda ſi ab una ripa ad alteram agrum detulerit:illius ager ē ad quem unda detulerit. Vix prælia Cæ.quia(ut diximus)caſtellum hoc longiſſime a maximis caſtris Cæſa. aberat poſt longum tempus tãdem tumultu & clamore militum excitus Cæſar ad ſuos ut propere ſubſidium daret uenit. Specula:ex edito loco:ſic enim conuenerat:ſi forte hoſtes inuaderent:ex ſpecula ignem accēderent;ut ſigno dato poſſet:cum præſidio ſubuenire laborantibus. Inuenit impulſos: ſed iam euerterat caſtellum illud Pompeius:& late agros tenebat:noua etiam caſtra poſuerat & ſumma quiete campos Pompeii tenebat exercitus. Impulſos:euerſos. Preſſo:compreſſo:quia iam puluis in unum compactus erat:ſignificat enim multo ante euerſos fuiſſe muros. Frigida:in cinerem ſoluta. Accēdit pax ipſa:idignatus ē Cæſar:q; iam hoſtibus tuto capere ſomnũ liceret. Ire in clades.i.ruere in aperta diſcrimina.



Torquato ruit:legato Pompeii:qui ĩ fronte caſtrorũ cōſtiterat cũ legione una. Qui cæ arma i. q ſegnior nō fuit ad,puidendũ Cæſaris impetum:q̃ ſolet eſſe nauta:cũ tyrrhenũ mare uentorũ tempeſtatibus tollitur.
Subduxit:contraxit oīa uela:quia cum nimius inuaſerit:nullum eſt maius remedium. Circeæ procellæ: tyrrhenæ tempeſtati. Circes oppidũ in campania fuit(ut īquit Solinus)Caius Celius Aeetæ:tres filias dicit: Angiciam:Medeam:Circen: Angiciam uicina fucino occupauiſſe:ibiq; ſalubri ſcīa aduerſus morbos reſiſtentē deam habitã:Medeã a Iaſone Buthroti ſepulta:filium q; marſis ipaſſe. Circen Circeos īſediſſe montes carminum maleficiis,uarias imaginũ facies mentiētē hanc etiam ueneficam finxere poetæ:q; illos qui appellerent ad littus ſuum in uaria ferarum genera uenenis conuerteret.

T orquato ruit inde minax:qui cæſaris arma
S egnius haud uidit q̃ malo nauta tremente
O mnia circeæ ſubducit uela procellæ.
A gminaque interius muro breuiore recepit:
D enſius ut parua diſponeret arma corona:
T ranſierat primi cæſar munimina ualli:
C um ſuper e totis emiſit collibus agmen:
E ffuditque acies obſeptum magnus in hoſtem:
N on ſic ætnæis habitans in uallibus horret
E nceladum ſpirante noto: cum tota cauernas
E gerit & torrens in campos defluit ætna
C æſaris ut miles glomerato puluere uictus
A nte aciem cæci trepidus ſub nube timoris
H oſtibus occurrit fugiens:inque ipſa pauendo
F ata ruit:totus mitti ciuilibus armis:
V ſque uel in pacem potuit cruor:ipſe furentes
D ux tenuit gladios:felix ac libera legum
R oma fores:iuriſque tui: uiciſſet in illo
S i tibi ſylla loco:dolet heu:ſemperque dolebit:
Q uod ſcelerum cæſar,pdeſt tibi ſumma tuorum:
C um genero pugnaſſe pio:proh triſtia fata
N on utice libye clades:hiſpania mundæ
F leſſet:& infando pollutus ſanguine nilus

Agminaq; interius:& relictis maioribus caſtris ſe recepit in interiora:nam gemino uallo caſtra circũdederat relicto ergo exteriori uallo ſe recepit ad interius ob hãc cãm q; facilius breuiora caſtra defendere poterãt q̃ latiora. Arma: armatos milites. Denſius.i.ualidius. Corona: i.ambitu caſtrorũ:quia in coronæ modũ conſtiterant propulſantes hoſtē ex omni parte. Tranſierat primi: uallũ relictũ a Pompeianis ĩpetu ſuo Cæ.cum exercitu tranſiuit. Cum ſuper e totis:ſed Pōpeius qui inde haud,pcul caſtra noua poſuerat legiones a mediis caſtris ſubduxit: & repente ſuis ſubſidio abfuit. Milites uero Cæ.q; iã eruperant prioris ualli munimēta cũ fugere uellēt & timerent:niſtante exercitu Pōpeiano in hoſtes dũ fugerent ruebant:ſiue exterius fugere uellent: circundati erant a Pōpeio:ſi uero interius in torquatũ incidebant:unde in medio pars militũ capta eſt. Suetonius dicit non iſtante Pōpeio Cæſarem negaſſe eũ uincere ſcire ſed alii dicũt hoc eſſe factum pietate Pōpeii:qui ſuis ciuibus parcere uolebat:in q̃ ſentētia etiam Lucanus uidetur eſſe. Nō ſic ætnæis:dicit non minore ĩpetu ĩuaſiſſe Pōpeiũ Cæſarem q maiori uallo ĩcluſus erat:q̃ ſolet inuadere uicinos flamma ex monte ætna emiſſa:nec minore terrore pculſos eſſe Cæſaris milites q̃ illi terrentur emiſſis flãmarũ apicibus ex ætna:q ſæpe regionē illã uniuerſam deuaſtare uidetur:nã Catinēſiũ Colles alto exũdãt cinere ætnæ:q aliqñ illos magno afficiēs mœrore:poſterioribus annis magnũ terris attulit beneficiũ:qppe tã læta reddidit illis uineta & ſingulari bonitate fructuoſa:ut reliqua nulla uini nobilitate eis cōpabilis exiſtat:ita refert Strabo. Habitans.ſ.populus ſiculus. In uallibus ætnæis i.ſub radicibus montis ætnæ. Enceladus unus ex gigantibus:q auſi ſunt bellũ ĩferre Ioui:quē uictũ ſub monte ætna poſuiſſe fertur iuppiter:cũ nimio pōdere pſſus defeſſum latus mutare uoluerit mōs totus tremit: & ſtatī flãmarũ igentes globos uomit:ita ut regionē illã plærũq; depopuletur. Glomerato puluere.i.iminēte Pōpeio cũ exercitu magno & imēſa legione. Cæci timoris:qa cæcos cōſilii hoīes facit. Hoſtibus occurrit:ſi exterius Pōpeio:ſi interius torqto. Fata ruit:dũ timet fata ĩ fata ruit. Vſq; uł in pacē:etiã uſq; ad pacē:qa uicto Cæ.deīde pax fuiſſet. Ipſe furētes:hæc ſunt uerba Pōpeii: q dixit. Parcite ciuibus ueſtris. Felix ac libera legũ:deplorat hic Lucanus euerſam libertatē Romanã:dicēs pietatē Pōpeii illi nocuiſſe. Libera fores ſi ſylla:ſi hãc uictoriæ occaſionē talis ĩpator cōſecutus eſſet:qualis erat Sylla:actũ erat de Cæ.& libertas conſeruata fuiſſet. Dolet heu ſemper:Sēper inqt quotiēs meminerit roma dolebit q; Cæ.cũ pio genero pugnauerit:nã hæc cã fuit:cur ſcelera ſua Cæſar iplere poſſet. Scelerũ tuorũ:quia cũ pio genero pugnaſti:iō ſcelera tua ipleta ſunt. Proh triſtia fata:in deploratiōe cōſiſtit oñdens multa deīde mala ĩnumeraſq; clades,pſecutas fuiſſe: qa hoc loco Pō.uīcere noluerit. Triſtia:ĩfelicia infauſta. Libye clades:ubi reliquiæ exercitus uictæ ſunt cũ Catone. Hiſpania mundæ:ubi uictus eſt. Cn.& ſextus Pompeius:ſed. Cn. Pōpeius occiſus eſt:Sextus autē,pfugit in Siciliam. Et ĩfando polutus ſan.nec etiã Pō.fuiſſet ĩ Nilo flumine trũcatus:cuius cadauer,piectũ ē ĩ undas fluminis. Infando ſanguine:nō Pōpeii ſed ſanguine infandi Ptolemæi Parricidæ Regis.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Phario rege.i.Prolemæo rege ægypti:nam pharos iſula ẽ eſt ægypti. Nec Iuba mar.Rex Iuba q partes ſenatus populiq; Ro.ſequebatur uictus ẽ a Cæſare in Africa:nam Iuba & petreius(ut refert Appianus) pceptis his quæ geſta fuerãt a Cæſare:cũ nec fugã aut ſalutẽ ulterius ſpare poſſent.Inedia uulnetibuſq; ſe ad iuicem tãdem cõfecere. Nudus:iſepultus. Mar.ha.marmaria eſt ps Libyæ. Placaſſet umbraſ pœnorum:nã mors huius Scipiõis' qui ab illo ſupiore deſcẽderat uiſa ẽ quaſi placare umbras pœnoꝝ:qui cæſi fuerãt a maioribus ſuis:publius enĩ Scipio qui bello i Libya geſto contra Cæſarem cõſtitutus iperator fuit:Appiano auctore hyemẽ i mari agens hoſtilibus nauibus a caſu obuius peregregie ſe geſſit: donec ſuperata eius claſſe ſeipſum iteremit:& cum hoſtes ꝑpius ſuperueniſſent:interrogarẽtq; ubi eſſet imperator:ipſe reſpondit: iperator bene ſe hẽt. Caruiſſet uita:ætas noſtra non caruiſſet Catone:qui poſtq̃ uidit ꝑfligatas eſſe Pompeii partes ſupereẽ reipu.noluit:ſed ipſe ſibi mortem i Vtica cõſciuit:unde uticenſis eſt appellatus :nã Cato ac Scipio:ut refert Plutarchus : poſt pharſalicam pugnam i libyã ꝑfugerũt: & igentibus ibi copiis coactis ex Iuba : qui opẽ atq; auxilia miſtrabat contra eos Cæſar expeditionẽ egit Scipionis exercitu ſuperato:Catonẽ ut uiuẽtem recipet ſummo ſtudio cõtendit Vticã:quã quidẽ urbẽ cum ille præſidio teneret:minime prælio interfuerat : poſtq̃ Cæſar Catonẽ ſibi mortẽ conſciuiſſe cognouit acriter ĩdoluit:tũq; inquit Cato:tibi ꝑ morte inuideo: nam & tu mihi ꝑ ſalute inuidiſti. Vltimus eſſe.d.p.ſi Põpeius uincere uoluiſſet

Exire po.m.ph.ne i pharſalia bellum ciuile cõmiteretur:quod poſtea factum eſt nam ita fata uolebant ut ibi ſanguis Romanus effunderetur quod euitari tũc potuit:ſi Cæſarẽ Pompeius uiciſſet. Deſerit aduerſo poſ.poſt cõplorationẽ libertatis Romanæ proſeqtur narrare qdnam inſtituerit Cæſar:ubi enim uidit oĩa ſibi aduerſa:ex his locis ſtatuit diſcedere:& ĩ theſſaliã recepit exercitum. Sedem: Epirũ .

N obilius phario geſtaſſet rege cadauer :
N ec iuba marmaricas nudus preſſiſſet harenas
P œnorumque umbras placaſſet ſanguine fuſo
S cipio:nec ſancto caruiſſet uita catone
V ltimus eſſe deis potuit tibi roma malorum :
E xire e mediis potuit pharſalia fatis .
D eſerit aduerſo poſſeſſam numine ſedem
C æſar: & emathias lacero petit agmine terras.
A rma ſecuturum ſoceri quacunque fugaſſet
T entauere ſuo comites deuertere magnum
H ortatu:patrias ſedes atque hoſte carentem
A uſoniam peteret : nunquam me cæſaris inquit
E xemplo reddam patriæ:nunquamq; uidebit
M e niſi demiſſo redeuntem milite roma .
H eſperiam potui motu ſurgente tenere.
S i uellem patriis aciem committere templis .
A c medio pugnare foro:dum bella relegem
E xtremum ſcythici tranſcendam frigoris orbem :
A rdenteſque plagas : uictor tibi roma quietem
E ripiam?qui ne premerent te prælia fugi?
A h potius ne quid bello patiaris in iſto
T e cæſar putet eſſe ſuam:ſic fatus in ortus
P hœbeos conuertit iter:terræque ſecutus
D euia qua uaſtos aperit candauia ſaltus

Tẽtauere ſui:hic dicit conſiliũ habitũ fuiſſe ĩ exercitu Pompeii : quidnam potiſſimũ agendum eſſet:nõnulli fuerũt q cenſerent Romã redeũdum eſſe:ſed huic ſentẽtiæ aduerſus fuit Põpeius neq; eni induci poterat:ut uellet bello ĩfeſtari Italiã:hanc quoq; rationem fuiſſe dicebat:ut ab initio belli urbẽ deſereret:ne Cæſar illud exercitũ ducens mœnia urbis bello inuaderet:ergo quod ab initio fecerat:in eo ſe perſtiturũ aſſeuerat. Comites:ſenatores:qui cũ Pompeio erant. Diuertere.i.a propoſito ſuo remouere .

Nunq̃ me Cæ.non imitabor inqt Põpeius Cæſarem qui contra leges Romanas rubiconẽ trãſiuit armatus

Dimiſſo milite.i.exercitu:ſicut leges uolũt. Heſperiã potui:ſi pati poſſem ut bello infeſtaretur italia:& roma piculũ belli ſubiret:poteram ab initio belli Romæ cũ ſenatus maneret in medio foro bellum perficere: ſed quoniam longe mihi alia mẽs eſt:ab hoc propoſito non deterrebor:prius q̃ bellum ꝑfecero. Motu ſurgẽte.i.ĩcipiente tumultu belli. Medio foro:ut fecerat Sylla:Marius Cinna & cæteri qui urbẽ inuaſere. Dũ bella re:ſed hæc mihi mens eſt:ut in extremas orbis terrarum partes potius exercitum ducere uelim:q̃ bellum ĩ italia fiat. Relegẽ.i.repellã:unde relegati dicũtur qui ſunt a patria pulſi. Scythici frigoris.i.ſeptẽtrionis :in qua parte eſt Scythia:hoc eſt uſq; ad hyperboreos montes trãſibo uel e diuerſo ibo trans torridã zonam: nam utraq; inhabitabilis eſt . Victor tibi Roma:antea cum timerem hoſtes diſceſſi ab urbe ne te bella quaterent : nũc uero cũ non timeã ſed uincere cœperim:te bellis implicabo?q.d.non faciam. Fugi:cum inferior eſſem Cæſare:nunc uero cum ſim ſuperior te in bellum deducam? Sic fatus in ortus:nunc deſcribit qua iter fecerit Pompeius:nam orientem uerſus exercitum duxit:& per Candauiam tandem uenit in Theſſaliam. Deuia.i.auia ut tutior iret. Candauia:candauia(ut inquit Strabo)mons eſt qui illyricum Macedoniamq; diſterminat:circa uiam candauiæ lacus ac paludes ad Lychniduntem extant:ubi copioſa piſcium habentur ſalſamentaria:ſunt & fluuii Ionium irrumpentes ſinum:& in auſtrum uergentes Inachus achelous:& nõnulli alii.

Saltus:nam ſaltuoſa ac nemoroſa regio eſt. Theſſaliam: hic ita deſcribit theſſaliam ut dicat deos uoluiſſe hanc regionem naturaliter ĩhabitabilem eſſe fortaſſe:ne bellum ciuile ĩ ea gereretur. Attolit: titan:oſtendit a ſole nunq̃ illuſtrali ullo anni tempore:ſed undique montibus ita circundatam eſſe ; ut nec diem quidem ĩtegræ uidere poſſit. Summa poli:ideſt cum altius ad ſeptentrionem quodammodo uergens naſcitur ſol . At medios ignes.ſ.a meridie othrys mõs oppoſitus eſt radiis ſolis. Rapidi leonis:ideſt feruentis nam.xv.die Iunii: ſurgit leo:& circa meridiem ſol ĩgreditur leonem:ergo tunc feruentiſſimus eſt ſol. Solſtitiale caput: nam ſolſtitium dicitur q; ſol ſtare uidetur:nec aſcẽdere nec declinare per aliquot dies. Zephyrus:uentus occidentalis. Iapix:ẽ uẽtus q Apuliam perflat:quem caurum eſſe gelius propemodum putat unde iapigia dicta eſt Apulia:Strabo autem ait Iapiges uniuerſos cognomen e quodam Iapige duxiſſe: quem Dedalus e Cretenſi mulieꝛ ſuſcepiſſe dicitur ducemque Cretenſibus extitiſſe:iapides uero gens illyricis galliſq; commixta: Auctore Strabõe:ab Auguſto Cæſare ſummo cum labore debellati ſũt.

Aduerſus:qa ab occidente perflat : ideo oppoſitus eſt pindo:&(ut inquit Gelius) aduerſus Eurum ſpirare uidetur. Et maturato.p.quia montes oppoſiti ſunt ideo ibi citius ſol occidit . nam montes obſtãt ne poſſit ſplendore ſuo illuſtrare theſſaliã.

Præcedit:occupat. Maturato ueſpe.ſ. citius occidente ſole. Nec metuens:nũc a ſeptentrione oſtendit claudi:ut etiam aerem accipere nequeat:in theſſalia qui habitat nunq̃ uidet maiorem urſam quæ circa polum uertitur. Imi olympi:ideſt ĩ radice eius montis theſſaliæ. Nec metuẽs.ſ. boream:unum ſequitur ex reliquo:ſi nũq̃ uidet ſeptentrionem:ergo non timet boream. Arcton:ideſt urſam maiorẽ:quæ circa polum uergitur. Ignorat noctibus: quia nunq̃ apparet. Hos inter montes: theſſalia inter medios montes incluſa ſterilis fuit:nec quicq̃ erat præter lacum:flumia montibus circundata tenebantur:ut curſum nullum haberent:ſed tantum in unum confluentia creſcebant:poſtquam uero Hercules euerſo monte lacum aperuit relictus locus medio fertilis & amœnitate plenus:unde etiam tempe græco uocabulo appellatus eſt. Strabo autem libro nono:dicit cum littus altiora campis haberet loca motibus terræ factis abrupta ſunt : quæ nunc uocantur tempe: & ab olympo abſciſſa oſſa:hac peneus fluxit in mare:& oram illam ſiccatam reddidit:poſtea flumina deſcribit: quæ inde deſcenderunt. Agri.la.ager medius:qui nunc rerum omnium feraciſſimus eſt : quondam iugibus occupabatur paludibus:antequam inacceſſibilis exiccaretur unda. Premitur:clauditur. Peruia tempe: nominatiui caſus eſt hoc loco ſed apud græcos uariatur. Tempe:loca amœna dicuntur de quibus uide Pliniũ

C ontigit emathiam:bello quam fata parabant .
T heſſaliam qua parte diem brumalibus horis
A ttollit titan rupes oſſæa coercet:
C um per ſumma poli phœbũ trahit altior æſtas
P elion opponit radiis naſcentibus umbras:
A t medios ignes cæli:rapidique leonis
S olſtitiale caput nemoroſus ſummouet othrys :
E xcipit aduerſos zephyros:& iapiga pindus :
E t maturato præcedit ueſpere lucem.
N ec metuens imi borean habitator olympi :
L ucentem totis ignorat noctibus arcton.
H os inter montes media qui ualle premuntur
P erpetuis quondam latuere paludibus agri :
F lumina dum campi retinent:nec peruia tempe
D ant aditus pelago : ſtagnũq; implentibus unum
C reſcere curſus erat:poſtquam diſceſſit olympo
H erculea grauis oſſa manu : ſubitæque ruinam
S enſit aquæ nereus:melius manſura ſub undis :
E mathis æquorei regnum pharſalos achillis
E minet:& prima rhæteia littora pinu.
Q uæ tetigit philace:pteleoſque:& dorion ira

Paruia.ſ.nunc Curſus erat:uidelicet inflari & creſcere:quia decurrere non poterant neceſſario inflabantur.

poſtquam diſceſſit o.eo Hercules uenit:& diligenter circunſpiciens locum:cognouit ſi aqua deriuari poſſet: agrum in medio relictum cuiuſlibet generis frugum feraciſſimum fore:& ſucciſo monte olympo ab oſſa:aditũ aquæ dedit. Grauis:magnus. Manu:ideſt uiribus. Nereus:mare. Aemathis:ora theſſalica ab æmathio Rege dicta. Manſura ſub undis:quia ſi undis oppreſſa manſiſſet nunquam ibi bella ciuilia geſta fuiſſent in quibus totius terrarum orbis cruor fuſus eſt. Achillis æquore:qui fuit filius thetydis deæ maris:unde mare regnum Achillis appellatur. Et prima:oſtendit quæ deinde ciuitates ibi conditæ fuerint : poſtquã ſtagnũ exhauſtum fuit. Pharſalos oppidum theſſaliæ:cui imperauit achilles. Rhœteia:ideſt troiana littora:a rhœteo promontorio. Phylace:ideſt proteſilaus:nam phylace oppidum eſt theſſaliæ:ubi regnauit proteſilaus: q primus fuit auſus in terram Troianam deſcendere:& fata impleuit:nam reſponſum erat quod qui primus ĩ terram troianam deſcenderet:primus occideretur:& occiſus eſt ab Hectore. Pteleos:eſt ciuitas theſſaliæ:Pteleum ut refert Strabo eſt poſt Antronem urbem Proteſilai. Dorium:quidam montem:quidam campum eſſe ſcribunt. Dorium:oppidum eſt magneſiæ.Plinius in.iiii.c.ix.cuius hoc tempore pars nulla monſtratur:ut refert Strabo:aliqui tamen olurin nunc ſeu oluram in Meſſenia ualle iacẽtem Dorium uocant:illic prope Oechalia Euriti eſt:quæ nunc Andania dicitur urbs Arcadiæ tenuis:cuius nominis eſt altera in theſſalia:altera etiam in

Euboea:Ex hac proficiſcentem Thracem Thamirin ad Dorium a Muſis muſica fuiſſe ſpoliatum Commemo rat Homerus: Ac helos & pteleon:tum dorion aſt ibi muſæ Threicio:iciderant Thamiri reſonoque canore Pri uauere uirum:oechalia tum forte profectum Regis ab euryti regno oechaliaque creati. De hoc itidem Luca nus intelligit: Alii autem:Flebile pieridum.quia pierides auſæ ſunt prouocare muſas cantu:& conuerſæ ſunt in picas:unde etiá adhuc naturam tenent loquacitatis. Trachin:trachin parua urbs eſt thraciæ iuxta læbadiam: Strabo:non procul a theſſalia. Herculeis in qua habitauit philoctetes:qui ſagittas Herculis & arcum accepit

F lebile pieridum:thrachin:pretioque nefandæ
L ampados herculeis fortis meliboea pharetris:
A tque olim lariſſa potens : ubi nobile quondam
N úc ſup argos arát:ueteres ubi ubi fabula thebas
M onſtrat echionias : ubi quondam pẽtheos exul
C olla caputque ferens ſupremo tradidit igni
Q ueſta quod hoc ſolum nato rapuiſſet agaue .
E rgo abrupta palus multos diſiecit in amnes :
P urus in occaſus parui ſed gurgitis æas
I onio fluit inde mari:nec fortior undis
L abitur auectæ pater iſidis:& tuus œneu
P ene gener craſſis oblimat echinadas undis :

ꝙ flammas rogo Herculis ſubiecerat: her cules cum uiciſſet ætholiá:captus eſt amo re Ioles:oblitus Deianiræ uxoris filiæ Oe nei Regis:quá ſingulari certamie cũ Ache loo dimicans uictor ſibi matrimonio con iũxerat . Deianira cũ ſe derelictá uideret:í memoriá rediit tunica quá a Neſſo ſangui ne lerneæ hydræ íſperſam acceperat: Neſ ſuſque uires amoris illam habere dixerat: credidit illa:miſitque hanc ueſtem ad uirũ quam cum induiſſet:ſtatim uenenum ad í teriora penetrauit & uiſcera Herculis car ptim conſumebat: donec ille diutius do loris impatiens rogum ſibi extruxit:& cũ ſuperimpoſitus eſſet:præcepit philoctetæ ut flammas ſubiiceret : in cuius beneficii præmium ſagittas & arcum ſuum illi tradi dit. Lampados:ideſt facis quam philo ctetes Herculi ſuppoſuit . Meliboea: urbs finitia theſſaliæ:patria philoctetæ.Virgilius Hic illa ducis meliboei parua philoctetæ. Lariſſa : ciuitas theſ ſaliæ potentiſſima fuit:in qua regnauit Achilles.Virgilius.Et lariſſæus achilles. Nunc arant:ætate inquit no ſtra Lucanus arant argos:nam argos urbs fuit theſſaliæ argos pelaſgicum dicta:Plinius. Veteres ubi fabula: de fabula cadmi ſuperius diximus:quomodo condens thebas omnes ſocii interfecti ſunt a ſerpẽte ſed ex terri genis quinque ſuperfuerunt inter quos fuit unus Echion : hunc ſocium ſibi aſſumpſit ad condendas thebas: quas ideo poeta uocauit echionias.Strabo autem refert phœnices Cadmi comites Boetiam tenuiſſe : & Cad mum arcem Cadmeam muro uallaſſe:regnum poſteris & Nepotibus ſuis reliquiſſe : qui porro arci Cadmeæ thebas muro coniunxerunt:regnumque conſeruarunt:plurimorum Boetiorum imperium adepti. Solinus ue ro dicit Amphilonem condidiſſe thebas:non ꝙ lyra ſaxa duxerit:ſed quia affatus ſuauitate homines, rupium in colas:& incultis moribus ad obſequii ciuilis pellexit diſciplinam. Vbi:in qua urbe thebarum Agaue filii ſui Penthei auulſum caput rogo ſuperimpoſuit:dolens ꝙ tantummodo caput filii abſtuliſſet. Nota eſt fabula quo modo Pentheus interdixerat ab agro thebano bacchum:qui in patriam cum rediret:populos omnes ſibi ſup plicare cogebat:& ſacrificia celebrare:quæ orgia appellata ſunt:ſed cum illum multitudo ingens ſequeretur mu lierum atque uirorum:quia ſacrificia eius plena erant libidine:in quibus epulis ac uíno traditi omnes ſpiritu bac chi dicebantur afflari:Pentheus cui huiuſmodi ſacrificia diſplicebant interdixit bacchum a regno ſuo:ſed mater eius Agaue & Authonoe cum cæteris mulieribus ſequebatur Bacchum:Pẽtheus miſit primo famulos : ut bac chum ab agro regni ſui abſterrerent:ſed cum ad eum iuiſſent:capti illecebris:eum cum cæteris ſequebátur :Pen theus uero cum ſatellitibus coactus eſt uenire ut bacchum abigeret:ubi cum in conſpectu ueniſſet: mater Aga ue cum ſorore Authonoe in furorem ſunt conuerſæ:mater exiſtimauit filium in aprum aut uitulum cõuerſum: mulierefque non prius deſtiterunt quam thyrſis & haſtis medium illum diſcerpſere:mater Agaue quaſi uicto riæ præmium caput eius quod apri eſſe credebat manibus geſtans per mediam urbem ouans ibat:quæ cum ad ſe rediſſet ſtructo rogo caput filii combuſſit:& uehementer doluit ꝙ reliquum corpus habere non poſſet:ut in tegra filii membra ſepulturæ mandaret hæc autem facta fuiſſe dicit Strabo apud ſcolum uicum aſopiæ ſub ci therone. Exul:a ſeipſa alienata:uel exul reſpicitur ad illud ꝙ Pentheus bacchum & omnes qui illum ſequebá tur ab agro ſuo interdixerat:ergo quaſi exul erat interdicto Penthei. Pentheos:genitiuus græcus eſt a πενθοσ luctus. Hoc ſolum.ſ.caput. Ergo abrupta:quia ſemel data uia eſt ſtagno. Diſceſſit in amnes:ideſt í mul tos flu.deriuata eſt. Inde:ex hac theſſalia. Paruiigurgitis:quia flu.eſt non ualde latus æas æantis: Fluit ad occaſum in pelagus adriaticum Apolloniam uerſus:ita a Strabone refertur. Fortior.ſ.æante. Pater:ideſt in achus pater ius:quæ iſis mox eſt appellata:nam poſtquam uenit in ægyptum genibus flexis in ripa nili uiſa eſt ſupplicate Ioui:ſtatimque in priſtinam formam rediit:nam bos diu fuerat. Auectæ.ſ.a Iunone: poſtquam eá dono accepit a Ioue. Gener.ſ.Achelous:Oeneus Rex Deianiram filiam habuit:& procis expoſuit hoc pacto: ut qui ſingulari certáine uictor eſſet:ille Deianiram acciperet in uxorem: Achelous cæteros omnes ſuperauit: deinde ſuperuenit Hercules:qui cum eo certare cœpit: Achelous ſe:modo in leonem:modo in ſerpentem: tan dem ſe conuertit in Taurum:haud facili labore illum ſubigere potuit:tádem manu eius cornu cepit Hercules & non prius dimiſit quam a capite euelleret:achelous pudore compulſus ſe merſit in undas neque amplius

uiſus eſt. Echinadas:echinades inſulæ ſunt maris maliaci oppoſitæ acheloi hoſtio: De quibus lege Strabo nem. Oblimat:impinguat limo. Et meleagræam:alius quoque amnis natus eſt ex hoc ſtagno.ſ. Euenus hic flu.præterlabitur Calydona:ubi regnauit meleager:unde meleagræam calydona appellauit. Sanguine neſ ſi maculatus: accepta Deianira:cum Thebas rediret Hercules uenit ad Euenum flu.qui forte magnis undis in flatus erat:de ſe non dubitabat quin facile tranſiret:ſed neſciebat quo pacto traduceret Deianiram: ſtatim ſe ibi obtulit Neſſus Centaurus:qui ſuam operam promiſit:ut trans amnem Deianiram traduceret : hanc credidit ei

E t meleagræam maculatus ſanguine neſſi
E uenos calydona ſecat:ferit amne citato
M aliacas ſperchius aquas:& flumine puro
I rrigat amphryſos famulantis paſcua phœbi:
Q uique nec humentes nebulas:nec rore madẽtẽ
A era nec tenues uentos ſuſpirat anauros :
E t quiſquis pelago per ſe non cognitus amnis
P eneo donauit aquas:it gurgite rapto
A pidanos:nunq̃que celer niſi mixtus enipeus.
A ccipit aſopos curſus:phœnixque malaſque
S olus in alterius nomen cum uenerit undæ
D efendit titareſus aquas:lapſuſque ſuperne
G urgite penei pro ſiccis utitur aruis:
H unc fama eſt ſtygiis manare paludibus amnem
E t capitis memorem fluuii contagia uilis
N olle pati:ſuperumque ſibi ſeruare timorem .
V t primum emiſſis patuerunt amnibus arua
P inguis bebrycio diſceſſit uomere ſulcus .

Hercules:& iam amnem tranſierat:cum il lam í ripa uiolare uoluit:illa clamorem ſu ſtulit:tunc Hercules ſagittis tranſfixit Neſ ſum:quas lerneæ hydræ ueneno inſperſe rat:moriens ergo cognouit quo pacto ſe ulciſceretur.educta interiori ueſte tradidit eam deianiræ dicens:hæc mea ueſtis uires habet amoris:dato operam ut hanc indu at hercules:quia ſtatim ad amorem tuum conuertetur. Sperchios: theſſaliæ ex pe lio effuſus in pelagus maliacum . Malia cas:ideſt malæi ſinus in laconia: nam Ma læum laconicum æquor eſt in quod Sper chius deſcendit.At ſupra Maleam aucto re Strabone propter aduerſos uentorum flatus non tuta fuit nauigatio:íde natum uulgo prouerbium:cum Maleam deflexe ris domeſticos obliuiſcere. Amphryſos: inter cæteros amnes miſcetur etiam Am phryſus qui flu.eſt Theſſaliæ : iuxta cuius ripas Regis admeti phœbus pauit armen ta:captus amore filiæ:ut hac uia poſſet li bidinem ſuam explere. Paſcua: ſcilicet Regis admeti theſſaliæ. Quique nec hu mentes:ex hoc ſtagno etiam anauros flu. nomen accepit ꝙ nullam nebulam exha lat: cum ubicunque ſint annes : illic uenti regnaŕ ſoleát.hic ſolus erat ſine aura ideo anauros:dicitur ab ἄνευ ſine & ἀυρᾶ aura. Rore madentẽ:quia ignes ætherei rapiunt humorẽ:& ſuperue niente ſole humor cadens rorem efficit. Suſpirat:ſurſum ſpirat. Et quiſquis pelago:quia non ſuo nomine in mare deſcendunt:ſed nomine penei. Enipeus:flu. ab erythra præter pharſalon currens in Apidanum ela bitur: Apidanus uero in Peneum. Aſopos:ſeruauit declinationem græcam.Aſopus percurrens pelagus iter Termopylas ingreditur:ut inquit Strabo. Accipit:ſcilicet ab hoc ſtagno. Solus in alterius: ſed unus flu. eſt qui quamuis miſceatur Peneo:tamen ſuum retinet nomen: ſcilicet titareſus:quem alio nomine Orcon ap pellant(ut refert Plinius)quamuis in eum decurrat Titareſus:tamen non miſcetur:ſed deſuper labitur:non ali ter quam oleum dedignatur miſceri Peneo ne ſuum nomen amittat:nam penei perlucentes aquæ ſunt. Titare ſi uero craſſæ Verba Plinii ſunt appoſita Peneus accipit amnem Orcon:nec recipit: ſed olei modo ſupernatan tem(ut dictum eſt ab Homero)breui ſpacio portatum abdicat : pænales aquas diriſque genitas argenteis ſuis miſceri minime permittit.Lucanus táquam poeta contra hiſtoriam ſentiens dicit Titareſum & nobiliorem flu. eſſe & dedignari commiſceri Peneo. Defendit aquas:ideſt aquarum ſuarum nomen. Lapſuſque ſuperne: non aliter labitur deſuper Peneus quam ſi per ſiccam terram deflueret. Hunc:ſcilicet Orcon: quem Titare ſum alio nomine Lucanus & Strabo appellant. Fama eſt:ſcilicet de ſtygia palude natum & dedignatur aquis uilioris fluminis miſcere:quando etiam terrori diis ſemper ſit. Flu.uilis:ideſt penei. Superum timo.Virgi lius. Dii cuius iurare timẽt:& fallere nomen. Vt primum emiſſis:exhauſta grandi lacu: Theſſalia fertilis facta eſt:& ſubſequenter populi eam colere cœperunt:emiſſis de Theſſalia amnibus. Pinguis:propter aquam diu turnam. Bebrycio uomere:ſeruius in quintum Aeneidos:cum exponit Bebrycia ueniens Amyci de gente fe rebat:dicit Bebryciam bithyniam eſſe.Saluſtius.Igitur introrſum prima Aſiæ Bithynia eſt: multis antea nomini bus appellata:ipſa enim eſt:& maior phrygia.Strabo libro duodecimo:dicit bebryces quantum exiſtimat Thra ces fuiſſe:& Miſiam incoluiſſe:& tertiodecimo refert habitaſſe circa Cyzicum:ubi phryges & circa Abydum ubi Thraces habitauerunt.Solinus autem dicit bythiniam ante bebryciam dictam eſſe.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Mox lelegum dextra preſſum deſcendit aratrum.
Aeolidæ:dolopeſque ſolum fregere coloni.
Et magnetes equis:minyæ gens cognita remis
Illic ſemiferos ixionidas centauros
Foeta peletroniis nubes effudit in antris.
Aſpera te pholoes frangentem monyche ſaxa
Teque ſub œthæo torquentem uertice uulſas
Rhete ferox:quas uix boreas inuerteret ornos.
Hoſpes & alcide magni phole:teque per amnem
Improbe lernæas uector paſſure ſagittas:
Teque ſenex chiron gelido qui ſydere fulgens
Impetis hemonio maiorem ſcorpion arcu.
Hac tellure feri micuerunt ſæmina martis.
Primus ab æquorea percuſſis cuſpide ſaxis
Theſſalicus ſonipes bellis feralibus omen

Deſcendit:in theſſaliá.ut eam coleret. Lelegum:hi quoque populi theſſalicos agros coluere.Leleges(ut i
quit Solinus)idem fuerunt:qui boetii ſunt.Strabo autem de his multa dicens refert Ariſtotelem in politia: lo-
cros lelegas uocare:a quibus boetiam occupatam fuiſſe memorat.æoles(ut idem ait)una cum boetiis e theſſa-
lia cómigrarunt & cómuniter cum his etoliam tenuerunt. Dolopes:populi:qui Auctore Strabone ſub phœ
nice militauere:Pindi theſſaliæ montis accolæ ſunt. Magnetes:populi qui domitores equorum ſunt. Magne
tas Macedonibus pieriis uicinos eſſe refert.Strabo intra tempe a Peneo atque oſſa uſque ad Pelium trans Pene
um loca habent maritenus: Pieria autem:
ut refert Solinus a tergo theſſaliæ ad Ma-
cedoniam protenditur: quæ deuicta ſub
Macedonum uenit iugum. Gens co
gnita remis:ideſt clara arte nauigandi Mi-
nyæ plurimum nauigatione ualent:.& hi
primum cum Iaſone in Colchon nauiga-
runt:ut aureum uellus raperent. Illic ſe-
miferos:nihil aliud agit in hac deſcriptio-
ne theſſaliæ Lucanus:niſi ut oſtendat ꝙ in
de nati ſunt ſæuiſſimi populi:ut non mi-
rum uideatur: ſi hanc terram ſæuis genti-
bus habitatam uoluerunt eſſe:in qua bel-
lum ciuile gereretur: in theſſalia nati ſunt
centauri ſemiferi.Diodorus ſiculus refert
Centauros in prælio a nymphis nutritos
equas poſtmodum ſubagitaſſe: exque eis
hippocentauros natos creditum: ꝙ primi
equitare auſi ſint: eoque natam fabulam
ueluti:equi eſſent hominiſque natura.
Ixionidas:nam Ixion captus amore Iu
nonis auſus eſt eam interpellare de ſtupro
Iuno indicauit Ioui: Iuppiter præcepit ut
imaginem ſuam ex nube Ixioni obiiceret.
ille complexus eſt nubem:credens eſſe Iu
nonem.& ex ea nube nati ſunt Centauri.unde nubigenæ dicti ſunt. Semiferos:ideſt dimidia parte equos:
nam ferus ſignificat equum animal.Virgilius.In latus inque feri curuam compagibus aluum. Nubes fœta:id
eſt grauida. In antris peletroniis:peletronii ſunt populi Theſſaliæ in montibus habitantes:& Peletronium:
ut inquit Strabo locus eſt monti pelio ſubiectus. Aſpera te:hic nominat ex centauris nonnullos. Mony
che:centaurus. μώνυξ μώνυχοσ dicitur habens ſolidum unguem:a μονοσ ſolus & ονυξ unguis.Hunc ét
iaculatorem arborum fuiſſe dicit Iuuenalis:Quantas iaculetur monychus ornos. Saxa pholoes: montis arca
diæ.ut Plinius. Rethus:nomen centauri. Oethæo uertice:ideſt in ſummitate montis Oethæi. Sub:pro
in.tantas.n.uires habebat ut radices euelleret ornorum:quas flatus boreæ euellere non poterat. Phole:unus
ex centauris qui teſte Diodoro ſiculo:Herculem domi cum ſuſcepiſſet:& centauros peremiſſet: ei contigit ut
cognatos ſepeliret:ſed cum a quodam euulſa ſagitta in eum cecidiſſet & uulnere curari non poſſet:obiit.pholú
Hercules ſepeliit ſub monte:quæ res ei glorioſior omni columna accidit:nam monti nomen dedit at ſecúdum
Virgilium in bello lapitharum occubuit:leto domuit Rethumque pholumque. Teque:ſcilicet o Neſſe qui
tranſfigendus eras ſagittis lernæis cum Deianiram tranſuehendam uiolare uolebas. Teque ſenex chiron:hic
diſſentit ab aliis Lucanus.nam alii dicunt chironem:non ex nube & Ixione natum:ſed ex Saturno & phyllira:ut
Plinius in. vii.& Virgilius in Georgicis docet:ſed poetæ a ſimili mutant fabulam. Gelido ſydere:ideſt geli
do tempore hyemis:nam oritur chiron menſe nouembris. Impetis:ideſt inuadis. Hemonio:ideſt Theſſa
lico arcu:nam chiron aſſumptus in cælum factus eſt ſignum zodiaci:quod appellatur ſagittarius: qui inuadit
ſcorpionem:dum uertitur ſignifer circulus. Maiorem:ſcilicet aliis ſignis:non ſine ratione dixit:quia ipſe duo
rum ſignorum occupat locum.& magnitudo locati depræhéditur a quantitate loci.nam locus & locatus ſunt
correlatiua.quod cæteris ſignis fit maior:Virgilius docet:Ipſe tibi iam brachia contrahit ardens ſcorpius & cæli
iuſta plus parte reliquit. Hac tellure feri:alia gens quoque ſæuiſſima nata eſt:quia primum fuere theſſali: qui
equis pugnare cœperunt:quod nunquam antea fuerat.Virgilius ge.Primus erichthonius currus & quatuor au
ſus iungere equos. Primus ab æquorea cuſpide:ſcilicet Neptuni.Sequitur Lucanus eorum opinionem:qui
dicunt in Theſſalia Neptunum tantum non aſtante tunc Minerua tridente locum percuſſiſſe:a quo equus emiſ
ſus eſt cunque de Athenis alias cum Minerua contenderet ictu tridentis Neptuni non equum: ſed arcem &
aquam ſalſi hauſtus proſiluiſſe ferunt:hodieque fontem in ea arce Neptuni appellari. Seruius autem dicit no-

Exhibuit:primus chalybem frenoſq; momordit.
Spumauitque nouis lapithæ domitoris habenis
Prima fretum ſcindens pagaſæo littore pinus:
Terrenumque nouas hominem proiecit in ú*das.
Primus theſſalicæ rector telluris ionos
In formam calidæ percuſſit pondera maſſæ.
Fudit & argentum flammis: aurumque moneta
Fregit:& immenſis coxit fornacibus æra
Illic quod populos ſcelerata impegit in arma
Diuitias numerare datum eſt.hinc maxia ſerpens
Deſcendit phython:cirrhæaque fluxit in antra:
Vnde & theſſalicæ ueniunt ad pythia laurus.
Impius hinc prolem ſuperis immiſit aloeus
Inſeruit cælſis prope tunc cum pelion aſtris:
Syderibuſque uias incumbens abſtulit oſſa.
Hac ubi damnata fatis tellure locarunt
Caſtra duces: cunctos belli præſaga futuri
Mens agitat: ſummique grauem diſcriminis horá
Aduentare palam eſt:propius iam fata moueri.
Degeneres trepidant animi: peioraque uerſant:

tum eſſe quomodo inter palladem & Neptunum ortum eſt certamen uter eorum nomen imponeret Athenis
tandem inter ſe conuenerunt ut uter eorum munus humano generi utilius dediſſet:hic nomen urbi impone-
ret:neptunus igitur tridente terram percuſſit:& ſtatim equus natus eſt:Palladis percuſſione in terram facta ex-
orta eſt oliua:laudabile quidem fuit munus Neptuni:nam ad multas res eſt utilis equus: At uero laudabilius fu
it Palladis quia olea pacem ſignificat:& fructum offert hominibus utilem:unde de ſuo nomine urbem Athena
rum appellauit nam αθηνη palladem ſignificat. Theſſalicus ſonipes:quia hic equus primum in Theſſalia ha
bitauit appo.omen lætiferis bellis. La-
pithæ:natio Theſſalorum: primi exiſtimá
tur equitaſſe:ideo ſubiungit chalybem fre
noſque momordit: alii cétauros fuiſſe cõ
memorant:qui primi equitare cœperunt:
Plinius. pugnare ex equo theſſalos q cen
tauri appellati ſunt:habitantes ſecundum
pelium montem. Chalybem frenoſque:
endiadis eſt ideſt frenos chalybeos. Pri-
ma fretum ſcindens: ex hac etiam terra na
ti ſunt qui temeritate ſua primi auſi ſunt té
tare mare:non contenti ſuo elemento.
Pagaſæo littore:quia pagaſa oppidum
fuit theſſaliæ teſte Plinio:unde fabricata é.
nauis argo:quæ primum undas experta é
Iaſon æſonis filius nepos fuit Peliæ Theſ
ſalorum Regis:ut libro quinto íquit Dio
dorus primum iuxta pelium nauem ædifi
cauit:quæ argos dicta eſt ab Architecto re
farciente:uel ab uelocitate: quam antiqui
αργον appellabant. Terrenum homi-
nem:natum ut terras inhabitet. Pinus:
ideſt nauis argo pinea. Nouas: ideſt
Ignotas hominibus. Primus theſſalicæ
etiam primi theſſalici fuere qui aurum &
argentum & æs in pecuniam conflarent:
quæ multorum malorú cauſa ſemper fu-
it. Ionos:dux theſſaliæ a quo Ionia eſt
appellata pars græciæ:quæ uidelicet antea
Attica eſt dicta. Attici Iones uocabantur
ab his Iones illi profecti ſunt:qui in Aſiam colonias deduxerunt:auctore Strabone libro Octauo Ionum auté
filium ſuum fuiſſe in reſponſis profeſſus eſt Apollo delphicus:ut oſtendit Victruuius de architectura. Percuſ
ſit:percuti iuſſit. Calidæ maſſæ:calidi æris. In formam:nummorum. Fudit & argentum: ſcilicet in mo-
netam:non in Theſſalia.ſed in Macedonia theſſaliæ coniuncta ut Solinus ait auri uenæ & argéti optimæ & Plu
rimæ eruuntur Verum(ut inquit Strabo)apud Elidem phedon origie decimus a Temeno omnium ætatis ſuæ
potentiſſimus:nummum cum alium tum argenteum ſignari docuit Impegit:impulit. In arma: nam pe-
cunia eſt cauſa bellorum. Hinc:ex Theſſalia natus eſt Phython ſerpens:ille ingens qui perſequebatur Latoná
cum grauida eſſet:ne ab ulla terra ſuſciperetur:tandem ſuſcepta eſt ad íſulam delon: quod cum ſenſiſſet Apol-
lo illum ſagittis ſuis interfecit:hic uel hæc ſerpens dicitur. Cirrhæaque fluxit in antra:quia deinde pelle Phyto
nis tripodas ſuos texit Apollo. Vnde:a qua:& propter quam rem hinc eſt quod laurus in Theſſalia natæ de
feruntur ad Pythium ideſt ad delphicum Apollinem:qui Pythius a Phythone ſerpéte a ſe occiſo eſt dictus. La
urus:arbor conſecrata Apollini qui daphnem uirginem amauit:quæ conuerſa eſt in laurum. Impius hic pro
lem:nati ſunt hic aloei filii œtus & ephialtes qui in ſingulas ebdomadas nouem digitos creſcebát:unde magni
tudine ſua conati ſunt cum gigantibus occupare cælum detruſo Ioue. Inſeruit prope:quia montes cumula
bant ut ſibi gradus facerent in cælum. Agitat:commouet. Damnata:abominabili. Præſaga: diuinatrix
futuri belli. Palam:manifeſtum eſt omnibus. Degeneres trepidant animi:cum in theſſalia:ſicuti dictú eſt:
Pompeius & Cæſar caſtra poſuiſſent:omnes mente conceperant futurum bellum nec quiſquam erat qui non
diuinaret ea loca diis uolentibus electa eſſe:ubi belli ciuilis cruor funderetur: quem tot monſtra prædixerant:cú
timerent igitur omnes:pauci uero ſperarent:inter reliquam turbam metuentium:Sextus quoque Põpeius ma-
gnus Pompeii filius nimio timore compulſus conſtituit per Necromantiam futurum rei euentum perquirere:
& locus forte ſuffragabatur ei:nam in Theſſalia peritæ ueneficæ fuerunt:quæ cæteris hac arte præſtabát: unam
ex his elegit quæ cæteris peritior eſſe uidebatur.& ex ea futurum belli euentum ſcire uoluit. Verſant maiora:
nam qui natura timidi ſunt:ſemper maiora ſibi proponunt. Præſumpto robore: præſumpta fortitudine &

uirtute. Spemque metum:quia tantum metuebant quantum ſperabant. Qui mox: indignus quippe fuit
tali parente:quia quos pater mari expulit:hos imperante Auguſto imitatus eſt Sextus : ná capta Sicilia factus ẽ
pirata poſt mortem patris. Mox:deinde ſcilicet imperante Auguſto. Craſſatus in undis ſcyllæis:ideſt cum
cum per undas ſiculas ſæuiret:ꝙ ibi monſtrum marinum eſt Scylla. Aequoreos triumphos:quia de piratis
triumphauit pater Pompeius:quos omnes duorum menſium ſpacio expulerat e mari. Qui ſtimulante me-
tu:ideſt ſi præſcire futura uolebat:ſaltem conſuluiſſet Apollinem uel aliquem deorum :ſed elegit ſibi uenefica
quæ necromantia arte futura prædiceret.

A d dubios pauci præſumpto robore caſus
S pemque metũq; ferunt:turbæ ſed mixtus inerti
S extus erat:magno proles indigna parente :
Q ui mox ſcyllæis exul craſſatus in undis
P olluit æquoreos ſiculus pirata triumphos.
Q ui ſtimulante metu fati prænoſcere curſus
I mpatienſque moræ uenturiſq; omnibus æger
N on tripodas deli:non pythia conſulit antra :
N ec quæſiſſe libet primis quid frugibus altrix
O re iouis dodona ſonet:quis noſcere fibra
F ata queat:quis prodat aues:quis fulgura cæli
S eruet:& aſſyria ſcrutetur ſydera cura.
A ut ſiquid tacitum:ſed fas erat:ille ſupernis
D eteſtanda deis : ſæuorum arcana magorum
N ouerat:& triſtes ſacris feralibus aras:
V mbrarum ditiſque fidem:miſeroque liquebat
S cire parum ſuperos:uanum ſæuumque furorem
H diuuat ipſe locus : uicinaque mœnia caſtris
A emonidum : ficti quas nulla licentia monſtri
T ranſierat:quaꝝ quicquid non creditur ars eſt.
T heſſala quin etiam tellus:herbaſque nocentes
R upibus ingenuit:ſenſuraque ſaxa canentes
A rcanum ferale magos:ubi plurima ſurgunt

Curſus:ideſt ſeriem & diſpoſitionem fa
ti. Impatienſque moræ:quia tẽpus præ
occupare uolebat. Venturis æger:ideſt
metuens ſine modo futura. Non tripo-
das deli. ideſt Apollinem qui reſponſa da
bat in delo : unde delius eſt appellatus :
nam δηλοσ ſignificat manifeſtum eo
ꝙ ibi certiora daret reſponſa. Pythia an
tra:in cyrrha monte Boetiæ:ubi Pythia ua
tes hauſto diuinationis ſpiritu dei reſpon
ſa referebat:& carmine & oratione ſoluta:
ut refert Strabo. Nec quæſiſſe libet:nec
conſulit columbas iouis in dodona: Do
dona ſylua eſt Epiri:quæ alio nomine ca-
honia dicitur:in cuius ſyluæ arboribus co
lumbæ inſidentes reſponſa petẽtibus da-
bant. Primis frugibus:ideſt glandibus:
quæ ex hac ſylua multæ legebantur. Al-
trix:abundans glandibus. Ore iouis do
dona ſonet:nam columbæ reſponſa da-
bant:tanquam ſi ex ore iouis darentur.
Quis noſcere fibra: nam haruſpices in
teſtinis uictimarum futura prænoſcunt.
Quis prodat aues:intelligat aues & in
tellectas manifeſtet: auſpices ab aſpicien-
dis auibus dicti ſunt:quarum aliæ præpe
tes dicuntur quæ uolatu:aliæ oſcines quæ
cantu futura prænunciant Fulgura cæli
ideſt coniecturas portentorum nõ quærit
nec aſtronomiam cuius artis Aſſyrii inuen
tores fuere ſiue atlas libyæ filius: aut ægy
ptii:ut inquit Plinius. Aut ſi quid taci-
tum:aut non quærit alias artes arcanas quæ hominibus conuenirent. Sed fas erat:ideſt non quærit quæ li-
cet homini:ſed quæ negata ſunt. Tacitum:ſcilicet ad uiſum. Deteſtanda:adeo enim iniuſa erat necroman
tia ideſt diuinatio:quæ fit per cadauera mortuorum:ut etiam gentiles illam abhorrerent : ſed alio genere utebã
tur geomantia ideſt diuinatione quæ fit ſignis in puluere fixis.hydromantia per aquam:pyromantia per ignem
Ille ſupernis:ſed nihil cognitum erat ſexto:niſi arcana magorum. Deteſtanda: abominanda ideſt magicã
artem quam ſuperi abominabantur:unde & ipſa uenefica inuita hæc ſe facere confitebatur. Liquebat:ideſt
manifeſtum erat. Scire parum ſuperos:non nouerat deos ſcire futura melius q̃ inferos. Vanum:mendacẽ
Hæmonidum:theſſalicarum mulierum. Ficti quas nulla licentia monſtri: ideſt quæ mulieres omnia ficta
monſtra nouerant:quia omnia ficta:uera uidentur:tamen non ſunt. Quarum quicquid: lactantius horum
dæmonum reprobat præſtigia dicens. Magorum omnis ars ac potentia diuinandi horum aſpiratione conſtat:
a quibus euocati dæmones præſtigiis occæcantibus fallunt:ut non uideant quæ ſunt & uidere ſe putent quæ
non ſunt:hi etiam geniorum nomen aſſumunt:ſe enim dæmones latino ſermone iterpretantur: hos etiam pe
netralibus conſecrant:qui quoniam ſpiritus tenues ſunt & incompræhenſibiles inſinuant ſe corporibus ho-
minum & inde uiſceribus operati ualitudinem uitiant ideſt morbos citant ſomniis animos terrent mentes pe
riculis quatiunt:ut his morbis homines cogantur ad eorum auxilia confugere:& tunc prodeſſe dicuntur cum
necere deſiſtunt. Ars eſt:uidelicet miracula:quia pauci ſunt qui miracula credunt : ſed ipſæ demonſtrant per
artem magicam quicquid credi non poteſt. Theſſala quin etiam:accedebat etiam & illud ad opportunitatem
quod in hac Theſſalia naſcuntur uenenatæ herbæ quibus utuntur huiuſmodi mulieres:& in ea Medea herbas ĩ
uenit:quas in inſula ſua nunquam uiderat. Senſura ſaxa:ideſt motura ſe ad cantum quaſi ſenſum haberent.
Ferale:mortale. Vbi plurima:& ut uerbo uno complectar naſcuntur in Theſſalia mala: quæ deos ipſos
cogere poſſunt. Virgilius. Carmina uel cælo poſſunt deducere lunam.



V im factura deis:& terris hoſpita colchis
L egit in hemoniis:quas non aduexerat herbas.
I mpia tot populis:tot ſurdas gentibus aures:
C ælicolum diræ conuertunt carmina gentis.
V na per æthereos exit uox illa receſſus.
V erbaque ad inuitum perfert cogentia numen.
Q uod non cura poli : cælique uolubilis unquam
A duocat:infandum tetigit cum ſydera murmur :
T unc babylon perſea licet:ſecretaque memphis
O mne uetuſtorum ſoluat penetrale magorum
A bducit ſuperos alienis theſſalis aris.
C armine theſſalidum dura in præcordia fluxit
N on fatis adductus amor:flammiſque ſeueri
I llicitis arſere ſenes:nec noxia tantum
P ocula proficiunt:aut cum turgentia ſucco
F rontis amaturæ ſubducunt pignora fœtæ.
M ens hauſti nulla ſanie polluta ueneni
E xcantata perit:quos non concordia mixti
A lligat ulla tori:blandæque potentia formæ:

Hoſpita colchis.i.medea q̃ e colcho:pegrina uenerat. Quas nõ ad.quas i colcho nõ iuenerat eas colle
git i Theſſalia. Impia tot.ipſa cogeret deos carminibus ſuis ſe exaudire:etiã ſi nollet. Vox.ſ.theſſalica.
Receſſus:p cõuexa & loca cæli remota. Inuitũ numẽ:ut lunæ:qa deducũt etiã e cælo lunã. Martialis:quæ
nũc theſſalico lunã deducere rhombo. Murmur.i.carminũ ſecreta:ne quis itelligat. Sydera:ut lunã: qa ſta
tim offuſcat́ ad carmina:unde tympana & æra pulſant:nã ſtatí pateretur eclypſim luna. Iuuenalis:iã nemo tu
bas atq; æra fatiget. Vna liberáti poterit ſuccurrere lunæ. Cura poli:qa ipſa luna eſt regina cæli tpe noctis:iõ
obliuiſcitur regere cælũ:cũ carmine theſſa
lidũ uexatur. Euocat.i.nunq̃ ad ſe tra-
hit:ſenſus a cura gubernandi cæli deduci
tur & itenta ẽ his carminibus q̃ dicũtur.
Tunc babylon:q̃uis inqt babylon &
ægyptus ubi ſunt ſupſtitioſi magi icantẽt
deos:ut aliqd eis p̃dicát:iñ nihil timebũt
qa magis metuunt:ſi theſſalis aliqd uolu
erit:ſed illos qdẽ negligenter:hãc autem
cõtinuo exadiũt dii. Babylon ſoluat:
qa babylones nihil metuũt dei:ſi qd theſ
ſalis uoluerit:hic Statius iraſcentem & mi
nãtẽ iducit tireſiã:nõ audiat́:& theſſalidi
bus & Medeæ poſtponat:q̃uis igitur iqt
minẽtur ſe magi patefacturos ſecreta deo
rũ ægyptii & babylones:nihil metuunt:ſi
theſſalis aliqd uoluerit:ipſa potius audit́
& metuitur:nã ut libro.xvi. refert Strabo
apud aſſyrios chaldæi:apud Perſas magi :
& apud ægyptios ſacerdotes i rerũ cæle-
ſtium ſcía p̃ſtabant:& futuroꝝ notitiã ha
bebãt. Secreta:ꝓpter ſacerdotes myſti
cos & icõmunicabiles:plurima.n.occulta
bãt:Eudoxo & platõi:cũ qbus. xiii. ãnos
uerſati ſunt:nõnulla p̃cepta cõmoſtrarũt:
cũ maxía difficultate exorati(autore Stra-
bone) Babylõ pſea.i.quæ olim fuit ſub
ĩperio pſarũ:nã xerxes eã obtinuit : eruit-
q; beli ſepulturã: Quinetiã magnã baby
lonis ptẽ perſæ diruerũt:ut ſcribit Strabo
qdã abſurde p mercurio:pſea expoſuerũt
nam ſyllaba phibet & obſcurior ſenſus iducit́. Mẽphis.i.ægyptus q̃ ſupſtitioſa fuit. Soluat.i.patefaciat.
Carmina Theſſalidũ:proſequitur dicere quantã uim carmina ueneficarũ habeát:dicit enĩ poſſe amorem ani
mis decrepitorũ ſenum imittere:ut q̃uis ſenectute frigeſcát:tñ amore incendãtur etiam ſi per reliquã uitã caſti
& continẽtes uixerit. Carmine:ideſt icãtatione theſſalidum. Non fatis.i.cõſtellationibus:nã qui nati ſunt
ſub ſtella ueneris:iõ in amorẽ rapiuntur. Dura p̃cordia.i.eoꝝ q penitus ab amore auerſi fuerunt. Sæueri
ſenes:q uitam auſteram etiã i iuuẽtute uixerant:tñ huiuſmodi carminibus arſere. Illicitis flammis i.obſcænis
amoribus. Nec noxia tantum:& non uim maiorem habẽt pocula ad amorẽ q̃ harum ueneficarum carmina
ad libidinẽ:plus enĩ carminibus poſſunt:q̃ poculis:nam ſolent mulieres miſcere pocula quædam qbuſdã her
bis q̃ q auſerint ſtatí ad amorem cõcitantur. Proficiunt.ſ.ad amorem. Aut cum tur.ſuc.f.nec carũcula tan
tum ualet:quæ ex fronte pulli equini auferé & miſcetur poculis:q̃tum carmina:dicũt enĩ quod expertũ eſt. Et
Plinius aſſerit:pullis eqnis amoris inaſci ueneficium Hippomanes appellarũ:i frõte caricæ magnitudine:colo-
re nigro:quod ſtatim edito partu deuorat fœta:quod niſi ſtatí mater deuoret:animum a filio penitus auerſum
habet hãc carũculã i puluerem uerſam ueneficæ miſcẽt poculis:& ꝓpinant his quos uoluerit allicere i amorem
Fœte.i.equæ:q̃ pauloante peperit:nã fœta dr̃ & grauida:& partu leuata. Frõtis:pulli. Amaturæ.ſ.filiũ:
niſi præreptа fuerit carũcula. Turgentia ſucco:ideſt humidæ carne. Mens hauſti:etiam ſi pocula nulla hau
ſerint:carmina ſufficiunt ad amorẽ iducendũ. Mens.ſ.alicuius. Nulla ſanie .i.nulla ui ueneficii. Excan-
tata.i.ſolo carmine p̃henſa. Quos non:imo qd̃ maius ẽ qbuſdam carminibus:nendo & deducẽdo fila utũ
tur:qbus fila eiuſmodi maiorẽ ui habẽt:nã ſi quẽquã circũdederit his filis:ita illũ amore iplicant:ut ſolui nul-
lo modo poſſit:ut eſt apud Virg. Necte tribus nodis ternos amarylli colores:necte amarylli modo: & ueneris
dic uicula necto. Et rhombus dicebatur iſtrumẽtũ icantatoriũ:quo fila torq̃bãtur ad amorẽ:cuius meminit ꝓ-
ptius:& ouidius:hũc lucanus magicã uertiginẽ appellat. Blandæq; potẽtia formæ:q nec amore matrimonii
ducũtur :nec illecebris formæ:hos ipſæ torq̃ntes fila carmĩe ſuo:ita iplicant ut ſolui non poſſint.

T raxerunt torti magica uertigine fili.
C eſſauere uices rerum:dilataque longa
H æſit nocte dies:legi non paruit æther.
T orpuit & præceps audito carmine mundus.
A xibus & rapidis impulſos iuppiter urgens
M iratur non ire polos: nunc omnia complent
I mbribus:& calido producunt nubila phœbo.
E t tonat ignaro cælum ioue:uocibus iiſdem
H umentes late nebulas:nimboſque ſolutis
E xcuſſere comis:uentis ceſſantibus æquor
I ntumuit:rurſus uetitum ſentire procellas
C onticuit turbante noto:puppimque ferentes
I n uentum tumuere ſinus:de rupe pependit
A bſciſſa fixus torrens:amniſque cucurrit
N on qua pronus erat:nilum non extulit æſtas.
M æander direxit aquas: rhodanumq; morantem
P ræcipitauit arar:ſummiſſo uertice montes
E xplicuere iugum:nubes ſuſpexit olympus.
S olibus & nullis ſcythicæ cum bruma rigeret:
D imaduere niues:impulſam ſydere tethym
R epulit hemonidum defenſo littore carmen.
T erra quoque immoti concuſſit ponderis axem:
E t medium uergens turbauit niſus in orbem.
T antæ molis onus concuſſum uoce receſſit.
P roſpectumque dedit circum labentis olympi.
O mne potens animal læti:genitumque nocere:
E t pauet hemonias:& mortibus inſtruit artes

Vertigine:a uertẽdis filis. Vices.i.uiciſſitudines:nõ enĩ nox diei:nec hyems cedit æſtati:& ſi uoluerit pducere noctẽ diẽ reiciũt. Legi.nõ pa.ĩmo nec cælũ mouetur:ſi carminibus retinere uoluerit. Præceps:uelox mũdus q ſemp uertitur. Axibus & ra.poli etiã nõ uertũt cælũ:q̃uis ipſe iuppiter manibus cõcutiat ut moueat᷑:dr̃ aũt polus a πολέω uerto:& duplex eſt.ſ. Arcticus & antarcticus:arcticus ſublimis:antarcticus humilis. Virgil. Hic uertex nobis ſemp ſublimis at illũ ſub pedibus ſtyx atra uidet:maneſq; pfundi. Aſtrologi dicunt diametrũ uſq; ad cẽtrũ terræ trãſire:& ab uno polo ad alteꝝ peruenire:eſt aũt diameter ad ſimilitudinẽ axis fixus trãſiens uſq; ad cẽtrũ terræ:& ptingit polos:& uoluitur quẽadmodũ Bootes: dicit igitur cũ circa polos aſſidua uertigine uoluat᷑ cælũ:nũc uero ſtetiſſe: ac Iouẽ mouere nõ potuiſſe. Nũc oia cõplẽt imbribus:q̃uis æſtas ſit: tñ iugibus pluuiis faciũt eẽ frigus. Excuſſere comis: qa crinibus p colla effuſis tpe noctis rotãtes caput mouẽt nebulas. Ventis ceſ. faciũt tumeſcere maris undas uẽto nõ ſpirante. Rurſus uẽ.e diuerſo etiã ſi uẽtus flauerit faciũt qeſcere mare. Conticuit trãqllũ fuit:& fluſtra facta ẽ. Puppẽq; fe.etiã uela tumuere cõtra uẽtos. Sinus i.uela. In:pro cõtra. De rupe pe. to. torrẽtes ſunt amnes magnitudine imbris de mõtibus decurrẽtes:qa torrẽtur æſtate.i.ſiccãtur.græce χειμάρρουσ. Pepẽdit.i.faciũt ut torrẽtes ĩhæreãt:ne decurrere poſſint. Fixus.i.hærens monti.

Abſciſſa.i.pcipiti. Pronus: retrogadus in fontem. Nilum non extulit: & æſtatis tempore nõ ĩflatus eſt nilus: nam ĩ ægypto nunq̃ ſunt pluuiæ:ſed Nilus ſingulis qbuſq; annis creſcit:& inundat ægyptũ:eãq; facit fœcũdam. Meãder: flu. p Phrygiã currit:poſtea Cariã Lydiãq; diſterminat:& tortuoſus ẽ:ut fluat & refluat:ut nõnunq̃ uideatur ĩ ſe reuerti. Arar: flu. galliæ ẽ p fines Eduoꝝ atq; ſequanorum:in rhodanũ influit:adeo leniter currens:ut quam in partem fluat᷑: oculis uix uideri poſſit:& cum natura lenis ſit: carmine theſſalidum efficitur impetuoſus.

Moram præci. Rhodanus ante uelocior erat Arare:qui flu. Galliæ maximus ẽ: ſed nunc Arar efficitur ĩpetuoſior:ut Rhodanũ impellat. Arar amnis (auctore Strabone) Rhodano apud Lugdunum commiſcetur. Submiſſo uertice:faciunt etiã ut montes adæquẽtur ſolo. Submiſſo demiſſo uſq; ad terram. Suſ.ol.& olympus mons q ſolet tranſcendere nubes:tamẽ carmine harum inferior efficitur nubibus. Dimadauere.i.nullis ſolibus:liquefactæ ſunt. Scyticæ.i.ſeptẽtrionales. Rigeret: congelaret. Impulſam ſydere.i.creſcente luna mare etiam creſcere ſolet:ſed ipſæ carminibus repellunt maris undas. Impul.tethym.i.mare. Sydere.i.luna creſcente huius ĩcrementi cãs diximus ĩ primo. Littore: quia non permittunt attigere littus. Terra quoq;:terremotũ faciunt:adeo ut cælũ concutiatur. Immoti ponderis axẽ:qa poli nitũtur axibus diametri terræ:mota igitur terra cõcutitur polus:cõcuſſis polis concutit᷑ & cælũ:ideo etiam cogũt terrã a ſuo centro diſcedere. Immoti ponderis:qa nunq̃ ſuo pondere ĩnixa centro moueri poteſt. Vergens in orbem.i.polos qui uertuntur circa orbem. Titubauit:concuſſus eſt. Tantæ molis.ſ.terræ:magna eni moles terra eſt q̃ ſua grauitate deſcẽdit in centrum. Receſſit.ſ.a centro ſuo. Circum labentis olympi:efficit ut cælũ labi uideatur. Omne potens animal.ut ſerpẽtes leones:& tygrides carminibus Theſſalidum manſueſcunt. Pauent:quia timent carmina ueneficarum:etiam ſi ſint ſæuiſſima animalia. Auidæ tygres:ſcilicet ſanguinis cum præſertim pauloante pepererint.



H as auidæ tigres:& nobilis ira leonum
O re fauet blando:gelidos his explicat orbes
I nque pruinoſo coluber diſtenditur aruo.
V iperei coeunt abrupto corpore nodi.
H umanoque cadit ſerpens afflata ueneno.
Q uis labor hic ſuperis cantus herbaſq; ſequendi?
S pernendique timor? cuius commertia pacti
O bſtrictos habuere deos? parere neceſſe eſt:
A n iuuat? ignota tantum pietate merentur:
A n tacitis ualuere minis? hoc iuris in omnes
E ſt illis ſuperos? an habent hæc carmina certum
I mperioſa deum? qui mundum cogere quicqd
C ogitur ipſe poteſt? illic & ſydera primum
P ræcipiti deducta polo:phœbeque ſerena:
N on aliter diris uerborum obſeſſa uenenis
P alluit:& nigris terreniſque ignibus arſit:
Q uam ſi fraterna prohiberet imagine tellus:
I nſereretque ſuas flammis cæleſtibus umbras.
E t patitur tantos cantu depreſſa labores:
D onec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas.
H os ſcelerum ritus: hæc diræ carmina gentis
E ffera damnarat nimiæ pietatis erichtho
I nque nouos ritus pollutam duxerat artem.
I lli nanque nefas urbis ſummittere tecto:
A ut laribus ferale caput:deſertaque buſta
I ncolit:& tumulos expulſis obtinet umbris
G rata deis erebi:cœtus audire ſilentum
N oſſe domos ſtygias:arcanaque ditis operti
N on ſuperi non uita uetat: tenet ora profanæ

Blando:mãſueto. Nobi.ira.le.nã leo dedignat᷑ minora aĩalia pſeq:ſed tãtũ taurũ uel equũ ferocẽ inuadit. & ſi hoiem ĩualerit iratus:quẽ ĩã dilaniare uelit:& ille ſe terræ ſubiiciat quaſi ſupplex diſcedit ab eo & relinqt intactũ. Explicat:extẽdit orbes:q̃uis gelidos:qa coluber tẽpore hyemis hĩtat ĩ cauernis:illæ uero mulieres:cũ uoluerit faciũt exire. Viperei coeũt:ſerpẽtes etiã mortui reuiuiſcũt:& uiuẽtes moriũtur carminibus illarum.

Abrupto corp.no.etiã ſi fractus fuerit ſerpẽs ĩ ſuã formã rediit. Afflata.ſ.ſpũ ueneficaꝝ. Cadit.i.moritur. Quis la.hic ſu.hic Lucanus cãs q̃rit cur dii ueneficis huiuſmodi pere cogãtur:multas aũt cãs dicit cũ admiratiõe q̃dã:nõ.n.cõueniẽs uidet᷑:ut uĩ tãtã hẽant mulieres quo poſſint carminibus ſuis ad uoluntatẽ ſuã cogere deos: q̃ cã ẽ ĩqt ut dii uſq; adeo laborẽt obſeq ueneficis:ut nihilominus timeãt eaꝝ pcepta q̃ ſi deoꝝ eẽnt? Quis:qualis ẽ. Cuius co.pacti:qua cõuẽtiõe dii ĩter ſe pepigerũt:ut huiuſmodi cõuẽtiõibus ſtare cogãtur? Obſtrictos.ſ.his mulieribus.

Parere ne.ẽ:nũqd hoc neceſſitate faciũt dii:an uoluntate:ut q̃cũq; illæ iuſſerint uelit & ipſi? Ignota pie.qa alienæ ſunt ab oĩ pietate:iõ hoc ipſis potiſſimũ cõcedit᷑: religio ẽ ſcĩa colẽdoꝝ deoꝝ:ſed pietas ẽ iuſtitia erga deoſ:ergo ab oĩ pietate remotæ ſunt. Tacitis minis.i.ſecretis: quas ſcire nemo põt. Hoc ius ĩ oẽs:hãc ptãtẽ hñt ne cõtra deos oẽs:& cõtra eũ q eſt deoꝝ deus:ut uno illo coacto neceſſario cogantur & cæteri? Impioſa:q̃ impio deos coercẽt. Qui mũdũ ge.i.põt conuertere mũdũ ad uolũtatẽ haꝝ mulierũ: poſtq̃ ipſe coactus fuerit. Mundũ.i.cælũ. Illic & ſydera:q; ita admiret᷑:iuſta cã ẽ:& rõ admirationis:primæ fuerũt theſſalides:quæ ſtellas de cælo deduxerunt.

Præcipiti:p ipſa ſydera præcipitia.

Phœbeq; ſe.& carminibus haꝝ mulierũ:nõ aliter expalluit luna: q̃ ſi pateretur eclypſim: phœbus dr̃ ſol: ἡ φοίβη τῆσ φοίβησ: hæc phœbe phœbes dr̃ luna.

Obſeſſa:oppreſſa. Diris uene.i. carminibus. Palluit:obſcurata ẽ. Arſit: ea luce qua lucere ſolet tũc:cũ terra ẽ inter poſita lunæ & ſoli. Terrenis.i.luce qua lẽ hr̃e ſolet:cũ terra iterponitur. Fraterna ima.dicũt aſtrologi lunã eẽ corpus rotũdum ĩ formam ſtellæ:& lumẽ a ſole cõcipere:& qnãtũ a ſole diſtat:tantum augeri uidetur.cũ uero luna contra ſolẽ ex aduerſo fuerit:ipſa ueluti ſpeculũ ſolis imaginẽ recipit:& tunc cũ plena eſt:plenilunium appellat᷑:ergo ſi iter ſolẽ & lunã aliqua umbra terræ interuenerit tunc luna patitur eclypſim. Prohiberet:qa nõ permittit ipſam ſolis imaginẽ reddere:hæc cã ẽ ĩſerta tellure.

Flãmis Cæ.uidelicet ſolis & lunæ. Et patitur tãtos:poſtq̃ carmine lunã de cælo deduxerit:non prius permittũt ipſam ĩ cælũ redire:q̃ ſpumas dimiſerit ĩ herbas:quibus utũtur ĩ ueneficiis. Hoꝝ ſcelerũ:iter cæteras theſſalides erat:una Erichtho:q̃ crudelitate cæteras uĩceret:& ueneficiis deos ſuperos & ĩferos in omne fas & nefas cogeret. Erichtho.græce dr̃ ἐριχθώ ἐριχθοῦσ:ſicut ſappho ſaphus: ſed latĩe dicimus dido nis: erichtho nis. Dãnauerat ni.pie.q̃q̃ aliæ crudeles eſſent tamẽ cõpatione ſui pias nimiũ exiſtimabat. Pollutã.i.artẽ deteſtabilẽ. Nouos ritus:qa noua genera ĩuenerat crudelitatis. Laribus:nec mœnia urbis ĩgrediebatur nec ſubibat tecta ædiũ:ſed ſemp ſub diuo pnoctabat. Deſertaq; buſta:nã ſepulchra mortuoꝝ erant domus eius. Deis erebi.i.diis ĩferis:erebus uocabulũ græcũ q̃ſi ἐρεβεννὸσ .i.obſcurus. Cœtus au.ſilẽ.nec cõtẽptu deoꝝ:nec metu mortis tenebat᷑:quo minus audiret cõgregatiões deoꝝ ĩferoꝝ & ĩferos freq̃ntaret:& ipſius Plutonis arcana ĩqreret. Supi.i.metus deoꝝ. Cœtus:cõgregatões umbraꝝ. Tenet o.p.ſi uis ſcire ſpẽm eius uultu nõ tegebat ĩpietatẽ:totua facies:macilẽta atra:& ſqualore obſita:ut facile appareret qualis eſſet.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Profanæ:deteſtabilis ſceleſtæ:pfanũ dr̃ quaſi pcul a fano:pfanũ & ſacrũ cõtraria ſunt:ut pcul eſte profani. Fœda ſitu.i.ſqualore deformis. Cæloq; ignota:qa nunq̃ cõſueuerat pdire i apertum:ſed ſemp i tenebris uerſabatur:cuius facies lurida erat qualis eoꝝ q i carcere detinẽtur. Terribilis:ut ipſo ituitu terrorẽ icuteret. Impexis onera.co.qa ipexæ erãt comæ:iõ graues &capiti onerofæ. Impexis:nõ pexis & imũditia plenis. Si nimbus:e ſepulchris exire ſoleret:cũ nubilũ tp̃s eſſet. Nudis buſtis.i.aptis ſepulchris. Subducũt: de cælo. Nocturnaq; ful.ca.i.elegit noctẽ illã q̃ cælũ itonat. Semina fœ.quacũq; icedit etiã ſi ſata fœcũda fu erit ea pedibus huius erichthonis calcata ſtati areſcũt. Et nõ læ.& q̃uis aer ſalubris ſit atq; ſyncerus:ipius ſpũ iſicit polũ. Nõ læti.imo ſalubres. Nec ſu.o. nõ utit' precibus ut cõpos fiat:ſed ipſis diis ipat:& ipio ſuo dii parere cogũtur. Fibras litã.i.nõ nouit ipſa ſacrificia diis grata:nã litare ẽ ſacrificiis deũ ſibi ppitiũ reddere. Fibras li.i.uictimas placãtes deos Funereas a.& ſi qñ ſacrificabat nõ alio utebat' igne:q̃ eo quẽ ex rogis rapuerat: araſq; illo icẽdebat. Funereas.i.de funere raptas. Et accẽſo:ſi tuie placare uolebat iferos:eo utebat' quo antea ſepultuꝛæ mãdata corpora fuerãt. Omne nef. ſu.Erichtho tãtæ ipietatis erat:ut dii ſuperi atq; iferi eã metuerẽt:& qcqd illa uolebat añq̃ bis peteret illi ſtati adimplebãt. Supi:ergo multo magis iferi. Viuẽtes aĩas:& añq̃ ſpũs a corpore exiret ipſa i ſepulchris cõgerebat & ſepeliebat. Fatis de.an.& q uicturi erant carmine ipſius moriebãtur:& q morituri erant reuiuiſcebãt. Retulit a tu.i.fecit mortuos reuiuiſcere:& q cadauera elata proſecuti fuerãt ad ſepulchra:& redibãt eo reſuſcitato. Põpa.ſ.mortuoꝝ. Fugere cada. L.i. mortui uitã recipe. Fumantes iuue.C. exuſtis cadaueribuſ cineres rapiebat qbus uteret' i ueneficiis ſuis ꝙ oſſa ſemicõbuſta rapiebat cũ carnibus ſuis. Ipſãq; pa. qa propĩquiores ſubiiciebãt facẽ rogo. Nigro uo.fu.qa cadauera cũ p̃cioſiſſimis ueſtibus:& q̃ ipſis gratiores fuerant cõburrebãtur:dicit ergo ꝙ ſumebat reliqas haꝝ ueſtiũ:& ptẽ tori:cui cadauer ſup ipoſitũ fuerat. Olẽtes fauil.i. q̃ adhuc redolebãt uſtrinã carniũ & mẽbroꝝ. Aſt ubi ſer.nã de his cadaueribus q̃ marmoreis ſepulchris cõdebãtur oculos manibus ipſa euellabat:& dẽtibus ſuis ẽt unguium excremẽta rodebat. Humor.ſ.cadaueꝝ. Vbi:qñ ſeruãtur.ſ.ſaxis cadauera. Ducit'.i.deſiccat':nã ipoſita cadauera marmoreis monumẽtis deſiccãt':qa ſi cõderent' terræ putreſcerẽt. Tracta ta.p extracto ſanguine ex oſſibus. Gelatos:frigidos mortuos. Excrementa manus:quia mortuis etiam ungues creſcunt. Laqueos nodoſq; nocẽ. nam antiqui alios crucifigebant:alios ligabant:ſi crucifixi erant euellebat clauos:ſin ligati partem funium ſumebat:partem etiam cadaueris & his utebatur. Nodoſque nocentes:pro nodos nocentium ideſt funes. Pendentia corpora:ideſt etiam de ſuſpenſis corporibus partem accepit. Abraſitq; cruces:ſcilicet dentibus:quia crucis partẽ abſtulit. Percuſſaq; uiſcera: q̃ diu ſuſpenſa a nimbis & uẽtis pcuſſa fuerãt:de his cadaueribus ẽt auulſit ptẽ. Incoctas medullas:ualde coctas.i. duratas & ſiccas. Coactũ:cõgelatũ. Mãibus:ut ſi qs crucifixus erat ñ ligatus. Calybẽ.i.calybeũ clauũ. Inſertũ:ifixũ.

F œda ſitu macies:cæloque ignota ſereno
T erribilis ſtygio facies pallore grauatur:
I mpexis onerata comis:ſi nimbus & atræ
S ydera ſubducunt nubes: tunc theſſala nudis
E greditur buſtis:nocturnaque fulgura captat.
S æmina fœcundæ ſegetis calcata peruſſit.
E t non lœtiferas ſpirando perdidit auras.
N ec ſuperos orat:nec cantu ſupplice numen
A uxiliare uocat:nec fibras illa litantes
N ouit. funereas aris imponere flammas
G audet:& accenſo rapuit quæ tura ſepulchro:
O mne nefas ſuperi prima iam uoce precantis
C oncedunt:carmenque timent audire ſecundum.
V iuentes animas: & adhuc ſua membra regentes
I mmittit buſto:fatis debentibus annos
M ors inuita ſubit:peruerſa funerá pompa
R etulit a tumulis:fugere cadauera lœtum.
F umantes iuuenum cineres:ardentiaque oſſa
E mediis rapit ipſa rogis:ipſamque parentes
Q uam tenuere facem:nigroq; uolantia fumo:
F eralis fragmenta tori:ueſteſque fluentes
C olligit in cineres:& olentes membra fauillas.
A ſt ubi ſeruantur ſaxis quibus intimus humor
D ucitur: & tracta dureſcunt tabe medullæ
C orpora:tunc omnes auide deſæuit in artus.
I mmergitque manus oculis:gaudetq; gelatos
E ffodiſſe orbes:& ſiccæ pallida rodit
E xcrementa manus: laqueum: nodoſq; nocentes
O re ſuo rupit:pendentia corpora carpſit.
A braſitque cruces:percuſſaque uiſcera nimbis
V ulſit:& incoctas admiſſo ſole medullas.
I nſertum manibus chalybem:nigráque per artus

Stillãtis.i.ſaniei ſaliẽtis & liquentis p artus. Neruo.m.r.p.qa dẽtibus appræhenſo neruo pẽdebat a cadauere. Et quodcũq; iacet:ipſa apud cadauer ſedebat:nec prius cadaueris ptẽ rapiebat:q̃ feræ & lupi laniaſſent: & e dentibus lupoꝝ abſtuliſſet. Sãguine uiuo:p ſanguie uiui hois. Apto iug.ſ.manibus ſuis: nõ refugit cædes.i.nõ fugit quo minus occidat hoies. Sacra:ſacrificia. Vi.cru uiui hois. Mẽſæ.i.ſi libuiſſet ueſci carnibus hũanis. Vulnere ſi uẽtris:& ſi ſacrificabat nõ expectabat ptũ:añq̃ natus eſſet:imo ipſam matrẽ p̃gnantẽ iterficiebat:& e uẽtre eius cõceptũ ptũ eripiebat. Vẽ.uulnere.i.ſciſſo uẽtre matris:nõ ea pte qua natura uocabat. Calidis:icenſis. Et quotiẽs ſæuis:& ſi opus erat recẽti umbra.i.q̃ paulo añ a corpe diſceſſiſſet:iterficiebat hoiem. Manes:aĩas.cũ e corpore aĩæ diſceſſerit:manes dicunt':facere manes:nihil aliud ẽ q̃ occidere. Fortibus umbris:quia diſcedentes a corpibus umbræ ſunt fortiores & uehemẽtiores ad id qđ uolũt ueneficæ. Hoium mors ois:ipſa cõſuetudine adeo facta erat crudelis:ut oẽm cuiuſlibet ætatis hoiem occideret. Hominũ mors:p cuiuſlibet hois mors. Genæ florem.i.auulſit aĩam adoleſcentis. Primæuo cor.i.adoleſcente:tũc.n. uirere ætas dr̃ cũ ad quartũ & decimum annũ puenerit. Moriẽti ephebo.i. adoleſcenti quẽ ipa occiderat:ephebus dr̃ adoleſcẽs & ẽ græcus ſermo:nã ἐπι ad & ἥβη pubertatẽ ſignificat:ſed pp daſſeã.π.uertit' i φ. Sæpe ẽt caris:nec ſuoꝝ cog̃toꝝ corporibus pepcit. Cog̃to in fu. p i funere cog̃toꝝ. Caris.q̃ ipſi cara eẽ debebãt qa ſanguie cõiũcta erat. Atq; oſcula:ruſtica ſatis:nã dũ oſcularet' aliquẽ:dẽtibus narẽ ſecabat. Ora laxa:qa mordẽs labra abſcĩdebat:& dẽtes appebãt. Sicco.g. quia mortuũ. Præmordẽs:circũmordẽs. Gelidis imur.la.qa mordẽs linguã rapiebat:& imurmurabat quaſi mãdata daret ad iferos. Hãc ut fama loci:poſtq̃ cœpit Sextuſ Põ.audire ul'gata fama:ꝙ erichtho cæteris ueneficii arte p̃ſtabat hãc præ cæteris audire cõſtituit:& aliquot comitibus huius ſceleris ſecũ ſũptis q̃ſiuit: ubi nã hitare ſoleret iuenitq; eã iter buſta & ſepulchra mortuoꝝ tpe noctis. Alta nocte.i.itẽpeſta. Sub nr̃a tellure.i.ad ãtipodas:nã quo tpe meridies ẽ apud ãtipodaſ hic ẽ media nox. Fidi ſceleꝝ:cũ huius ſceleris miſtri ſexti moniti eẽnt locoꝝ ubi hĩtabat:iter buſta mortuoꝝ conſpiciẽtes: uiderũt illã ſepulchro quodã iſiſter':& ſtati illã adiere. Sueti.ſ.ſceleribus:qual' erat dñs. In caute:i crepidie ſaxi. Aemus: mõs theſſaliæ & icuruus & lõgus uſq; in thraciã. Illa magis:cogitabat noua carĩa q̃ nullis aña unq̃ magis cognita fuerãt. Magis:magicis ueneficis. In uſus.i. ad deteſtabile & iauditũ ſcelus. Nãq; timẽs ne mar.carmẽ huiuſmõi faciebat: ne bellũ ciuile poſſet ex agris philippicis diſcedeꝛ':ut hr̃et copiã mortuoꝝ oſſibuſq; eoꝝ & mẽbris uteretur i ueneficiis ſuis. Vagus:mutabilis. Aemathis dis:ẽ forma patronymica pro gẽtili. Succis:herbaꝝ. Suas.i.i uſum ſuũ. Cadauera regũ:ſi bellũ hic gereť:multi Reges cæſi cadẽt:quoꝝ capita & manes multo potentiores erant ad ueneficium q̃ priuatorum hominum & humilium.

S tillantis tabi ſaniem:uiruſque coactum
S uſtulit:& neruo morſu retinente pependit:
E t quodcunque iacet nuda tellure cadauer
A nte feras uolucreſque ſedet:nec carpere mẽbra
V ult ferro manibuſque ſuis: morſuſque luporum
E xpectat ſiccis raptura e faucibus artus:
N ec ceſſant a cæde manus:ſi ſanguine uiuo
E ſt opus erumpat iugulo qui primus aperto:
N ec refugit cædes: uiuum ſi ſacra cruorem
E xtaque funereæ poſcunt trepidantia menſæ
V uulnere ſi uentris:non qua natura uocabat
E xtrahitur partus:calidis ponendus in aris:
E t quotiens ſæuis opus eſt:ac fortibus umbris
I pſa facit manes hominum:mors omnis i uſu ẽ.
I lla genæ florem primæuo e corpore uulſit.
I lla comam leua morienti abſcidit ephebo.
S æpe etiam caris cognato in funere dira
T heſſalis incubuit membris:atq; oſcula figens
T runcauitque caput: compreſſaq; dentibus ora
L axauit:ſiccoque hærentem gutture linguam
P ræmordens:gelidis infudit murmura labris.
A rcanumque nefas ſtygias mandauit ad umbras.
H anc ut fama loci pompeio prodidit alta
N octe poli: titan medium quo tempore ducit
S ub noſtra tellure diem: deſerta per arua
C arpit iter:fidi ſcelerum ſuetique miniſtri:
E ffractos circum tumulos: ac buſta uagati
C onſpexere procul prærupta in caute ſedentem.
Q ui iuga deuexus pharſalica porrigit æmus
I lla magis magiciſque deis incognita uerba
T entabat:carmenq; nouos fingebat in uſus.
N anque timens ne mars aliũ uagus iret in orbem
A ematis:& tellus tam multa cæde careret:
P ollutos cãtu diriſque uenefica ſuccis
C onſperſos uetuit tranſmittere bella philippos.
T ot mortes habitura ſuas:uſuraque mundi
S anguine cæſorum truncare cadauera regum

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Heſperiæ gentis:uidelicet ut Ro.nemo referatur i patriam. Hic ardor ſolus:i hoc uno tantum mēs eius intēta erat. Quid corpore magni:qd de Pompeio magno?qd de Cæſare rapiā?nā ſperabat utrūq cæſum iri O decus æmonidū:hæc petitio habet ptes ſuas nō oēs tn̄:petitio aūt conſtat ex his ptibus:ut honeſta ſit: ut poſſibilis hn̄s actionis modum:& ſit remuneratio:ut,Virg.æole(nāq tibi diuū pater atq hoīum rex:illic po ſuit oēs ptes:ſed nōnulla hic deficiūt. Potes:oſtendit poſſibilitatē. Potes maiora:ergo etiā minora:quia ſi potes naturam & reg curſum mutare in toto orbe:ergo potes fata pandere. Ventura deuertere curſu.i.potes deog fata & ſeriem cāg peruertere:ne cauſæ ſuo ordine,pcedāt. Non ultima turbæ:oſtēdit honeſtatē:qa hoc petit nō īfimus homo:nā quāto nobilior eſt pſona quæ petit:tāto etiā petitio honeſtior.

Vel dominus rerū:dū incerti ſunt exitus timeo:ſed poſtq̄ nouero qd futurum ſit:deſinā timere:ſiue illud bonū:ſiue malū. Dn̄s:pater meus uicerit. Hæres: ſi uictus fuerit. Hoc iuris:hāc poteſtatē. Ne ſubiti.i.uelis nobis hāc ptātē eē ut intelligā futug caſum:ſed iā deſinet eē caſus. Aut numina torque.nūc modū petitiōis oñdit:nā q minora uult īpetrare maiora petit:ſic Virgilius:incute uim uentis:ſubmerſaſq obrue puppes. Numina torque.i.coge deos ſupos: tibi futura pdicere:ſi non uis ſuperos:ſaltem coge īferos. Manibus:ſubaudi'a.i.ab umbris īferis. Ipſamq uo.i.euoca mortē īpam ut uera dicat tibi eog quæ peto. Quos petat:an patrē meum:an Cæſarem. Nō humilis labor eſt:quaſi loco remunerationis:ſi hoc mihi præſtiteris: rē efficies tuo noīe dignā:ut dicaris tanti belli exitū prædixiſſe. Humilis labor.i.non ſpectat ad humilē perſonā labor hic pdicēdi fata tāti belli. Vel tibi:q̄uis pricipi ueneficag

Quo.i.ad quē finē:i quā partē. Præpōderet.i.iclinet. Alea fati.i.fortuna:& īcertus reg euētus. Impia lætat':reſpōdet erictho:o ſexte inqt:fata mīora(ſi uis) mutare poſſumus:maiora aūt nulla arte mutari poſſunt:q̄ aūt maiora fata ſunt ex ītima phōg ſcia trahitur:ita eni diſputant philoſophi.Si nihil ſine cā fit:fato oīa fiunt:ergo cōuīcitur nihil fieri ſine cā: ſed nihil ſine cā fieri:nec Epicuro:nec ulli philoſophico placet:nā id credere eſſet abſurdi:ſed multū itereſt iter cās fortuito: uel forte egreſſas:& iter cās iter ſe cōnexas & efficiētiā naturalē:uerbi cā quod ita pmittitur:ueg eſt deſcēdat ī Academiā carneades:nō ſine cauſis:ſed ex cauſis fortuito egreſſis : non a naturæ neceſſitate manātibus:dicit autē genera cāg diſtīgui:aliæ īqt perpetuæ ſunt:& prīcipales:aliæ uero adiuuātes:& proximæ q̄re cū dr̄ oīa fato fieri,cauſis antecedētibus. hoc uult ītelligi:nō pfectis & prīcipalibus cauſis ātecedētibus:ſed adiuuātibus:qbus pmiſſis:facile ē ītelligere fata maiora & minora:fata maiora ſunt quog cāæ ſūt prīcipales & pfectæ: ſiue æternæ:& a naturæ neceſſitate manātes.At uero fata mīora ſunt:quog cāæ ſūt adiuuātes &,pxīæ uel fortuito ante egreſſæ:& id ē q ait Luca. Si moueri.i.mutari peteres. Fata mīora.i.q̄ ptinēt ad ſingulas q̄ſq pſonas. Cōcedit' arti unā cū radiis: & iā ſi ſtellæ:iqt aliquē cogūt mori:poſſumus carminibus differre mortē:& econtra:& hæc ſunt fata mīora. Vnā mortē:p unius mortē:at uero unius īpii cladē carminibus euertere nō poſſum:nā nō ea uertere poſſumus:q̄ ſūt a pfectis cauſis:& a naturæ neceſſitate manātibus:ſed unius mortē euerter poſſumus a cauſis adiuuātibus. In ſe.m.i.differre. Radiis:cōſtellatiōe. Et q̄uis fecerit oīs:ecōuerſo q̄uis ſub ſtellis natus ſit aliqs:q̄ lōgiorē uitā prēdāt:poſſū tn̄ carminibus uitā īterrūpe:ēt ſi ſub ſtella ſaturni natus eſſet quæ protenditur tribus ſaturnis.i.uſq ad nonageſimum annum. At ſimul:ſed non poſſumus ſeriem illam cauſarum æternam mutare:cum cauſa ex cauſa pendeat:ea eſt ex omni æternitate ueritas ſempiterna.

Sperat:& heſperiæ cineres auertere gentis:
Oſſaque nobilium tantoſque acquirere manes
Hic ardor ſoluſque labor:quid corpore magni
Proiecto rapiat:quos cæſar inuolet artus:
Quam prior effatur pompeii ignaua propago.
O decus æmonidum populis quæ pandere fata
Quæque ſuo uentura potes deuertere curſu
Te precor ut certum liceat mihi noſcere finem
Quem belli fortuna paret:non ultima turbæ
Pars ego romanæ:magni clariſſima proles:
Vel dominus rerum:uel tanti funeris hæres
Mens dubiis percuſſa pauet:rurſuſque parata eſt
Certos ferre metus:hoc caſibus eripe iuris.
Ne ſubiti cæcique ruant:uel numina torque:
Vel tu parce deis:& manibus exprime uerum.
Elyſias referta ſedes:ipſamque uocatam.
Quos petat e nobis mortem tibi coge fateri.
Non humilis labor eſt:dignum qd quærere cures:
Vel tibi quo tanti præponderet alea fati.
Impia lætatur uulgatæ nomine famæ
Theſſalis:& contra:ſi fata minora moueres.
Pronum erat o iuuenis:quos uelles inqt in actus
Inuitos præbere deos:conceditur arti
Vnam cum radiis preſſerunt ſydera mortem
Inſeruiſſe moras:& q̄uis fecerit omnis
Stella ſenem:medios herbis abrumpimus ānos.
At ſimul a prima deſcendit origine mundi
Cauſarum ſerie: atque omnia fata laborant.



Vno ſub ictu ſtat genus humanum:uidelicet quando non ad unum cauſæ ſpectant:ſed ad omnes ſicuti fatum de quo nunc petebat Sextus quod ad uniuerſum terrarum orbem pertinebat. Plus for.pōt.ſ.q̄ carmia noſtra. Sed ſi prænoſcere caſus:quia dixerat poſſe illam ea in melius mutare quæ admirationi futura eſſent. Reſpondet quædam mutare poſſe:quædam non:ſed quando ſatis habes prænoſcere futurum:ſiue illud proſperum fuerit:ſiue aduerſum:hoc tibi facile facere poſſumus. Prænoſcere contentus:quid futurum ſit: & nō mutare:quia omnia coguntur ad id quod petimus obſequi. Tellus:uidelicet geomantia. Aether: aeromātia. Chaos:confuſio rerum ideſt necromantia. Aequora: hydromantia. Cāpi:adhuc ad geomantiam ſpectat.geomātia eſt diuinatio quæ ſignis quibuſdam ex terra deſignatis depræhenditur a γαια id eſt terra μαντεια diuinatio:hydromantia quæ fit per aquæ colorem ſiue illa fuerit alba:ſiue nigra:ſiue ſāguiolēta ab ὕδωρ aqua:aeromantia quæ fit per ætherem: ut per fulgura:uentos:& cætera huiuſmodi.

Rodopeiaque ſaxa:uidelicet per necromantiam:quæ fit per cadauera: quæ inferis excitantur:nam νεκρος mortuus τονεκρον cadauer ſignificat. Pronum ē: ideſt facile. Attllere:ſuſcitare unū corpus eorum qui recenter cæſi ſunt. Nouæ mortis:recenter occiſorum. Sonent: loquantur. Plena:ītegra. Ne membris ſole peruſtis:nam ſi diu terræ cadauer iacuiſſet:& arridius factum eſſet per arterias uox clara exire non poſſet. Dixerat:accincta eſt ad rem exequēdam:& multa nube circūdata uagari cœpit per corpora cæſorum:ut idoneum unum exciperet & deligeret. Squalenti:nigra & tetra. Negatis tumu.quia inſepulta iacebant. Lupi:qui illuc uenerant ut cæſorum corpora dilaniarent. Impaſtæ uo.quæ iam unguibus cadauera lacerauerāt: ſtatim relictis cadaueribus abierunt. Vatem: ideſt eligit mortuum:futurum uatem: dum ab īferis excitat eius animam. Et gelidas leto:cū diu ſcrutata eſſet:tandem inuenit mortuū quendam:qui pulmonem integrum & illæſum habebat:per quē uox clarior emittitur. Vocem de:ideſt unum corpus defunctum inuenit:qđ poſſet emittere uocē anima eius ab inferis excita. Fata peremptorum :animæ mortuorum omnium q cæſi campis iacebant: dubitabant quē nā ex ipſis Erichtho uellet ab īferis exuſcitare

Pendent:ideſt dubitant. Superis:ideſt ad ſuperos. Si tollere totas: ideſt ſuſcitare:quia ſciebant:ſi uoluiſſet illa: potuiſſe omnes ſuſcitare:ut iterum pugnarent.

Si quicquam mutare uelis:unoque ſub ictu
Stat genus humanum:tūc theſſala turba fatemur
Plus fortuna poteſt:ſed ſi prænoſcere caſus
Contentus facileſque aditus:multique patebunt
Ad uerum:tellus nobis ætherque chaoſque
Aequoraque & campi rhodopeiaq ſaxa loquēt'.
Sed pronum:cum tanta nouæ ſit copia mortis
Emathiis unum campis attollere corpus:
Vt modo defuncti tepidique cadaueris ora
Plena uoce ſonent:ne membris ſole peruſtis
Auribus incertum feralis ſtrideat umbra.
Dixerat. & noctis geminatis arte tenebris
Mœſtum tecta caput ſqualenti nube pererrat
Corpora cæſorum:tumulis proiecta negatis.
Continuo fugere lupi: fugere reuulſis
Vnguibus impaſtæ uolucres:dum theſſala uatem
Eligit:& gelidas læto ſcrutata medullas
Pulmonis rigidi ſtantes ſine uulnere fibras
Inuenit:& uocem defuncto in corpore quærit.
Fata peremptorum pendent iam multa uirog:
Quem ſuperis reuocaſſe uelit:ſi tollere totas
Tentaſſet campis acies:& reddere bello
Ceſſiſſent leges erebi:monſtroque potenti
Extractas ſtygio populus pugnaſſet auerno.
Electum tandem traiecto gutture corpus
Ducit:& inſerto laqueis feralibus unco
Per ſcopulos miſerum trahitur per ſaxa cadauer
Victurum: montiſque caui quem triſtis erichtho
Damnarat ſacris alta ſub rupe locatur.
Haud procul a ditis cæcis depreſſa cauernis
Impræceps ſubſedit humus:quam pallida pnis
Vrget ſylua comis: & nullo uertice cælum

Ceſſiſſent le.e.leges īferog ſunt:ut q ſemel ad īferos deſcēdeſt nunq̄ īde reuertatur. Monſtroq potēti: mōſtrum appellat Erichtho:potius q̄ hominem. Electum tandem : deſcribit locum ī quem cadauer illud traxerit unco:& mire idoneum ſuæ arti locum delegit:ubi necromantiam exerceret. Feralibus:ueneficis. Vnco īſerto .ſ.iugulo. Miſerū:qa uicturū iterum. Dānarat:bene dixit:qa locus ille dānatus dicebatur:ubi dira ſacra exercebātur. Haud procul a ditis:topotheſia ē.i.ficta loci deſcriptio:deſcribit.n.locū quo magicas artes Erichtho exercere ſolebat:præſerti cū p necromātiā exciret ab īferis umbras:ut ſuſcitato corpore futura pdiceret:dicit aūt locū adeo,pfūdū fuiſſe:ut nō lōge eſſet a diis manibus. Cæcis:obſcuris. Depſſa:hūilis. Pallida:opaca. Taxus:arbor ē q̄ i umbroſis naſcit' locis:ferēs lethales baccas:qbus uenenū i ē:Sūt q hic toxica putāt appellata:de q̄ multa Pli. Taxus opaca.i.dēſa:& ē numerus,p numero. Peruia phœbo:qa adeo arbores dēſæ ſūt: ut radū

ſolis eo penetrare non poſſint. Nullo uertice cælum:qa i antro adeo depreſſæ ſunt arbores ut aerem ſuſpicere nequeant. Mar.ideſt ſquallidæ & ſordidæ. Pallenſq; ſub antris:i iteriori parte huius cauernæ eſt ſitus:Situs proprie dicitur imunditia:quæ naſcitur i locis humidis:& lanuginis ſpeciem imitatur. Nocte: ideſt tenebris. Non tenaris:dicit non eſſe tam tenebroſum aerem i faucibus tenari montis laconiæ:qua dicitur eſſe deſcenſus ad iferos:q̄ illic. Aer iers:craſſus. Mundi latentis:iferorum. Ac noſtri:ideſt ſuperorum : dicit ibi eſſe confinia ſuperi & iferi aeris. Confine mœſtum:ideſt terminus triſtis. Quo nō metuát:locus ille adeo tenebroſus eſt : ut nihilominus eo ueniát ūbræ iferorum:quæ i tartarum deſcendere ſolent : eſt ergo is locus tartaro ſimilis.

Tartari reges:ut pluto & proſerpia: ná & Regem & Reginam dixit. Nam q̄uis theſſala:q̄uis eni contra uoluntatem deorum iferorum aías excitet: illic tamen icertum eſt·uiuant ne:an mortui ſint:uel qa q̄uis ab iferis excitentur:tamen adhuc ad iferos deſcendūt :uel qa adeo obſcurus locus eſt:ut adhuc apud iferos eſſe uideant̄

Diſcolor & uario: deſcribit nunc habitum Erichthōis:quo ſe parauit: ut umbrá excitaret ab iferis. Furialis:ideſt ſimilis furiæ. Induitur:ab Erichtho. Vultu aperitur:oſtenditur. Crie remoto: reiecto i tergum. Vt pauidos iuuenes co. erichtho cum ſe oſtendiſſet eo habitu quo ſolet cum cadauerum excitat umbras:uidit Sextum Pompeium cū comitibus terrore percuſſum: quem repræhendes allocuta eſt. Iam noua:iam hic quem mortuum iacere uidetis excitabitur: & uiuere icipiet. Vera:uerſus hic eſt per penthemimerim:nam ſic iūgitur:Noua ſimul & uera uita. Vt q̄uis.p.multo magis itrepidi. Si uero ſtyg.arguit Sextum Pom.comiteſque ſuos ignauiæ: dicens ſi ego poſſum cernere oculis meis Eumenidas.Plutonem.Proſerpiná.Cerberum tricipité: & monſtra iferorum oia:quis tantus pauor aíos ueſtros occupat : ut timeatis umbrá ab iferis excitatam uidere?ordo ē:o ignaui metuentes cernere manes quis timor.

Ripamq; ſo.flu.ideſt flegethonté. nam flu.eſt iferoꝝ ſic appellatus:ꝙ totus igneus ſit:φλεγειν ſignificat ardere. Eumenides:diras ſignificat: quas alio nomie furias appellant κατα ευφημισμον:nam ἐυμενης beniuolum ſignificat ꝙ ſint oibus maliuolæ.

S uſpiciens:phœbo non peruia taxus opacat.
M arcentes intus tenebræ:pallenſque ſub antris
L onga nocte ſitus:nunq̄ niſi carmine factum
L umen habet:non tenareis ſic faucibus aer
S edit iners:mœſtum mundi confine latentis :
A c noſtri:quo non metuant emittere manes
T artarei reges:nam quáuis theſſala uates
V im faciat fatis:dubium eſt quod traxerit illuc
A ſpiciat ſtygias:an quod deſcenderit umbras.
D iſcolor : & uario furialis cultus amictu
I nduitur : uultuſque aperitur crine ſoluto
E t coma uipereis ſubſtringitur horrida ſertis :
V t pauidos iuuenis comites:ipſumque tremétem
C onſpicit exanimi defixum lumina uultu :
P onite ait trepida conceptos mente timores .
I am noua iam uera reddetur uita figura :
V t quáuis pauidi poſſint audire loquentem .
S i uero ſtygioſque lacus:ripamque ſonantem
I gnibus oſtendam : ſi me præſente uideri
E umenides poſſent : uilloſaque colla colubris
C erberus excutiens:& uincti terga gigantes.
Q uis timor ignaui metuentes cernere manes ?
P ectora tunc primum feruenti ſanguine ſupplet
V ulneribus laxata nouis: taboque medullas
A bluit:& uirus large lunare miniſtrat.
H uc quicqd fœtu genuit natura ſiniſtro
M iſcet : nou ſpuma canum qbus unda timori eſt .
V iſcera non lyncis : non duræ nodus hienæ

Colla colubris:ꝙ circa colla cerberi ſerpentes ſint. Gigantes:dicit titanas auſos bellum iferre Ioui quos de cælo Iuppiter ad iferos fulmiauit:& cathenis ferreis manus poſt terga reuinxit. Si me.p.ui. ideo nec paueretis uidere eumenidas:qa præſentia mea nihil uobis mali auderēt iferre. Manes:umbras:non deos iferos. Pectora tum pri.dicit qd fecerit Erichtho ut præpararet cadauer qđ eſſet aptū recipe aiam. Sanguine fer.ſ.uictimæ. Vulneribus nouis:qa uulnera fecit ut irrumpe poſſet ſanguis. Tabo:ſanguie. Lunare.i.ſpumá lunæ:qa(ut antedictū)luná de cælo detractá nō prius redire dimittebát q̄ ſpumá reiiceret ſup herbas: qua utebantur ueneficæ. Huc qcqd.f.non tá facile pōt excitari hæc umbra ab iferis: ſed neceſſe ē ut multis herbis multiſq; aíalibus id fiat quæ uim habeant magicam. Miſce huc.i.i pectus huius cadaueris . Quicqd.f.g.n.s.i.qcqd monſtroſum natū ē. Quibus un.ti.ē.i.canū lymphaticoꝝ:nā lymphatici canes dicunt̄ q uehemēter aquá timent:lympha aqua dicit̄:ide lymphaticus canis:cui occurſus lymphæ terrorem iniicit: ſicut ceritos furore ceteris entheatos dicimus. Lyncis:lynces ſunt feræ maculis diſtictæ quoꝝ uriæ coeūt i duriciē ꝑtioſi calculi:qđ pſentiſcētes egeſtū liquoré ilico arenaꝝ cumulis cōtegūt & λυγκουριον dicit̄:at hi quos ceruarios dicimus:cū poſt longa ieiunia ægre carnes mādere cœperit:ubi qd caſu reſpiciūt:obliuiſcūt̄: & imemores pſentis copiæ:eunt q̄ſitū:quá reliquerēt ſatietaté Lyncis uiſcera aptiſſima ſunt magicis. Nodus hyenæ:



animal hoc eſt aptiſſimum ueneficiis cæteroꝝ omnium:hyena eſt aíal i Africa cuius collum rigenti ſpina flecti non poteſt:niſi toto corpore moueat̄:ſtabulū perſeqt̄ paſtoꝝ:& uocē humaná exprimere diſcit:ut aſtu hominem noctu accitū deuoret:uomitus mētiēs humanos:ut illectos canes deuoret:q ſi umbrá eius cōtigerit latrare nō poſſunt:i oculis multiplex uarietas mutatioq; coloris:i pupillis oculoꝝ naſcitur lapis hien: q liguæ hoiſ ſubditus futura ꝑdicere facit:ꝑpterea cōuenit magicis: oculos nōnunq̄ cōniuet:gigiuá non habet:detem:unius oſſis tātummodo habet:hunc etiá dicunt coire cum leena:& ide naſci monſtꝝ:quod appellat̄ Corocote.

D eſuit:& cerui paſti ſerpente medulla .
N on pupim retinens euro tendente rudentes
I n mediis echeneis aquis:oculique draconum .
Q uæque ſonant fœta tepefacta ſub alite ſaxa .
N on arabum uolucer ſerpens : innataque rubris
A equoribus cuſtos pretioſæ uipera conchæ.
A ut uiuentis adhuc libyci membrana ceraſtæ :
A ut cinis eoa poſiti phœnicis in ara .
Q uo poſtq̄ uiles : & habentes nomina peſtes
C ontulit:infando ſaturatas carmine frondes.
E quibus os dirum naſcentibus inſpuit:herbas
A ddidit:& quicquid mundo dedit ipſa ueneni.
T unc uox lethæos cunctis pollentior herbis
E xcantare deos:confudit murmura primum
D iſſona:& humanæ multum diſcordia linguæ.
L atratus habet illa canum:gemituſque luporum:
Q uod trepidus bubo:qđ ſtryx nocturna querūt̄
Q uod ſtrident ululantque feræ : qđ ſibilat anguis
E xprimit:& planctus illiſæ cautibus undæ .
S yluarumque ſonum:fractæq; tonitrua nubis:
T ot rerum uox una fuit:mox cætera cantu

Solinus. Et cerui paſti.ſer.me. cerui cum ad decrepitam ætaté uenerit: ueniūt ad cauernas:ubi deliteſcunt ſerpētes & naribus attractos per cauernas hauriūt: & ita uenenum illud p uenas diffuſum eos reiuueneſcere facit. Non pup.t.echeneis(ut ſcribit Pli.)piſciculus ſemipedalis ē : aſſuetus petris:quo carinis adhærente naues tardius iræ credunt̄:ide noie ipoſito : ná εχω ſignificat teneo:& ναυσ nauis . Qua ob cauſam amatoriis quoq; ueneficiis iſamis ē. Et alio loco proſeqtur.Ruát uenti licet & ſæuant ꝓcellæ:iperat furori:uireſq; tantas compeſcit:& cogit ſtaī nauigia: qd nō uícula ulla:nō ancoræ irreuocabili pondere factæ:ifrenat ipetus:& domat mūdi rabié:nullo ſuo labore non retinendo : aut alio modo:q̄ adhærendo: hunc piſce latini Remoram appellant.Qui igit̄ Echinū legebát:duplici errore tenebant̄: ná & prima ſyllaba repugnabat:& Echini ſūt ex cácroꝝ genere pro pedibus habētes ſpinas: diuerſi ab Echeneide: De qbus Iuuenalis Et ſemel aſpecti littus dicebat echini. Rudentes:qa iflatis etiam uelis per uentum: tamen uſq; adeo detinet nauē : ut moueri non poſſit. Saxa.i.non defuit aetites lapis frigidiſſimus:quem ab extremis orbis partibus ales iouis alit cuſtodem nidi:ſeruatoremq; futuꝝ:quo ualeat pullis dubios auertere caſus: ná hic lapis ſummæ frigiditatis eſt:ideo hunc ſuis imiſcet ouis:ne qa ipſa aqla calidiſſima eſt:dum ea fouet:decoquat:& pulli naſci nō poſſint. Sonat:mire dixit:nam lapis iſte aetites ſeu gagites itus ꝑgnans ē:& quū quatias alius uelut in utero ſonat.Pli.x. Volucer ſerpens.i.alatus draco non defuit:& naſcitur i ea parte Arabiæ quæ eſt ultra flu.manufactum:quæ regio prope deſerta ē iſeſtantibus feris.ibi tamen pandaci:enielchi habitát:& opiophagi:ideo dicti: qa ſerpentes comedunt: Aequoribus cuſtos.i.India ſuperiori:i rubro mari naſcitur idica teſtudo:cuius cuſtos eſt uipera:& hæc teſtudo lapidem emittit chelonitem:gratum purpureo uarioque colore nitētem:quem ſi ſub ligua:loto qs geſſerit ore:poſſe magis creditur:hunc diuinare futura Chelonia item oculus eſt indicæ teſtudis uel portentoſiſſima magorum mendatiis:melle enim colluto ore impoſitam liguæ:futurorum diuinationem ꝑſtare promittunt. Pli. Conche:ideſt cuſtos teſtudis idicæ:quæ chelonitem lapidem emittit. Ceraſtæ: ſerpens cornutus α ποτου κερατοσ:a cornu. Membrana : reticulum illud qđ de uiuo ſerpente abduxerat.

Phœnicis:phœnix una auis tantum eſt i arabia naſcens:& cum ad qngentos uenerit annos:ipſa ſibi rogum conſtruit:ex lignis odoriferis:ut ex cinamo:thure:xilobalſamo.& caſia: radiiſq; ſolaribus oppoſitum ſe ſuperiniicit: iterea rogus ille:qa i eum ſol perpēdiculariter uerberat:ſolis radiis accenditur:& ipſa cum rogo comburitur.deide uermiculus qdam ex oſſibus & medullis naſcitur ex quo alius phœnix renouatur. Eoa ara: nam poſtq̄ phœnix puulus adoleuit:pricipio funeri priori iuſta reddit:& totū defert nidū ꝓpe pácaiá i ſolis urbem: & i ara ibi deponit.Pli.hác ará phœbi eoá dicit Lucanus. Viles & habētes noía.i.nobiles & ignobiles. Frōdes.ſ.arboꝝ colligit.& ipſis imurmurabat. Inſpuit:ut herbæ naſcerēt̄ uenenatæ & idoneæ ad ueneficia. Tūc uero:his oibus i unū cōgeſtis:quæ plurimū ualerēt ad cogēdos manes:addidit uoces terribiles q̄ plus uiriū haberent q̄ herbæ quas ſupra memorauit. Pollentior:potentior. Excantare:ad exorandum deos. Diſcordia humanæ linguæ:nam non uidebatur humanam uocem emitteret:ſed ſimilem animalibus brutis. Trepidus bubo ſtryx:aues ſunt quæ tempore ſolum noctis apparent.quæ ſuo cantu ſemper malum omen ſignificant .

Feræ:ſiue lupi ſiue leones. Sibilat anguis:ideſt ſibilum emittit qualem anguis. Syluarumque ſonum: ideſt fragores arborum. Tonitrua nubis:ideſt imitatur χασμα. Vox una:ideſt unius Erichthus uox.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Explicat:exprimit. Tartara:tartarus eſt locus profundior īferorum ubi gigantes uicti tenentur:q bellum Ioui ītulerunt. nullum reliqt ex diis quem deteſtabilis & ſacrilega mulier non iuocaret. Stygiumq; nefas nā nihil habent īferi ſæuius. nihilq; imanius Theſiphone. Megæra. & Alecto. Chaos:ideſt o erebe nā chaos cōfuſio eſt elementorum oīum:apud iferos uero non diſcernuntur elementa:ſed confuſa ſunt propter obſcuritatem. Innu.mun.qa ex chao oīa nata ſunt ſecundum Heſiodum. Rector:o Pluto. Torquet:cruciat. Mors dilata:ideſt prohibita ideſt qa īmortales ſunt dii:ideo cruciaris. Styx:per quam dii iurare timent.

Explicat æmonio:penetratque in tartara lingua.
Eumenides ſtygiumque nefas: pœnæq; nocētum
Et chaos innumeros auidum confundere mūdos
Et rector terræ quem longa in ſæcula torquet
Mors dilata deum:ſtyx:& quos nulla meretur
Theſſalis elyſii:cælum matremque peroſa
Perſiphone:noſtræq; hecates ps ultima: per quā
Manibus & mihi ſunt tacitæ cōmertia linguæ.
Ianitor & ſedis laxæ qui uiſcera ſæuo
Spargis noſtra cani:repetitaque fila ſorores
Tracturæ: tuque o flagrantis portitor undæ
Iam laſſate ſenex:ad me redeuntibus umbris
Exaudite preces: ſi uos ſatis ore nefando
Pollutoque uoco:ſi nunquam hæc carmina fibris
Humanis ieiuna cano:ſi pectora plena
Sæpe dedi:& laui calido proſecta cerebro.
Siquis qui ueſtris caput extaque lancibus infans
Impoſuit uicturus erat:parete precanti.
Non in tartareo latitantem poſcimus antro:
Aſſuetamque diu tenebris: modo luce fugata
Deſcendentem animam:primo pallentis hiatu
Hæret adhuc orci:licet has exaudiat herbas
Ad manes uentura ſemel:ducis omnia nato
Pompeiana canat noſtri modo militis umbra
Si bene de notis ciuila bella merentur.

Theſſalis elyſios:qa ſunt ſacrilegæ & polutæ theſſalicæ omnes mulieres: ideo ad elyſios campos non deſcendunt. Perſephone:ideſt o proſerpia. η περσέφομη. græcum eſt. Cælum matremq; poſa:ſecundum fabulam dixit qa proſerpia apud Aetnam montem a Plutone rapta:ad īferos deſcendit:ipſamque matrimonio ſibi coniunxit Pluto:& eam erebi reginam fecit:Mater ceres cum eam diu quæſiſſet: tādem idicāte arethuſa cognouit eam a Plutonē raptam:Venit igitur ad Iouem quærens quid ſibi facere iuberet: reſpondit:ſi nihil apud iferos guſtaſſet:reduceretur: ſi ipſa uellet:mater ad Plutonem cum ueniſſet:eiq; mandata Iouis expoſuiſſet:primo quidem quæſiuit num redire uellet ad matrem:illa negauit:ex quo cognitum eſt illā libenter apud īferos manere: deinde ſcire uoluit:nunqd aliqd guſtaſſet:cum non inueniretur aliqd guſtaſſe: Aſcalaphus idicauit ipſam comediſſe ſeptē grana mali punici:ut redire non poſſet. Vir. Nec repetita ſeq curet proſerpia matrem. Cælum:qa noluiſti ī cælum redire:unde Iuppiter præcepit ut ſex menſibus ī cælo apud matrē eſſet:& totidem apud īferos cum Plutōe: & hoc eſt q luna uno quoq; menſe creſcit & decreſcit uſque ad annum. vi. menſibus apud nos:& totidem apud antipodas.

Pars ultīa:qa pria pars proſerpiæ eſt luna. Secunda eſt diana. Vltīa uero proſerpina ſiue hecate eſt ī iferno. Noſtræ hecates:ideſt proſerpiæ deæ īfernæ. Noſtræ: ideſt quæ præeſt noſtris īcantationibus.

Comercia līguæ.i.colloqa cum diis inferis. Ianitor.i.cerbere q cuſtos dicitur portæ īferi. Sedis laxæ:lati regni īferorum. Sæuo cani.i.tibi ipſi. Viſcera:nā dicitur recumbere cadaueribus mortuorum:& carnibus eorum ueſci:nā cerberus dicitur quaſi κρεασβοροσ.i.carnem uorans. Sorores.i.parcæ:uidelicet Lacheſis. Clotho: Atropos. Fila.ſ. reuiuiſcentis ideo repetita dicit qa iterum uicturus erat hic iuuenis quē excantabat. Flagrātis undæ.i.ardētis flegethōtis. Portitor:charon. Vir. Portitor ille charon. Iam laſſate ſenex:ſignificat ſe umbras ſæpius ab inferis excitaſſe:qa dicit charontai laſſatū eſſe referēdo umbras quas ipſa ad corpora reuocauit. Si uos ſatis:nūc honeſtam petitionem oſtendit:qa bene merita eſt de diis oībus. Nefando:ſacrilego execrabili. Si nunq̄ hæc car.ſ. & ſi nunq̄ carmīa & pces uobis facio:qn prius carnes humanas deuorauerim:ordo eſt parete pcanti. Fibræ:ſunt uenæ iecoris. Si pectora plena:ſi occidi & imolaui uobis grauidas mulieres. Si laui.ſ.proſecta ipſarum mulierum calido cruore. Proſecta.dicuntur maiora iteſtia:quæ alio noīe dicunt̄ exta:eo q extent.i.emineant ſupra alia:& dicunt̄ a proſecādo:qa prius ſecta aris redduntur. Vir. Lancibus & pādis fumātia reddimus exta. Si qs q ueſtris:& ſi ego ſæpe īmolaui uobis īfantes:& eorum capita obtuli:qa adhuc uicturi erāt. Non ī tartareo:nūc oſtēdit poſſibilitatē:dicit eni facile eſſe aiam:quæ pauloante deſcēderit ad īferos remitti poſſe. Tartarus:locus īferorum pfundior nā tartarus pturbatus atq; cōfuſus dr̄ ταράττω ſignificat pturbo:eo q ī pfūdiori loco pturbata ſūt oīa. Modo pauloāte.ſ.poſcius Luce.i.uita. Prīo hiatu.i.itroitu. Has exaud.qa cū nōdū puenerit ad locū deſtiatū:ēt ſi īuocata fuerit n̄ pteribit leges erebi:poſtq̄ huc uenerit. Ad mães uētura:nōdū.n.ad īferos puenerat. Oīa Pō.i.diuiet futura & auſpicia q̄ Pōpeio īmiet. Nſi.m.i.huius cadaueris:q pauloante nr̄ miles erat:qſi ſe ipſā facit cōitē Pō. Si .b.de uo.q.d.bn̄ merēt̄:nā bellis ciuilibus mlti occidēt̄ q faciēt ut multarum ūbrarum dñi ſi



tis:& ē loco īmūtatiōis. Hæc u.ſ.hæc ubi dixit erichtho ſuſtulit oculos:& uidit aīam huius īfelicis cadaueris q̄ hærebat ſaxis & tiebat igredi corpus ſuū:neq; eni tētare uolebat repetere id q ātea ſibi moleſtū tētauerat:uidelicet ut denuo moreret̄. Spumātia:qa tāq̄ iſana & rabie plena ore ſpumā euomebat. Proiecti:mortui. Inuiſa clauſtra.ſ.corporis:nā noſtrū corpus nihil aliud eſt q̄ aiæ clauſtrū. Vir. clauſæ tenebris & carcere cæco. Antiq car.corporis:i quo diu habitauerat:hinc ē q a græcis corpus δέμασ dicit̄ quaſi δεσμοσ.i.uiculū aīæ: & alio noīe σῶμα quaſi σῆμα.i.ſepulchrū aīæ. In pectus aptū:nā illud appuerat,ut ueneficii genera multa īfunderet:q̄ ſupra cōmemorauit.

Hæc ubi fata:caput ſpumantiaque ora leuauit:
Aſpicit aſtantem proiecti corporis umbram:
Exanimes artus:inuiſaque clauſtra timentem
Carceris antiqui:pauet ire in pectus apertum:
Viſceraque & ruptas lethali uulnere fibras.
Ah miſer extremum cui mortis munus iniquæ
Eripitur:non poſſe mori miratur erichtho:
Has fatis lituiſſe moras: irataque morti:
Verberat immotum uiuo ſerpente cadauer.
Perque cauas terræ quas egit carmine rimas:
Manibus illatrat: regnique ſilentia rumpit.
Tiſiphone:uociſque meæ ſecura megæra
Non agitis ſæuis erebi per inane flagellis
Infelicem animam?iā uos ego nomine uero
Eliciam: ſtygiaſque canes in luce ſuprema
Deſtituam:per buſta ſequar:per funera cuſtos
Expellam tumulis:abigam uos omnibus urnis.
Teque deis ad quos alio procedere uultu
Ficta ſoles hecate: pallenti tabida forma
Oſtendam:faciemq; erebi mutare uetabo.
Eloquar immenſo terræ ſub pondere quæ te
Contineant ætnæa dapes:quo fœdere mœſtum
Regem noctis ames:quæ te contagia paſſam
Noluerit reuocare ceres:tibi peſſime mundi

Ruptas.i.uulneratas. Ah miſer:quaſi Lucanus īfelicē umbrā illius cōmiſerat̄:q̄ non pōt id cōſequi:quod iā aſſecuta fuerat: uidelicet mortē:qm̄ corpus repetere cogit̄.

Extremū munus.ſ.mortis q̄ malorum oīum finis ē. Mirat̄ erichtho: quæ carminibus uſa fuerat acrioribus:qbus facile manes cogeret:pati nō poterat ſine admiratiōe hāc tarditatē:ut umbra nō auderet aut nollet īgredi corpus: ergo exarſit & īcāduit ira. Fatis.i.pcis hoc loco fata pcas appellat:neq; ē qſq̄ poeta uſus tam latæ huius noīs ſignificatu. Moras:quæ moratæ fuerūt hāc aīam ī corpus ſuū remittere. Irata morti:q̄ nō pmitteret hāc aīam corpus īgredi: cœpit uno ſerpente cædere cadauer Rimas cauas.i.ſciſſuras terræ quas ipſa carminibus ſuis apuerat ut quos uellet manes alloqret̄: & immurmurare cœpit:īdignatiōe cōcitata. Illatrat:non loqtur:qa uox eius potius latratus erat q̄ humanus ſermo. Regniq; ſilētia rupit:qa uox eius ad īferos penetrās īterrūpebat ſilētiū:quod apud īferos perpetuo manet. Secura.i.negligens: ut Virg. Securus amorum germanæ. Agitis agitatis. Per inane:p uacuum:nā īanē erebū appellauit:ubi oīa ſine corpore ſūt & omne qđ ſine corpore ē locū nō occupat. Noīe uero.i.pprio:nā iratus non appellat pprio noīe ſupiores: ſicut apud Virgi. iiii. geor. mater cyrenæ mater: & te crudelē noīe dicit. Vero:non dicā uos eumenidas:ſed pprio noīe cōpellabo.

Eliciā:extrahā. Stygiaſq; canes: qa canes īfernæ eſtis:uos deſtituā. Et gñe muliebri canes dicunt̄ furiæ. Luce ſuperna: quæ uobis inuiſa eſt: nam ſemper in tenebris īferorum habitare conſueuerūt:iō non poſſunt hanc lucem ſuſtinere. Per.b.nec dimittam uos ī mortuorum ſepulchris habitare:quæ ſedes gratior eſt uobis. Expellam:proſequar uos quocunq;. Abigam: excludam ſepulchris. Teque deis. O proſerpina oſtendam te pallidam & deformem qualis eſſe ſoles ad inferos:non cum redis ad ſuperos:ut domina cæli eſſe uidearis. Tabida:marceſcens:unum ſeqtur ex reliquo corpus quod marceſcit pallorē contrahit. Ficta:non ueram ſed ſimulatam te ſoles oſtendere. Faciem erebi.ſ.cogam te non commutari poſſe. Eloquar imēſo:dicam etiam qua cā apud inferos ſtare delecteris: & quibus dapibus illecta ide exire noluiſti. Aetnæa.i.apud ætnam montem a Plutone rapta. Eloquar: effabor declarabo. Dapes:nam cum legem iuppiter impoſuiſſet:ut rediret ab inferis ſi nihil guſtaſſet. Aſcalaphus indicauit eam ſeptem grana mali punici deguſtaſſe. Fœdere:ſcilicet coniugii: quia matrimonio confœderata erat. Vel fœdere:ideſt lege:non ita conuenerunt Pluto coniunx & mater ceres: ut ſex menſibus apud inferos eſſet:& totidem iu cælo. Noluerit reuocare:hoc irata fingit erichtho quod cererem puduerit reuocare ad ſuperos filiam:quæ iam teterrimi plutonis concubitum paſſa fuiſſet. Contagia: ideſt concubitum. Tibi peſſime, mūdi:arbiter:& tu o peſſime pluto faciam dehiſcere terrā:ut repēte ad iferos deſcendat lux ſolis:qua oppreſſus neſcies quid agere debeas:ſicut Virg. trepidētq; immiſſo lumine manes.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Titana:ſolē nepotem titani. Paretis?cum hæc dixiſſet:umbra morabat' adhuc īgredi corpus:tunc īdignata uoce clamauit paretis?an neceſſe ē:uocē deū illum:quo quidem uocato ſemper terra cōcutitur? Nunq̄ nō .i.ſemp. Quo uocato:Dæmogorontē ſignificat:multi dicunt p hunc Dæmogorōtem itelligi animam mūdanā:q̄ uegetat oīa:q̄ oībus naturis præpoſita ē:de cuius ſemine firmamentum:ſolē & lunā:& ſtellas natas eē dicebant:& hoc ſecūdum Seruiū:ſed ſecūdum Theodetē:philoſophi dicūt demogorōtē eē rerū oium & deorum pricipē:genitorē terræ erebi:& parcarū a δαίμων ſapiēs:qa intelligētiā maximā rerum oium habeat.

Arbiter immittam ruptis titana cauernis.
Et ſubito feriere die:paretis?an ille
Compellandus erit:quo nunquam terra uocato
Non excuſſa tremit:qui gorgona cernit apertam:
Verberibuſque ſuis trepidam caſtigat herynnim.
Indeſpecta tenet uobis qui tartara:cuius
Vos eſtis ſuperi:ſtygias qui peierat undas.
Protinus aſtrictus caluit cruor:atraque fouit
Vulnera:& in uenas extremaq; membra cucurrit.
Percuſſæ gelido trepidant ſub pectore fibræ.
Et noua deſuetis ſubrepens uita medullis
Miſcetur morti: tunc omnis palpitat artus:
Tenduntur nerui:nec ſe tellure cadauer
Paulatim per membra leuat:terraq; repulſum eſt:
Erectumque ſemel: diſtento lumina rictu
Nudantur: nondum facies uiuentis in illo
Iam morientis erat: remanet pallorq; rigorque:
Et ſtupet illatus mundo:ſed murmure nullo
Ora aſtricta ſonant:uox illi linguaque tantum
Reſponſura datur:dic inquit theſſala magna
Quod iubeo mercede mihi:nam uera locutum
Immunem toto mundi præſtabimus æuo.
Artibus æmoniis.tali tua membra ſepulchro
Talibus exuram ſtygio cum carmine ſyluis
Vt nullos cantata magos exaudiat umbra.
Sit tanti uixiſſe iterum:nec uerba nec herbæ
Audebunt longæ ſomnum tibi ſoluere læthes.

Gorgona:nā γοργος iterp̄tatur ſtupor:unde Meduſa & ſorores iterpretantur ſtupor:quas q aſpexerit:fingitur ī lapides fuiſſe cōuerſos:q; præ nimia pulchritudine eaꝝ obſtupeſcebant:& quaſi ſaxa rigebāt: q; aūt hic dæmogorō cernat gorgona aptā:ſignificat eū manifeſtū ſtuporē diuinitatis eſſe:nā nullus eſt q diuinitatem cōpræhēdere poſſit:p̄ter deum q illā ītelligit. Aptā:ſibi aliis uero occultam.

Gorgona.i.diuinitatē obſtupeſcendā.

Verberibuſq; ſuis.t.c.e.ideſt ſupbiam dæmonū:nā poetæ his fabulis etiam ueritatē occultarūt:nā q oium deoꝝ eſt deus ſupbiā dæmonū caſtigat. Trepidā: q̄tū qdē ptinet ad deū:nā ſupbia non eſt trepida:imo audax:ſed reſpectu dei a quo punit' ē trepida:nā ſcitis qūo e cælo ſupbi angeli eiecti fuerūt:unde ipſe de ſe Apollo ita reſpōdit:cū q̄reret' qs eſſet coactus ē rīdere:q p terrā & fundū ambulāt īfatigabiles domātur ſub flagello iouis.

Indeſpecta te.uo.q.t.i.q oīa cōtinet.ſ.latitudinē altitudinem &pfunditatem & a nullo continet'. Tartara.i.pfunditatē quā uos deſpicere & itelligere nō poteſtis o dæmones. Indeſpecta:nō deſpecta a uobis q̄ nō poteſtis aſpicere. Supi: uidelicet uos eſtis excluſi ab illa pfunditate & abiſſo diuinitatis. Stygias q peierat undas.i.q nulli neceſſitati aſtrīgitur:nam dii p ſtygiā paludem iurare timēt: præter dæmogorōtē. Protinus cōtinuo aīa ingreſſa ē corpus:poſtq̄ enchtho īdignabūda his uerbis uſa ē ad deos manes. Aſtrictus.i.cōgelatus. Fouit:calefecit. Extrema.i.p extremas ptes mēbroꝝ. Percuſſæ.ſ.a ſangnine. Trepidāt.i. mouēt' ſanguis īfuſus ī uenas palpitare cœpit.

Et noua:& tandē uita totū corpus occupauit. Miſcet' morti.i.mortuo cadaueri cōiungit'. Medu. deſ.ſ.ab aīa qa iā medullæ & oſſa diu caruerāt aīa. Nerui .ſ.cōtracti tēdūtur. Nec ſe.tel.ca.dicit aūt cadauer illud nō ſenſim ſurrexiſſe ſicuti q uiuūt:ſed repēte exiliuit:quēadmodū ſi pila terræ icuteret' & repelleret' a terra. Simul:uno tpe. Lumina:qa toruis oculis ſuſpiciebat quaſi attonitus. Diſtēto rictu.i.apto:qa in diuerſas ptes ītēdebat oculos. Nōdū facies:facies ſimilis erat īter morientē & niuētem:ut nō diſcerni poſſet uiueret ne:an mortua eēt. Rigorq;:& duricies illa q̄ ſolet eſſe ī mortuo adhuc remanebat. Mundo:ī mundū. Aſtricta.i clauſa. Reſpōſura datur:cōceditur ut īterrogatus reſpondeat. Nam uera lo.& eſt remuneratio huius petitiōis:q; nūq̄ poſtea umbra eius a uenefica aliqua muliere ab īferis reuocari poſſit. Immunem: liberum ab artibus theſſalis. Exuram tua membra:uerbum ſæpe unum duas ſentētias claudit:ſed uni tantū modo conuenit:ut hoc loco:nam exuram claudit duas ſentētias.ſ.tali tua mēbra ſepulchro: & talibus exuram ſyluis:ſed uni tantum conuenit:uidelicet talibus ſyluis:alteri uero ſubintelligendum eſt:uerbum Concdam:ſic Maro.Diſce puer uirtutem ex me:uerumque laborem:fortunam ex aliis:ſcilicet opta. Stygio car. īfernā īcātatiōe. Nec uerba:carmina. Nec herbæ.ſ.ueneficaꝝ poterūt tuam qetem interrumpere. Sol. interrumpere. Læthes:ideſt obliuionis:ἡ λήθη τῆς λήθης ſignificat obliuionem:dicunt poetæ umbras haurire læthæam aquam:qua hauſta omninm in uita malorum: quæ perpeſſæ ſunt obliuiſcuntur.



Tripodas:nolo īqt mihi reſpōſa des:qualia ſolet dare apollo:q̄ ſemp obſcura ſunt & īcerta: ſed canas oīa manifeſta ut ītelligi poſſint. Sors.i.reſponſum obſcurū. Vates.i.ſacerdotes alioꝝ deorū: ut Amphirai & Themidis. Certus diſce ab um.qcūq; petit ſcire futura p Necromātiā:diſcedat hinc certus:& nō ambiguus. Fortis:qa nō cuiuſlibet ē ſuſtinere manes:nā niſi magnanimus fuerit:terrore:nōnunq̄ exanimauit. Dure: inexorāde. Da:dic.Virg.Da Tityre nobis. Fata loquant':ipſæ parcæ mihi futura pdicent. Addidit & carmē.i.īmurmurauit carmē:quo ſtatim ille p̄ſciuit futura:ea p̄ſertim q̄ iuuenis Sextus Pōpeius ſcire uolebat:& ut ſciatis:hæc eſt fictio poetica:nā licet Lucanus uideat' deſcribere hiſtoriā: tn̄ poetico more hæc de Erichtho fingit ſicut inferius multa de ſerpētibus Meduſæ:ſed ueritas ſic ſe habet:Sextus Pompe.nō modo nō adiit erichtho:ſed nec id facere poterat:nā Mitylenis cum puer eſſet adhuc una cū Cor.matre poſitus fuit Mœſtū nūc dicit qd reſpondent cadauer. Triſtia non eqdem.i.nondū ad eam ptē perueni ubi pcæ hitāt:a quibus p̄ſcire futura potueri:nam me reuocaſti anteq̄ eas adirent. Aggere.ſ.fluminis acherontis.

Me morte data:tripodas uateſque deorum
Sors obſcura tenet:certus diſcedat ab umbris
Quiſquis uera petit:duræque oracula mortis
Fortis adit:ne parce precor:da nomina rebus:
Da loca:da uocem:qua mecum fata loquantur.
Addidit & carmen quo quicqd conſulit umbram
Scire dedit;mœſtum fletu manante cadauer.
Triſtia non equidem parcarum ſtamina dixit
Reſpexi:tacitæ reuocatus ab aggere ripæ:
Quod tamen e cunctis mihi noſcere cōtigit ūbris
Effera romanos agitat diſcordia manes:
Impiaque infernam ruperunt arma quietem:
Elyſias alii ſedes:ac tartara mœſta:
Diuerſi liquere duces: quid fata pararent
Hi fecere palam:triſtis felicibus umbris
Vultus erat.uidi decios:natumque patremque
Luſtrales bellis animas:flentemque camillum
Et curios.ſyllam de te fortuna querentem.
Deplorat libycis perituram ſcipio terris
Infauſtam ſobolem: maior carthaginis hoſtis
Non ſeruituri mœret cato fata nepotis.
Solum te conſul depulſis prime tyrannis
Brute pias inter gaudentem uidimus umbras.
Abruptis catilina minax:fractiſque cathenis

Quod tn̄ e cunctis:ſed quod potui ex oībus umbris cognoui bellum ciuile iſtare. Impiaq; æternam:quæ diſcordia eſt īter Romanos uiuos eadē ē inter manes eoꝝ apud īferos. Elyſias alii ſedes:nā pii relictis elyſiis mœſti diſceſſerunt:at uero impii relicto tartaro læti cedebāt:ut apparerent meliorem partem Pōpeii aduerſa fortuna afflictū iri:at uero deteriorē .ſ. Cæſaris lætari:ex quo facile cognoſci potterat uter eoꝝ uictoriam eſſet habiturus.

Alii:ex Romanis:uidelicet umbra piorū. Diuerſi:aīæ īpioꝝ. Palam.i. manifeſtū fecere. Vidi decios:q pro repu. ſe deuouerunt:& uitā ſuā īcolumitati patriæ poſtpoſuerunt:oēs hi mœſtitiam & ſqualorem quēdam præ ſe ferebant.

Detios.ſ.patrē q p rep.deuouit ſe bello latino:filiū q ī bello gallico: Aīas luſtrales.i.expiatorias:q; p patria & exercitibus Romanorū quaſi piacula ſe deuouerit. Flētē camillū:reip.amātiſſimū:q illā a galloꝝ manibus liberauit. Curios: q & ipſe p patria cōtra Pyrrhum Epirotarū Regē fortiter pugnauit. Syllam dete.ſ.q.nanq; Syllæ partes cum Pompeius adoleſcens eſſet:armatus defendit:qui conſtructo ualido exercitu uoluntariorum: ad Syllam uenit ad quem deſerta prope urbe:nobilitas omnis ſe in caſtra conferebat:partem nobilitatis defendebat Sylla:partem uero plæbis Marius:deīde ſucceſſerat ī partem Syllæ Pompe.in partem uero marii Cæſar. Fortuna: q; cum antea ipſi fauere conſueuiſſes:nunc mutato uultu ſæuire īciperes. Deplorat liby. Scipio etiam deplorat filium ſuum periturum eſſe in terris libycis:quas ipſe aliquando imperio Roma.ſubegerat:& de quibus triumphauerat:nā Scipio cum rege iubba uictus eſt in Numidia. Scipio.ſ.africanus. Infauſtam ſobolem:īfelicem Scipionem ſocerum Pompe. Maior:nam duo Scipiones fuerunt.ſ.maior & minor:uel potius ordo ſit:Cato:maior hoſtis carthaginis q̄ fuerit ſcipio.Nam Cato aſſidua uociferatione ſuaſit excidendam eē carthaginem:allatis ī ſenatum ficubus:hiſtoria eſt nota apud Plini.ita uidetur carthago deleta prius conſilio catonis:q̄ armis ſcipionis. Cato.ſ.uticenſis:qui ne Cæſari ſeruiret ſibi mortem conſciuit. Solum te conſul. cæteroꝝ qdem umbræ omnes quæ ī cāpis elyſiis erant triſtitiam præ ſe ferebant.Solus aūt Bruus lætabat': ex quo illud innuere uolebat pgeniē ſuā fata maiorū ſuoꝝ imitaturā:q; uidelicet patriā ſuā liberaret:ſicuti ille brutus ī libertatē patriā aſciuit:expulſis tyrānis:hic ē Brutus a quo deſcēdit Brutus ille q prīceps cōiurationis Cæſarē ī curia Pompeiana.xxiii.uulneribus cōfodit quo occiſo iterum ī libertātē patria rediit:tametſi breui tempore frui licuerit. Depulſis tyrannis:nam exactis regibus tarquiniis propter ſtuprum Lucretiæ: primus conſul fuit Brutus. Catilina: ſeditioſiſſimus ciuis exultat: quia uidet ſui ſimiles uicturos. Fractiſque cathenis: quia cathenis ad inferos circumligatus tenebatur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Mariiq; truces.ſ.exultant:hi enĩ ſeditioſiſſimi oẽs fuere:q coniurarunt oẽs:ut in hiſtoriis leges. C. marius bella ciuilia aduerſus ſyllã geſſit:& multa milia Romanoꝝ cecidit. Nudiq; cethegi:q ſocii Catilinæ fuerunt. Nudi:inſepulti:nam unco tracti ſunt ad ſcalas gemonias:& ĩde ꝑcipitati:honore ſepulturæ priuati ſunt. Vidi ego le.uidi alios ſeditione auctores:inter quos uidi druſos:hoc dicit ꝑpter Liuium druſum tribunum plæbis:q & ipſe ſeditioſus fuit:cũ trib.plæ.eſſet:ut uires ſibi acq̃reret:pernitioſa ſpe largitionis:plæbem concitauit:ſocios & italicos populos ſpe amicitiæ Romanæ ſolicitauit:hiſq; adiuuantibus per uim legibus agrariis frumẽtariiſq; latis:iuditiariam quoq; ꝑtulit:ut æqua parte iuditia penes ſenatũ & equeſtrem ordinẽ eſſent. Immodicos: ĩtemperatos:in legibus ſuis:uidelicet ĩ lege agraria. Gracchos.ſ.tyberiũ:& .C. Gracchũ leges agrarias ferentes:uterque aũt eadem legis cã occiſus eſt. Alter q̃dẽ ſ.tyberius a Scipione naſcica. Alter uero ſ.Caius a Lucio Opimio lætabant̃ autẽ q̃a uidebant ſuos ſimiles futuros eſſe uictores. Nodis:cathenis chalybeis.

E xultat:mariique truces:nudique cethegi:
V idi ego lætantes popularia nomina druſos
L egibus immodicos:auſoſque ingẽtia gracchos.
A eternis chalybum nodis & carcere ditis
C onſtrictæ plauſere manus:campoſque piorum
P oſcit turba nocens:regni poſſeſſor inertis
P allentes aperit ſedes:abruptaque ſaxa
A ſperat:& durum uinclis adamanta: paratque
P œnam uictori:refer hæc ſolatia tecum
O iuuenis:placido manes patremq; domumq;
E xpectare ſinu:regnique in parte ſerena
P ompeio ſeruare locum:nec gloria paruæ
S ollicitet uitæ:ueniet que miſceat omnis
H ora duces:ꝓperate mori:magnoquæ ſuperbi
Q uáuis e paruis animo deſcendite buſtis:
E t romanorum manes calcate deorum.
Q uem tumulum nili:quem tybridis abluat unda.
Q uæritur:e ducibus tantum de funere pugna eſt.
T u fatum ne quære tuum:cognoſcere parcæ
M e reticente dabunt:tibi certior omnia uates:
I pſe canet genitor ſiculis pompeius in aruis.
I lle quoq; incertus:quo te uocet: unde repellat:

Cãpoſq; pioꝝ:& impii inuadunt pios ut eos campis elyſiis expellant. Regni poſſe:Pluto aperit huiuſmodi umbras. Aperit:quaſi paulopoſt immẽſam turbam ſuſcepturus eſſet eorum qui bellis ciuilibus perituri ſunt. Regni inertis.i. tartari ꝑpter aeris craſſitudinẽ. Abruptaq; ſaxa:reſpicit ad illud quod Virg. dicit Et te catilina minaci pẽdentem ſcopulo: deſcribens catilinam ſcopulis pẽdentẽ:ut pœnas daret perturbatæ ciuitatis. Abrupta:ꝑcipitia. Aſperat.i.aſperiora facit ut noua ſupplicia ꝑparet uenturis. Adamãta: ꝑ cathenas adamãtinas. Victori pœnã.i.ubi pœnis afficiat Cæſarem. Refer hæc ſolatia tecũ:conuertit ſe ad ſextũ Põpeium dicens:o Sexte horũ maloꝝ hoc debet tibi eſſe ſolatium nõ mediocre:ꝙ tuoꝝ omniũ & tui ipſius umbræ ad cãpos elyſios peruenient. Domum.ſ. ueſtrã. Nec gloria puæ:nec doleas q̃d poſt uos uiuat ipſe Cæſar: nã paulopoſt etiã uictores morientur. Miſceat:perturbet cõfundat. Omnes duces:ſicut fuit poſtea:nam bella ciuilia geſta ſunt iter.M.anto.& Octauium ab una parte:& Caſſium & Brutum ab altera. Deuictis Caſſio & Bruto:tunc Octauius & anto.necnon Lepidus iter ſe partiti ſunt orbẽ:& per triennium triumuiri ſimul concordes fuere:paulopoſt diſcordia orta eſt iter illos q̃a Octauiam Octauii ſororem:quã ĩ matrimonium acceperat anto.repudiauit. Octauius uero bellum mouit aduerſus anto.& apud Leucada bello nauali antonius uictus eſt cum claſſibus ꝑſecutus eum Octauius alexãdriã uſq;. Tandem eũ ad mortẽ coegit. Paruis buſtis:illud reſpicit:q̃a Põ.occiſus eſt ab ſeptimio Ptolemæi iuſſu conſilio Photini & achillæ. Et Theodoti:cuius magna apud regem auctoritas erat:& cadauer eius ĩ maris undas eiectum tandem ĩ littore:a Codro ſepultus ẽ ĩopi ſepulchro. Cn.Pom.magni Pompeii filius maior in Hiſpania occiſus eſt:haud procul a munda:ibi & ipſe pauperem ſepulturã conſecutus ẽ. At uero Sextus Põpeius minor natu:ĩ aſia apud miletũ occubuit. Et Romanoꝝ manes:impatorum Ro. reſpexit ad umbras Cæſaris & auguſti:qui poſt mortẽ ĩ deorum numero habiti ſunt. Calcate:inuidioſe.i.pedibus ſubiicite Ro. deorum manes:quia uos ĩ cãpis elyſiis habitatis:ipſi uero ad ĩferos detrudẽtur:licet a rom.tantum dii uocari meruerit. Et ducibus tantum:nõ de uictoria iq̃t certatur:ſed de tumulo uterq; enĩ moriturus eſt.q.d.nõ meliorem multo fortunã habebit Cæ.q̃ Pompe. Quẽ tumulũ ni.nã in ripa nili ſepultus eſt Pompe. ĩ campo aũt Martio:q iuxta Tyberim eſt:ſepultus ẽ Cæſar. Tu fatum:quod ad te pertinet o Sexte. Parcæ:deæ: q̃ apud ĩferos fata diſpenſant:dabũt tibi cognoſcere mortem tuam. Tibi certior:ficta ſunt hæc omnia:nã nuñq̃ legimus Pom.filio ĩ ſomniis apparuiſſe. Genitor canet:diuinabit cuius umbra tibi apparebit:& hæc oia tibi futura prædicet. Ille quoq; ĩcertus:hoc dicit q̃a poſtq̃ Agrippa Octauii Cæ.auſpitio bello nauali in Sicilia uicit Sextum Põpeium. Sextus primo uenit Mitylenas:ubi quondam cũ Cornelia a patre ſuo cõtra Cæſarem bellũ geſturo:adhuc puer repoſitus fuerat:poſt dies aliquot cogitauit q̃d facturus eſſet:primo uoluit tentare:ut ſe cum Antonio coniungeret:iam enĩ iter Octauium & Antonium ſimultates erãt: ſed poſtquã audiuit a Medis contra quos exercitum duxerat:Parthiſque fuſum:ſperauit ſe illi ſucceſſorem fore ſi iteriiſſet:ſin autem cum illo ĩperium diuiſurum. Legatis ad Antonium miſſis:ſimul ad Parthorum Regem:& ĩ Thraciam & pontum mittit clanculum cum regulis ĩiturus fœdus:legatis deĩde ĩterceptis:& ad Antonium ductis: Lampaſcũ per proditionem cepit:& Furnium reſiſtentem fugauit: Nicea quoq; & Nicomedia capta pecuniis potitus eſt. Territus deĩde ob Titii aduentum:naues ĩcendit:deſtitutus uero ab Amicis:ad Bithyniæ mediterranea ſe conuertit:quem Furnius & Titius & Amyntas ĩſecuti ſũt:& cum ſe dedere uellet:Furnio non admittente eo Amyntæ ſe cõmittere tentauit:q nec ipſe uidebatur ſuſcepturus. Nocte igitur clanculum tentorio egredit̃ ad mare progreſſurus: ſed Scaurus q̃dam trãſfuga eius iter prodidit. Tũ uero Amyntas illũ mille & q̃ngentis eq̃tibus ĩſecutus eſt:ad quem omnes q cum Põpeio erant tranſfugerunt:deſtitutus igitur ab oĩbus: Amyntæ ſeipſum nullo fœdere tradidit: quẽ ille Mileti ĩteremit:cum & quadrageſimum ãnum attigeret. Certior: q̃a prio tentauit Reges Thraciæ & põti: & ĩ bithyniam ĩclĩauit:eo aĩo ut ſe trãſferret ĩ Armeniã. Quas pla.i.uniuerſum orbẽ terraꝝ. Europã:ubi ſepultus ẽ Sextus Põpeius. Libyã:ubi.Cn.Põpeius magnus ſepultus ẽ. Aſiam:ubi uictus eſt Sextus Põpeius: Vnde Mar.Põpeios Iuuenes aſia:atque europa:ſed ipſum terra tegit libyes: ſi tamẽ ulla tegit. Diſtribuit.t.q̃a ubi uictores aliquãdo fuiſtis:ibi ẽt ſepulti eritis: nã magnus Põpeius aliquãdo ĩ Regnũ collocauerat Regẽ Ptolemæũ:quẽ tamẽ conſilio Photini & Achillæ occidit. Sextus aũt ĩ Sicilia uictor fuit:& ĩſulã aliq̃diu tenuit: & Sardiniã ſimul & Corſicã. Cn.ẽt Põpeius aliq̃do uictor extitit in Hiſpania: adeo ut de ſalute ſua Cæſar dubitauerit. Domus.ſ.Põpeii. Tutius æmathia: q̃a ibi nullus eoꝝ ꝑiit:q̃uis ibi uicti fuerit. Sic poſtq̃.ſ.p.nũc dicit quõ ſe habuerit cadauer poſtq̃ reſpõdit ad ea quæ erichtho ĩterrogauerat. Peregit fata.i.reſpõſa dedit. Mortẽq; rep.ſ.ut ꝑmitteret umbrã ſuã a corpore diſcedere. Car.ma.opus ẽ:nec mori poterat:niſi carmibus erichthus.ut q̃ ipſũ excitauerat:eadẽ mori ꝑmitteret. Fata.i.pcæ. Aĩam ſibi reddere.i.repetere:& ad ſe retrahere:niſi erichtho euellet:quã ipſe erichthõi cõceſſerãt. Cõſũpto iã iure ſe.nã oibus ſtatutũ ẽ ſemel mori:hic ſemel mortuus erat:ergo iterꝫ mori nõ poterat:niſi erichtho iuberet. Robore.m ĩ.arboribus quernis. Ac ſtrue.ĩcẽſa pyra. Sextoq; ad ca.dicit aũt erichtho comitatã fuiſſe ſextũ Põpeiũ ad caſtra patris redeũtẽ. Et cælo lu.iuſſit erichtho carmibus magicis:ne dies ſupueniret priuſq̃ ĩ caſtra patris rediret ſextus:ne ab hoſtibus captus ad Cæ.deferret̃. Ducẽte co.nõ luceſcẽte die:& aurora apparẽte. Dũ ferrẽt.i.dũ beneficio noctis tuti ĩ caſtra redirẽt. Iuſſa.ſ.carmibus magicis. Tenere: retiere diẽ ne ſupueniret. Nox ꝑſtitit umbras.i.ſemper nox fuit.

Q uas iubeat uitare plagas:quæ ſydera mundi:
E uropam miſeri:libyamque aſiamque timete.
D iſtribuit tumulos ueſtris fortuna triumphis.
O miſeranda domus: toto nil orbe uidebis
T utius æmathia: ſic poſtquam fata peregit.
S tat uultu mœſtus tacito:mortemque repoſcit:
C arminibus magicis opus eſt:herbiſque cadauer
V t cadat:& nequeunt:animam ſibi reddere fata.
C onſumpto iam iure ſemel:tum robore multo
E xtruit illa rogum:uadit defunctus ad ignes.
A ccenſa iuuenem poſitum ſtrue liquit erichtho.
T andem paſſa mori:ſextoque ad caſtra parentis
I t comes:& cælo lucis ducente colorem.
D um ferrent tutos intra tentoria greſſus
I uſſa tenere diem:denſas nox præſtitit umbras.

## .M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER SEPTIMVS.

ſ Egnior oceano quam lex æterna uocabat
Luctificus titan:nunq̃ magis æthera contra
Egit equos:currumq; polo rapiente retorſit
D efectuſque pati uoluit:raptæque labores

Pharſaliæ liber Septimus.

ſ Egnior oceano:q̃ lex æter.uo. Hic ſeptius cõtiet prio q̃dẽ ſomniũ Põpei:ĩ quo exiſtimabat ſe romæ in theatro eẽ:ꝙ ipſe magnificẽtiſſimũ ædificauerat:& ibi plauſu maxio a po.Ro.excipiebat̃:Deinde quõ uictus tãdẽ ĩcolumitati ſuoꝝ arma nõ negauit:magis q̃ cõceſſit.poſt hæc deſcribit̃ pugna cõmiſſa inter utrunq; exercitũ:qua tandẽ uictus Põpeius aufugit:relictis caſtris.poſtremo ĩuectiões poeta ſeq̃tur primũ cõtra Cæſarẽ:ꝙ cæſoꝝ corpora ſepultura ꝓhibuerit. Alterã cõtra æmathiã:q̃ belli ciuilis cladẽ tandẽ fecerit. Primũ igit̃ dicit ſolẽ ĩuitũ reuexiſſe diẽ:quo tã terꝫ ac atrox bellũ futuꝝ erat ĩter Romãos:ubi uniuerſi orbis populi ad ĩternecionẽ ꝓpemodũ cæſi ſũt.deĩde ſomniũ põpeii deſcribit. Segnior oce.nũq̃ ĩquit ſol magis ĩuitus diẽ reuexit.q̃ hoc tẽpore cũ bellũ ciuile ſecutuꝝ eẽt. Quã lex æterna.i.lex q̃ ab æterno poſita eſt ſoli. Luctificos equos.i.nũq̃ magis tardauit luctificũ diẽ.i.q luctus ĩducturus erat:ꝓpter cædes eoꝝ:q bello ciuili periere. Aethera cõ.q̃a lũa & cæteri planetæ motus habẽt:motui ſphæræ cæleſtis cõtrarios cũ enĩ firmamẽtũ ĩ occidẽtẽ ferat̃:ſol oriẽtẽ uerſus uergit̃. Cõtra æthera:cõtra ſphærã firmamẽti cæleſtẽ. Retorſit:retro uertit. Polo ra.i.q̃uis poli circa quos uertit̃ firmamẽtũ raperẽt ſolẽ tamẽ renitebat̃ cõtra motũ ipſius ſphæræ & firmamẽti. Defectus.i.eclipſim. Raptæq; la.l.i.eclipſim:nõ ꝙ ita naturaliter obſcuraret̃:ſed ne uideret cædẽ ĩ

Lucis:& attraxit nubes non pabula flammis.
Sed ne theſſalico purus luceret in orbe:
At nox felicis magni pars ultima uitæ
Sollicitos uana decepit imagine ſomnos.
Nam pompeiani uiſus ſibi ſede theatri
Innumeram effigiem romanæ cernere plæbis.
Attollique ſuum lætis ad ſydera nomen
Vocibus:& plauſu cuneos certare ſonantes.
Qualis erat populi facies:clamorque fauentis
Olim cum iuuenis primique ætate triumphi
Poſt domitas gentes: quas torrens ambit iberus
Et quæcunque fugax ſertorius impulit arma:
Veſpere pacato:pura uenerabilis æque
Quam currus ornante toga:plaudente ſenatu.
Sedit adhuc romanus eques:ſeu fine bonorum
Anxia uenturis ad tempora læta refugit.
Siue per ambages ſolitas contraria uiſis
Vaticinata quies:magni tulit omnia planctus:
Seu uetito patrias ultra ſibi cernere ſedes:
Sic romam fortuna dedit:ne rumpite ſomnos
Caſtrorum uigiles:nullas tuba uerberet aures:
Craſtina dira quies:& imagine mœſta diurna:
Vndique funeſtas acies feret:undique bellum
Vnde pares ſomnos populi:noctemque beatam.
O felix ſi te uel ſic tua roma uideret:
Donaſſent utinam ſuperi:patriæque:tibique
Vnum magne diem:quo fati certus uterque
Extremum tanti fructum caperetis amoris.

campis philippicis futuram. Attraxit nubes:ideſt tenebras:non nubes qbus ignem cæleſtem paſceret:ſed ut caput obtegeret:nam ideo nubes trahuntur a corporibus cæleſtibus:ꝙ ignea ſunt:& terræ maris & aquarũ uaporibus aluntur:q ex aqs excitantur.ꝙ niſi uaporibus alerentur:conſumerentur:& aſtronomice loqtur. Nõ pabula.fla.ut recrearet ignes ſuos. At nox felicis:at uero nocte ĩ ſomniis Pompeius exiſtimauit ſe ĩ theatro qđ Romæ magnificentiſſimum conſtruxerat:magno plauſu totius populi romani excipi:& lætitia urbis reuocari quaſi uictor ĩ patriam rediiſſet. Nox:appo.pars ultĩa. Felicis uitæ:qa poſt hanc noctem oĩa ſemper aduerſa fuerunt pompeio. Innu.effi: pro inumerabilis romanæ plæbis imaginem.

Solli. ſom.ideſt ſolicitudĩe plenos. non enĩ ſine ſolicitudĩe iſtantiſ belli quieſcebãt Pompeius. Nam Pom.nam uiſus eſt ſe ſuſcipi a populo romano ea lætitia q̃ quõdam:cum romanus eques eſſet triumphauit. Pompeiani theatri:ideſt ſui quod de nomine conditoris pompeianum appellabatur. Martialis in pompeiano dormis leuine theatro. Attollique ſuum: quia ſic conſueuerat populus romanus: cum prĩcipes ſuos uideret bene de repu. meritos:manuum plauſibus:& uocibus: & laudibus nomen eorum efferre. Cuneos ſo.ideſt multitudinem clamantem.

Qualis erat:qualis tunc fuit:,cum ſublimis curru triumphans cum totius urbis clamore equis albis ueheretur per urbem ad capitolium deuicto Mithridate:aut ſertorio. Facies:ideſt uultus & habitus populi. Iberus:hiſpaniæ flu.a quo iberia dicta eſt hiſpania. Et quæcunque fugax: nam Sertorius hoſtis populi romani iudicatus:uniuerſam hiſpaniam contra romanos concitauit Aduerſus eum primo miſſus eſt Metellus:deinde pompeius:a quo tandem debellatus ẽ:nec de Sertorio triũphum egit: qa ciuis romanus erat:nec de ciue Ro.ulli triumphare licebat:ſed de hiſpanis:qui eum ſecuti erant triumphauit.

Veſpere pacato:ideſt occidente:in quo eſt hiſpania. Aeque:ideſt tam uenerabilis. Romanus eques:quia ante ætatem africa tota ſubacta triumphauit :nondum enim ad eam ætatem peruenerat:qua ſummum imperium gerere poſſet.nam. xxv. anno triumphum egit: cum antea nemo poſſet:niſi poſt trigeſimum annũ p leges triumphare. Adhuc ro.eques:ideſt nondum ſenatorium ordinem ingreſſus. Seu fine bonorum:cauſas exquirit:quare hoc ſomnium uidit Põpeius: cum ſequenti die in tantam calamitatem inciderit:ut profligatus relictis caſtris fugere coactus ſit.dicit autem triplici ratione hoc potuiſſe fieri.Seu ꝙ ſomnium illud ſolicitum futuris malis tempora feliciora repetebat.

Fine bonorum:quia iam felix pompeii fortuna ad finem peruenerat. Refugit : ideſt rediit ad felicitatem præteritam. Siue per:ſeu ſomnium contraria oſtendit:his quæ futura ſunt. Per am.ſo.quia per ambages ire conſueuit. Contraria uiſis:qa lætum ſomniũ uidit:ideo triſtia ſecuta ſunt oia. Seu uetito:apoſtrophat ad ipſum Pompeium ſeu fata uoluerunt:ut uel hoc modo romã uideres:quã tibi poſtea uidẽdã negarũt. Sic: p ſomnium. Nec rum.nunc conuerſus ad milites pompeii rogat ut ſilentium teneant:& pompeium qeſcere ſinant:ut ĩ hac lætitia ſomnii diutius permaneat. Et ima.mœſta.di.qa diuerſa erit imago diei:ab hac imagine noctis.nam plena cædis & luctus erit. Vnde pares ſomni:quaſi conqueritur ꝙ nunquam poſtea huiuſmodi quietem habiturus ſit pompeius:ergo dum licet illum quieſcere permitte. O felix:ſcilicet eſſes o Põpei:ſi ita te uideret Roma:quemadmodum per ſomnium uidebatur. Vel:pro ſaltem. Sic:quẽadmodum ĩ ſomniis exiſtimabas. Quo fa.cer.u.i.u.certus uoluntatis deoꝝ.ꝙ uidelicet pom.periturus eẽt & urbis romæ libertas.

Tanti amo.quantus iter utrunq; fuit.nam Pom.reipu.amãtiſſimus fuit:& Roma bene de ſe meritũ magna

Tu uelut auſonia uadis moriturus in urbe.
Illa rati ſemper de te ſibi conſcia uoti.
Hoc ſcelus haud unquam fatis hærere putauit.
Sic ſe dilecti tumulum quoque perdere magni
Te mixto fleſſet luctu:iuueniſque:ſenexque:
Iniuſſuſque puer:laceraſſet crine ſoluto
Pectora fœmineum ceu bruti funere uulgus.
Nunc quoque tela licet paueant uictoris iniqui
Nunciet ipſe licet cæſar tua funera:flebunt:
Sed dum tura ferunt:dum laurea ſerta tonanti
O miſeri quorum gemitus edere dolorem:
Qui te non pleno pariter planxere theatro.
Vicerat aſtra iubar:cum mixto murmure turba
Caſtrorum fremuit:fatiſque trahentibus orbem.
Signa petit pugnæ: miſeri pars maxima uulgi
Non totum uiſura diem:tentoria circum
Ipſa ducis queritur:magnoque accenſa tumultu
Mortis uicinæ properantes admouet horas.
Dira ſubit rabies:ſua quiſque ac publica fata
Præcipitare cupit:ſegnis pauiduſque uocatur:
Ac nimium patiens:ſoceri pompeius:& orbis
Indulgens regno:qui tot ſimul undiq; gentes
Iuris habere ſui uellet:pacemque timeret.
Nec non & reges populique queruntur eoi
Bella trahi:patriaque procul tellure teneri.
Hoc placet o ſuperi: cum uobis uertice cuncta
Propoſitum eſt noſtris erroribus addere crimen.
Cladibus irruimus:nocituraque poſcimus arma:
In pompeianis uotum eſt pharſalia caſtris.

caritate pom.amplectebatur. Tu uelut:nunc dicit in magna incertitudine utrunq; uerſatum eſſe:quod etiam maiorem moleſtiam fecit.acrior enĩ dolor q fuerit ĩexpectatus atque ĩprouiſus eſſe ſolet.nam Pom. diſceſſit ab urbe:non quaſi non rediturus:ĩmo hac ſpe:ut uictor rediret:& Roma eum dimiſit:non quaſi non amplius ſuum futurum:ĩmo illum magno deſyderio expectabat. Vadis:diſcedis. Illa:roma. Conſcia uoti: qa nouerat illa:quantum abs te amaretur:& illud uotum tamen erat ut ĩ patriam uictor redires. Rati: qa cuperes ĩ patria mori. Hoc ſcelus:ut ĩ aliis orbis terrarum partibus uitam tuam finires. Hærere:ĩmotum eſſe. Te mixto fleſſet:ſi ĩ patria ĩgt uitã ſuã finiſſet pom.pueri & mulieres illum luxiſſent totum annum:ſicuti fleuiſſe ferunt brutum.

Iniuſſuſque puer:qa pueri non ĩtelligũt cauſam doloris: tamen cum uidiſſent alios flere:& ipſi fleuiſſent. Fœmineũ uulgus:multitudo mulierum. Fune bru. qa (ſicut Liuius ſcribit) matronæ totũ annum luxere brutũ:q pulſis regibus libertatem po.ro.priumus uidicauit. Nũc quoque tela:qa cum etiam procul a patria occubueris:flebunt tua funera. Tela pauẽt ideſt quamuis tela minetur cæſar:tamẽ ꝓhiberi non poſſunt qn te lugeant. Nunciet ipſe:qđ dixi licet paueant : ſed flebũt te etiam dum ſacrificia diis exhibebunt ꝓ uictoria cæſaris. Lau.ſerta:ideſt ferent loui lauream coronam pro cæſare q coronatus lauro triumphabat. Edere dolo.ideſt comedere.dolor etiam editur tunc cũ ĩ pectore comprimitur:ut Vir. premit altũ corde dolore. Miſeri fuerunt.ſ.romani q non auſi ſunt tuam mortẽ o pom. metu Cæſaris deplorare. Vicerat aſtra iubar: nunc declarat quomodo ſe habuerit milites pom.poſtq̃ illuxit.dicit enĩ frequentes ad prætorium populum conueniſſe potẽtes:ut ſignum pugnæ pom. proponeret: & iam omnes ita cõcitati erant ad pugnã ut contineri non poſſent:ſed negotium ciceroni demandatur:q uerba pro uniuerſo exercitu apud pom.haberet.deſcribit autẽ tempus quo frequentes milites ad prætorium pompeii conuenerunt:ſimulatq; illuxit. Iubar:ſolis ſplendor: eo ꝙ ĩ iubæ modum ſpargitur. Pars:qa pauci admodum erant:q non ĩ pugnam conſentirent

Fatis trahentibus:qa fata nolebant exitium ĩferre orbi terrarum. Tra.or.ſ.ĩ perniciem. Totum diem:eodem die multi cæſi fuerunt a cæſare. Circa tentoria.i.prætorium:nam prætorium proprie dicit̃ ĩperatoris tabernaculum. Properãtes ad mo.& cũ mors appropiquaret:ipſi ruebãt ĩ mortem.& prouocabant ac ſtimulabant. Dira rabies.i.pugnãdi ſæuus furor. Pu.fata.i.mortẽ qa pereuntibus romanis ciuibus etiam reſpu.peribat. Præcipitare:ideſt temere euertere. Se.pa.q;.uo.& põ. q conſulto bellum trahebat:modo ignauus:modo belli ĩperitus:modo timidus dicebatur:ꝙ non auderet ipſe cum pluribus:aduerſus Cæ.cum paucis pugnare. Patiẽs:aliquãdo remiſſioni animi tribuebãt:& aliq̃do ipſum regni cupidũ appellabãt. In dul.re.i.nimium ĩtentus:ꝙ quaſi res totius orbis diutius eſſe uellet. Sui iuris:ideſt poteſtatis.pulchrum pompeio:uidet̃ uniuerſum orbem ſub ĩperio ſuo retinere:& id eſt quod cũ perficere poſſit bellũ:repugnat. Vndiq;:nã ex pluribus regiõibus orbis:populi:ac natiões ad põ.uenerãt. Pa.q;. ti.i.q nollet pacẽ habere:ne priuatus efficeret̃. Nec ñ & re. tigranes rex armeniæ:Ariobarzanes:Deiotarus.

Hoc pla.cõquerit̃ de diis:ꝙ ipſi ſua fata cõuertãt ĩ culpã hoĩum. Crimẽ.i.culpã:nã error ñ ẽ culpa: ſed erramus nos tũc cũ uolumus id qđ fata uetãt:igit̃ error ẽ:ꝙ ĩ fata nr̃a ruimus:tũc cũ nos cogitis ĩ pnitiẽ nr̃am ruere ſed huic errori o dii culpã addere uultis:ut id nr̃i erroris cã factũ eẽ dicat̃. Cladibus irru.qa non ipſi nr̃a mala cõcupiſcimus:iõ nobis attribuit̃ ꝙ fata uetãt. Phar.uo.ẽ.i.exitiũ ſuũ q̃ſi uotũ cõcupiſcere. Põpeianis:ibi.n.

paſs magna moritura erat romanoꝝ.pharſalia eníſ fatalis erat ciuibus ro. Cunctorum uoces: ideſt totius exercitus ſententiam. Tullius eloquii:nam ipſe romanæ liguæ pꝛiceps ſine dubio perhibebatur de quo Mar. Hoc tibi Roma caput quũ loquereris erat. Cuius ſub iure .i. poteſtate & conſulatu. Togaq; : qa non armis : ſed conſilio & uirtute Catilinam ſubegit cum coniuratis. Sæuus:ípius contra patriam. Iratus bellis:neq; eni forenſi & cauſidico bella placebant. Roſtra:ubi poſſet ad populum contiones habere. Forum: ubi cauſas ageret:ſicuti conſueuerat. Longa ſi.nam q modo i ſenatu:modo i foro.modo i contione dicere conſueuerat:& eloquentia ſua magnam laudem conſeq poſſet idignabatur: ꝙ tam diu miles pom.factus ſilentium tenuiſſet. Inualidæ cauſæ:bene:qa poſcere bellum ciuile turpe uidebatur. Addi.ro.cauſæ.i.hanc cauſam minus potẽtem & honeſtá eloquẽtia ſua fecit:ut ui maiorem haberet. Hoc pro tot me.habet hæc oratio ſuaſionẽ:ergo i deliberatiuo genere ẽ conſtituta:non utitur procemio qa ſatis auditoꝝ animi parati erant ad audiendũ:ſed ꝓbat tantũmodo quod itendit.uidelicet pugná eſſe ſuſcipiendá.prio qdem probat a facili cũ dicit fortunam ipſam rogare:ut ſe ipſa uelit uti pom.Eſt autem argumentum ſumptũ ab attributo pſonæ.uidelicet a cauſa:i quo conſyderat᷑ qd euenit:qd euenerit:& qd euenturum ſit:qd eueniet pom.ná qa ſemp uicit.igitur nũc quoq; uicet.fortũa ergo pꝛicipium ſuũ ſequetur. Fortuna pre .hoc pro me.qa bene merita eſt de te fortuna:& feliciter tecũ egit. Vti ſe:qa ſemp tibi fauit:ideo uelis uti ſe ipſa te poſtulante. Proceteſq; tuorum: eſt argumẽtum ab auctoritate:i quo ꝓbat laudabile eſſe:ut hác pugnam ſuſcipiat:quá omnes reges:omnes nationes:deniq; uniuerſus orbis terraꝝ probat.ergo ſi omnes cõſentiunt:non debes tu ſolus reſiſtere. Proceres:ſenatus populuſq; romanus. Affuſi: ideſt proſtrati pedibus tuis. Humani generis:arguit a uidicatione:qa æquum ẽ ut patriæ expugnatores uidicentur : nunqd íqt aliquando ſuppliciũ ſumetur de Cæſare:q ſolus eſt perturbator totius pacis? Merito:arguit ab attributo perſonæ:i quo ſatis attribuit:nomen:naturam:fortunam:diſpoſitionem:ſiue effectum:habitum:præſidium:conſilia:fata:caſus:& orationes.In caſu conſyderatur qd euenit:ut uiciſti ſemp.ergo nunc eueniet ut uicas.nam ſi orbẽ terrarum uiciſti tráſcurrendo:quanto facilius nunc uicere poteris cum omnes te ſequantur?ideo autem tranſcurrendo:qa dum mithridatem íſequeretur:uicit iberes:albáos & gentes omnes quæ adiacent boſſoro uſque ad tanaim. Tranſcurrente:ídignum eſt enim cum tranſcurrendo ſubegeris orbem terrarum nunc uelis bellum protrahere. Lente:nam gentes iraſcuntur ſi uis uincere tarde. Quo tibi feruor;nunc arguit a fortitudine:quia ſi fortis eſſes ſicuti antea conſueueras:magnanimus eẽs & iam diu uiciſſes. Fiducia fati:ideſt fortunæ. Times:cum ſemper dii tibi fauerint:nunc uero times. Ipſæ ſua ſigna:nunc a neceſſario:neceſſe eſt enim ut ſignum pugnæ militibus proponas:nam niſi hoc feceris:ipſi ſua ſponte ſumptis armis in aciem uenient & contra Cæ.pugnabunt. Reuellent:refigent. Proſilientque. ſ.de caſtris:ideſt explicabuntur aduerſus hoſtem. Pudeat uiciſſe coactum;ut dicant te coactum a militibus tuis uictoriam obtinuiſſe. Si duce te iuſſo:quod ſi pugnare prohibes:ſenatus ipſe auctoritate ſua militibus arma concedet:Id eni.eſt qd ſenatus ſcire cupit:comes ne tibi ſit:an miles. Iuſſo:a ſenatu.non eni dux eſſes:niſi ſenatus iuſſiſſet:ergo quod iuſſit ſenatus:id etiam i eius poteſtate eſſe debet. Nobis:ideſt libertati noſtræ.

Bella geruntur:ut libertatem noſtram uindicemus:non autem tuo imperio.ſed auſpicio noſtro bella geris.

Iuris:poteſtatis noſtræ hoc.uidelicet. Concurrere campo:ideſt manum cum hoſte conſerere i quocunque cápo. Quid arces:quid arcere tentas?nunquid te exiſtimas:tantum poteſtatis habere:ut tenere poſſis totius orbis terrarum aíos:ne ſuam ulciſcantur iniuriam? Vibrát te.manus:paratæ ſunt ut tela in hoſtes teipu.torqueant. Vix ſigna:& nemo eſt qui expectare poſſit moram pugnæ:niſi tu ſignum propoſueris. Propera: qa neceſſarium eſt hoc:quia poſthac te inuito contra hoſtes procedent:& pugnam inibunt.

Cunctorum uoces romani maximus auctor
Tullius eloquii:cuius ſub iure togaque
Pacificas ſæuus tremuit catilina ſecures.
Pertulit iratus : bellis cum roſtra forumque
Optaret:paſſus tam longa ſilentia miles.
Addidit inualidæ robur facundia cauſæ .
Hoc pro tot meritis ſolum te magne precatur
Vti ſe fortuna uelis:procereſque tuorum
Caſtroꝝ:regeſque tui cum ſupplice mundo
Affuſi:uinci ſocerum patiare rogamus.
Humani generis tam longo tempore bellum
Cæſar erit?merito pompeium uincere lente
Gentibus indignum eſt a tranſcurrente ſubactis
Quo tibi feruor abit?aut quo fiducia fati?
De ſuperis ingrate times? cauſamque ſenatus
Credere diis dubitas?ipſæ tua ſigna reuellent
Proſilientque acies:pudeat uiciſſe coactum
Si duce te fuſo:ſi nobis bella geruntur :
Sit iuris quocunque uelit concurrere campo .
Quid mundi gladios a ſanguine cæſaris arces?
Vibrant tela manus:uix ſigna morantia quiſquam
Expectat.propera:ne te tua claſſica linquant.



Scire:hoc eſt quod ſcire cupit ſenatus:nunquid ſit tuus miles:an comes.comes eſt potius:non enim tibi ſubditus eſt:ſed ſponte ſua tibi íperium tradidit:& ſalutem reipu.demandauit. Ingemuit:ſub hanc Ciceronis orationem:dicit pom.non tenuiſſe gemitum:quaſi ſentiret fatum iminens:quod ſuo conſilio reſiſteret: nam ipſe conſilium tutum ſequebatur:cum exercitus ſe ſine cauſa uellet exponere bellis. Si placet hoc:beniuolentiam a perſona aduerſariorum ſumit quos i odium adducit:Quia confidenter eos facere oſtendit:quod uelit temere cum hoſtibus pugnam conſerere:cum nulla neceſſitas cogat. Si milite magno:ſi uultis ne tanquam militem:& non táquam ducem ueſtrum.eſto. ſed tamẽ tempus requirit:ut ducem habeátis. Nil ultra.ſ.conceſſio color:quæ fit quotiens aliqd ita concedimus:quod cõcedendo magnopere negamus. Virgili.I nunc igratis offer te imſe pericis. Non duce:ſi tempus huiuſmodi eſt:ut multos duces habeatis pom.præſtantiores: & tali ductore uobis minime ſit opus. Inuoluat populos:dicit hanc pugnam ſi ſuſcepta fuerit futuram exitium orbis terrarum.ergo quod contendit:magnopere negat. Iſta lux: qua pugna committenda eſt. Teſtor roma:nunc a perſona ſui beniuolentiam captat:oſtendit eni ſe uirum bonum i ſuos eſſe quod:eos periculis obiicere nolit:quando uictoriam incruentam conſequi poſſit. Teſtor roma tamen : hoc negare non poteſt.uidelicet hunc diẽ iuitum accepiſſe:ſed non ſponte tradidiſſe. Potuit tibi:adhuc perſiſtit i illo: ut ſe bonum uirum oſtendat:ſe nolle eos periculis exponere.nunc arguit a clæmentia q̃ eſt cõiuncta iuſtitiæ:nam cum aliqd ſuademus:utimur partibus honeſti aut tuti. ná iuſtitia í duas partes diuiditur.ſ.tutum & honeſtum:honeſtum eſt:igt : ut bella ciuilia ſine ſanguine gerantur . nam ciues debent eſſe clæmentes:ideo a clæmentia arguit hoc loco:quis inquit:tantus furor eſt i bellis ciuilibus?quæ ſine ſanguíe non geri poſſe putant.cum a ſanguíe & cæde ciuium abſtinendum ſit . Cæci ſcelerum: conſtructio uſitata poetis:ut feſſi rerum.

Bella:quod inquit:ſummo ſtudio totaque mente optare deberent:uidelicet ſine ſanguine uincere:hoc maxime metuunt:& arguit a tuto:cum rationem noſtram tutam eſſe oſtendimus.uidelicet ſine periculo obtinere poſſe quod uolumus:quod eſt ſuaſionis argumentum ualidiſſimum. Abſtulimus terras:ad hoc inquit redegimus hoſtem:ut cupiat deſperatione quadam pugnare:nam ei aut fame pereũdum eſt:aut euentum pugnæ tentandum:ſed ſi nos bellum trahere uolumus:iam fame coactus Cæſar ſe nobis ſubiiciet uictum. Abſtulimus terras:ſcilicet Cæſari ne poſſit ire pabulatum:aut frumentatum. Excluſimus æquore toto:nam claſſe ſua pompeius maritimas omnes oras tenebat. Ieiuna:fame coacta. Præmaturas:nondum maturas: & itempeſtiuas. Votumque effecimus:& ad hanc neceſſitatem duximus cæſarem:ut deſperatione quadam pugnare uellet. Vt ma.ſterni.ſcilicet:quam fame perire. Permi.meis:ut ſi pereundum eſſet:non periret inultus. Pars magna:arguit nunc a partibus prudentiæ.dicit enim prudentia ſua factum eſſe:ut etiam tyrones non timeant hoſtem:ergo belli inqt magnam partem peregimus:quando id egimus peritia noſtra: ut tyrones quidem paruifaciant hoſtem:quod ex eo depræhendi poteſt:ꝙ pugnam non timent:ſed tamen ait hanc ætatẽ comprimendam cupiditate eſſe:ne quid temere faciant. Si modo uirtutis:ſed uereor ne temere hoc faciant potius quam uirtute:Nam quod tyro negligat hoſtem tribuendum eſt duci: ſed cupere pugnam temeritati tribuendum eſt. Multos in ſumma pericula miſit:ſi quod malum inſtaret:quod cogeret nos ſuſcipere pugná: tunc omnibus periculis pugnandum eſſet:quia neceſſitas cogeret. In ſumma pericula:quando malum imminet:quod uitari non poteſt.tunc ſatius eſt mutare fortunam imminenti periculo quam opprimi. Fortiſſimus ille eſt:qui poteſt differre pericula:quæ etiam ſi inſtent pati non dubitat.Cominus: mala eſſe dicũtur cum uitari non poſſunt. Metu pati.ideſt pericula ferre. Placet hæc:in hoc permanet:ut a tuto arguat:nam argu

Scire ſenatus auet miles te magne ſequatur?:
An comes:ingemuit rector:ſenſitque deorum
Eſſe dolos : & fata ſuæ contraria menti.
Si placet hoc inquit cũctis: ſi milite magno
Non duce tempus eget:nil ultra fata morabor .
Inuoluat populos una fortuna ruina :
Sitque hominum magnæ lux iſta nouiſſima pti .
Teſtor roma tamen magnũ quo cuncta perirent
Accepiſſe diem : potuit tibi uulnere nullo
Stare labor belli:potuit ſine cæde ſubactum
Captiuumque ducem uiolatæ tradere paci :
Quis furor o cæci ſcelerum ? ciuilia bella
Geſturi:metuunt ne non cum ſanguine uincant .
Abſtulimus terras:excluſimus æquore toto .
Ad præmaturas ſegetum ieiuna rapinas
Agmina compulimus:uotũque effecimus hoſti :
Vt mallet ſterni gladiis:mortemque ſuorum
Permiſcere meis:belli pars magna peracta eſt .
His quibus effectum eſt ne pugná tyro paueret:
Si modo uirtutis ſtimulis i ræquecalore
Signa petunt:multos in ſumma pericula miſit
Venturi timor ipſe mali:fortiſſimus ille eſt
Qui promptus metuenda pati:ſi cũminus inſtent:



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

menta quæ ſumuntur a tuto cæteris ſunt anteponenda:qñ enim noſtrum conſilium omnis periculi expers oſtendimus eſſe plurimum ualet ad ſuadendum. Proſpera rerum:quia poſſemus incruentam uictoriam ex hoſtibus reportare ſi modo uellemus. Accipe ma.ſcilicet quam dediſti:quia auxi rempu. Pom. nec crimen erit:ſi uicti fuerimus. Nec gloria:ſi uicerimus. Votis iniquis:quia cum uota mea plena ſint clæmentiæ dii me non exaudiunt:ſed te qui cupis ro.ciues cædibus exponere. Regna ia.cum regibus ſuis ſtrata. Enipheus:qui flu.eſt theſſaliæ:& ſanguine ro.perturbabitur. Hoc caput demonſtratiue dixit:ſcilicet meum. Si ſine mo.ideſt mutatione:ideſt ſi moriturus ſum ſine exercitus diſcrimine. Neq; eni uictoria:rationem oſtendit quamobrem optet ut moriatur:dicit enim non eſt mihi uictoria lætior clade: ſi pugnaturus ſum aduerſus ciues.nam ſi uictor euaſero inuiſus omnibus ero: ſi uictus omnium miſerrimus ero: & eſt dilēma:ideſt ex utraq; parte concluſio:neceſſarium eſt alterū fieri:uel uincere:uel uinci: ſed utrum fuerit: id illi moleſtum erit. Peracta clade:ideſt cæſis hoſtibus. Omne ma.uicti:quicquid fortuna extrema mali afferre poteſt: hodie allatura eſt uicto:ergo extrema omnia contingent uicto: omne autem nefas uictori:utrum ergo eueniat id non poteſt nō eſſe moleſtū. Sic fatur & arma:poſtq̄ ita locutus eſt:ſenſit ita deſtinatis animis pugnam petere milites:ut ab ea nulla ratione poſſent auerti: permiſit ut facerent quod uellēt:& ſimilitudine utitur gubernatoris nauis:qui poſtq̄ ui uentorum uictus gubernare non poteſt quocunq; eā fortuna impulerit:ipſe dimittit. Fur ira: ideſt propemodum in furorem cōuerſis.

Coro:uento qui flat ab occaſu ſolſticiali: & græcæ εργεστησ dicitur:& ſpeciē pro genere poſuit. Dat re,permittit uela uentis. Ignauum:pro ignaue. Caſtra fre.nunc dicit quomodo ſe habuerit milites: poſtq̄ ſemel eſt permiſſa licentia pugnæ:dicit autem trepidaſſe exercitum: quod futuri mali ſignū erat:ſic enim mēs ſolet eſſe præſaga futuri mali. Tumultus appellatur omnis perturbatio:quæ a metu proficiſcitur:quaſi timor multus. Caſtra:ideſt milites:continens pro contento.

Ictibus incertis:inter ſpem & metum: quia utrunq; cauſa eſſe ſolet:cur corda pauor pulſet. M.p.i.o.pallore ſuffuſi erant uultus:qui mortem futuram indicabat. Fato:ideſt morti. Aduenīſſe:nō mirum erat trepidare exercitum Pom. nā dies inſtabat:quæ ſtatuere deberet: uter iperaret: imo uero nunquid urbs ro. eſſet ſeruitura. Palam:manifeſtum. Aduenīſſe:inſtare. Conderet:conſtitueret:ut optato conduntur tybridis alueo. Fatum:ideſt fortunam humanarum rerum:non enim de unius aut alterius regno populi:ſed de totius orbis imperio certabatur. Ro.quid eēt:an libera:an ſeruitura. Sua quiſque pericula: dicit enim ſui quenque periculi oblitum eſſe: cum uniuerſi periculum ante oculos proponerent: maiora solen[t] animos ſolent animos a minoribus deterrere. Sua neſcit:ideſt quiſquis metu reipu.attonitus obliuiſcitur priuati. Quis littora ponto:quis inquit eſt:qui quum uideat omnia peritura eſſe poſſit de ſua ſalute ſolicitus eſſe? Littora ob.i. cernēs diluuio terrā opertā eſſe. In mō.æquor.i.dicit. Finē q̄ ē uniuerſa4 rerū. Sibi.i.ſuū piculū. Nō uacat.i.nō licebat de ſe timere. Vrbi ti.hōeſta locutio:timeo tibi.i.cā.tui.

E t differre poteſt:placet hæc tam proſpera rege
T radere fortunæ? gladio permittere mundi
D iſcrimen? pugnare ducem q̄ uincere malunt.
R es mihi romanas dederas fortuna regendas.
A ccipe maiores: & cæco in marte tuere.
P ompei nec crimen erit:nec gloria bellum.
V incis apud ſuperos uotis me cæſar iniquis
P ugnatur: q̄tum ſcelerum:q̄tumque malorum
I n populo lux iſta feret:quot regna iacebunt.
S anguine romano q̄ turbidus ibit enipheus.
P rima uelim caput hoc funeſti lancea belli:
S i ſine momento rerum:partiſque ruina
C aſurum eſt:feriat:neque enim uictoria magno
L ætior:aut populis inuiſum hac clade peracta.
A ut hodie pompeius erit miſerabile nomen:
O mne malum uicti q̄d ſors feret ultima rerum:
O mne nefas uictoris erit:ſic fatur:& arma
P ermittit populis:frænoſq; furentibus ira
L axat:& ut uictus uiolento nauita coro
D at regnum uentis:ignauum que arte relicta
P uppis onus trahitur:trepido confuſa tumultu
C aſtra fremūt:animiq; truces ſua pectora pulſant
I ctibus incertis:multorum pallor in ore
M ortis uenturæ eſt:facieſque ſimillima fato:
A duenīſſe diem: qui fatum rebus in æuum
C onderet humanis:& quæri roma quid eſſet
I llo marte palam eſt.ſua quiſque picula neſcit
A ttonitus maiore metu.quis littora ponto
O bruta:quis ſummis cernens in mōtibus æquor:
A etheraque in terras deiecto ſole cadentem:
T ot rerum finem timeat ſibi? non uacat ullos
P ro ſe ferre metus.urbi magnoque timetur.



Nec gladiis:poſtq̄ aīo bellum futurū cōceperūt:dicit ſe ipſos ad pugnā accixiſſe oēs:armaq; acuiſſe. Habuere fidē.i.non cōfiſi ſunt telis ſuis. Niſi cantibus:lapidibus quibus ferrū acuitur. Exarſit:acuit̄. Mucro.i.gladiorū acies. Oīs lācea.i.mucro lanceæ. Erigitur:incurua dirigitur. Tendūt neruis:& nerui diuturna pugna attriti renouabātur. Auget eq.ſti.calcaria quibus equos ſtimularent. Frenorū que.i. imponit frena eqs q̄bus eos dirigere poſſit quo uelit. Si liceat:per ſimilitudinē oſtendit quomodo ſe ad pugnā futuram præparabāt:non aliter q̄ quum dii bellum aduerſus titanas ſuſcepe:tale eſt illud Virgilii.ſi magna licet cōponere puis.

N ec gladiis habuere fidem: niſi cautibus aſper
E xarſit mucro: tunc omnis lancea ſaxo
E rigitur:tendunt neruis melioribus arcus:
C ura fuit lectis pharetras implere ſagittis:
A uget eques ſtimulos:frænorūq; aptat habenas.
S i liceat ſuperis hominum conferre labores
N on aliter phlegra rapidos tollente gigantes
M artius incaluit ſiculis incudibus enſis.
E t rubuit flammis iterum neptunia cuſpis.
S piculaque extincto pæan phytone recoxit.
P allas gorgoneos diffudit in ægida crines.
P allenæa ioui mutauit fulmina cyclops.
N on tamen abſtinuit uenturos prodere caſus
P er uarias fortuna notas:nam theſſala rura
C u[m] peterent:totus uenientibus obſtitit æther.
I nque oculis hominum fregerūt fulmina nubes:
A duerſaſque faces immenſoque igne columnas:
E t trabibus mixtis auidos phythonas aquarum
D etulit:atque oculos ingeſto fulgure clauſit:
E xcuſſit criſtas galeis:capuloſque ſolutis
P erfudit gladiis:ereptaque pila liquauit.
A ethereoque nocens fumauit ſulphure ferrum.
N ec non innumero cooperta examine ſigna.

Conferre:cōpare: ordo ē non aliter martius enſis icaluit. Phlegra:uallis ubi pugnam gigantes geſſerūt aduerſus deos: q̄ magnitudine ſua freti auſi ſunt cælū aſcēdere. Siculis icudibus.i.cyclopū q officinam habēt in ſicilia ſicuti poetæ ferūt. Martius enſis.i.martis q & ipſe præparauit ſe ad pugnam.

Neptunia cuſpis:nam neptunus tridēti p cælo pugnaturus erat aduerſus gigātes:ut fratri ſuo ioui auxiliū præſtaret: tridēs ē ſceptrū neptuni: quo utitur contra maris mōſtra. Rubuit.ſ.recocta:ut acueret̄. Spiculaq; ex.phy.tela q̄bus occiſus eſt phyton ab apolline: nam latonæ Iuno irata imiſit phytonē ſerpentē: q eā iſequeret̄:de hac ſupius diximus:dicit ergo tpe gigātomachiæ:ſpiculum phœbū ppaſſe & meliores ſagittas ad pugnā reddidiſſe. Recoxit.ſ.icudibus uulcani.

Pallas gor.pallas pugnatura aduerſus gigātes gorgoneū caput Aegidi .i.ſcuto ſuo ſupipoſuit:ut titanibus oſtenderet & terrore ipſius capitis eos abigeret:& a pugna i fugā cōuerteret. Gorgoneos cri.i. meduſæ gorgones ſunt appellatæ filiæ phorci quas uicit perſeus & occidit. Mutauit fulmina:qa ſi pugnaturi erāt p ioue nunq̄ meliora tela habere neceſſe fuerat q̄ nunc. Cyclops.hic uulcani fingitur eē miniſter:q tela arma & fulmina i officina ſiciliæ cudit. Pallenæa fulmina:Epitheton lōge repetitū a pallene oppido theſſaliæ.i.æmathia:quibus uſus fuerat i aloidas æmathios:nam ſicuti dictū eſt ſuperius:ipius hanc plē ſuperis imiſit aloeus: iſeruit cælis ppe tūc cū pelion aſtris ſyderibuſq; uias icūbens abſtulit oſſa aloeus iphimediā hæbuit uxorem q̄ a neptūno compſſa geminos peperit.ſ.zetū & ephial tem:q digitos nouem p ſingulas ebdomadas creſcebant unde freti altitudine ſua cælū ſubuertere uoluerunt:ſed fulminati ſunt. Mutauit:ut meliora faceret. Non tamen abſtinuit:q̄uis iqt intenti eēnt ad pugnam q̄ iminebat:tamē ſigna manifeſta futuri mali apparuerunt.

Nam theſſala cū in planum deſcēderent ubi futura pugna erat uētus adeo obſtitit ut uix ſigna ferri poſſent: quod ſignum erat mali ciuilis futuri. Totus æther.uniuerſi cuiuſlibet regionis uenti. Inq; oculis hominū & homines fulgura de cælo miſſa:plærūq; tetigere. Fregerūt nubes:tetigit rem naturalē:dum fulgura pdeūt nā nubiū colliſione exprimit̄ ignis & fulgura generātur. Immēſoq; igne colūnas:dicit etiā imiſſos fuiſſe ſerpētes auidos:uidelicet hydros:& i aere etiam igneas colūnas apparuiſſe. Trabibus:i modū trabiū fabricatæ apparebant i cælo colūnæ:quas docos uocāt aſtrologi. Ingeſto fulgure:imiſſo æthereo igne q oculoſ eorū pſtrigeret. Excuſſit criſtas galeis:cuſpides & gladii nimio calore fulgurū liquefacti ſunt:quod etiā naturaliter ſicut phyſici dicūt cōtingere pōt:nā ignis ille æthereus ſubtiliſſimus ē:& cum genus illud fulminis quod afflat de cælo ceciderit p tenuiſſimas rimas penetrat:adeo ut enſes ipſos i uagina conſumat:cū tamen uagina ipſa intacta pmaneat. Vide Plinium in ſecūdo. Excuſſit.ſ.fulgur. Solu.gla.liquefacto ferro gladiorum: quēadmodum ſi plumbum liqueſcit pfundit̄:ita & liquefactum ferrū perfuſum ē:ideo dicit liquefactis gladiis capulos eorum fuiſſe perfuſos. Pila.i.cuſpides telorū. Nocēs ferrum:quo nocet̄.i.impiū quo uſuri erant pſes i filios. Sulphure:igne æthereo:quo afflatū ferrū liq̄ſcebat. Innumero exaīe.inūerabili multitudine apum.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vixq̃ re.ſo.quæ refigi nō poterát:ſicut apud Valeriū cū in hoſtem ducturus eſſet exercitū craſſus:ſigna uix reuelli potuerūt:unde ſecuta eſt clades:nā ipſe cum uniuerſo exercitu deletus eſt a parthis. Maiori pōdere: ſcilicet examinū:quibus uexilla onerata erát per quod oſtēdit telis hoſtiū Pompeianos obrutum iri: ſignate ergo dixit merſere:ſicut Virg.obſedere apicē:cū de apibus loqueret̃:nā apes ſignificát bellū: q̃ bōbo claſſicum imitant̃:cū īter ſe cōcurrūt more bellantium. Rotátia fletu.i.lachrymas emittētia:quod ſignū erat futuri luctus. Vſq; ad the.i.dū uenirent ad locū theſſaliæ:ubi pugna commiſſa fuit. Pu.ſigna.i.aquilæ. Admotus.i.cū ad ará ſuperoꝝ poſuiſſet uictimá ſacerdos. Diſcuſſa.i.euerſa ara. Præceps:ꝑpitanter fugiens. Sacriſq;:funeſtis:q̃ funera portendebát. At tu:ita quidem ſacrificia Pom.erát:ſed Cæſaris grata diis erát:qbus ipſe litabat:ordo eſt: ſed tu Cæ.geſturus bella tam ſæua:litaſti ſupis: quos uocaſti. Litaſti:bene locutus eſt: ideſt ſacrificiū diis gratū dediſti:nam illi tátūmodo litát:q ſacrificia diis accepta exhibēt:libát uero q ſacrificát. Nocte:apd' īferos:ſignificat aūt furias infernales: alecto:megerá:& theſiphonē a qbus furor oīs īmittit̃. Iá dubium mōſtris: & tam mōſtroſa:tá inaudita:& uſq; adeo ꝓdigia noua nūciabant̃:ut ī dubiū uenirēt hoīes nūqd ea uidiſſent:an uidiſſe ſe exiſtimaſſent:ſic enī pauor facere ſolet. Nimio ne.pa.i.q nimius pauor fecerit:ut ea uidere putarēt:quæ non uidebant. Multis re concurrere:multi fuerunt q crediderūt q oſſa pelio ſuperipoſitus fuerit a gigantibus:ut gradus ſibi facerent ī cælum. & uiſi ſunt iu cem collidi montes. Mergi conuallibus:æmus etiam uiſus ē ita ſubmitti:ut in ſuis ipſe uallibus obrui uideretur & humilior fieri. Abruptis dehiſcētibus. Ire per oſſæam Boetida:pars eſt theſſaliæ dicta a boue:quæ ibi recubuit cū eá ſeq̄retur Cadmus accepto oraculo: ut ibi urbem conderet:ubi bos inuēta iacuiſſet:dicit aūt hoīes exiſtimaſſe hanc uallem boetidam oſſæ mōtis totam ſanguine redūdare. Per oſſæam boetida:ꝑ uallem oſſæ mōtis. Inuicem:alternatim ſe ītuebant̃ & exiſtimabant capita alter alterius nubibus circūdata. Et pallere diem.ſ. mirabant̃:qa ſubito pallor lucem ſolis occupabat. Incumbere noctē.i.tenebras: qa circūfundebát̃ tenebræ galeis. Defunctoſq; pr̄es:& exiſtiabát ſe uidere aīas parētū ſuoꝝ:q̄ſi nūciarēt mortē uicinam. Vmbras:aīas ſuoꝝ: Ságuinis:ꝑlis ſuæ Volitare:circū oculos ſuos errare. Sed mētibus unū:ſed q̄uis hæc mōſtra terrerēt aīos hoīum:tñ hoc ſolatio ſe fouebát q uidelicet exiſtimabát hæc eē q̄dá irritamēta furoris ad bellū gerēdū qd' īſtabat. Quod uoti turba nefandi:uotū nefandū erat:quod patres filii occidere cupiebant. Turba:aduerſæ partis q̃ maxima cupiditate cupiebat hanc pugnam. Conſcia:ut filii patres aut fratres occiderent. Quæ patrum iugulos:ecce nefandū uotū.i.iugulare patres aduerſæ partis. Tumultu:conſternatione cōcitatione. Omnium ſcelerum.ſ.ſuorum exiſtimabant hæc ſigna præſignificare futurum:ut perſpicerent quod animo agitabant.

Quos lux ex: qui diem illum ultimum uiſuri erant. Lymphato: inſano. Præſaga malorum. exiſtimant neſcios fuiſſe Romanos ubicunque:nedum in theſſalia. Ordo eſt Romanus hoſpes: qui adiacet gadibus mœret:ſi pro quia. Gadibus tyriis: colūnis in mari oceano fixis ab Herculæ. Tyriis:aūt:qm̄(ut Soli.ē auctor)tyrii e mari rubro ꝓfecti gades īſulá īcolētes erythreá uocauere. Die.i.regiōe. Syder.i.climate.

V ixque reuulſa ſolo: maiori pondere preſſum
S igniferi merſere caput: rorátia fletu
V ſque ad theſſaliam romana & publica ſigna.
A dmotus ſuperis diſcuſſa fugit ab ara
T aurus:& æmathios præceps ſe iecit in agros:
N ullaque funeſtis inuenta eſt uictima ſacris:
A t tu quos ſcelerum ſuperos:quas rite uocaſti
E umenidas cæſar:ſtygii quæ numina regni:
I nfernumque nefas:& merſos nocte furores.
I mpia tam ſæue geſturus bella litaſti.
I am dubium mōſtris ne deum:nimio ne pauori
C rediderint:multis concurrere niſus olympo
P indus:& abruptis mergi conuallibus æmus.
E dere nocturnas bellis pharſalia uoces.
I re per oſſæam rapidus boetida ſanguis:
I nque uicem uultus tenebris mirantur opertos.
E t pallere diem:galeiſque incumbere noctem.
D efunctoſque patres:& cunctas ſanguinis ūbras
A nte oculos uolitare ſuos: ſed mentibus unum
H oc ſolamen erat:quod uoti turba nefandi
C onſcia quæ patrum iugulos:quæ pectora fratꝝ
S perabat:gaudet monſtris mentiſque tumultu.
A tque omen ſcelerum ſubitos putat eſſe furores.
Q uid miꝝ populos quos lux extrema manebat
L ymphato trepidaſſe metu? præſaga malorum
S i data mens homini eſt:tyriis q gadibus hoſpes
A diacet:armeniumque bibit romanus araxem:
S ub quocunque die:quocunq; eſt ſydere mundi



Ignorat cás.ſ.mœtoris. Corripit:reꝑhēdit. Euganeo ſi uera fides:dicit etiam ī Apono uico Venetiæ Cornelium augurem fuiſſe qui futurum bellum prænūciauit:& ultimum tempus ueniſſe dixit:quo magnum diſcrimen īperii Romani aderat:ná Cæſarem & pompeium:de ſumma rerum certare dixit. hiſtoria ē apud Plutarchū & gelium in.xiiii. Euganeo monte a populis Euganeis ſic dicto:q ibi olim habitarūt: ná Liuius idē oſtendit:nam & troiani eas tenuere terras euganeis pulſis. Aponus:uici nomen:quod ad noſtram uſq; ætatem nomē obtinuit patria Liuii.Martialis:cenſet̃ aponi Liuio ſuo tellus. Fumifer:quia ubi balnea calida ſunt quæ fumū exhalant. Atq; antenorei: multi credūt hic erraſſe lucanum: ſed excuſari poteſt:non enim dixit antenorei timaui:q timauus ſit prope patauium: ſed antenorei dixit per quem antenor nauigauit ī Italiam:non enī apud Antenoridas eſt timauus:eſt autem timauus uenetiæ flu. concordiæ atque tergeſtæ oppidis proximus ex monte quidem grandi:qui nouē ora effuſus:ampliſſimum ante alia fontē facit:ex quo tandem uno exiens alueo in adriacum fundit̃ mare ī ſinu tergeſtino:& Antenor ī italiam ueniens:per hunc amnem ī adriaci ſinus mare penetrauit.

Sūma dies:q̃ ultima erat populi Romani. Seu tonitrus: & unde hoc bellū īſtare augur cognouit? Notauit: obſeruauit tonitrus qui bellū īdicabant. Tela præſaga.i.prænūcia mali fulmina.

Seu diſcordi.ſeu ſydera cæli diſſenſere a curſu ſuo:q uidelicet curſum ſuū ſtellæ a diuina prouidentia īpoſitum minime ſeq̄rent̃. Totū æthera:uniuerſas ſtellas.

Polos:arcticū & antarcticū. Numē: planetas:ſiue Iouis:ſiue martis: ſiue Mercurii. Solis ī obſcuro:q ſol ꝓter naturá æclypſim pateret̃. Diſſimilem certe:certe ſiue hoc ſiue illud notauit:manifeſtum eſt diem illum fuiſſe cæteris diebus ualde diſſimilem. Dié the.i.quo pugna theſſalica geſta ē. Si cūcta. p. & uſq; adeo diſſimilis fuit:ut ſiqs ſigna illius diei diligenter obſeruaſſet:adhibito augure perito:facile ītelligere poterat pugnam q̃ īſtabat. Pe.cūcta.i.q cuncta & artem omnē augurii cognouiſſet:eſt enī ſynecdoche.

Notaſſet:obſeruaſſet. Phar.i.pugna ī pharſalia geſta. O ſummos hoīum: nūc Luca.apoſtrophat ad Romanos oēs dicit enī Romanos ſummos oīum populorū:q deos etiá ſollicitent ī uariatiōe fortunæ ſuæ:ut ipſis numīe quoq; uacēt & ſigna ubiq; pæſtēt fortunæ imperii romani. Fortuna per urbem ſigna dedit:ná qa mutatio futura erat: ideo ſigna undiq; apparuere. Vacauit:operá dedit. Siue ſua tantum:Tátum īquit momenti reſ Romanæ habuere:ut cum hæc audiētur:fama ipſa uulgáte:inter ſpem & metum dubii erūt homines:quaſi nōdū hæc pugna fuerit:ſed paulopoſt futura ſit. In ſæcula:ī gentes ſero naſcituras. Sua fa.fama magnitu[illegible] ſpem [illegible] uulgáte. Penturaq; uota mouebūt.ſ.hoīes quaſi nōdū euenerint:ſperabūt ut uicát:& metuēt:ne uicant̃. Et adhuc.ſ.poſt mortē tuam. Miles ut aduerſo:nūc dicit quomō aciem īſtructá ī planum duxerit Pompeius.

Miles:Pompeianus. Ab aduerſo phœbi:qa repcuſſis armis a ſole:ſplēdorē & fulgorem undiq; mittebát Lumine:fulgore armorū. Nō temere:qa ſuo qſq; ordie ſtetit. Infelix:uno uerbo exitū rei ſignificauit. Cornus tibi cura:átiq dicebát hic cornus us.nui.ī eadē ſignificatōe ī q̃ & nos hoc cornu cornu. Tibi numīe:ſed ī dextro cornu Domitius cōſtitit:q bellicoſus erat:ſed īfelix:ná apd' corphinū uictus ē. Frós.d.t.dextꝝ cornu.

M œret:& ignorat cauſas animumque dolentem
C orripit:æmathiis quid perdat neſcit in aruis.
E uganeo(ſi uera fides memorantibus)augur
C olle ſedens:aponus terris ubi fumifer exit:
A tque antenorei diſpergitur unda timaui.
V enit ſumma dies:geritur res maxima dixit.
I mpia concurrunt pompeii & cæſaris arma.
S eu tonitrus ac tela iouis præſaga notauit:
A ethera ſeu totum diſcordi obſiſtere cælo.
P roſpexitque polos:ſeu numen in æthere mœſtū
S olis in obſcuro pugnam pallore notauit.
D iſſimilem certe cunctis quos explicat egit
T eſſalicum natura diem:ſi cuncta perito
A ugure mens hoīum cæli noua ſigna notaſſet:
S pectari e toto potuit pharſalia mundo.
O ſummos hominum: quoꝝ fortuna per orbem
S igna dedit:quoꝝ fatis cælum omne uacabat.
H æc & apud feras gentes: populoſque nepotum
S iue ſua tantum uenient in ſæcula fama.
S iue aliquid magnis noſtri quoque cura laboris
N ominibus prodeſſe poteſt:cum bella legentur:
S peſque metuſq; ſimul:ꝑituraq; uota mouebūt:
A ttonitique omnes ueluti uenientia fata:
N on tráſmiſſa legēt:& adhuc tibi magne fauebūt.
M iles ut aduerſo phœbi radiatus ab ictu
D eſcendens totos perfudit lumine colles
N on temere immiſſus campis ſtetit ordine certo
I nfelix acies:cornus tibi cura ſiniſtri
L entule:cum prima quæ tum fuit optima bello
E t quarta legione datur: tibi numine pugnax
A duerſo domiti dextri frons tradita martis.

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

At medii robur belli fortiſſima denſant
Agmina:quæ cilicum terris deducta tenebat
Scipio:miles in hoc:libyco dux primus in orbe.
At iuxta fluuios : & ſtagna undantis eniphei
Cappadocum mõtana cohors:& largus habenis
Ponticus ibat eques:ſicci ſed plurima campi
Tetrarchæ regeſque tenent:magnique tyranni:
Atque omnis latio quæ ſeruit purpura ferro.
Illuc & libye numidas & creta cydonas
Miſit:ithyreis curſus fuit inde ſagittis:
Inde truces galli ſolitum prodiſtis in hoſtem:
Illic pugnaces commouit iberia celtas.
Eripe uictori gentes & ſanguine mundi
Fuſo:magne ſemel totos conſume triumphos.
Illo forte die cæſar ſtatione relicta:
Ad ſegetum raptus moturus ſigna:repente
Conſpicit in planos hoſtem deſcendere campos,
Oblatumque uidet uotis ſibi mille petitum
Tempus in extremos quo mitteret omnia caſus.
Aeger quippe moræ:flagranſq; cupidine regni
Cœperat exiguo tractu ciuilia bella
Vt lentum damnare nefas:diſcrimina poſtquam
Aduentare ducum:ſupremaque prælia uidit:
Caſuram fatis ſenſit nutare ruinam.
Illa quoque i ferrum rabies promptiſſima paulũ
Languit: & caſus audax ſpondere ſecundos
Mens ſtetit in dubio:quam nec ſua fata timere

At medii ro.dicit ĩ media acie conſtitiſſe ſcipionem. Denſant:nam mediã aciem denſis militibus ualidio rem reddebant. Miles in hoc:ĩ theſſalia ubi ſub Pompeio militabat. Sed dux in orbe libyco:nam prouincia Libya demãdata erat ſcipioni a ſenatu populoq; Ro. At iuxta flu.dicit aũt equitatũ ĩ locis campeſtribus poſitũ fuiſſe:qui procul erat a flu.nam fluminibus tota theſſalia ferme inundat. Largus habenis.i.cito fugiturus. Sed ſicci:ſed in locis procul a fluminibus conſtiterant reges & tetrarchæ:qui dicuntur quattuor ꝓuinciarum ꝑfecti:aut q quartam unius regni ꝑtem obtinent. Purpura:habitum ꝑ perſona poſuit. Seruit: domita armis italis. Illic & numidas: poſt q̃ generaliter dixit de populis quibus ĩ locis conſtiterant a flu.remotis nunc ſpecialiter dinumerat. Numidæ:ſunt populi libyæ. Cydonas : populos cretæ: quæ (ut inquit Solinus)prima remis & ſagittis potuit. Curſus fuit .i. ſagittarii poſiti ſũt. Ithyreis ſagittis.i.pthicis:nã parthi ſunt ſagittandi peritiſſimi:ideo ithyrei dicũtur ab ἰθύνω extendo.Virgil.ithyreos taxi torq̃ntur in arcus. Truces galli: qa diu hoſtes fuerũt Cæſaris:nam per decennium Cæſar galliã domuerat. In hoſtẽ: contra Cæſarem. Iberia celtas.i. celtiberos:nam celtæ populi ſunt galliæ : qui cum in iberiam ueniſſent:permixti ex diuerſis gentibus populi utrinque nomen obtinuere:& a celtæ & iberi cõpoſiti ſunt celtiberi. Commouit:in auxilium Põpeii miſit. Eripe uictori gentes: occide inquit omnes o Pompei quando de his uictis Cæſar triumphabit. Conſume. ſ ante totos triumphos.i.quos de ruis gẽtibus conſecuturus ẽ Cæſar: ſed tuo potius iuſſu iterfice gentes. Illo forte die: nunc oſtendit quam ad iopiam redactus erat Cæſar:quia uidelicet commeatus rerum oĩum inopia laborabat:uſq; adeo:ut cogeretur etiam ſegetes ex agris nõdum maturas rapere:& quo die aciem iſtructã duxit Pompeius:eodem cæſar frumentatum milites mittebat. Signa.i.moturus milites ſuos. Statione relicta.i. caſtris Pompeii. Conſpicit:ex improuiſo ſtructo agmine uidit hoſtes aduentare.

Mille uotis:quod inumerabilibus uotis petierat. In extremos caſus:ad ultimam pernitiem ſeu uinceret:ſeu uiceret̃.

Aeger:& aĩo & corpore dicit̃:qa more ĩpatiẽs erat paruum etiam iteruallum damnabat:quaſi impium eſſet. Vt len.i.tanquam tardum. Aeger:ĩpatiens:ſignificat mœſtũ:ideo quia mœſtus impatiens moræ erat. Cupidine regni:ut unus omnia gubernaret. Exiguo tractu:ideſt parua dilationis mora. Diſcrimina poſtquam:ſed quãquam omnibus uotis optaret ciuile bellum Cæſar:tamen ut uidit inſtare periculum non potuit non timere:hinc quidem cõfidebat fortunæ ſuæ:ĩde uero dubitabat:quod pompeium uiderat ſæpiſſime ſecũda fortuna uſum & ex hoſtibus uictoriam reportaſſe:quantum ad fortunam ſuam expectabat:ſpem habebat:quantum ad fortunã Pompeii pertinebat:non parum dubitabat. Aduentare ducum:inter ſe & pompeium adeſſe: ut Cicero in epiſtolis nondum erat auditum te ad italiam aduentare.i.adeſſe. Nutare:minari:nam tunc magna moles minatur ruinam:cum nutat.i.concutitur:eſt ergo ſimilitudo ſumpta a mole ruinam minanti. Rabies: ſcilicet Cæſaris. Languit:torpuit. Et caſus:quanquam fortunæ ſuæ plurimum confideret Cæſar:tamen non potuit non dubitare cum tantum periculum inſtaret. Mens:quanuis omnia ſibi proſpera permitterentur: tamen mens ſtetit in dubio. Quam nec ſua.Oſtendit rationem quare dubitabat:nam inter ſpem & metum conſtitutus erat.ex una parte:ſi conſyderes ſecundam formam Cæſari ſemper fuiſſe:cauſa erit cur ſperaret. At uero ex alia parte ſi uideres res geſtas Cæſaris & pompeii:etiam cauſa erat cur dubitaret.

Nec magni ſperare ſinunt formidine merſa
Proſilit hortando melior fiducia uulgo.
O domitor mundi rerum fortuna mearum
Miles:adeſt totiens optatæ copia pugnæ:
Nil opus eſt uotis:iam fatum accerſite ferro:
In manibus ueſtris quantus ſit cæſar habetis.
Hæc eſt illa dies mihi quam rubiconis ad undas
Promiſſam memini:cuius ſpe mouimus arma:
In quam diſtulimus uetitos remeare triumphos
Hæc eadem ẽ:hodie quæ pignora:quæq; penates
Reddat:& emeritos faciat uos marte colonos.
Hæc fato quæ teſte probet quis iuſtius arma
Sumpſerit:hæc acies uictum factura nocentẽ eſt.
Si pro me patriam ferro flammiſque petiſtis:
Nunc pugnate truces: gladioſque exoluite culpa:
Nulla manus belli mutato iudice pura eſt.
Non mihi res agitur:ſed uos ut libera ſitis
Turba precor:gentes ut ius habeatis in omnes.
Ipſe ego priuatæ cupidus me reddere uitæ:
Plæbeiaque toga modicum componere ciuem:
Omnia dum uobis liceant:nihil eſſe recuſo.
Inuidia regnate mea:nec ſanguine multo
Spem mundi petitis: graiis delecta iuuentus.

Nec magni:Quia ſicuti conſueuerat ipſe uincere:ita etiam Pompeius:tandem Cæſar metum diſſimulauit: & pectore ĩcluſum gerens fiduciam uultu oſtentauit:orationẽq; ad milites habuit plenam exhortationum.
Merſa.ſ.in pectore. Melior.ſ.quam metus. Proſilit.i.in medium ꝓceſſit:& his uerbis uſus ẽ ad milites.
O domitor mundi:& Quintilianus & cæteri omnes lucanum ĩ orationibus ſuis oratoribus magis q̃ poetis ãnumerãt:nã ſemper orationes maxima arte componit:ut in hac facit:nam omnia adſunt neceſſaria: ſuadet enim Cæſar & hortatur milites ad pugnam:& primo beniuolum ſe facit a perſona auditorum ex rebus fortiter geſtis:& a uoluntate fortiter gerendi.

Optatæ prælia pugnæ.i.q antea uotis optaſtis:nũc fer o aſciſſite. In manibus ueſtris:Locus beniuolentiæ ĩ auditores: cum oſtendimus quæ de illis ſpes eſt.

Hæc eſt illa dies:incipit nũc confirmare & arguere:nã arguit a partibus iuſtitiæ & iuris naturalis:cuius partem conſtat eẽ ueritatẽ.a ueritate ergo arguit:qa promiſerũt:ergo debent ſatiſfacere promiſſis:ut uerum ſit quod dixerit. Rubiconis ad undas:cum uos traiecturus eſſem. Promiſſam:dicendo:ne dubites o Cæſar:nos pro te pugnabimus cum tempus erit.

In quã diſtulimus Triumphos:ex gentibus quas uos uirtute ueſtra ſuperaſtis:ſi uiceritis nunc:tandem uobis reddent̃ triumphi. Hæc eadem:ab utili:utile eſt inquit ut pugnetis:quia ſi uictoriam reportabitis coniuges liberoſq; ueſtros:patrioſ penates:& bona omnia conſequemini.

Emeriti:milites ducũtur qui functi ſũt munere militiæ. Colonos: qui ſimul ac ſtipendia ueſtra perfeceritis:uos in coloniam duci iubebo:ut quod uirtute ueſtra peperiſtis id etiam poſſideatis. Hæc fato .q.t. Perſuadet a laudabili:quia ſi uiceritis omnes ueſtram cãm probabunt: uel dicatur ab honeſto:nam quod honeſtum eſt:eſt & id laudabile:ſed ſi laus ſeq̃tur & recti faciendi uoluntas duplicatur.

Fato.ſ.aliquo teſte:quia ſumpſiſtis arma. Quis iuſtius.i.cuius cã iuſtior fuerit:quia ſi uincitis arma iuſte ſuſcepiſſe uidebimini:ſi non uiceritis iniuſte. Si pro me patriam : Si antea inquit pugnaſtis pro patria : quo tempore in gallia fuiſtis:pro patria etiam uiciſtis:nunc magis pro me contra patriam pugnare deberis:ut cũcta uincatis. Truces:ideſt fortes. Exoluite:ideſt liberate. Gladios culpa:nã id quod antea tum ferro tum flammis peperiſtis:ut ideo patriam recuperaretis:nunc aſcribitur uitio. At uero ſi uiceritis:omnis culpa abolebitur. Mutato iudice:quia uicti uictoris iudicio damnabuntur. Nulla manus.ſ.illius qui uictus fuerit. Non mihi res agitur:rurſus ab utili non pugnatis inquit mihi:ſed uobis ego contentus ero uiuere priuata uita:dummodo uos regnetis:& uos ueſtrorum laborum ac cædium perpeſſarũ præmia tandem capiatis. Libera turba:ne in ſeruitutem Pompeii & ſuorum ueniatis. Gentes ut ius habeatis in omnes:non uobis dominentur:ſed uos cæteris. Plæbeiaque toga:beniuolum ſe ubique reddere debet orator:tametſi id magis fiat in principio cauſæ:capta occaſione dicit hoc: labores & pericula pro uobis ſubeo:quia quantum ad me attinet ſicuti plæbeius paratus ſum uiuere. At uero ut præmia habeatis laborum ueſtrorum:odio & inuidia mea uos regnare concupiſco. Componere : conſtituere. Modicum ciuem:ideſt humilem & moderatum. Omnia dum uobis:non recuſo ut omnes in me odium habeant:dummodo uos liberi ſitis & diu regnetis. Nec ſanguine multo:arguit a facili: & oſtendit utilitatem magnam eos conſecuturos pro labore: nam genus militum dicit eſſe Pompeii quod facile uincatur : quia ignaui ſint homines ludis ac palæſtræ dediti : ut Græci: ut Athenienſes in primis : deinde Barbari : qui oneri ſunt potius exercitui:q̃ utilitati:& ĩdignantur infenſis parere gladiis:quia uidelicet populi romani hoſtes perpetui fuerunt. Spem mundi:ut domini omnium rerum ſitis. Delecta:ex aliis electa.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Gymnaſia:erát loca ubi iuuenes exercebátur nudi:qui palæſtra ludebant oleo peruncti: ideo nudi pugnabát ut facilius e manibus elaberent́ a γύμνοσ nudus. Et uix arma ferens:p quod molles oſtendit. Mixtæ diſſona turbæ:qa ex diuerſis orbis partibus gẽtes atq; nationes erát í exercitu Pompeii. Nő illa tu. Quæ adeo íbellis eſt:ut non dicá arma ſtricta ſuſtinere poſſit:ſed nec clamorem quidem bellicum. Suum cla.quia ſuo ipſius clamore terrebitur. Ciuilia paucæ:pauci admodum erűt romani cum quibus pugnabitur. Pugnæ pars.m.l. eſt locus a iuſtitia & a partibus iuſtitiæ:quæ ẽ uindicatio:qa uidelicet pugnare fortiter debebűt cőtra barbaros:ut ulciſcátur iniuriam Romanorum:cũ illi perpetui hoſtes populi romani fuerint. Pugnæ.ſ.ueſtræ. Leuabit:liberabit. Obteret : opprimet Romanũ hoſtem:quia barbari occidentur & hoſtes populi Romani obterentur. Ite per igna.gen.quas facile uincere poteritis

Famoſa regna:quia fama tátummodo magni ſunt:re autem ignaui & imbelles.

Et primo ferri:Nam facile erit primo concurſu uincere illos omnes. Sitque palam:& nunc manifeſtum facite omnibus triumphos Pompeii:qui ter de gentibus triumphauit:nec bene,p uno triũpho ſufficerent:uidelicet gentes íbelles eſſe q̃ facile uinci potuerunt. Curribus:triumphis. Armenios ne mouet: dixit generaliter omnes imbelles eſſe:nunc ſpecialiter dicit hác gentem bellis minime idoneam. Creditis ne armenios curare uter nr̃m imperet neq; eni ipſi ſtudent fauere Pompeio:ut pro eo ſolo pugná inire uelit:qd enim ipſorum intereſt Pompeius uícat an Cæſar? Romana potentia:uidelicet an potentia Pompeii:an mei. Aut emptũ ſan.ne putetis barbaros uelle hoc ſibi conſtare magna mercede:ut pompeius uincat. Præponere magnum:ideſt præficere Pompeium iperio Romano. Quos nouere magis:omnes Romanos oderűt barbari:ſed eos imprimis quos magis nouerunt:nouerunt autem magis Pompeium a quo iniuriam acceperunt:quod tátum putant ſe debellatos a pompeio : ió qa ipſi pugnare nollẽt facile uincentur.

Sed me for. a cőtrario:cum illi omnes ignaui ſint:ut facile uinci poſſint. At uero uos cőmilitones ſemper uicere conſueuiſtis:ab attributo perſonæ arguit: uidelicet a caſu:quid euenerit:quid euenit:qd euẽturum ſit. Meorum : non barbarorum ſed ur̃m qui ſemper uincere cőſueuiſtis:& ego ſum uictoriæ ueſtræ teſtis. Tot bellis:Quia ibi multæ íſtructæ ſunt acies:nam gallos atq; germanos uicit Cæſar. Cuius nő militis:quaſi dicat:cuiuſlibet uiri:nam cũ pro me fortiter pugnabitis:cognoſcam arma ueſtra & cui præmia debeantur. Telumq; tremens:& ſi telum uidero:etiam ſi non uiſus fuerit ille a quo torquebitur:tamẽ ab ipſo telo militẽ cognoſcam. Tre.lan.uibrata. Tranſit.ideſt per aerem penetrat. Non fallar : ideſt optime noſcam. Quod ſi ſigna ducem:& ſi ueſtram uirtutem conſydero:quæ nunq̃ me ueſtrum ducem fefellit:nő dubito dicere uos uictores. Nunquá fallentia:quia quocũque ea duxi:ſemper uictores extitiſtis. Facies truces.aſperas:& timorem incutientes. Oculoſq; minaces:quia oculis furorem & ídignationem ueſtram contra hoſtes oſtenditis. Simul calca.t.pedibus ueſtris ſubiectos. Sed mea fata.m.nunc ſeipſum rep̃hendit: ꝙ adhortetur milites:cum minime ſit opus exhortatione cum ipſi per ſe incitati ſint. Spe trepido:quia ſpes ipſa me trepidũ facit:quod accidere ſolet. Virg.corda pauor pulſans:nam trepidi ſumus aliquando non metu:ſed ſpe q̃ noſtram mẽtem concitat. Haud unquá uidi:arguit ab attributo pſonæ:uidelicet a fortuna a caſu:ꝙ pſpa ſep euenerít:ergo ea nűc euẽtura ſpat. Tá ppe me.i.tá mihi ppitios eẽ deos. Limite.i.puo íterualló.

G ymnaſiis aderit:ſtudioque ignaua palæſtræ.
E t uix arma ferens: & mixtæ diſſona turbæ
B arbaries:non illa tubas non agmine moto
C lamorem latura ſuum : ciuilia paucæ
B ella,manus facient:pugnæ pars magna leuabit.
H is orbem populis:romanumque obteret hoſtẽ:
I te per ignauas gentes:famoſaque regna.
E t primo ferri motu proſternite mundum.
S itque palam quas tot duxit pompeius in urbẽ
C urribus:unius gentes non eſſe triumphi.
A rmenios ne mouet romaua potentia cuius
S it ducis? aut emptũ minimo uult ſanguine qſquá
B arbarus heſperiis magnum præponere rebus?
R omanos odere omnis : dominoſque grauantur
Q uos nouere magis : ſed me fortuna meorum
C ommiſit manibus:quorum me gallia teſtem
T ot fecit bellis : cuius non militis enſem
A gnoſcam? cælumque tremens cum lancea tranſit
D icere non fallor:quo ſit uibrata lacerto.
Q uod ſi digna ducem nunq̃ fallentia ueſtrum
C onſpicio : facieſque truces oculoſque minaces
V iciſtis: uideor fluuios ſpectare cruoris
C alcatoſque ſimul reges:ſparſumque ſenatus
C orpus:& immenſa populos in cæde natantes.
S ed mea fata moror:qui uos in bella furentes
V ocibus his teneo:ueniam date bella trahenti
S pe trepido:haud unq̃ uidi tam magna daturos
T am prope me ſuperos : campoꝝ limite paruo

A uotis:a uictoria. Ego,ſum cui:ſcilicet licet uobis donare quæcunq; tenent reges & populi:uidelicet regna:imperia:& diuitias. Mar.peracto:ideſt uictoria peracta. Quo ne poli motu:nunc arguit a neceſſitate:& ſecundum artem argumentum í fine ponit quod eſt ualidiſſimum.nam cum ſuademus aliquid eſſe honeſtum:facile eſt utile.at uero cum dicimus eſſe neceſſarium maius eſt:dicit enim aut uincendum uobis eſt:aut peundum : neſcio quo curſu ſyderum :cælum impellatur:ut hoc eueniat:ſcilicet an uincatis:an pereatis:ſi uiceritis domini.niſi uiceritis perituri eſtis.neceſſitas igitur impellit uos ut uincatis.Poli motu:nam ſtellarum motu inferiora reguntur. Verſo ſyd.curſu ſtellarum impellente. Oræ the.regioni theſſaliæ:quod in ſequentibus dicit. uidelicet aut merces hodie bellorum:aut pereundum uobis eſt:aut uincendum. Cæſareas ſpectare cruces:peroratio ẽ:quæ fit per indignationem conqueſtioni permixtam:nam locus indignationis eſt per quẽ oſtendimus quod factum eſt neceſſariũ. Indignatur enim ꝙ Cæſar cruci mittẽdus ſit:uel etiam cathenis ligandus. Effuſa: ideſt ſparſa:ut nec pudeat corpus meum membratim laniari. Septorum nefas.i. nefas campi martii.Nam ſylla in uilla publica:quæ erat in campo martio quattuor legiones iuſſit occidi:ut ſupra monſtratũ Septa dicuntur clauſtra campi martii: ubi uilla publica erat:uillam ideo uocabant ꝙ extra moenia poſita erat. Cum duce ſyllano:ideſt Pompeio:quem ſyllanæ crudelitatis imitatorem uocat. Veſtri cura mouet:hic locus ſine dubio eſt conqueſtiőis uidelicet per quem nő res noſtras ſed eorum qui uobis cari eſſe debent conquerimur. Nam me ſecura manet:& ſi animum noſtrum amplum & excælſum in omnibus paratum:& omnia eſſe facturũ : ſi qd accident:oſtẽdemus:ut hoc loco. Sors quæſita manu:qui uincere uoluerit:me uidebit manus mihi ipſi inferentem. Reſpexerit hoſtem:ideſt qui nondum uicerit hoſtem. Dii quorum curas:iterum locus conqueſtionis eſt:per quem oſtendimus animum noſtrum in alios miſericordem:& nos fortiter paſſuros eſſe:ſi qd aduerſi contigerit.audientium enim animi ad miſericordiam commouentur. Vincat quicunq; : quicunq; inqt clæmens futurus eſt & miſericors in hoſtes:ille uictoriam obtineat:& qui uictis parcere uelit. Quiq; ſuos ciues:ideſt uincat quicunq; credit ſuos ciues non ideo hoſtes eſſe:ꝙ arma eis conceſſa ſunt:nam id imperio alicuius fecere. Pom.in arcto.a.n.l.nunc e diuerſo per ignorantiam concludit oſtẽdens pom. fuiſſe ſæuum: & eſt locus per quem oſtendit uindicandum eſſe in eos qui non coacti:ſed uoluntarii arma ſumpſerunt:ná locus indignationis per quem oſtendimus de induſtria aliquid factum eſſe & uoluntario facinori ueniam præſtádam non oportere:e diuerſo:ſi uoluntarium non eſt:ueniam eſſe præſtandam.oſtendit autem Pom. ꝙ nő coactus:ſed ſpőte ciues occiderit.nam quo tempore ex munimentis:quibus cæ.circũdederat Pom aliquot ciues ro.occiſi fuerunt:ſed q̃quá ibi nefarius fuerit pom.tamen ita conuenit inter ſcriptores:ꝙ ſi uoluiſſet potuiſſet eo die Cæ.a Pom.debellari:ſed militibus iuſſiſſe:ut ciuibus parcerent:ſed uertit in contrariũ Cæ.ná oratorie arguit:ut quæ aliis commoda ſint:í ſuum commodum conuertat. Agmina noſtra loco:meminiſtis q̃ crudeliter Pom.uos occiderit:cum í anguſto eſſetis:nec uirtute ueſtra uti poſſetis. Vetita uirtute:qui uirtus ueſtra í locis anguſtis moueri non poterat. Vos tamen hoc oro:adhuc perſiſtit í eo:uidelicet uoluntario facinori ueniam dari non oportere.at uero his qui inuiti & coacti pugnauerint ultro ignoſcendum eſt. Vos igitur uolo o commilitones:ut quemcunque fugientem uideritis:hunc ciuem eſſe putetis:& ei ignoſcatis:& ſi poſſitis ipſum incolumem eſſe uelitis. Vos tamen:quáuis inſtigati eſſe debeatis contra Pomp qui magnam ueſtri partem occiderit. Sed dum tela micant:e diuerſo autem ſiue pater:ſiue filius fuerit:qui tela contra uos intendat:ipſum occidite:ſed fugientibus parcite.Illi enim oſtendunt ſe coacte:non ſponte pugnare. Vultus uerẽ. etiam uerendos:qui contra uos arma ferent ipſos inuadite. Cognata in pectora:ſiue uobis ſanguine con-

A bſumus a uotis . ego ſum cui marte peracto
Q uæ populi regeſque tenent donare licebit.
Q uo ne poli motu : quo cæli ſydere uerſo
T heſſalicæ tantum ſuperi permittitis oræ?
A ut merces hodie bellorum:aut poena paratur:
C æſareas ſpectate cruces:ſpectate cathenas.
E t caput hoc poſitum roſtris:effuſaque mẽbra.
S eptorumque nefas:& clauſi prælia campi.
C um duce ſyllano gerimus ciuilia bella
V eſtri cura mouet : nam me ſecura manebit
S ors quæſita manu:fodientem uiſcera cernet
M e mea:qui nondum uictum reſpexerit hoſtem.
D ii quorum curas abduxit ab æthere tellus
R omanuſque labor:uincat quicunque neceſſe eſt:
N on putat in uictos ſæuum diſtringere ferrum.
Q uique ſuos ciues:ꝙ ſigna aduerſa tulerunt:
N on credit feciſſe nefas.pompeius in arcto
A gmina ueſtra loco uetita uirtute moueri
C um tenuit:quanto ſatiauit ſanguine ferrum?
V os tamen hoc oro iuuenes:ne cædere quiſquam
H oſtis terga uelit:ciuis qui fugerit eſto.
S ed dum tela micant:non uos pietatis imago
V lla:nec aduerſa conſpecti fronte parentes
C ommoueant:uultus gladio turbate uerendos.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

iunctus pectora ueſtra petet. Seu nullum:ideſt ſiue non erit propinquus. Ignoti iugulum : habete ipſum pro ignoto hoſte. Sternite iam uallum:nolite inquit per portas caſtrorum exire:ſed euertite uallum: & eo animo ad pugnam prodite:ut uobis uincendum putetis:nec ruſus in caſtra redeundum : ut deuicto hoſte caſtrorum eius potiamini. Vallum:ne reſpectus caſtrorum uos faciat imbelles. Non ſparſa:ideſt diuiſa: ſed conferta in unum. Vallo tendetis:quia occurrebat illud ſi uallum euertimus:quo nam poſtea nos recipiẽus?

Tendetis:ideſt tentoria ponetis in illo uallo Pompeii:quod etiam factum fuit:ut ſcribit Plutar. hic uallus:& hoc uallum dicitur:ſed differenter. nã uallus dicitur palus:uallum uero dicitur tota munitio caſtrorum. Acies peritura: quia malo omine inietat. Vix cuncta locuto cæ. uix ſatis inquit adhortationẽ ſuam finierat Cæſar : cum ſe omnes ad ſuũ quiſq; munus præparauerũt:ut ſe pugnæ inſtanti accingerent. Viris ceres:ideſt ſe armis iſtruxerunt:& corpora cibo curarũt

Præſagia:ſcilicet uictoriæ:quia unuſqſq; animo uictoriã prædiuinabat. Stãt ordine nul. ipſi adeo in hoſtem ruebãt ut expectare nequierint:ut acies inſtruerẽt : ſed quo quẽq; impetus tulit:eo aciem direxit. Atqui Cæſar cornu dextrum. C. Antonius ſiniſtrum:Domitius caluinus medias acies regebat:auctore Plutarcho. Fatis:fortunæ : hoc pertinet ad oſtendendã cupiditatem pugnandi Militum qui non expectauerunt ut acies ſtrueretur. Si totidẽ magni:ideſt ſi quot milites erant:totidem cæſares fuiſſent:qui regnum & tyrannidẽ appeterent:non potuiſſent infeſtius inuadere hoſtẽ. Soceros magni.i. totidem cæſares. Totidẽq; petentes:ſicut petebat Cæ. Vidit ut hoſtiles. nũc dicit quomodo ſe Pom. habuerit ubi uidit ab hoſtibus ĩ ſe impetum fieri:nam pauor animum occupauit: deĩde preſſo metu milites ad contionẽ uocatos exhortatus eſt ad pugnam. In rectum exire:ex aduerſo ei occurrere. Diem:conſerẽdæ pugnæ. Gelato corde: unum ſequitur ex reliquo. nam ex pauore ſequitur frigus

Tantoq; duci:quantus Pompeius fuerat:qui ſemper ex hoſtibus uictoriã reportare conſueuerat: nunc autem in ipſo articulo belli cœpit timere: quod ſiniſtrum erat omen cladis futuræ. Premit metus: claudit & retinet. Virgilius. Spem uultu ſimulat:premit altum corde dolorẽ. Totumq; per agmen ſ.p hæc adhortatio eſt Pom. ad milites ſuos:ut ex eo facile intelligatur in deliberatiuo genere poſitam eſſe:nam finem habet ſuaſiõis deliberatiuum genus. ſuadet enim militibus ut uelint fortiter capeſſere pugnam:ſed primo beniuolentiam captat a perſona auditorum:cum fortiter gerere appetant & appetierint:appetiſtis inquit fortiter gerere:nunc ueſtris uotis occaſio datur. Veſtra dies:adeſt inquit occaſio benegerendæ rei:quam tantopere appetiſtis. Totas effun. uires. a facili:facile inquit eſt uobis debellare hoſtes:nam occaſio eſt data q; omnes in unum conuenerunt:ut ſimul ſemelq; omnes facile uincere poſſitis. Quiſquis patriam:ab utili:utile eſt inquit ut pugnetis:nam parta uictoria:patriam:parentes:uxores:liberos:ueſtraſq; domos recuperabitis. Medio po. poteſtis debellare cum omnia uideamus poſita in medio campo. Cauſa iu. m. ab honeſto arguit:uidelicet a partibus iuſtitiæ : quod dii omnes faueant res iuſtas poſtulantibus: uos autem arma ſumpſiſtis:ut patriam:deos:penates:leges atq; iudicia ſeruetis:& libertatem inuiolatam defendatis. ergo oſtendit fore ut ſi pugnauerint uictoriam ex hoſtibus conſequentur. Melior cauſa ueſtra:ſcilicet q̃ hoſtium qui pro tyranno nõ libertate arma ſumpſerunt. Regent:dirigent. Hoc ſanguine:quia ſancire eſt proprie ſanguine uictimæ aliquid confirmare.

Siue quis infeſto cognata in pectora ferro
Ibit:ſeu nullum uiolaret uulnere pignus
Ignoti iugulum tanq̃ ſcelus imputet hoſtis.
Sternite iam uallum:foſſaſque implete ruina.
Exeat & plenis acies non ſparſa maniplis.
Parcite ne caſtris uallo tendetis in illo
Vnde acies peritura uenit:uix cuncta locuto
Cæſare:quenque ſuũ munus trahit:armaq; raptim
Sumpta cereſque uiris:capiunt præſagia belli
Calcatiſque ruunt caſtris:ſtant ordine nullo:
Arte ducis nulla:permittunt omnia fatis.
Si totidem magni ſoceros:totidemque petentes
Vrbis regna ſuæ funeſto in marte locaſſet :
Non tam præcipiti ruerent in prælia curſu.
Vidit ut hoſtiles in rectum exire cateruas
Pompeius:nullaſque moras permittere bello :
Sed ſuperis placuiſſe diem : ſtat corde gelato
Attonitus:tantoque duci ſic arma timere
Omen erat:premit inde metus:totumq; p agmen
Sublimi prouectus equo:quem flagitat inquit
Veſtra dies uirtus:finis ciuilibus armis
Quem quæſiſtis adeſt:totas effundite uires.
Extremum ferri ſupereſt opus:unaque gentes
Hora trahit:quiſquis patriam caroſque penates:
Qui ſobolẽ ac thalãos:deſertaq; pignora quærit
Enſe petat:medio poſuit deus omnia campo.
Cauſa iubet melior ſuperos ſperare ſecundos
Ipſi tela regent per uiſcera cæſaris:ipſi
Romanas ſancire uolent hoc ſanguine leges

unde leges imolatione hoſtiarum ſanciebantur. Si ſocero dare regna:q; uobis faueant dii:cognoſcere poteſtis:q; ĩ hac ætate me icolumem ſeruarunt:ex quo manifeſtum eſt libertatem ac leges curæ eſſe diis. Dare regna ſocero:ideſt ut regni potiretur Cæſar. Non iratorum populis:q; ducem Pompeium ſeruarunt icolumẽ dii:iditium eſt ipſos uelle patriam ac libertatem icolumes eſſe: ſed qa urbi populiſque fauent hoc facere uoluerunt. Quæ uicere poſſent:a laudabili arguit:q; uidelicet Pom. omnes q ſunt ĩ urbe ſequuntur. Subiere pericula clari: etiam ſi ab iferis excitarẽtur priſci illi ac reip. amatores uiri:non dubium eſt qn partes noſtras ſecuturi ſint. Sacra ima. qa imagies priſcorum patrum repræſentant : q reipu. amatores fuerunt. Darent fa. i. ſi ita dii uellent: ut hi a mortuis reſurgerent. Curios. i. ſimiles curiis:ut curius:q contra pyrrhum regem epirotarum fuit iperator & q conſul una cum fabricio ipſum ad pacem petendam coegit:hic eſt ille curius q aurum a ſãnitibus allatum contempſit. dicens : ite & nuntiate curium malle habentibus aurum iperare:q̃ aurum poſſidere. Reduceſq; ca. i. ſimiles Camillo:q patriam e manibus gallorum eripuit:& reliqas ciuium quæ ĩ capitolio obſidebãtur:liberauit: & urbem ro. fere reædificauit. Decios:quorum pater bello latio:filius bello gallico pro ſalute reip. ſe deuouerant. Hic ſtarent:partes ueſtras ſequeretur. Prio gen. or. c. a facili:facile erit iqt hoſtes uicere:nam plures cum paucioribus pugnabunt. Prio. o. qa ĩ exercitu habebat pharnacem regẽ armeniæ:quem aliquãdo uicerat pom. & ĩ regnum collocauerat. habuit & alios reges plurimos ac dynaſtas (ut refert Appianus:) q partĩ ob iexperientiam:partim ob rẽs apud dyrrhachium feliciter geſtas elati animis Pompeium ad pugnam hortabantur. Cæſarem eos continue prouocantem & aciem iſtruentem oſtendentes. Pompeius e contra eos admonebat: id cæſari ex ĩopia ſumma contigere: ſtimulante deĩde exercitu:iuitus pugnam ut oſtenderet : inſtruxit:non ſine ſuo ſuadentiumq; periculo ac malo. Coactæ:congregatæ. Toto ſimul utimur orbe: uidelicet quodcũq; compræhenditur ſub circulo ſignifero. uidelicet ab auſtrali plaga:uſque ad ſeptentrionem:nam cum uertitur ſignifer circulus:ita uertitur ut nunquam diſcedat ab auſtrali plaga:& ſeptentrionem uſque pertigat: ideo tantũ duas partes aſcendit:ut non diſcedat a torrida zona:& illa quam pertigit eſt auſtralis:plaga ad quam nunquam accedit eſt ſeptentrionalis:dicit ergo quicquid habitabile eſt ĩ toto orbe terrarum:ĩde ad nos gentes peruenẽt: quæ nos & ſigna noſtra ſequentur. Sub noton & boream:ab auſtrali zona uſque ad ſeptentrionalem. Nõne ſuperfuſis:cum igitur tot gentes uobiſcum ſunt:quæ difficultas erit uniuerſum cæſaris exercitum circundare extenſis cornibus:& collectos ĩ medium ad unum omnes uſque ad iternecionem delere? Superfuſis cornibus:acies enim ſtruebantur ĩ modum cornuum. Paucas uictoria. d. pauci admodum erunt q uicant: nam cæteri clamore ipſo hoſtes comprimẽt præ nimia multitudĩe. Cæſar noſtris non ſufficit armis:ob nimiam militum ſuorum paucitatem. Credite pendentes: peroratio eſt qua auditores commouentur ad commiſerationem. locus eſt per quem res humiles:turpes:proferuntur q; uidelicet ipſa patria:uxores:liberi: parenteſque affuſi genibus ipſos ſuppliciter rogat:ut pro ſe & patria fortiter dimicare uelit. Credite:ideſt fingite animis.

Grandæuum ſenatum:ĩgraueſcentem ætate: ideo. Vetitum arma ſeq. Atque ipſa domini metuentem :& ipſam urbem romam credite uobis obuiam prodire:quæ ſupplex rogat:ut libertatem ſuam defendere uelitis

Metuentem dominum:tyrannum:cum iam pridem in libertatem uixerit. Credite qui nunc eſt: credite non modo parentes:ſed etiam poſteros precibus agere uobiſcum:ut ſe libertatemque ſuam defendatis. Hæc libera naſci:refertur ad illud quod dixit:populum futurum ideſt poſteri qui uolunt in libertate naſci. Hæc uult turba mori:ſcilicet qui ſunt præſentes. qui cupiunt uitam ſuam in libertate finire.

Si ſocero dare regna meo:mundumq; pararent :
Præcipitare meam fatis potuere ſenectam.
Non iratorum populis urbique deorum eſt:
Pompeium ſeruare ducem:quæ uincere poſſent
Omnia contulimus : ſubiere pericula clari
Sponte uiri:ſacraque antiquus imagine miles.
Si curios his fata darent:reduceſque camillos
Temporibus:decioſque caput fatale uouentes
Hinc ſtarent primo gentes oriente coactæ.
Innumeræque urbes:quantas in prælia nunq̃
Exciuere manus:toto ſimul utitur orbe.
Quicquid ſigniferi compreſſum limite cæli
Sub notõ aut borean hoĩum ſiml' arma mouẽus.
Non ne ſuperfuſis collectum cornibus hoſtem
In medium dabimus? paucas uictoria dextras
Exigit:at plures tantum clamore cateruæ
Bella gerent:cæſar noſtris non ſufficit armis.
Credite pendentes e ſummis mœnibus urbis
Crinibus effuſis hortari in prælia matres.
Credite grandæuum uetitumque ætate ſenatum
Arma ſequi : ſacros pedibus proſternere canos:
Atque ipſam domini metuentẽ occurrere romã
Credite qui nunc eſt populus:populũq; futurum:
Permixtas afferre preces:hæc libera naſci



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Siquis poſt pignorã tanta:locus indignationis eſt cum proferuntur res indignæ:ætate:fortuna: honore beneficiis quas paſſi uel perpeſſuri ſunt:ideo recte magis oratoribus:quam poetis aſcribitur Lucanus. Siquis orator res indignas priſtinis beneficiis:& ætate:oſtendit:commouet indignationem. Pignora:ideſt ſigna amoris:quia ab ineunte adoleſcentia:bene de republica pompeius meruerat. Voluerer ante pedes:ideſt proſterner pedibus ueſtris. Magnus niſi uincitis:oſtendit nunc res indignas ætate & fortuna. Deprecor:ideſt depello. Vt Naſo. Sæpe precor mortem:mortem quoque deprecor idẽ. Vltima fata: ideſt fortunã ultimæ ſenectutis. Tur.ex.car.an.ideſt articulos mortis:qa iam ſum in fine uitæ. Ne diſcam ſeruire ſenex:ne poſtquam ad ſenectutem peruenero : in ſeruitute uiuere incipiam.

Tam mœſta locuti:nunc dicit quo aĩo milites ſui fuerint audita oratione pom. dicit omnes incitatos eſſe ad pugnam: ut ſi moriendum eſſent:non recuſarent. Flagrant.ſ.ad pugnam. Locuti tam mœſta: cum ad commiſerationem moueret oẽs.

Placuit.ſ.ipſis militibus:ſi pom. timeret uera:uidelicet etiam ſi uerum eſſet: qđ inſtare uident:uicto.Pom deligebat potius mori:q̃ tantum nefas uidere. Vtrinque.ſ.a Cæ.& a Pom. Pari metu : ideſt pari impetu irarum. Irarum metus hos : pompeianos.uident enim ſeruitutem paratam eſſe omnibus: ſi uicti fuerint. Illos.ſ.Cæſarianos:qui ſperabant cum Cæſare regnare:ſi uincerent. Hæc facient dextræ:poeta antequam pugnam deſcribat ĩter utrunque geſtam:deplorat calamitate: non unius:aut alterius populi : ſed totius orbis terrarum.dicit enim tot milia uirorũ ac pugna cecidiſſe:quod omnis ætas reſarcire non poſſet. Nec humanum genus reparet omnibus annis : uſque ad extremum finem mundi recuperari non poterunt. Vt:quamuis. Vacet a ferro: ideſt quamuis bella nulla poſtea ſequantur.

Feret:pro auferet. Erepto natale : ideſt partibus:quia patres natalia ſunt filiorum: Tunc omne la.fa.no.erit:poſt bella ciuilia nomen latinum quod apud gentes maximam famam habet : tunc fabula erit.omnes enim latini nominis urbes uete paulopoſt euertentur: ut uix murorum ueſtigia remaneant:ſicuti etiam factum ẽ.

Hæc uult turba mori : ſiquis poſt pignora tanta
Pompeio locus eſt : cum prole & cõiuge ſupplex
Imperii ſalua ſi maieſtate liceret:
Voluerer ante pedes:magnus niſi uincitis exul
Ludibrium ſoceri:ueſter pudor ultima fata
Deprecor:ac turpes extremi cardinis annos:
Ne diſcam ſeruire ſenex:tam mœſta locuti
Voce ducis flagrant animi:romanaque uirtus
Erigitur:placuitque mori:ſi uera timeret :
Ergo utrinque pari concurrunt agmina motu.
Irarum metus hos:regni ſpes excitat illos .
Hæ facient dextræ quicquid non expleat ætas
Vlla:nec humanum reparet genus oĩbus annis:
Vt uacet a ferro:gentes mars iſte futuras
Obruet:& populos æui uenientis in orbem:
Erepto natale feret:nunc omne latinum
Fabula nomen erit:gabios ueioſque choramque
Puluere uix tectæ poterunt monſtrare ruinæ.
Albanoſque lares:laurentinoſque penates .
Rus uacuum:quod non habitet niſi nocte coacta
Inuitus:queſtuſq; numam iuſſiſſe ſenatus
Non ætas hæc carpſit edax: monumẽtaque rerum
Putrida deſtituit:crimen ciuile uidemus .
Tot uacuas urbes:generis quo turba redacta eſt
Humani:toto populi qui naſcimur orbe :
Nec muros implere uiris:nec poſſumus agros.

Tunc:poſt bella ciuilia. Fabula:ideſt nomen uacuum & inane erit. Gabios:nominat urbes latinas & has:quæ latini nominis celeberrimæ fuere:tamen uix ulla ueſtigia monſtrare poterunt. Puluere uix tectæ: quia ruinæ ipſarum urbium uix indicare poterunt ibi aliquando fuiſſe mœnia. Albanoſque lares : domos albæ appo.Rus uacuum quia ibi nemo hiabitabit. Niſi nocte:non habitabit inquit albanos lares quiſquam: niſi ſemel in anno:idque inuitus faciet ſenatus:& conqueretur hoc a numa fuiſſe iuſſum. Niſi nocte: latías ferias dicit quæ nocte albæ celebrabantur.nam Numa Pompilius inſtituit:ut latinæ feriæ quot annis nocte celebrarentur ad quas omne latium conueniebat:Vnde latinæ ſunt appellatæ: quod ſuperius oſtendit Lucanus ubi dicit.Nec non iliacæ numen quod præſidet albæ.Haud meritum latio ſolennia ſacra ſubacto : Vidit flammifera confectas nocte latinas. Non ætas hæc:non uetuſtas temporis:non peſtilentia:non terremotus : nõ alia clades:ſed ciuile bellum quod in campis philippicis geſtum eſt:hanc cladem intulit. Hæc carpſit ſcilicet oppida & mœnia urbium. Edax.ætas:quia tempus uetuſtate ſua cuncta conſumit. Virgilius. Tantum æui longinqua ualet mutare uetuſtas. Monumenta:hiſtorias & antiquitates rerum. Tot uacuas urbes: deploratio eſt ſtatus populi romani quo nam inquit redacti ſumus : nam urbs quæ antea orbis terrarum celeberrima fuit impleri non poteſt:non dico Romanis:ſed nec ruſticis quidem:nec colluuione omnique genere gentium permixta. Implere muros:ideſt frequentem urbem Romam reddere. Implere agros: ſcilicet agricolis:quia non ſunt qui agros colant. Vrbs:Roma quæ omnes gentes atque nationes capere poteſt. Iuncto foſſore:ſcilicet cum ciue iuncto ruſtico coluntur agri. Vel iuncto:ideſt compedito & ſignificat ergaſtulos.

Stat tectis putris auitis:& adhuc magnificentia ædium ſtat:ſed minantur ruinam omnes: qppe quæ uacuæ ſunt habitatoribus. In nullos ruitura:quia nemo habitat has domos. Nulloque frequentem:& Roma ipſa uacua eſt:& ad eam cladem peruenit:ut iam ſi uelit ciuile bellum gerere non poſſit : nam deficientibus ciuibus bellum ciuile geri non poteſt. Eo:ideſt ad id. Sed mundi.f.r.qđ ita mirum eſt ſi nulla domus antiqua Romanorum inuenitur:quia iam tunc defecerunt omnes:ſed a peregrinis tota Roma habitatur: ut Iuuenalis nõ poſſum ferre quirites græcam urbem:quamuis quota porcio fecis achææ. Fece:ideſt colluuione quadam gentium & hominum diſſimilium a romanis illis q rerum domini fuerant. Cladis eo dedimus:ideſt ad eã cladem redegimus. Cedant feralia.n.cãnæ:nemo ſit inquit qui nunc cannas deteſtetur:aut alliam flu.& alia loca ubi cladẽ romani acceperunt ab hannibale:quando inuentus eſt locus : ubi maiorem cladem romani accepere.ſ.i phar. Cannæ:eſt uicus apuliæ ubi Hannibal qnquaginta milia romanorum cæcidit. Et damnata diu.r.nam dies illi nefaſti habebantur ubi cladem acceperant romani.faſti uero dicebãtur ĩ qbus cum populo romanis ius dicere liceret: nefaſti q nec fari:nec agi cum populo romano quicquam licebat. Ouidius primo faſtorum:Ille nefaſtus erit per quẽ tria uerba ſilentur.Faſtus erit per quem iure licebit agi . Damnata allia:ubi romanos galli cæciderũt:,& turpi fuga terga dare cogerunt. Tempora ſignauit:roma in faſtis notabat hos dies :& eos nefaſtos & pernicioſos eſſe uoluit: ſed hunc diem quo bellum ciuile geſtum eſt in faſtis non notauit quia libenter uellet ut omnis eius memoria aboleretur . Proh triſtia fata: conqueritur de diis qui tantum cladis intulere romanis : dicit enim q populi qui cæſi ſunt ĩ campis philippicis reſarcire potuiſſent clades illatas peſtilentia:fame:incendio:& terremotu.

Vrbs nos una capit:iuncto foſſore coluntur
Heſperiæ ſegetes : ſtat tectis putris auitis
In nullos ruitura domus:nulloque frequentem
Ciue ſuo romam : ſed mundi fece repletam
Cladis eo dedimus : ne tanto in tempore bellum
Iam poſſit ciuile geri:pharſalia tanti
Cauſa mali . cedant feralia nomina cannæ.
Et damnata diu romanis allia faſtis.
Tempora ſignauit leuiorum roma malorum
Hunc uoluit neſcire diem:proh triſtia bella :
Aera peſtiferum tractu:morboſque fluentes :
Inſanamque famem:permiſſaſque ignibus urbes
Mœniaque in præceps laturos plena tremores
Hi poſſent explere uiri:quos undique traxit
In miſeram fortuna necem:dum munera longi
Explicat eripiens æui : populoſque duceſque
Conſtituit campis:per quos tibi roma ruenti
Oſtendat q̃ magna cadas:quæ latius orbem
Poſſedit : citius per proſpera fata cucurrit.
Omne tibi bellum gentes dedit:omnibus annis
Te geminum titan procedere uidit in axem .
Haud multum terræ ſpatium reſtabat eoæ
Vt tibi nox:tibi tota dies:tibi curreret æther.
Omniaque errantes ſtellæ romana uiderent .

Morboſque fluentes:contagionem morborum ideſt eos q morbo contagioſo perierunt . Inſanamque famem:ideſt eos qui fame perierunt. Permiſſaſque ignibus:ideſt qui perierunt incendio. In præceps latinos:ideſt qui perierunt terremotum. Aera peſtiferum:nam aerem peſtiferum infectum dicimus qui reciproco ſpiritu inficitur:& ipſe cum peſtilentia implicitus fuerit:morbos generat. Plena:ſcilicet ciuibus. Tremores: terremotus. Vndique:ex omni regione. Traxit:ſcilicet ad theſſaliam. Explicat: extendit ſcilicet acie ſtructa. Munera longi æui.uidelicet genus humanum quod longo tempore natum fuerat. Conſtituit:ideſt inſtruxit campis.nam ex multitudine populorum qui in bella ciuilia uenerant pro parte Cæſaris & pompei:nunc tota occupatur theſſalia. Tibi roma ruenti:nam tolluntur in altum:ut grauiI lapſu caderent:ſicut ſuperius dixit.in ſe magna ruunt. Omne tibi bellum gentes:nunc oſtendit magnitudinem urbis romæ:& imperii illius magnitudinem:quæ in hoc ciuili bello fuit:quod ex eo coniici poteſt: quod ad illud bellum ex omni orbe terrarum gentes conuenerant. Omne bellum:ideſt omnes gentes tibi bella ciuilia dederunt. Omnibus annis:ideſt perpetuis:quia omnibus annis omnes gentes populus romanus ſubegit bello:& ſemper uictores fuerunt. Te geminum oſtendit quomodo bello ſubactæ ſint gentes omnes a populo romano. In geminum axem:ſeptentrionalem & meridionalem. Haud multum terræ:hoc dicit propter parthos orientales populos:quos nondum populus romanus imperio ſuo ſubegerat. Multum ſpacium:ſcilicet q tu bello ſubigeres. Vt tibi nox curreret:ut quicquid ſub curſu ſolis ac lunæ ac cæterorum planetarum circum agitur:id ſubito tuo iure eſſet. Nox:occidens. Dies:oriens. Errantes ſtellæ:ideſt planetæ uidelicet Saturnus:Iuppiter:mars:Sol:Mercurius:Venus:luna:a πλαρασαι quod ſignificat erro:dicti. Omnia erran. ſtellæ.r.u.ſignificat oĩa quæ ſignifer circulus ambit.i.plagas omnes habitabiles luſtrare



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

S ed retro tua fata tulit:par omnibus annis:
A emathiæ funeſta dies:hac luce cruenta
E ffectum ut latios non horreat india faſces.
N ec uetitos errare dacas in mœnia ducat:
S armaticumque premat ſuccinctus conſul aratro:
Q uod ſemper ſæuas debet tibi parthia pœnas.
Q uod fugiens ciuile nefas:redituraque nunquam
L ibertas ultra tigrim rhenumque receſſit.
A c totiens nobis iugulo quæſita uagatur
G ermanum ſcythicumq; bonum:nec reſpicit ultra
A uſoniam:uellem populis incognita noſtris.
V ulturis ut primum leuo fundata uolatu
R omulus infami compleuit mœnia luco:
V ſque ad theſſalicas ſeruiſſes roma ruinas.
D e brutis fortuna queror:quid tempora legum
E gimus?aut annos a conſule nomen habentes?
F elices arabes:medique:eoaque tellus:
Q uam ſub perpetuis tenuerunt fata tyrannis.
E x populis qui regna ferunt ſors ultima noſtra ē

Romam:& uidere ſub iure ſuo poſitas eſſe. Sed retro tua fata:ideſt quod omnibus annis a condita urbe uſq; ad hac diem pepereras: uirtute & armis uno die perdidiſti. Tua fata:uidelicet iperii.ſicut Virgilius ex illo flue re:ac retro ſub lapſa referri. Fata tulit:fata quæ antea proſpera cedere.ſolebant:nunc aduerſa eſſe cœperunt.
Par funeſta dies:quia una dies abſtulit quantum omne æuum dederat. Hac luce cruenta:ideſt die luctifi ca effectum eſt ut reges orientis:qui ſub tua poteſtate erant:iam tua iura non timeant o Roma. Latios faſces: italum imperium:quia faſces erant iſignia conſulis.Conſul autem ſummum imperium gerebat. Dacas:po pulos uergentes germaniam uerſus:& ad iſtri fontes:quos olim dauos uocatos di cit Strabo.ex quo apud athenienſes dauo rum & getarum nomina ſeruilia plurimũ abundabant. In mœnia:ut iam non de uicat dacas populus romanus de quibus uictis triumphans eos i mœnia ducat.
Veritos errare:ne quocunque uelit du cant exercitum & ſocios populi romani d populentur. Sarmaticumque premat.i. ne conſul ducto limite expeditus ſarma tis finem præſcribat:quem tranſire nõ au deant:hic enim mos apud ro.fuit:ut cum gentes & ciuitates debellaſſent: ſuccictus conſul aratro ſulcum ducebat:& fines de uictis populis præſcribebat. Premat ara trum:ut limite ducto fines præſcribat ſar matis. Quod ſemper ſæuas: ideſt ꝙ par thi nondum pœnas dederant iniuriæ & cladis illius quam itulerant occiſo craſſo.
Debet tibi:quia nondum dederat pœ nas.ergo tibi debet. Quod fugiens ci uile nefas:& eſt effectum ut libertas po puli romani:nunc ocyus Italiam deſerue rit:& i extremas uſque terrarum orbis re giones aufugerit. Ciuile nefas:ꝙ bellũ ciuile fugeret:quaſi abhominãdum nefas
Vltra tigrim rhenumque receſſit: ideſt armeniã & Germaniam. Quæſita.ſ.libertas.appo.germanum ſcythicumq; bonum ideſt libertas:quam to tiens morte ipſa & ſanguine noſtro quæſiuimus:effecta eſt ſcythiæ ac germaniæ bonum:quod a nobis diſceſſit
Iugulo:ideſt morte noſtra:quia libertati mortem poſtponebamus. Scythicum bonum:quia nunc germa ni:& ſcythæ liberi ſunt cum nos ſeruiamus. Nec reſpicit ultra auſo:amare hoc dicebat contra Neronem. Vel lem populis:uellem inquit iam tum primum deſeruiſſet urbem Romam libertas:ut nunquam poſtea rediiſſet: cum ab initio urbs Roma condita fuit a fratribus Remo & Romulo:nam ſi nunquam liberi fuiſſent ro.æquio ri animo nunc ſeruitutem ferrent:ſed ſemel guſtata libertatis dulcedine:uix ſeruitutem nunc tolerare poſſunt.
Vt primum.ſ.qui primum inuento aſylo:romulus urbem condidit:nunquam libertatem urbs Roma no uiſſet. Leuo uolatu uulturis:quia condita urbe cum fratres inter ſe certarent Romulus & Remus: uter eo rum urbi nomen imponeret:nec enim ætas diſcretionis cauſa fuerat:cum gemelli eſſent.placuit auſpicio cogno ſcere uoluntates deorum.Romulus igitur Auentinum montem ad augurandum cœpit:& Remus palatinũ. Primum igitur Remo ſex uultures apparuerunt:deinde Romulo.xii.adhuc certamen eſt:nam dum quærunt fi nem certamis iponere:idc exorta eſt certamis occaſio:nam cum nomen urbis ad ſe traheret Remus:ꝙ ſibi pri us ſex uultures apparuiſſent:& ſibi hoc uſurpabat Romulus: ꝙ q̃uis prius illi apparuiſſent : ſibi.xii. apparuiſſe aſſeuerabat:Ille igitur tpe ſe potiorẽ eſſe uolebat:hic uero numero:& ita exortũ eſt certamen ꝙ eo uſq; proceſſit: ut uictus a romulo remus a celere tribuno militum percuſſus occideretur. Leuo.i.ſiniſtro & iſelici. Vſq; ad theſſa.i.uſq; ad hanc cladem i theſſalia geſtam. De brutis fortuna queror:ꝙ brutus pulſis regibus urbem libera uit:ſed ſatius fuiſſet.ut nunq̃ liberata fuiſſet. Tẽpore legum e.nam libertas legibus gubernabatur:qui i liber tate ſunt ſub legibus uiuunt.at uero qui ſub regibus ſunt:non legibus reguntur:ſed uoluntate tyrannorum. Aut annos a conſule nomen habentes: nam a conſulibus dinumerabantur tempora apud romanos. Felices arabes: ſcilicet ſunt qui ſemper ſub regibus uixerunt. Mædi:populi orientis ſunt qui ſemper ſub regibus fue runt quorum rex ninus primus fuit.deidepulſis ciuibus tranſlatum eſt regnum in perſidem. Eoaque tellus: ideſt populi orientales qui ſub regibus uixerunt. Ex populis qui regna : nanque i hoc eſt deterior conditio no ſtra:quam ſunt populi q ſemper ſub regibus fuerunt:ꝙ illi nihil idignum putarent:quia ſemper aſſueti fuerunt ſub tyrannis.At uero nos pudet:qa cum liberi eſſe ſoleremus:nunc i ſeruitute poſiti ſumus. Ferunt:ſuſtinent.



Q uos ſeruire pudet:ſunt nobis nulla profecto
N umina:cum cæco rapiantur ſæcula caſu.
M entimur regnare iouem:ſpectabit ab alto
A ethere theſſallicas:teneat cum fulmina cædes?
S cilicet ipſe petet pholoen:petet ignibus œthen
I mmeritæq; nemus rhodopes : pinuſq; minãtes
C aſus:hoc potius feriet caput:aſtra thyeſtæ
I ntulit:& ſubitis damnauit noctibus agros.
T ot ſimiles fratum gladios:patrumque gerenti
T heſſaliæ dabit illa diem : mortalia nulli
S unt curata deo : cladis tamen huius habemus
V indictam:quam terris dare numina fas eſt.
B ella pares ſuperis facient ciuilia diuos
F ulminibus manes radiiſque ornabit & aſtris.
I nque deum templis iurabit roma per umbras.
V t rapido curſu fati ſuprema morantem
C onſumpſere locum:parua tellure dirempti:
I nde manus ſpectant:uultuſq; agnoſcere quærũt
Q uo ſua pila cadant:aut q̃ ſibi fata minentur.
I nde manum ſpectãt tẽpus quo noſcere poſſent
F acturi quæ monſtra forent : uidere parentes
F rontibus aduerſis:fraternaque cõminus arma.

Sunt nobis:Nunc epicuream quodãmodo ſentẽtiam pbat:qui dicũt deos non curare humana: pfecto ue rũ ẽ qd dicũt philoſophi.ſ.nullã humanarum rerũ curam deos habere:nam ſi humana reſpicerent non pateren tur tãtam indignitatem:ut tyranni ſubigerent gentes & populos. Mentimur regnare iouẽ:falſum eſt ꝙ iup piter regnet:ſiue qs alius deus. Caſu.i.fortuna. Spectabit ab alto eth.t.t.cũ.f.qa ſi uerum eſt ꝙ regnet iup piter fulminabit ne mõtes & tyrannos ſæuos relinquet incolumes? Scilicet ipſe petet pholoen:certe ſi deus ẽ:de cælo tãget montes:& nos cæteros relinquet itactos.ironicos. Nemus rhodopes.i.ſiluas thraciæ:nam rhodope mons ẽ thraciæ. Pinuſq; mi nãtes.i.altas pinus:nam qcqd altum ẽ ca ſum minat. Hoc.p.feriat caput. Ambi gue dixit:ſed itelligebat caput neronis:cũ caput urbẽ romã dicere uideretur. Aſ tra thyeſtæ itulit iuppiter fecit ut ſol obſcu raret:ne ſcelus duorũ fratrum uideret: ſci licet atrei & thyeſtæ:& clarũ ſolem lucere iuſſit:cũ non duo fratres:ſed totius orbiſ terrarum fratres ſimul in acie Romana cõ currerũt. Impulit aſtra thyeſtæ:Fecit ut Atreus dũ filium ad epulandũ thyeſtæ pa raret:medio die aſtra uiderent: nam me dio die nox facta eſt: & obſcurato ſole a tra apparuerunt. Argos:urbem græciæ cui dominabãtur atreus & thyeſtes.
Tot ſimiles fratrũ:duobus fratribus denegauit diem iuppiter: & tot fratribus q ſimul in theſſalia concurrerũt:lucem ſo lis cõceſſit:& non ſolum fratres fratribus concurrerunt:ſed filii cum parentibus qd atrocius eſt. Similes fratrum:ſicut fue runt atreus & thyeſtes. Patrũq; geren ti:qa & fratres in fratres filii in parẽtes cõ current. Mortalia nul ſunt cur.deo: p fecto uerum ẽ quod dicunt epicuri deos humana minime curare. Cladis tamen huius habemus:poſt deplorationem ur bis Romæ:nũc dicit q̃uis dii urbi hãc cla dem itulerit uel certe auctores fuerit:ut tã tum hoium periret:& quantum nũquam poſtea refici poterit:ipſi tamen nobis tan tas pœnas dederũt:quãtas dii hoibus da re potuerũt:nam Cæſares numen eorum occuparũt. Quantũ terris:nõ poſſunt dii maiorem pœnã dare hominibus q̃ ꝙ numen ſuum cõmunicent & diuinitatem. Dare terris: do tibi pœ nas:ſignificat patior:tu mihi das pœnas.i.pateris. Bella pares ſuperis:bella diis dedere:qa hæc bella fecerũt ut homines i deorũ numero haberẽtur:& ita uſurparent quod ſuum eſt. Diuos pares.ſ.hoies:ita enim iterp̃ tantur,q ſubtilius uim rerũ iueſtigãt:nam dii naturaliter dicũtur:diui qui ex hominibus facti ſunt dii. Fulmi nibus manes.i.Cæſares:ſicuti etiã factum eſt:nam ſtatua auguſti Cæſaris cũ fulmine & radiis pingebatur:& tẽ pla illi uiuenti cõſecrata ſunt:ut Horatius præſenti tibi maturos largimur honores:iurandaſq; tuum p numen ponimus aras. Iurabit Roma p umbras.ſ.hominum:qa nihilominus iurabimus per auguſtum Cæſarem: q̃ per iouem optimum maximum. Vt rapido curſu:Poſt deplorationem pugnam deſcribit:quæ inter Cæſa rem & Pompeium in campis philippicis geſta eſt:poſtq̃ inqt interuallũ illud dimenſi ſunt:quod erat inter du as acies:& ita ppinq fuerunt:ut iactus teli ab altera ad alteram aciem puenire poſſet:ſteterunt incerti:an ipſi te la mitterent an ſpectarent unde tela mitterentur. Conſumpſere. pertranſiuere locum & interuallum qd erat inter duas acies. Parua tellure dirempti:quantum ſpacium ictus teli poſſet tranſire:nam iter pharſalũ oppi dum enipheũq; fluuium manus conſeruere teſte appiano. Manum:ideſt cuius manus telum. Inde: ab aduerſa parte. Tempus quo noſcere poſſent:hoc tempus quo conſyderabant in quem tela coniice rent:aut in ſe coniicerentur:tempus fuit quantum pietatis & ſceleris commiſerint:nam quiſque plane uidit in quos tela ſua coniiceret:uidelicet frater in fratrem: filii contra parentes:& patres contra filios: Quæ mõ ſtra : nam monſtri loco habendum eſt : ut fratrem frater : filius patrem occidat. Frontibus aduer ſis:ideſt oppoſitis ex directo. Nec libuit mutare locum:ideſt adeo obſtinate bella ciuilia gerebant:ut lo cum mutare noluerint:ſed in loco ubi conſtiterãt aduerſi fratres fratribus:& filii parentibus cõſtitere.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tamen oía torpor:etiá q̄uis nō mutauerit locum:tamē tanta uis fuit charitatis:q̄ inter patres & filios ē: ut quodámodo manus torpuerit:nec poſſent:aut hic:aut ide incipere ṗlium:ſubit enim recordatio ueteris affinitatis atq; amicitiæ q̄ multa(ut iq̄t Appianus)& p̄clara,p̄ dignitate & gloria inuicē egiſſent:nūc aūt gladiis armiſq; cōtenderent:oēs quoq; ſub illis militátes ad ſimile bellorū facinus adducerent:q̄ eiuſdem eſſent charitatis: ciues ſimul cognati amiciq;:nōnulli frēs utraq; etiá ex pte lachrymas emiſiſſe refe̅t. Percuſſa pietate:q̄a pietas q̄ inter ſanguine cōiunctos eē ſolet:percuſſit uiſcera utriuſq; aciei. Ge idus.i.gelatus:nam ſanguis gelatus ingeſci͏t:cū aliq̄d contra naturam cogitamus:ut frater fratrē occidat. Pila parata:ut iamiá eſſent iuicem Pugnaturi.

Dii tibi non mortē:nūc deteſtatur illū q primus telum cōtorſit i aduerſam partē cui nomē craſtino fuit:ná cū ita conſtitiſſent icerti quid facerent:& pietate moti lāgueſcerent:ita locutus eſt craſtinus. Aut ego moriar o Cæſ. aut egregium facinus ædá:& ita occidit illum quem petiit: tum ſimul effuſo ſanguine oēs cōcurrerunt.

Dii tibi:nollem iquit:ut dii mortis pœnas tibi darent:ſed ſenſum pmitterent: ut itelligere poſſes q̄tum piaculi cōmiſeris.

Cunctis pœna:q̄a mors eſt cōis oíum pœna. Tinxit:madefecit. O præceps rabies:q̄tus inq̄t fuit furor huius craſtini: immo rabies:cum Cæſar a pugna ſe cōtineret:tamē hic primus auſus ē pugnā conſerere. Præceps ra.i.temeraria & icōſyderata. Tela teneret.i. ſe a pugna abſtineret. Tunc ſtridulus aer: poſtq̄ cruor emanauit:tum uero claſſica & cornua cecinerūt:& ſignum pugnæ dederūt: tantus deide clamor ſubſecutus eſt :quantus unq̄ antea auditus fuerat:& tantum uicini montes clamorem reddebant : ut ſuo ipſorum clamore terrerentur. Tum.ſ. pfuſo ſanguine. Stridulus aer:quia ſonus nil aliud eſt:niſi aer pcuſſus.unde philoſophi cū deſignant uocem ſic diffiniūt: Vox eſt aer tenuiſſimus ictus:q a pulmone trahitur:deide cum emittitur tenuiſſimus eſt. Lituus:eſt tuba incurua & uirga auguralis. Cœptaq; claſſica cornu : hoc dicit quia claſſica ſunt omnia iſtrumēta quibus belli ſignum datur. Tunc.ſ. uiſo ſemel cruore. Aethera.i.ad æthera q̄.p.i. Conuexa:ſuprema cæli:uel

N ec libuit mutare locum : tamen omnia torpor
P ectora conſtrinxit:geliduſque in uiſcera ſanguis.
P ercuſſa pietate coit : totæque cohortes
P ila parata diu tenſis tenuata lacertis :
D ii tibi non mortem quæ cunctis pœna paratur
S ed ſenſum poſt fata tuæ dent craſtina morti.
C uius torta manu commiſit lancea bellum:
P rimaque theſſaliam romano ſanguine tinxit.
O præceps rabies cum cæſar tela teneret :
I nuenta eſt prior ulla manus:tunc ſtridulus aer
E liſus lituis conceptaque claſſica cornu :
T unc auſæ dare ſigna tubæ:tunc æthera tendit:
E xtremique fragor conuexa irrupit olympi:
V nde procul nubes:quo nulla tonitrua durant.
E xcepit reſonis clamorem uallibus æmus :
P eliaciſque dedit rurſus geminare cauernis.
P indus agit fremitus:pangæaq; ſaxa reſultant.
O ſſææque gemunt rupes : uoceſque furoris
E xpauere ſui tota tellure relatas.
S pargitur innumerum diuerſis miſſile uotis
V ulnera pars optat:pars terræ figere tela :
A c puras ſeruare,manus:rapit omnia caſus.
A tque incerta facit quos uult fortuna nocentes.
S ed quota pars cladis iaculis ferroque uolanti
E xacta eſt:odiis ſolus ciuilibus enſis
S ufficit:& dextras romana in uiſcera ducit.

antra olympi montis intelligit. Quo:ad quem. Nulla to.d.dicit clamorem uſq; ad olympū perueniſſe : cum tamen eo nubes peruenire non poſſint:& ita notatum eſt a philoſophis:nam in ſummo montis olympi cinerem ſtrauerant:litteraſque & quaſdam figuras depinxerát:& perfecto anno redeuntes litteras inuenerunt: adhuc in cinere deſignatas:ex quo depræhenderunt:nec nubes:nec uentos ad cacumina illius montis peruenire. Aemus excepit clamorem:naturale eſt ut ſi clamor ſiat & ſonus iuxta montes:illi percuſſi uoce:uocē reddant,ppter eccho. Peliaciſque dedit iterum geminare cauernis:quia uox & clamor repercuſſit æmum : & æmus pelium reſonare fecit. Geminare.ſ.clamorem. Peliacis cauernis:ideſt pelio concauo: q mons aut inde procul eſt. Reſultant:reſonant omnes. Voceſque furoris expauere:& Romani ſuo ipſorum clamore territi ſunt. Relatas:redditas. Innumerum miſſile:innumerabilia tela miſſilia;ſingularis pro plurali Optant uulnera.i.uulnerare illum i quem telum m ſerit. Pars terræ figere tela:alii uero pietate moti cupiebant ſuum telum iritū mittere. Puras.i.immaculatas. Rapit omnia caſus:q̄uis ita cuperent:alii uulnerare:alii uero non:tamē non erat ſicuti ipſi uolebát. Atq; incerta facit quos uult.i.facit fortuna ut tela uulnerent pro arbitrio ſuo. Sed quota pars cladis : quanuis tela miſerint uno concurſu : tamen parua fuit pars quæ eminus pugnauerit : plures cominus gladiis pugnabant : quam eminus haſtis. Solus ciuilibus enſis : quia pugnabant cominus:ut hæret pede pes:denſuſq; uiro uir.



Pompeii denſis acies:deſcribit qua arte Pompeiani uſi fuerint aduerſus Cæſareos:dicit enim ipſos teſtudinē feciſſe:eſt enim militaris artis:cū hoſtes uiderint nimium inſtare telis & ſcutis i unum quandam quaſi teſtudinē imitētur:ut nulla parte tela ad militum corpora tranſire poſſint. Appianus dicit phalangem in medio rexiſſe Scipionem Pompeii ſocerum;in ſiniſtro cornu domitium:in dextro Lentulum conſtitiſſe. Afranium ac pompeium exercitus curæ præfuiſſe. Cæſari uero duces affuiſſe ſyllam antonium & domitium: Cæſarem ipſum ut aſſueuerat legioni decimæ præſediſſe. Denſis cateruis.i.in unum conſertis. In ſeriem:in ordinem. Iunxerat arma:arma proprie de ſcutis dicunt̄ eo q̄ armos tegūt. Nexis umbonibus: partem,p toto poſuit. Vmbo eſt pars dimidia ſcuti:dr̄ umbo quaſi umbilicus ſcuti. Vixq; habitura locum:adeo inq̄t dēſatæ erát acies:ut uix tantum interualli inter eos eſſet:quo tela mittere poſſent: immo dū hoſtem uulnerare uellent :metuebát ne ſe ipſos uulnerarent. Præcipiti curſu: At Cæſarei milites toto impetu ferebantur in pompeianos. Veſanū agmen:furens ſic t uecordem dicimus ſine corde. In denſos cuneos: in conſertos ordines pompeii:Cuneus proprie eſt acies in cunei modū ſtricta:nam cuneus eſt lignum quo utūtur agricolæ ad ſcindēda ligna i anteriori quidem parte tendit i acutū:in poſteriori i obtuſum:eodem modo ſolent duces ſtruere ordines ſuos: cū præcipue circūdan ab hoſtibus:erūpere uelit: Sed cuneus aliquando accipitur pro uno quoq; militum ordine ut hoc loco. Torta graues lorica cathenas op. hypallage ē: ideſt qua parte grauis lorica opponit tortas cathenas ſignificat plurimum ponderis habuiſſe:q̄a quanto grauior erat:tanto ualidior aduerſus ictus telorum:& eſt deſcriptio loricæ:nam lorica conſtat ex tortis cathenis:cathenas aūt tortas hamos dixit:q̄bus lorica ipſa nectitur. Subtegmine.ſ.loricæ.

P ompeii denſis acies ſtipata cateruis
I unxerat in ſeriem nexis umbonibus arma.
V ixque habitura locum dextras ac tela mouendi
C onſtiterat:gladioſque ſuos compreſſa tenebat.
P ræcipiti curſu ueſanum cæſaris agmen
I n denſos agitur cuneos:perque arma p hoſtem
Q uærit iter qua torta graues lorica cathenas
O pponit:tutoque latet ſubtegmine pectus.
H ac quoque puentum eſt ad uiſcera:totq; p arma
E xtremum eſt:q̄d quiſque ferit:ciuilia bella
V na acies patitur:gerit altera:frigidus inde
S tat gladius:calet oē nocens a cæſare ferrum :
N ec fortuna diu rerum tot pondera uertens
A bſtulit ingentes fato torrente ruinas.
V t primum toto deduxit cornua campo
P ompeianus eques:bellique per ultima fudit:
S parſa per extremos leuis armatura maniplos
I nſequitur:ſæuaſque manus immittit in hoſtem.
I llic quæque ſuo miſcet gens prælia telo:
R omanus cunctis petitur cruor:inde ſagittæ:

Extremū ē:uſq; ad extremum corporis tela puenibnat:& nō erat opus iterare uulnus ictum : q̄a letale uulnus ſtatim inferebant. Ciuilia bella.u.a.p.eo redacta res erat:ut a pompeianis nihil aliud fieret:niſi q̄ uulnerabantur oēs:a Cæſareis aūt bellū gerebat̄:illi uulnerabátur:hi uero uulnerabant. Inde.ſ.a pompe.

Stat gladius:q̄a non tīgitur calido ſanguine. Calet omne nocēs:q̄a milites Cæſaris:nec parentibus: nec fratribus:nec filiis parcebant. Nec fortuna diu.ſ diſtulit inclinare uictoriam ad Cæſarem. Abſtulit:pro diſtulit. Tot pondera uertēs.i.quū ageret̄ de uniuerſi orbis iperio. Fato torrēte:ideſt,pperáte in torrētis modū. Vt primum toto deduxit c.c.Nūc dicit quomō pugnádū cenſuerit pom.poſtq̄ uidit teſtudinē non obſiſtere hoſtibus:quominus multi ex ſuis perirent:dicit enim fretus multitudine militum pōpeius:ſicut etiá cum adhortaret̄ milites ſuos ad pugnam ſuperius dixerat.Nōne ſupfuſis collectū cornibus hoſtem in mediū dabimus?Memor ergo cœpit hoſtes in aciem ſtruere:& iuſſit eq̄tibus q i cornibus aciei cōſtiterát:ut extēderēt aciē: & a tergo circūueni ēt hoſtes. Sed Cæ.q rei militaris peritiſſimus erat:idq; ētc ogitabat futuræ: patos hēbat quoſdá milites ex totius exercitus robore:quos miſit ex tráſuerſo:ut uniuerſam Pō.aciē prūperent:oēs aūt eq̄tes ex acie ro.laſciui iuuenes atq; comátes erát:p̄cepitq; militibus ſuis Cæ.ut i hiſtoria cōtiet̄:ut p galeas iuuenū enſes ponerēt:q̄d cū illi uidiſſent facies ſuas deformari:ſtatī terga dederūt:deide pugna ſuſtineri nō potuit.

Toto cápo.i.ſpacio ubi pugnabát. Deduxit:in aduerſas ptes duxit:ut cigeret hoſtē pōpeianus eques.

Cornua.i.alas q̄ in cornibus cōſtiterát. Fudit.ſ.cornua. Per ultima belli.i.extrema.ſ.a tergo hoſtium.

Leuis armatura.ſ.pōpeiana. Leuis ar.i.equites q cornua extēdebant:ſecuti ſunt & pedites. Immittit.ſ. a tergo hoſtiū. Illic quæq; ſuo:cū ita utriq; cornua porrecta eēnt:tū iuſſu Pō.dicit tela undiq; miſſa fuiſſe:ſed p̄cipue eē ſagittarios ex oī natione barbarorū:q ſagittas nō i hoſtē dirigere uolebát:ſed in aerē:& tá dēſæ erant ſagittæ:ut quaſi q̄dam nubes cælū tegerēt:& q̄cūq; tela mittebantur:ad id mittebantur:ut romani occiderētur

Quæq; gens:ſiue parthia ſiue armenia ſiue pōtica:nam hæ nationes utuntur ſagittis. Cunctis .i. a cūctis telis eorum. Inde:ab his gentibus quæ cum Pom.erant. Spacioq; ſolutæ a.glandes etiam mittebantur a leuis armaturæ militibus;q̄ cū magno ipetu ferrent̄ i aerē:ſuo ipſarū glandiū q̄ plūbeæ erant ipetu: calebát : & calefactæ liqueſcebant. Tum:uidelicet poſtquam circumuenire Cæſaream aciem uiſi ſunt pompeiani.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ithyrei.i.parthi:ithyrei & arabes montanā regionē habēt:malefici oēs:q uero cāpos habēt agriculturā exerceꝛent.Sunt ithyrei(ut refert Strabo)nō longe a macra campo:in quo poſſidonius ſcribit uiſum fuiſſe ſerpentem mortuum.Iugeri longitudine:Craſſitudine tanta:ut equites ex utraq; parte aſtātes ſe inuicē tueri non poſſent Hiatu aūt tāto:ut hominem equo inſidentem reciperet exuuiarum ſquamam quālibet dypeo maiorē. Medi:populi q ualidos uicinos habēt armenios & pthos:a qbus ſæpe aliquid circūcidūtur:reſiſtūt tamē & ablata recuperant:quēadmodū ſimbacē ab armeniis receperūt:&(ut Strabo li.xi.refert)hoc medorū ē q̄q̄ nō omniū: ſed mōtanoꝝ eum in regē eligere q fortiſſimus ſit.Illud quoq; medorū eſt reges multas uxores habere:q mos & ad montanos & ad oēs pmanat:paucioreſ autē q̄ vii.nō licet. Arabes:oriētis populi quos ſubegerat Pompe.appo.turba minax.

Nuſq̄.r.ſa.ad nullum locū direxere ſagittas:ſed ī aerem. Rexere:pro direxere. Petitur:iplet́.ſ.ſagittis. Inde cadūt mortes:& ab aere ſagittæ cadebāt:q̄ mortē inferebant. Sceleris ſed crimine nullo:per ironiam:qa tantummodo cadebāt tela inter leuis armaturæ milites:nam tuti erāt barbari & armati:ut eoꝝ corpora uulnerari non poſſint:at uero Romani tela gerentes nullo loco tecti erāt: ideo ſagittis huiuſmodi figebātur. Circa pila: ideſt circa Romanos. Ferro:ferratis telis. Noxq; ſup cāpos:&denſata tela noctem ī cāpis īduxerūt. Tūc Cæ.metuēs: nūc dicit qūo cæſar arte uſus fuerit: & milites quos iá ante ad id p̄paratos habebat ex trāſuerſo miſerit ī hoſtes. Frons ſibi prima labaret.i.ne cornua labarent & mouerent́:nam cornua ſunt primæ frontes aciei:q̄ in modū cornu ſtruebant́:& quia Pompeiani extenſis cornibus ſuis:iá cornua ſua cæ.circūuenerāt:metuebat cæ.ne cornua ſua ab hoſtibus circūdata ī medio tenerent́ ideo aciem ex totius exercitus robore p̄patam e regione miſit q̄ facile diſſipauit hoſtes. Obliquas cohor.ex tranſuerſo mittēdas. Poſt ſigna:ne uideri poſſent. Incurſu.i.ob incurſum. In latus belli:ideſt in latera hoſtium. Nō motis cornibus:Quia cornua nondum circūuenta erant:ſed adhuc ītegra manebant. Immemores pugnæ n.p.t.ſimul atq; illi ex tranſuerſo uenerunt:Pompeiani milites:uidelicet barbari ſtatim in fugam conuerſi ſunt ut exemplum omnibus facerent:non poſſe ciuilia bella recte huiuſmodi gentibus committi:neq; eni ipſi uolunt morte ſua alterum uictorem fieri.Nam ſociorum copiæ(ut Appi.inquit)ueluti certaminis huius ſpectatores quidam acierum ordines formidine metuq; repleuerāt cū ſiniſtra Pompeii acies hoſtibus cedere:& iam moueri implicariq; cœpiſſet:in fugam uerſi nullo ordine clamare cœperūt:ſuperati ſumus:deinde tabernacula eorum ac caſtra ueluti aliena inuadentes:diripienteſque quocūque licuit uarie diſpergebantur. Immemores pugnæ:quia ſtatim fugere: Pudore:quia non puduit eos timere nec mori maluerūt q̄ fugere. At uero romanos puduit timere & mori potius uoluerunt in eo quo cōſtiterant loco:q̄ fugere. Vt primum ſonipes: proſeqtur dicere:quomodo equitibus uiriſq; fuſis:ſtatim Pompeianorum ſecuta eſt innumerabilis cædes.

Tranſfixus pectora:quia in ipſa corpora equorum tela mittebant. Regentis effuſi:ideſt equitis proni & in caput labentis. Ceſſit campis:e campis diſceſſit. Glomerataque pubes:nam equites erant ex nobilitate Romana. In ſua conue ſis:quia conuerſi ab hoſtibus in ſuam aciem ruebant cæci. Præceps:ideſt ī conſyderato curſu. Perdidit inde modum cædes:perdere modum nil aliud eſt: q̄ ſine menſura & ſine geri. Ac nulla ſecuta eſt pugna:nam pugna dicitur cum utrinque certatur:nunc uero pompeiani tantummodo cædebantur:& Cæſarei milites occidebant eos. Hinc:a Pompeio. Hinc a Cæſare. Nec ualet hæc acies:uix ſufficere poterant Cæſariani milites ad cædem Pompeianorum ex quo ſignificat innumerabilem eorum multitudinem fuiſſe. Proſternere: ideſt tantum occidere.

Inde faces & ſaxa uolant:ſpacioque ſolutæ
Aeris & calido liquefactæ pondere glandes.
Tunc & ithyrei medique arabeſque ſoluto
Arcu turba minax:nuſquam rexere ſagittas
Sed petitur ſolus qui campis imminet æther:
Inde cadunt mortes: ſceleris ſed crimine nullo
Externum maculant chalybem:ſtetit oē coactum
Circa pila nefas:ferro ſubtexitur æther.
Noxque ſuper campos telis conſerta pependit.
Tum cæſar metuens ne frons ſibi prima labaret:
Incurſu tenet obliquas poſt ſigna cohortes:
Inque latus belli qua ſe uagus hoſtis agebat
Emiſit ſubitum non motis cornibus agmen.
Immemores pugnæ nulloque pudore timendi
Præcipites:fecere palam:ciuilia bella
Non bene barbaricis unquam commiſſa cateruis.
Vt primum ſonipes tranſfixus pectora ferro:
In caput effuſi calcauit membra regentis
Omnis eques ceſſit campis:glomerataque pubes
In ſua conuerſis præceps ruit agmina frænis.
Perdidit inde modum cædes:& nulla ſecuta eſt
Pugna:ſed hinc iugulis:hinc ferro bella geruntur:
Nec ualet hæc acies tantum proſternere:quantum



Vt pharſalia: nūc īprecatur poeta deos:ut hac pugna barbari tātummodo pereant:& Ro.ciues ſuperſtites ſint:q rēpu.renouare poſſint:uel ſi diis placet:ut Ro.peāt:barbari ſaltem uiuant:qui poſtea facti ciues urbem Romā cōplere poſſint. Barba.p.f.ideſt effundit́ a corporibus barbaroꝝ. Non alio ſan.ſ.q̄ barbarorum.

Hic numerus.ſ.externoꝝ. Oſſibus.ſ.reſolutoꝝ corporum. Iſtis:externis. Galatæ:populi(ut Appianus refert)oriētales galatæ cū deiotaro tetrarcha uenerant.Paphlagonibus ad auſtrum ſunt galatæ:quorū gentes tres ſunt:ut inq̄t Strabo:duæ Trogini & Toliſtobogi a ducibus nominatæ.Tertia a gente quæ in celtica ē Tectoſages:hāc regionē poſt multos errores & multas excurſiones:in loca attalicis regibus & bithynis ſubdita galatæ occupauerūt:donec eam quæ nūc galatia ē: & gallogræcia dicitur ab illis non inuitis acceperūt. Cappadoces:populi q cum ariarathe rege uenerat teſte Appia.hic primus cappadocū rex nominatus ē: ut refert Strabo:cappadocia in duas partes a pſis diuiſa fuiſſe dr. Iberi orbis extremi: iberes ſunt iuxta colchon populi:ſed iberi.i.hiſpani ab ibero amne. Armeni: populi:inter taurū & caucaſum montes poſiti. Cilices:populi aſiæ quos deuicit Pom.q piratæ fuerūt:& quos nūc turcos appellant. Nam poſt ciuil a bella: iſti barbari uiuant:qa finitis ciuilibus bellis hi Ro.ciues facti urbē Ro.ciuilibus uiduatā iplebūt. Semel ortus in oēs:poſt imp̄catione poeta redit ad id quod omiſerat:uidelicet ut pugnam deſcribat: poſtq̄ igt timere cœperūt Pompeiani:timor ille per oēm aciē illoꝝ peruagatus ē:& ad oēſ pueniti ut ſibi unuſqſq; fuga cōſuleret.

Fatis.i.fata īclinata ſunt ī fauorē Cæſ. ut uictoriā obtineret. Ventū erat ad robur:uenerāt īgt ad cohortem p̄toriā: ubi robur Pom.erat:ibi eni cōſtiterāt ſenatores circa ducē:& ibi paulſp:qa robuſtiores erāt:ſubſtitit pugna Cæſ. nec uictoria tam celeriter ſubſecuta eſt. Ad robur.i. ad robuſtiores Pom.milites. Mediaſq; cateruas:nā mediā aciem ualidis milibus firmare ſolebant:ubi etiā īpator exercitus locū deligebat. Terrore uago.ſ.cū diſpſi ſunt ab eqtibus. Conſtitit hic bellū: hic Cæſar aliquandiu retentus ē ab impetu tuo. Fortuna: ſcilicet proſpera. Hæſit: ſtetit non perſecuta eſt pompeius. Non illic: reddit rationem q̄obrem uictoria cæ.ſubſtitit:non enim hic conſtiterant barbari:ſed Romani & ſenatores ipſi qui gladiis cominus pugnabāt aduerſus hoſtem. Illic.i.ī robore aciei. Regū auxiliis:non auxiliati milites a barbaroꝝ regibus miſſi gerūt bella illic. q;:p ſed. Manus togatæ.i.togatoꝝ romanorū. Mouere ferꝝ.i.dimicuerūt. Fratres.i.Cæſaris milites:qa milites fratres Romani:partim cū cæ.partim cum Pomp. dimicabāt. Hic furor:ubi fratres fratribus & filii parentibus bella miſcuerūt. Hic:in hoc loco ſcelus tuum fuit o Cæ.&'tua cā fratres fratrum ſanguine polluti ſunt:& filii parentum. Hanc fuge mens.p.b.alloquitur ſeip̄m poeta.O mea mēs inquit refuge hanc partem pugnæ deſcribere:neq; enim p̄ nimia īpietate poſſum tantū nefas exprimere. Tenebriſq; relinque.i.tacitam p̄termitte. Nulla ætas.ſ.poſterorum. Liceat multum: bene dixit liceat:non deceat:nam non omne quod licet:decet:licebat fratri fratrem:patri filium:filio patrē uulnerare:ſed tamen non decebat. Ah pereant potius lachrymæ. Quas auditores effunderent:nam ſi ego hanc crudelitatem non deſcribam:nulla commiſeratione legentes mouebuntur. Quicquid in hac acie: ideſt quicquid ſceleris & impietatis perfeciſti. Hic Cæſar rabies:&ubi Cæſar uidit pauliſper conſtitiſſe pugnam:nec ſuos ſicuti cœperant pergere:incœpit ipſe circuire ſuos:& quacunque parte uidebat timere militum animos eos adhortabatur: & ſi quem uidiſſet ſtrenue hoſtem occidere: laudabat eum: ſin autem ſegniter pugnare: uituperabat. Pereat ſcelus: ideſt ut a ſeipſo ſcelus compleatur.

Inde perire poteſt:utinam pharſalia campis
Sufficiat cruor iſte tuis:quem barbara fundunt
Pectora:non alio mutentur ſanguine fontes.
Hic numerus totos tibi ueſtiat oſſibus agros.
Aut ſi romano compleri ſanguine mauis:
Iſtis parce precor: uiuant galatæque:ſyrique:
Cappadoces:gallique:extremique orbis iberi:
Armenii:cilices:nam poſt ciuilia bella
Hic populus romanus erit:ſemel ortus in omnes
It timor:&ſatis datus eſt pro cæſare curſus.
Ventum erat ad robur magni:mediaſq; cateruas
Quot totos errore uago perfuderat agros.
Conſtitit hic bellum:fortunaque cæſaris hæſit
Non illic regum auxiliis collata iuuentus
Bella gerit ferrumque manus mouere rogatæ
Ille locus fratres habuit:locus ille parentes
Hic furor:hic rabies:hic ſunt tua crimina cæſar:
Hanc fuge mens partem belli:tenebraſq; relinque:
Nullaque tantorum diſcat me uate malorum
Quam multum liceat bellis ciuilibus ætas.
Ah pereant potius lachrymæ:pereantq; querelæ
Quicquid in hac acie geſſiſti roma tacebo.
Hic cæſar rabies populi:ſtimuluſque furoris
Ne qua parte ſui pereat ſcelus:agmine circum

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Atq; ignes:incitatis ipſis p ſe aís addebat etiam ſtimulos.    Ignes:irritaméta.    Qui niteant:primo aſpici
ebat gladios i manibus illorum & qui toti erát ſanguine perfuſi illos laudabat:& q mucrone tantum ticti erát
hos icrepabat.    Quæ pſſo tremat:ná alii tremétibus manibus hoſtem feriebát. Alii aũt audacter & uehemen
tius pugná gerebát:nam cũ ciuis i ciuem:aut frater in frattem:filius in patrem figeret telũ:pietate pectora con
cuſſa tremorem manibus iducebant:non eni tantũ nefas animi ſuſtinebant.    Preſſo.ſ.in corpora ſuorum.
Languida tela:ppe e manibus cadentia.    Contenta:directa tela.    Iubeati.ſ.ipſi Cæſari:cum iuberet &
hortaret' milites i hoſtem conſpiciebat qs
nam iperio ſuo pareret:& qs etiá torperet
Quis uultũ.c.p.m.qa cũ ciuis ciuẽ oc-
cidiſſet:deíde pœnitẽtia ductus:toto uul
tu pallore perfuſus:oſtendebat pœnitere
Obit:circuit.    Vulnera multorum.
Nũc dicit oppoſitione manuum Cæ.ipm
cópreſſiſſe ſanguinẽ multorũ:ut uiuerent
tantiſp:quoad hoſtes uicerent:nam ſi to
tus cruor effunderetur:uitam ducere non
poſſent.    Quacũq; uagat':Cæſarem nũc
marti:nunc bellonæ cõpat:non aliter cæ.
ſuos ad bellum icitabat q̃ mars ſiue bello
na icitare ſolet palladem ægiferam:hác ét
deá belli uoluere poetæ.    Sanguineum
flagellum.i.cruẽtum: utpote belli inſtru-
mentũ.    Biſtonas:populos thraciæ qui
bellicoſi ſunt:& eſt actũs græcus : biſton
biſtonos.    Sæuo uerbere.i.flagello.
Currus.i.equos curruí iunctos ná non
currus:ſed equi turbabant' uiſa gorgone :
cuius caput in ægide geſtabatur a pallade
nam ægide clypeo utebat' pallas & iuppi
ter: ideo ægis iouis ſiue palladis dr:quod
pelle amalthεæ capræ tectus erat : ná ᾱιξ
ἄιγὸσ captam ſignificat:nam ſicut in fa
bulis legitur uim tanti terroris habebat ca
put meduſæ:ut ſiqs illud apte uidiſſet:ſta
tim i ſaxum cõuertebatur.Nũc dicit quẽ-
admodũ bellona ægide territos pugnan-
tes excitat ad pugnam:ſic Cæſar ſiqs ex ſn
is cogitaſſet ſe in fugam uertere: i pugná
conuertebat.    Aegide palladia.i. clypeo
palladis i quo caput meduſæ geſtabat.
Nox igens ſcelerũ.dicit ibi permixtos
fuiſſe uiros:ut nõ facile diſcerneretur utri
Pompeiani eſſent:utri Cæſariani.    Nox:ideſt cæcitas & ignorantia ſcelerum.    Inſtar gemitus: qa gemitus
ita effundebant:ut uoces imitarent'.    Pondere lapſi pectoris:imitatus eſt homerum hoc loco:qui deſcribit ca
dentem uulnere:ut ipſo cadente arma ſuper eũ reſonẽt.    Confractiq; enſibus enſes:enſes enſibus colliſi reſo
nabant.    Ipſe manu:& ſi forte Cæſar uidiſſet e manibus ſuorum cecidiſſe gladios:ſubminiſtrabat eis: ne inte
rea a pugna deſiſterent.    Aduerſoſq; iubet:licet multa fingantur a poeta:tamen ſequitur hiſtoriam:nam tan
git id quod re uera fuit:uidelicet comantium iuuenum uultus:pilis per galeas uulnerari iuſſit Cæſar:ſed iuue-
nes qui erát formæ ſtudioſi:ſtatim in fugá conuerſi ſunt.    Contũdere:confringere diſſipare.    Impellit ter-
ga ſuorum:ſi quem uidiſſet fugientem compræhenſum uertebat in pugnam.    Verbere conuerſæ:ſi quem ſe
gnius pugnantem uidiſſet cuſpidem manucapiens:extremitate haſtæ eum pulſabat ut ad pugnam excitaret.
Ceſſantes:ſegnius pugnantes.    In plæbem uetat ire manum.Nec uolebat plæbeos Romanos fer-
ro inuadi:ſed ſenatores atq; patricios:ibi enim uictoriam conſiſtere uidebat.    Monſtratq; ſenatũ'.ſ. ut tru
cidet ſenatores:immo Cæſar(auctore Appiano)acies diſcurrere:& ad Romanorũ cæde omnes temperare iuſ-
ſit:ſolum ad ſociorũ manus afferre:uictis deinde propius admoniti intrepidos manere admonẽt.    Sit cru
or imperii:Scit ipſe quorum cruore effuſo imperium ſit conſecuturus uidelicet nobilitate cæſa.    Vnde .i.
a quo cruore.    Libertas ultima mũdi:& ſcit in qua acie ſenatores conſtituti ſunt:uidelicet in media:quibus
cæſis libertas peribit.    Libertas:ideſt ſenatores in quibus ſpes omnis libertatis poſita erat.    Permixta
ſcilicet impellente Cæſare.    Secũdo ordine:equeſtri:nam primus ordo ſenatorius eſt:ſecũdus uero eque-
ſtris:tertius plæbeus.    Cædũt lepidos:nam ibi lepidi coruini : metelli:torquati,Caſſi fuere.

I t uagus : atque ignes animis flagrantibus addit.
I nſpicit & gladios qui toti ſanguine madent:
Q ui niteant primo tantum mucrone cruenti :
Q uæ preſſo tremat enſe manus:quis láguida tela:
Q uis contenta ferat:quis præſtet bella iubenti :
Q uem pugnare iuuet:quis uultum ciue perempto
M utet:obit latis proiecta cadauera campis :
V ulnera multorum totum fuſura cruorem
O ppoſita premit ipſe manu : quacunque uagatur
S anguineum ueluti quatiens bellona flagellum :
B iſtonas aut mauors agitans : ſi uerbere ſæuo
P alladia ſtimulet turbatos ægide currus
N ox ingens ſcelerum & cædes oriuntur:& inſtar
I mmenſæ uocis gemitus:& pondere lapſi
P ectoris arma ſonant:confractique enſibus enſes:
I pſe manu ſubigit gladios:ac tela miniſtrat :
A duerſoſque iubet ferro contundere uultus:
P romouet ipſa acies:impellit terga ſuorum :
V erbere conuerſæ ceſſantes excitat haſtæ .
I n plæbem uetat ire manus:monſtratq; ſenatũ:
S cit cruor imperii qui ſit:quæ uiſcera regum:
V nde petat romam : libertas ultima mundi
Q uo ſteterit ferienda loco:permixta ſecundo
O rdine nobilitas : uenerandaque corpora ferro



Metellos:qui de gente metellorum erant.    Nomina torquata regum:ideſt principum romanorum : non
q; reges fuerunt:nam torquatus fuit:qui occiſo gallo torquem:quo ſpoliauit hoſtem collo ſuo impoſuit : & a
torque eſt appellatus torquatus:& gens omnis familiæ torquata.    Duces.ſ.cedunt.    Remoto: ideſt non
uulnerato pompeio:qui perſpecta militum ſuorum conuerſione:mente collapſus:ab exercitu ſeceſſerat:& in ta
bernaculum delatus:aliquandiu ſine uoce perſtitit.    Illic plæbeia:nam cum uideret iam brutus ad cæſarem in
clinatam eſſe uictoriam:cogitabat de occidendo Cæſare in acie:ſed res non ceſſit.    Quod ferrum.q.d lauda-
bile.    O decus imperii:hoc dicit qa bru
tus non degenerauit a maioribus ſuis:qui
exactis regibus:in libertatem patriam uen
dicarunt.    Extremum tanti generis:quia
ultimus fuit de genere brutorum qui ro-
mæ conſulatum gereret: & pricipatum te
neret.    Nec tibi fatales: nec uelis in cam
pis philippicis ante tempus mori : hoc di
cit.quia poſt occiſum cæſarem:cum Anto
nius ſuſcepiſſet ultionem occiſi cæ.& cæ-
ſar Octauius coniunctus eſſet Antonio :
brutus & caſſius comparatis exercitibus
pro repu.& libertate romana aduerſus eũ
pugnarunt in campis philippicis ubi tan-
dem uictis partibus reipu.brutus occubu
it.    Fatales philippos:ideſt fata quæ te i
campis philippicis manent.    Nil proficis
iſtic:cogitando mortem cæſaris:ſed res ñ
ſuccedet.    Nondum attigit arcem iuris:
cæſar nondum uenit ad ſummam poteſta
tem dictaturæ.    Humanum cul.ideſt hu
manum honorem:& ciuicam cõditionẽ.
Quo:ſcilicet imperio cuncta premun
tur.    Nobile letum:nam mors nobilis
aut ignobilis dicitur: pro qualitate occidẽ
tis.nam turpe eſt ab ignauo occidi : ſicut
decorum eſt a uiro forti    Et ut bruti pro.
u. nam ipſe princeps coniurationis fuit:
qua Cæſar poſtea in ſenatu.xxiii. uulneri-
bus cõfoſſus ẽ.    Hic:ubi cæſi ſunt ſenato
res.    Domiti:pro domitii:ut urbẽ pataui
p pataui:ſynæreſis ẽ.    Quẽ clades.ſ.&
quamuis bellicoſus eſſet:& magnanimus
domitius: tamen ſemper aduerſa fortuna
uſus fuit:quia captus a Cæſare uita dona-
tus fuit.    Fortuna ſuccubuit:nunquam
Pompeius aduerſa fortuna oppreſſus eſt:
quin comitem habuerit Domitium.    Vi
ctus totiens: nam uictus fuit corphini &
maſſiliæ:& a Cæſare uita donatus.    Sal-
ua libertate:hoc illi inſtar felicitatis fuit: ut
liber potius moreretur:q̃ ſeruus uiueret.    Tunc mille uulnera:Inter innumerabiles cæſos labitur.    Se
cunda uenia:quia captus a Cæſare donatus eſt uita:deinde ad Pompeium ſe recipiens in bello non ſecundam
ueniam expectans pro libertate Romana mori uoluit.    Cecidere hoc in prælio ab utraque parte(ut Appianus i
quit)Italorum quidem(non enim ſociorum copiæ ob multitudinem contemptumque annumerantur)e Cæ-
ſaris primum exercitu turmarum ductores ad numerum triginta:armati ducenti:ut alii ſcripſere mille ac ducen-
ti.Ex Pompeii uero partibus Senatores decem:quorum e numero fuit.L.Domitius olim Cæſari in Gallia ſuc
ceſſor deſtinatus.de quo nunc loquitur Lucanus.equeſtris uero ordinis ad quadraginta ex illuſtrioribus. Ex re
liquo autem exercitu qui rem in maius extollunt:quinque ſupra uiginti milia cecidiſſe aiunt. Cæterum Aſinius
pollio qui ſub Cæſare militauit: In ea pugna ſex milia ex Pompeii ſolum itetiiſſe ſcribit.    Increpitans: uerbis
inſultans.    Domiti:uocatiui caſus:eſt & media correpta.    Deſeris arma:ſcilicet moriendo.    Aſt illi ſuffecit :
morior inquit & hoc ſolacium mecum porto quod ante moriar q̃ te uideam obtinuiſſe uictoriam:& inde Spe
rare licet te pœnas magno daturum eſſe ſcelens huius & impietatis.

V rgentur:cædunt lepidos:cæduntque metellos :
C oruinoſque ſimul:torquataque nomina regum:
S æpe duces:ſummoſq; hoíum te magne remoto.
I llic plæbeia contectus caſſide uultus
I gnotuſque hoſti:quod ferrum brute tenebas?
O decus imperii : ſpes o ſuprema ſenatus
E xtremum tanti generis per ſæcula nomen:
N e rue per medios nimium temerarius hoſtes :
N ec tibi fatales admoueris ante philippos:
T heſſalia periture tua.nil proficis iſtic
C æſaris intentus iugulo.nondum attigit arcem
I uris:& humanum columen:quo cuncta regunt'
E greſſus meruit fatis tam nobile letum.
V iuat:& ut bruti procumbat uictima:regnet.
H ic patriæ perit omne decus:iacet aggere magno
P atricium campis non mixta plæbe cadauer.
M ors tamen eminuit clarorum in ſtrage uirorum
P ugnacis domiti:quem clades fata per omnes
D ucebant:nuſquam magni fortuna ſine illo
S uccubuit:uictus totiens a Cæſare ſalua
L ibertate perit:tunc mille in uulnera lætus
L abitur:ac uenia gaudet caruiſſe ſecunda.
V iderat in craſſo uerſantem ſanguine membra
C æſar:& increpitans:iam magni cæſaris arma
S uccenſor domiti:ſine te iam bella geruntur.
D ixerat : aſt illi ſuffecit pectora pulſans
S piritus in uocem:morientiaque ora reſoluit.
N on te funeſta ſcelerum mercede potitum



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Dubium fati. Incerto exitu belli. Cum:pro quamuis moriar. Non plura locutum:hæc fatus erat:cũ ſtatim ſpiritus & uita e corpore exceſſit. Virgilius in æternam clauduntur lumina noctem. Preſſere: ideſt clauſere. Impendiſſe pudet lachrymas:quia ſpecialiter cœperat deſcribere mortem huius domitii:nunc dicit pudere ſe:cum clades ad uniuerſum prope terrarum orbem pertineat:ſingulorum cædem deplorare. Singula fata:ſingulorum mortes. Quærere:ideſt igrere diuerſoꝝ mortes:& qua quiſque morte occiſus fuerit.uidelicet.quod alius tranſfixus fuerit ferro:alius effuſa ſui ipſius inteſtina pedibus calcauerit:alius autem terram ore momorderit:& multa ac uaria genera leti: quæ in hac clade uidere licuit. Vulnus: ideſt telum.ſicut Virgilius.illum ardens infeſto uulnere pyrrhus inſequitur. Ore quis aduerſo :quod ex aduerſo oris gladius fauces tranſfixerit:& moriens animam cum ſanguine emiſerit. Demiſſo faucibus enſe:ideſt tranſfixo per fauces. Quis corruat ictu:ſcilicet uno ictu accepto lapſus. Quis ſteterit:pudet ſcribere:quis truncus abſciſſus adhuc ſtet. Pectore tela:ideſt in pectore tranſfixus ſit Aut quos campis:nonnulli etiam telis tranſfixi erant:ut terræ figerentur. Quis cruor emiſſus:& pudet dicere cuius ſanguis per uenas tanquam per fiſtulas exierit.Fiſtula proprie dicitur canalis plumbeus:per quẽ unda longe ingreſſa fertur. Pectora fratris:pudet ſcribere: quod frater abſcindat caput fratris:& abiiciat:ut deinde poſſit caput fratris ſpoliare armis: pietas enim nõ ſuſtinuiſſet:ſi faciem fratris uidiſſet. ut illũ armis ſpoliaret. Longe mittat:ideſt: abiiciat procul. Ora parentis quis laceret:& cum corpus paternum filius laceret crederet nec illum patrem eſſe:nec ille hũc filium.nõ enim natura patitur ut filius patrem occidat. Spectantibus ira. Vt qui uiderent in hac clade tantam iram nõ exiſtimarent in pectore filii accidere poſſe: ut patrem laceraret: ideo perſæ cum graues pœnas per leges ſanxiſſent: inter eos qui ingrati fuiſſent:nullam legem parricidii tulerũt.& cum quæreretur:quid ita impune uolebant eſſe parricidium:reſponderunt:naturam pati non poſſe: ut filius patrem occideret: ſed ſi occideret : diligentius intuentes inuenirent:re uera illum non fuiſſe filium. Nimia ira:Qua occidit patrem. Mors nulla querela:& ut ſummatim dicam nulla mors meretur propriis lachrymis deplorari:& ſi quis hoc facere uellet nimium temporis conſumeretur. Sua:propria ergo omnes uniuerſaliter deplorabimus. Non iſtas habuit:oſtendit quare non liceat ſingulos deplorare.quod uidelicet hæc clades multo maior fuit:quam cæteræ omnes quas ſcriptoꝛs memoriæ poſteris tradiderunt. Hic:in hac clade. Illic:in aliis cladibus:ut in clade Allienſi:Cannenſi:& Ticini:& in aliis cladibus romanorum. Per fata uirorum:nam apud ticinum lacum uigintiquinque milia Romanorum:& in clade Cannenſi quinquaginta milia cæſa ſunt.ad Alliam fluuium fuſus eſt uniuerſus romanorũ exercitus. Per populos:quia in hac clade pharſaliæ non uiri romani:ſed populi & nationes occiſi fuerunt.

Gentis non militis romani:ſed nationum. Sanguis:ideſt nationis mors. Achæus : ideſt græcus in europa. Ponticus:pontus eſt cappadociæ pars euxinum uerſus:ut refert Strabo. Aſſyrius:in aſſyria Babylon eſt:Paleſtina:& Phœnicia. Cunctos hærere cruores:& quanquam aliorum populorum multi occiſi fuerĩt: tamen romanorum plures occiſi fuerunt.nam Romanorum ſanguis fluens in torrentis modum: aliorum cæſorum cruorem in loco ſiſtere non permittebat:& oſtendit plures Romanos ciues cecidiſſe : q̃ aliorum populorum. Maius ab hac acie:non ſolum inquit hæc clades ad præſentes pertinet: ſed etiam ad poſteros.

Sed dubium fati cæſar:generoque minorem
Aſpiciens:ſtygias magno duce liber ad umbras:
Et ſecurus eo:te ſæuo marte ſubactum:
Pompeioque graues pœnas nobiſque daturum
Cum moriar:ſperare licet:non plura locutum
Vita fugit:denſæque oculos uertere tenebræ.
Impendiſſe pudet lachrymas in funere mundi
Moribus innumeris ac ſingula fata frequentem
Quærere : letiferum per cuius uiſcera uulnus
Exierit:quis fuſa ſolo uitalia calcet.
Ore quis aduerſo demiſſo faucibus enſe
Expulerit moriens animam:quis corruat ictu.
Quis ſteterit dum mẽbra cadunt : qs pectore tela
Tranſmittant:aut quos campis affixerit haſta.
Quis cruor emiſſus perruperit aera uenis.
Inque hoſtis cadat arma ſui:quis pectora fratris
Cædat:& ut notum poſſit ſpoliare cadauer:
Abſciſſum longe mittat caput : ora parentis
Quis laceret:nimiaque probet ſpectantibus ira
Quem iugulat non eſſe patrẽ:mors nulla querela
Digna ſua eſt:nulloſque hoium lugere uacamus.
Non iſtas habuit pugnæ pharſalia partes
Quas aliæ clades:illic per fata uirorum:
Per populos hic roma perit:quod militis illic
Mors hic gentis erat:ſanguis ibi fluxit achæus :
Ponticus:aſſyrius:cunctos hærere cruores
Romanus campiſque uetat conſiſtere torrens.



Sua:ideſt præſentium ſæcula. Plus eſt:aliis cladibus multi periere.in hac periit libertas romanorum. In totum modi proſternimur:quia ſemper ſeruiemus. Omnis ætas:præſentium & poſterorum. Proxima quid ſoboles:nunc conqueruntur:quod poſteri nulla ipſorum culpa in ſeruitute naſcantur:neque enim ipſi aut ignauia:aut metu aliquo in ſeruitute ponũtur:ſed culpa maioꝝ ſuoꝝ. Proxima ſoboles:paulopoſt uẽtura. proximũ dicitur uel paulopoſt ꝓteritũ uel paulopoſt futuꝝ. In regnũ.i.naſci in ſeruitutẽ. Pauidi:oſtendit nulla ipſorum culpa contigiſſe hoc. Num geſſimus arma:ideſt nunquid fortaſſe nos imbecillitate & metu quodam ſeruimus?quaſi dicat.non. Teximus aut iugulos:ſcilicet armis:& auertimus eos a Dominis: qui nos in ſeruitute ſubegerĩt. Alieni:ſcilicet maiorum noſtrorum. Poſt prælia natis: ſi uolebas o fortuna ut nos ſeruiremus poſt hæc bella ciuilia:ſaltem dediſſes nobis bella: ut ſi uicti fuiſſemus:ſeruiremus. At uero cum nemo nos uicerit:feciſti eſſe ſeruos. Iam magnus tranſiſſe deos: poſt deplorationem libertatis : Lucanus exitum deſcribit huius pugnæ. Deos: ſcilicet propitios ſenſerat tranſiſſe ad Cæſarem. Infelix uix tota clad coactus:uictus erat nec tamẽ id ſibi perſuadere poterat:ſic enim facere ſolent qui ſemper ſecunda fortuna uſi fuerunt:ut ſi quid aduerſi contigerit uix credere poſſint. Tota clade : cum iam prope exercitum amiſiſſet. Aggere: eminentia campi: ut circum circa diligenter omnia circumſpiceret. Vnde: a quo campo. Omnes clades: ideſt omnes qui cæſi erant. Obſtante:ideſt pugnantibus oppoſitis uidere non poterat cæſorum corpora:ſed tãtummodo cumulum.

Fata:ideſt mortem ſuam. Multo : ideſt multorum ſanguine:nam ſicut mos eſt pars maior cum aduerſa fortuna in ſe ſæuierit: uellet eandem fortunam omnibus eſſe:quam ipſe ſentit: ſed non ita põpeius.Nam ſalute potius ciuium Romanorum conſtituit diſcedere:ut iam ſe a pugnando Cæſar abſtineret: & ſuperſtitibus parceret:immo ſuppliciter deos rogauit: ut ſuperſtites reliquias exercitus ſeruarent incolumes:& ſi Diis placeret:ut ipſe cum omni ſua ſtirpe potius periret. Miſcere: ideſt confundere ut omnia una ſecum inuoluat ruina. Vt latiæ poſt ſe:nam põpeius quamuis tantam cladem accepiſſet a diis:tamen nõ deſtitit quin oraret illos: ut ſeruarent eos ſuperſtites qui ſupererãt.

Poſt ſe:ſcilicet uictum. Dignoſuotis:tunc enim dii uotis digni ſunt cum exaudiunt. Et iam nunc:ſcilicet accepta tanta clade. Solatia ſui caſus:ideſt reliquiæ ut exercitus ſupereſſent ne ad internecionem uſque occiderentur. Parcite ait ſuperi:ſcilicet gentibus & nationibus orbis terrarum: & ſi memori uultis nolite omnia proſternere:nam mori poſſum Roma incolumi. Stante: ideſt durante.

Si plura iuuant:ideſt ſi non eſtis contenti morte mea:paratus ſum & coniugem:& liberos meos & ſtirpem omnem in exitium ducere:dummodo cæteris parcatis. Tot pignora:ideſt ſigna dedimus. Fatis: ideſt fortunæ. Meoſque:uxorem & liberos. Orbe remoto:ideſt liberato a clade. Exiguæ clades: quaſi dicat ſumus ingens clades:quod ſi plus etiam haberemus illud pro ſalute omnium exponeremus. Arma: ideſt armatos. Signa:uexilla & manipulos. Et reuocat:& cum uideret omnes paratos in tantam mortem ruere

Maius ab hac acie q̃ quod ſua ſæcula ferrent:
Vulnus habent populi:plus eſt q̃ uita ſaluſque
Quod perit:in totum mundi proſternimur æuũ :
Vincitur his gladiis omnis quæ ſeruiat ætas.
Proxima quid ſoboles:aut qd meruere nepotes
In regnum naſci?pauidi num geſſimus arma?
Teximus aut iugulos?alieni pœna timoris
In noſtra ceruice ſedet:poſt prælia natis
Si dominum fortuna dabas:& bella dediſſes.
Iam magnus tranſiſſe deos:romanaque fata
Senſerat infelix:tota uix clade coactus
Fortunam damnare ſuam:ſtetit aggere campi
Eminus:unde omnes ſparſas per theſſala rura
Aſpiceret clades quæ bello obſtante latebant.
Tot telis ſua fata peti:tot corpora fuſa:
Ac ſe tam multo pereuntem ſanguine uidit.
Nec ſicut mos eſt miſeris trahere omnia ſecum
Merſa uiuat:genteſque ſuæ miſcere ruinæ.
Vt latiæ poſt ſe uiuat pars maxima turbæ :
Suſtinuit dignos & iam nunc credere uotis
Cælicolas:uoluitque ſui ſolatia caſus.
Parcite ait ſuperi cunctas proſternere gentes :
Stante poteſt mũdo:romaque ſupſtite magnus
Eſſe miſer:ſi plura iuuant mea uulnera : coniunx
Eſt mihi:ſunt nati:dedimus tot pignora fatis.
Ciuili ne parum eſt bello:ſi meque meoſque
Obruet:exiguæ clades ſumus orbe remoto?
Omnia quid laceras?quid pdere cuncta laboras?
Iam nihil eſt fortuna meum:ſic fatur.& arma



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

potius ꝙ cedere hoſtibus:rogauit:ut uiuere uellent:neque ſe tanti eſſe:ut morerentur omnes. Nec deerat.r. in enſes:quia occurrebat illud:cur non ſe occidebat pompeius:potius ꝙ in diſcrimen ſeruitutis uenire non de fuit:inquit:magnanimitas pompeio:ut ſibi ipſi mortem inferret.ſed metuebat ne ſi id ageret:nemo deinde ui uere uellet.non igitur cauſa ſui:ſed ſuorum ſe interimere noluit. Robur:magnanimitas. Ire in enſes: ideſt moriturum ruere in hoſtes. Iuguloque pati uel pectore:ut ſe iugularet:uel pectus tranſfigeret. Sed timuit ne cauſa ſua denique milites omnes in mortem ruerent. Supraque ducem:ideſt ſupra iacentis ducis. Aut uultu:alia cauſa fuit. uidelicet ne hac lætitia Cæſarem afficeret: ut corpus ſuum occiſum oculis Cæſaris obiiceretur. Subducere:ideſt remouere corpus ſuum occiſum ab oculis Cæſaris. Nequicquam īfelix: quia ubicūque occubuerit Pompeius:Cæſar ipſum occiſum uidebit: dummodo uidere uoluerit:ſicut caput eius obtruncatum a Rege Ptolemæo uidit. Sed tu quoque coniunx:alia cauſa acceſſit cur fugeret: uidelicet ut uideret Corneliam uxorem. Vultus tui:quos tantum amabat ſcilicet fuerunt cauſa fugæ. Fatiſque ne.ideſt a fatis.fata noluerunt: ut abſente Cornelia Pompeius moreretur. Tum: poſtquam inde conſtituit diſcedere. Cōcitus:ideſt calcaribus ſtimulatis. ut in aliquas regiones ſe reciperet. Non tergo tela pauētem:magnanimitatem Pompeii oſtendit poeta. Ingenteſque animos: ꝙ ſicut in rebus ſecundis:ita etiam in aduerſis conſtanti animo ſemper fuerat. Extrema ī fata:contra ultima pericula: &euētum fortunæ. Non gemitus:dolorem præ ſe non ferebat Pompeius: ſed ita ut nihil a maieſtate ſua īdignum faceret.

Qualem:ideſt talis uultus illi erat:qualis conueniebat in pernitie reipu. Non impre:diſſimili. Emathiam:ideſt cladem emathiæ. Nec te uidere ſuperbū: quotienſcunque rem bello proſpere geſſiſti non elatus es:nec in aduerſis oſtendis animi tui imbecillitatem. Infida fortuna:quia nunquam fidem ſeruat:ſed quos antea placido uultu fouerit: eos deīde deſerit. Per tres triumphos: quia triumphauit de Mithridate:de Sicilia: de Hiſpania.

Iam pondere fati:nunc conſolati pompeium:ipſum cladem ſane ingentem accepiſſe: ſed tamē hac clade magno rerum pondere:ac ſolicitudine liberatum eſſe. Securus:ſine cura. Pondere fati:ideſt depoſito pondere. imperii: quod in fortuna conſiſtit. Nunc tempora læta:ideſt nunc tibi licet reminiſci lætorum temporum. Spes nunquam:iam enim ſperare deſinis. Quis fueris:nam ex aduerſis læta melius cognoſcuntur. Teſtare: ideſt fac deos teſtes. Nullum qui perſtet in armis:nam ſi quis in bello perſeuerare uoluerit: illum crede non tua cauſa mori:ſed ſponte ſua. Perſtet:perſeueret. Ceu flebilis africa: quemadmodum munda fuit ubi.Cn. Pompeius magni Pompeius filius bellum geſſit in Hiſpania contra Cæſarem ſicut & Alexandria ubi Cæ.bellum geſſit contra Ptolemæum:ſicut Africa ubi bellum geſſit Cato regi iubæ coniunctus aduerſus Cæſar hæc bella non fuerunt cauſa ut tuum nomen defenderetur. Ordo eſt.Sic pars maxima theſſalicæ turbæ. Poſt te: ideſt fortunam tuam. Ceu.qnemadmodum pugnatum eſt in Africa ad mumdam:in Alexandria:in Aegypto non pugnarunt te iubente:ita etiam nunc poſt hanc cladem in theſſalia:non tibi:ſed ſibi ipſis dimicauerūt: non enim auctor fuiſti harum cædium:quod tibimagnam conſolationem afferre poteſt.

Signaque & afflictas omni tam parte cateruas
Circuit:& reuocat matura in fata ruentes:
Seque negat tanti:nec deerat robur in enſes
Ire duci:iuguloque pati:uel pectore letum.
Sed timuit ſtrato miles ne corpore magni:
Non fugeret:ſupraque ducem procūberet orbis:
Cæſaris aut oculis uoluit ſubducere mortem:
Nec quicquam infelix ſocero ſpectare uolenti
Præſtādū eſt ubicunq; caput:ſed tu quoq; cōiunx
Cauſa fugæ:uultuſq; tui:fatiſque negatum
Te præſente mori: tunc magnum concitus aufert
A bello ſonipes: non tergo tela pauentem:
Ingenteſque animos extrema in fata ferentem:
Non gemitus: non fletus erat:ſaluaque uerendus
Maieſtate dolor:qualem te magne decebat
Romanis præſtare malis:non impare uultu
Aſpicis æmathiam:nec te uidere ſuperbum
Proſpera bellorum:nec fractum aduerſa uidebūt.
Quāque fuit læto per tres infida triumphos
Tam miſero fortuna minor: iam pondere fati
Depoſito ſecurus abis:nunc tempora læta
Reſpexiſſe uacat:ſpes nunquam implēda receſſit:
Quid fueris nunc ſcire licet:fuge prælia dira
Ac teſtare deos:nullum qui perſtet in armis
Iam tibi magne mori:cū flebilis aphrica damnis:

Veluti a ſimili:quemadmodum īqt oecanus etiam ſi omnes fluuii auerterentur non tamen decreſceret:eodem modo ſi uos diſceſſeritis:nec mea fortuna miuetur:ſe comparat mari oceano:ipſos uero fluuiis. Subducere:remouere fontes: An uos momenta:nunqd creditis me dum mecum militaſtis ſuſtinuiſſe aliq̄ īclinationem uictoriæ meæ? nam non uos uictoriæ cauſa fuiſtis:ſed ego fui cauſa ut uos uiceretis.perſiſtit ī ſimilitudīe. quemadmodum oceanus eſt origo fluuiorum:ita a me uictoria profecta eſt. Nunq̄ ſic cura deorum: qd creditis deos curare huiuſmodi conditionis hoīes:ſed curæ diis ſunt tantūmodo prīcipes. Premit: ſubmittit. Morti ſalutiq;:nullam habent curam dii uiuatis ne:an moriamini. Vacent.i. uacua ſint & ītenta. Humanum pau.ui.ge. i.uiuit ad īperium paucorum: quando dii curant:niſi prīcipes: ſeqtur ut multi uiuāt ad īperium paucorum: & rationem ſuam confirmat. Orbis iberi: nūc probat exēplo id ita eſſe ꝙ dii tantummodo magna curant: & ideo humanum genus arbitrio paucorum uiuit:unum enī ex reliquo ſeqtur:qa dii prīcipum ſolūmodo curam habent:a prīcipibus igitur reliq pendent: dicit autem cum me ſeqmini uictores eſtis: ꝙ ſi pompeium ſequeremini fugeretis ſicut ille fugit. Iberi: hiſpani. Fortis in armis:& ne forte me oſtētare credatis:exēplum capite a Labieno: q ubi me ſecutus eſt ſemper uictor fuit: mutato uero duce uictus eſt:hic labienus Legatus erat Cæſaris:& ſolus ad Pompeium tranſiit: & hoc legato Cæſar Galliam uicerat: & ut refert Plutarchus:Labienus a Cæſare miſſus Tugurinos Galliæ populos penes Arari fluuium profligatos attriuit:& īterempto Pōpeio cui adheſerat:ſecutus eſt ī Libyā Scipionem & Catonem:dum Cæſaris militibus occurreret equo per ilia confoſſo humi deiectus eſt:auctore Appiano. Nūc tranſfuga:per totum orbem fugit cū duce quem mihi præpoſuit. Nec melior mihi.u.f.tranſit ad confutationem: qa illi dixerant Cæſarem ſibi ducem fuiſſe ī Germania:nunc uero cū priuatus redierit non ducem ſed ſocium eſſe: ſed quod inquit Cæſar: dicitius uelle neutrum ſequi: non ideo fides ueſtra probatur: nam quicunque diſcedit e caſtris meis & non tranſit in caſtra Pompeii: hic oſtendit animum ſuum alienum a me: quia ſequendo neutrum oſtenditis meos eſſe nolle: quia nec uincentes mecum præmio: nec cū Pompeio uicti uenia mei eſſe recuſatis: ergo ſequitur quod nec mei eſtis præmio:nec beneficio ueniæ. Eſſe meus: uincens mecum præmio:uel ut uictus cum Pompeio ueniam poſtulet. Sunt iſta profecto: nunc oſtendit ex eo curam ſui habuiſſe deos.ꝙ uoluerit milites infidos a caſtris ſuis diſcedere. Oratorie:quod illi in detrimentum Cæſaris dixerunt ipſe idem ī ſuam utilitatem conuertit. Vos dicitis me tum demum mea fata cognoſcere:cum a me diſceſſeritis:recte dicitis:quia cognoui mihi deos propicios:& mihi milites infidos: propterea me liberarunt acri onere. Mutato milite:ne ipſius perfidia mihi noceret. Heu quantum:exonerarunt me dii magno onere: quia ſpes ueſtras præmium nullum quantumlibet magnum implere potuiſſet. Amolitur: remouet. Non ſufficit orbis:quia quanto maiora præmia caperent:tanto maiora ſibi deberi exiſtimabant.

Mihi bella gerā:ideſt ad utilitatem meam:nec uobis obligatus ero. Viris:fortibus. At paucos: poſt confutationem ſuorum:nunc exequitur ſententiam ſuam:ut ſecuri percuterentur pauci huius ſeditionis auctores:his dictis ſimul etiam impletis: omnes terrore perculſi obedienter paruerunt imperio Cæſaris. Paucorum:qui non amore meo timent:ſed metu pœnæ:ergo dabunt pœnas. Non cæſar: ideſt amor Cæſar. Sed pœna:ideſt pœnæ metus. procumbite terræ:ut caput detruncentur. Tendite:δεικτικῶς.

Damnum poſſe fugæ? ueluti ſi cuncta minentur
Flumina quos miſcent pelago ſubducere fontes:
Non magis ablatis unquam decreſceret æquor
Quam nunc creſcit aquis:annos momēta putatis
Vlla dediſſe mihi? nunquam ſic cura deorum
Se premit:ut ueſtræ morti:ueſtræque ſaluti
Fata uacent:procerum motus hæc cūcta ſequūt:
Humanum paucis uiuit genus:orbis iberi
Horror:& arctoi noſtro ſub nomine miles:
Pompeio certe fugeres duce. fortis in armis
Cæſareis labienus erat: nunc tranſfuga uilis
Cum duce prælato terras atque æquora luſtrat:
Nec melior mihi ueſtra fides:ſi bella nec hoſte
Nec duce me geritis:quiſquis mea ſigna relinquit:
Nec pompeianis tradit ſua patribus arma:
Hic nunquam uult eſſe meus: ſunt iſta profecto
Curæ caſtra deis:qui me committere tantis
Non niſi mutato uoluerunt milite bellis.
Heu quantum fortuna humeris iam pōdere feſſis
Amolitur onus: ſperantes omnia dextras
Exarmare datur:quibus hic non ſufficit orbis:
Iam certe mihi bella geram. diſcedite caſtris.
Tradite ueſtra uiris ignaui ſigna quirites.
At paucos quibus hæc rabies auctoribus arſit
Non cæſar: ſed pœna tenet: procumbite tetra
Infidumque caput feriendaque tendite colla:
Et tu quo ſolo ſtabunt iam robore caſtra



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tyro rudis:ſpecta pœnas : & diſce ferire
Diſce mori:tremuit ſæua ſub uoce minantis
Vulgus iners:unumque caput iam magna iuuẽtus
Priuatum factura timet : uelut enſibus ipſis
Imperet:inuito moturus milite ferrum.
Ipſe pauet ne tela ſibi dextræque negentur
Ad ſcelus hoc cæſar uicit patientia ſæui
Spem ducis:& iugulos non tm̃ præſtitit enſes
Nil magis aſſuetas ſceleri q̃ perdere mentes
Atque perire timet . tam diri fœderis ictu
Parta quies:pœnaque redit placata iuuentus.
Brunduſium decimis iubet hanc attingere caſtris :
Et cunctas reuocare rates:quas auius hydrus
Antiquuſque bares:ſecretaque littora leucæ.
Quas recipit ſalapina palus : & ſubdita ſipus
Montibus:auſoniam qua torquens frugifer oram
Dalmatico boreæ:calabroque obnoxius auſtro
Appulus adriacas exit garganus in undas .
Ipſe petit trepidam:tutus ſine milite romam.
Iam doctam ſeruire togæ : populoque precanti

Specta pœnas:o tyro horum exemplo diſce fidelis eſſe. Diſce mori:ſi aliquid perpetraueris. Tremuit ſæua ſub uoce:nunc milites Cæſaris repræhendit Lucanus:tantam multitudinem iuuenum timuiſſe unum hominem:cum facile illum tollere poſſent:& nec recuſarunt:ſed imperio illius paruerunt:ut inuiti illos occiderẽt quorum auctoritate ſeditio orta fuerat. Priuatum:ideſt qui ſine imperio eſſet:nam ſi diſceſſiſſent non habuiſſet quibus imperaret. Enſibus ipſis imperet:ut uidelicet ipſi milites:niſi imperio Cæſaris enſes mouere non poſſint. Ipſe pauet:at ipſe Cæſar metuebat id quod milites parati erant exequi:ne illi recuſarent: occidere huius ſeditionis auctores. Scelus:ad puniendum ſeditioſos. Vicit patientia: patientiores fuere milites q̃ Cæſar ſperabat. Iugulos non tantum:quia dixerat feriẽda tẽdite colla illi exhibuere colla: & iugulum interficientibus ſe. Timet mentes: militum ſuorum:licet ſimularet non magnificare milites ueteranos : tamen nihil erat ꝙ magis timeret:ſciebat enim illos aſſuetos militiæ : & non facile iueniri poſſe tales. Tam diri fœderis : ſed cum paucos ſeditionis auctores cecidiſſet: ita animos militum confirmauit: ut nunq̃ antea fuerint obſequentiores. Diri fœderis : ꝑ execrationem :nam porca imolari ſolebat & cædi:cũ fœdera iungerentur: nũc uero milites cæſi ſunt:Vir.illud Expreſſit. & cæſa iungebát fœdera porca. Parta quies: nam metu pœnæ placatus eſt miles . Redit: i fidem Imperatoris . Brunduſium decimis:nunc Lucanus proſequitur quomodo Cæſar ſumpta de paucis pœna cõſtituit:ut qđ reliquum belli ſuperaret proſequeretur: primum igitur brunduſiũ iuſſit ire milites:& reuocaꝛ rates omnes quæ brunduſium uenetát:& loca nominat ubi claſſis cæſaris conſtiterat. Hanc.ſ.iuuentutem:quæ ſedata ſeditione obſequentiſſima facta erat. Decimis caſtris.i.decimo die:nam ſic dies nomiantur i re militari:ꝙ ſingulis diebus caſtrametari ſolebant antiq:& quocunq; iter facerẽt: ubi nox eos depræhendiſſet:ibi caſtra ponebant: ideo quotiens legimus ſecundis uel terriis uel quartis caſtris: ſignificat ſecundum uel tertium uel quartum dié. Hydrus:hydrus urbecula eſt Apuliæ:ex qua ad Leucam(ea eni urbs non grandis eſt)ſtad.cl. ad brunduſium uero .xl.ſtad.ſunt.auctore Strabone li.vi.dicitur & Hydrons.

Bares:bares uel ut nunc uocant baretum:urbs exigua:iacet i Salentiorum finibus ad quam pedeſtri magis quam maritio itinere a Tarento facile peruenitur:e Tarento ad brunduſium nauigationis circuitio eſt.poteſt legi etiam Taras.i.Tarentum:nam taras neptuni filius condidit tarentum & a ſe appellauit:quod deíde phalantus lacedæmonius cum ꝑtheniatis:occupatum ampliauit. Antiquus ergo taras.i.uetuſtum tarẽtum:i cuius portu habuit naues cæſar.Nam conditores pro ſuis urbibus poni uſitatũ eſt. Salapina palus: quæ eſt a ſalapia ciuitate amore pœni Hannibalis íclyta:hæc Apuliæ pria fuit.quæ ad Hannibalem defecerat:& ab hac ciuitate palus dicta eſt. Sipus:Apuliæ ciuitas:credit́ Diomedis fuiſſe ædificiũ:dicit́ alio noie ſipós uel ſipontũ diſtat a Salapia ſtad.c.&.l.Græci uero eá ſepiũtẽ nũcupát:ab eiectis e fluctu ſepiis ut li. vi.a Strabone refeŕ. Subdita mõtibus:qa ſita i cápis & i plano eét. Garganus frugifer.i.fertilis mõs é Apuliæ fœcũdiſſimus ad ſtad.ccc.ꝑtendit́ i pelagus(ut iqt Strabo). Torquet auſoniá orá:qa i anguſtũ orbẽ uoluit́:& ibi iuxta adriacũ mare.linguá facit.ubi ſitũ é brũduſiũ. Dalmatico boreæ obnoxius Boreæ q a ſeptẽtriõe i Dalmatiá ꝑflat: & obnoxius calabro auſtro.qa a ſeptẽtriõe boreá:a meridie auſtꝝ habet. Exit i undas:cũ ábitu adriatici:ná ibi liguá facit:ubi ſitũ é brunduſiũ:ꝑ hæc loca claſſis Cæ.tráſitura erat. Ipſe petit:hiſtoria hoc habet: deuictis Perreio & Afránio:& cõpoſitis prouíciæ rebus:Cæſar primũ uenit i Tetaconẽ:& eo legatiões undiq; ad Cæſarem cõuenetunt:qbus expeditis:rediit Maſſiliá quæ iá deuicta erat(ut ſupra dictũ eſt)ipoſitoq; duaꝝ legionú præſidio reliquas copias i Italiam miſit:ipſe uero audita lege lata de dictatura a.M.Lepido prætore:factũ ſe eſſe dictatorem Romá ꝑficiſcitur:& ipſo dictatore habẽte comitia creati ſunt cõſules:prior ipſe dictator:deíde.P.Seruilius collega. Tutus:ſine milite:qa iá nullus erat i Italia exercitus quẽ metueret:imo oia Impio Cæſaris i Italia parebát. Iá doctá ſeruire togæ.i.tráqllitati:ná ex quo Põpeius diſceſſerat:oía Cæſar occupauerat:ideo q̃ſi oblita erat libertatis:& nemo audebat reſiſtere cæſari. Dictator cæ.q áte a.M.Lepido lege lata dictator dictus erat.



Scilicet indulgens ſummum dictator honorem
Contigit:& lætos fecit ſe conſule faſtos.
Nanque omnes uoces per quas iam tẽpore táto
Mentimur dominis:hæc primum repperit ætas .
Qua ſibi nec ferri ius ullum cæſar abeſſet :
Auſonias uoluit gladiis miſcere ſecures:
Addidit & faſces aquilis:& nomen inane
Imperii rapiens:ſignauit tempora digna
Mœſta nota:nam quo melius pharſalicus annus
Conſule motus erit:fingit ſolennia campus
Et non amiſſæ dirimit ſuffragia plæbis .
Decantatque tribus:& uana uerſat in urna.
Nec cælum ſeruare licet:tonat augure ſurdo:
Et lætæ iurantur aues:bubone ſiniſtro.
Inde perit primum quondá uenerata poteſtas

Summum honorem.i.conſulatum:quia ex dictatore conſul factus eſt Cæſar. Appianus autẽ dicit ꝙ Cæſar ſeditione apud placentiam ſedata Romam reuerſus eſt:trepidante adhuc populo:neq; ſenatu aut conſule illum eligente:ſeipſum dictatorem nominauit:uerum ſiue ut inuidiam dilueret:ſiue ꝙ magiſtratu minine indigeret:per undecim ſolum dies illi præfuit:ſe conſulem i futurum deſignauit.P.quoq; Seruilium.Iſauricum collegam ſibi aſſumpſit.M.Lepidum in iberia.In Sicilia Aulum Albinum.In Sardinia Sextum Perduceum delegauit:Galliæ nuper adeptæ decimum Brutum præſidere iuſſit.Deniq; ciuilibus confectis omnibus Romam regreſſus Cæſar:appellatus eſt pater patriæ & dictator in omnem uitam electus conſulq; ad decẽnium corpus eius ſacrum & ítemeratum habitum.Suetonius uero dicit continuum cõſulatum recepiſſe perpetuam dictaturá præfecturáq; morum:inſuper prænomẽ Imperatoris cognomen patris patriæ:ſtatuam inter reges eminentiorem locum in Orcheſtra : & alia ampliora etiam humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt:ſedem auream in curia : templa & aras & ſimulacra iuxta deos. Indulgens populo:quia Cæſar quaſi ſimulabat ſe nolle accipere conſulatũ. Præcanti:quia poplus precabatur conſulatũ ſibi ut ſumeret. Indulgens.i.faciẽs hác gratiam populo. Lætos faſtos:faſti libri erant: in quibus magiſtratus omnes ſcribebantur:præcipue conſulum. Náque omnes uoces:hoc tempus quo Cæſar conſulatum accepit fuit principium : ut falſis nominibus Imperatores Romani appellarẽtur:cum reges ſint:immo uero tyranni appellandi:non conſules: non prætores:non imperatores:cum leuis eſſe uideatur:tamẽ grauis atq; moleſta res eſt:ipſi enim tyráni omnia libidine ſua faciebant:tunc primum inquit huiuſmodi nomina inuenta ſunt quibus dominos atq; tyrannos falſo appellamus. Qua ſibi ue.quia imperatoriæ dignitati miſcuit conſulatum:& omnes dignitates. Gladiis:armis:quæ propria ſunt imperatorum:nam imperatores proprie dicuntur qui exercitibus præſunt:quanquá corrupto uocabulo dicantur:qui terrarum orbi imperent. Reperit ætas:ex eo tempore primum inceperunt appellari domini. Ferri:militum qui ſunt arma imperatorum. Auſonias ſecures.i.conſularem dignitatem q̃ pacifica eſſe ſolet. Gladiis.i.armis militum:quæ ſub imperatore conſtituuntur. Addidit & faſces aquilis:militaribus inſignibus addidit faſces quæ ſunt conſularia inſignia . Nomen inane:quia non legitime factus erat imperator:qui non ſecundum leges factus erat conſul imperii. Digna nota:ſcilicet conſulatus:notam temporum Cæſa.conſulatum appellat:ideſt maculam & infamiam . Nam quo melius conſule: talem enim tunc conſulem populus Romanus accepit:ut exercitum ſimul cum libertate amitteret. Pharſalicus annus:quo in pharſalia pugna ciuilis geſta eſt:& ſimul cum exercitu Romano libertas periit. Notus erat:dignus conſulatu Cæſar erat:quo conſule tanta clades ingrueret. Fingit ſolennia : incipit oſtendere quomodo non ſecundum leges factus erat conſul. Solennia:ideſt comitia ſolenniter indicta.

Suffragia:uidelicet equitum & ſenatorum. Decantatq; tribus:ideſt per præconem iubet citari tribus:ná præcones decantare uidebantur:cum nominatim tribus citabát. Vana: quia populus infrequens erat. Vrna:in urnam enim conniitiebantur ſortes triginta quinq; tribuum:& permixtis in urnam ſortibus : deinde ſingulæ excipiebantur:&cuius prima ſors educeretur:illa primum citabatur. Cælum ſeruare:ideſt aues & ſigna cæli:non licet inquit auſpicium capere:quia mos erat Romanorum: ut nec publice nec priuate quicquam facerent:niſi prius captis auſpiciis.Ergo non licet capere auſpicium:quia nulli erant augures.

Augure ſurdo:quia etiam ſi augur aliquis eſſet diſſimulabat ſe audire tonitrum aduerſa ſignificantem : & quáuis aduerſæ aues eſſent:iurabat tamen bonas aues apparuiſſe:quæ conſulem Cæſarem admitterent.

Lætæ:felices. Bubone ſiniſtro:mala ſignificante ſiue uolatu:ſiue cantu augurium dabat:namq;(ut ait Plinius)Bubo funebris:& maxime abominatus publicis præcipue auſpiciis. Inde perit.p. & ex eo tempore perire cœpit conſulatus. Inde:ex eo ꝙ contra leges occupaſſet magiſtratum Cæſar.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Iuris inops: poteſtatis cum cæſar omnia foret. Nomine tempus: quia tempus denominabatur a conſulibus. Nomine: ut in faſtis ſcripti conſules tempora denotent. Menſtruus conſul. i. qui uno menſe tãtum duraret: quia extremo anni menſe creabatur. Nec non iliacæ: dicit populum feciſſe latiali Ioui ſacra: tametſi non mereretur: & reddit cãm quia permiſerat ut latium ſubigeretur a Cæſare: hæc ſacrificia latialia dicebantur: eo quod ex omni latio ad hæc ſacra conueniebant. Solẽ ſa. i. latinas. Numen iliacæ albæ: latialis iuppiter: ideo latialis dicitur quia præſit albæ quam primus condidit Aſcanius Aeneæ & lauinæ filius ubi latialis Iouis

I uris inops: tantum careat ne nomine tempus
M enſtruus in faſtus diſtinguit ſæcula conſul.
N ec non iliacæ numen quod præſidet albæ:
H aud meritum latio ſolennia ſacra ſubacto
V idit flammifera confectas nocte latinas.
V nde rapit curſus: & quæ piger appulus arua
D eſernit raſtris: & inerti tradidit herbæ
O cyor: & cæli flammis & tigride fœta
T ranſcurrit: curuique tenens minoia tecta
B runduſii: clauſas uentis brumalibus undas
I nuenit: & pauidas hyberno ſydere claſſes:
T urpe duci uiſum eſt rapiendi tempora belli
I n ſegnes hæſiſſe moras: portuque teneri
D um pareat tutum: uel non felicibus æquor:
E xpertes animos pelagi: ſic robore complet.
F ortius hyberni flatus: cælumque fretumque
C ũ cœpere tenent: quam quos incũbere certos
P erfida nubiferi uetat inconſtantia ueris
N ec maris anfractus: luſtrandaque littora nobis
S ed recti fluctus: ſoloque aquilone ſecandi.
H ic utinam ſummi curuet carcheſia mali:
I ncumbatque furens: & graia ad mœnia perflet.

in medio templum cõdidit: ubi latinæ ſolẽnia ſacra Ioui iſtituta ſunt. Latinæ feriæ (ut refert Varro) a latinis populis dictæ q bus ex Albano monte ex ſacris carnẽ petere fuit ius cũ romanis. Indicebãtur autẽ latinæ quũ noui cõſules magiſtratum inibant. Flãmifera nocte: quia nocte ſacra fiebant: ideo faces gerebant. Inde rapit curſus: hæc ubi fecit Cæſar: ipſe Bruduſium nauigauit: quo claſſem ſuam conuenire iuſſerat. Rupit curſus: ſemper Cæſari celeritatem tribuit. Lõgiſſimas eni uias (ut refert Suetonius) ĩcredibili celeritate confecit: expeditus meritoria rheda cẽtena paſſuum milia in ſingulos dies: ſi flumina morarentr nando traiiciens: uel innixus inflatis utribus: ut ſæpe nuncios de ſe præuenerit. Piger apulus: quia piger ideo fœcũditate ocioſus: quia ſine labore ſponte ſua ſegetem producit. Inerti herbæ: quæ ſine agricolarum labore naſcitur. Ocyor cæli flam. ideſt uelocior fulmine. Fœta: quæ peperit. Clauſas: tantum frigus fuerat: ut omnia glacie obducta eſſent adeo ut nauigare nõ poſſent
Minoia tecta: nam a Cretenſibus: qui a cnoſo cum Theſeo diſceſſerunt habitatum fuit Brunduſium. Vndas: quia in littore conditum eſt brũduſium. Clauſas undas brũduſii: quia in anguſtum orbem ibi mare conuoluitur. Clauſas: cõgelatas: ſi de mari: referendum eſt ad uentos: quia nauigatio maris clauſa dicitur cum uenti ſunt aduerſi. Turpe uiſum duci: dicit Cæſarem non potuiſſe hanc moram pati: dum mare quieſceret: ſed milites ſuos adhortatus eſt: ut ſe freto committerent. Rapiẽdi: feſtinandi. Vel non felicibus: donec mare tranquillum efficeretur: ut etiam infelices per id tuto nauigare poſſent. Robore: ideſt audacia & fortitudine animi. Fortius hyberni: hæc oratio habet ſuaſionem: ergo in deliberatiuo genere conſtitutam intelligimus: ſuadet enim militibus ut nauigare uelint: nec perturbationem maris timere. Suaſio autem ab honeſto: ab utili: a facili: a iucundo: a neceſſario ſumitur. Arguit primum a partibus prudentiæ: quæ in tres diuiditur: in memoriam: prouidentiam: intelligentiam. Arguit ab intelligentia oſtendit enim ſe peritum eſſe maris & uentorum: quia uidelicet ſit tutius nauigare flante Aquilone tempore hyemis q̃ uernis uentis: quia aquilo perdurare ſolet uerni uero permutari. Fortius hybernis: hyemalibus nos indigemus uentis perſeuerantibus: ſed hyberni uenti magis durant q̃ uerni: ergo ſperanda eſt bona nobis nauigatio. Incumbere: inſiſtere certos. Nec maris am. præterea non requirimus uarietatem uentorum: ſicut faciunt qui mare circumeunt: ſed ex directo nauigantes ſolo aquilone in græciam perferri poſſumus
Anfractus: circuitus. Hic utinam: ut hic Aquilo, diutius duret. Curuet: adeo impetuoſe perflet: ut malum nauis inclinet. Carcheſia: hanc uulgo caueam appellant: quæ in ſummo mali poſita eſt: eſt etiam genus poculi. Ferens: uehementer ſpirans.

Ceu mũda: Apud quã uictus fuit. Cn. Pompeius q̃q̃ magno diſcrimine Cæ. fuerit. Phariosq;. i. ĩ ægypto ubi etiã bellum geſſit contra Ptolemæum. Ibi. n. aliquot ciues ro. piere & parum abfuit: qn etiã Cæ. uinceretur: & a rege Ptolemæo occideret. Nomẽ populare. i. non erat cã nomen tuum o Pompe. cui fauebant ciues: ut bellum amplius gereretur. Studium belli. ſ. ut cã tua ſtudeant pugnare. Sed par. ſed duo erunt ſemper: qui Romæ ĩperent: uidelicet libertas: & Cæ. reſpicit ad illud ꝙ poſtq̃ Cæ. rempu. occupauit: ſemper deinde libertas oppreſſa fuit: & Cæ. oĩa tenuit: duo igit habebimus. ſ. libertatẽ: ut ſe i pſtinã formã reſtituat: Cæ. ut ipiũ obtieat. Sibi: ad utilitatẽ ſuã. Nõ ne iuuat: o Põ. ſi conſyderas quantũ ſceleris & ĩpietatis in campis philippicis perpetratum ẽ nonne maximam ex eo uoluptatem capis ꝙ ide te ſubtraxeris? q. d. capere debes.

E t ceu munda nocens: phariosq; a gurgite clades:
S ic & theſſalicæ poſt te pars maxima pugnæ.
N on iam pompei nomen populare per orbem:
N ec ſtudium belli: ſed par quod ſemp habemus
L ibertas & cæſar erunt: teque inde fugato
O ſtendet moriens ſibi ſe pugnaſſe ſenatus.
N on ne iuuat pulſum bellis ceſſiſſe: nec iſtud
P roſpectaſſe nefas ſpumantes cæde cateruas?
R eſpice turbatos incurſu ſanguinis amnes.
E t ſoceri miſerere tui: quo pectore romam
I ntrabit factus campis felicior iſtis?
Q uicquid in ignotis ſolus regionibus exul:
Q uicquid ſub phario potius patiare tyranno
C rede deis: longo fatorum crede fauori:
V incere peius erat: prohibe lamenta ſonare.
F lere ueta populos: lachrymas luctuſq; remitte.
T am mala pompei: q̃ proſpera mundus adoret:
A ſpice ſecurus uultu non ſupplice reges:
A ſpice poſſeſſas urbes: donataque regna
A egyptum: libyamque: & terras elige morti.
V idit prima tuæ teſtis lariſſa ruinæ.
N obile nec uictum fatis caput: omnibus illa
C iuibus effudit totas per mœnia uires
O buia ceu leto: promittunt munera flentes:
P andunt tẽpla: domos: ſocios ſe cladibus optãt:
S cilicet immenſo ſupeſt ex nomine multum:
T eque minor ſolo: cunctas impellere gentes
R urſus in arma potes: rurſuſque in fata redire:
S ed quid opus uicto populis aut urbibus inqt?

Cateruas. ſ. cæſorum & ſtragem militũ Et ſoceri mi. tui. & cũ uideas tot uulnera tot mõſtra ſcelerum quæ geſta ſunt in ea pugna theſſaliæ: ubi filii cũ parentibus parentes cum filiis: fratres cum fratribus occiſi ſunt: miſerere Cæſaris: q harum rerum cã & auctor extiterit: ac ſi. d. tu felicior es Cæſare. Quo pectore. i. animo romam ĩgredietur? Factus campis felicior iſtis: i. cuius cã tot cædes ciuium Romanorũ perpetratæ ſunt. Quicqd i ignotis ſolus: Nũc alias quoq; rõnes ſubiungit cur melior ſit Pom. conditio. Quicquid in ignotis. i. cætera omnia q̃ perpeſſus fuiſti poſtquam a pugna pharſalica diſceſſiſti: attribuẽda ſunt furori deorũ: nã etiam ſi exulaueris: & ſi etiã a rege Ptolemæo obtruncatus fueris: hæc oĩa ſigna fuerũt fauoris deorũ: nam te potius mori uoluerunt: q̃ tyrãnidẽ exercere i qua poſtea Cæſar cõſtitutus fuit: nec diu permãſit & bonis oibus odio fuit. Crede deis. i. attribue fauori deoꝝ: qcqd patiere exul. quia pene deſtitutus fuit ab oĩbus. Regionibus ignotis ſolus: ut cum uenit Mytilenẽ prius: deinde ſuper ignota maria: non ſecundum imperatoriam dignitatem nauigans: ſed paucis comitibus atque miniſtris. Quicquid ſub phario ty. i. ſub Ptolemæo rege ægypti: cuius iuſſu poſtea obtruncatus eſt. Longo crede. i. cõmitte diis qui tibi ppetuo affuerũt. Peius erat Scilicet q̃ mori. Lamẽta ſonare: noli pmittere iqt: ut triſtes mœſtiq; ſunt omnes & clamorẽ emittãt: quaſi te miſerum eſſe oſtendant. Tam mala. Nam hæ res aduerſæ ſunt: Sed inſtar felicitatis ſi conſyderes q̃ deterior fuerit uictoris conditio.
Securus: ſine cura: nihil enim eſt quod amittere poſſis. Vrbes: quæ ſub tua ditione fuerunt. Donataque regna: ideſt quæ donaſti Ariobarzani: Tigrani: Pharnaci: & cæteris regibus. Terras: elige regionem ubi uitam tuam finias: nam in poteſtate tua eſt ubi mori uelis. Vidit pria tuæ: poſt cõſolationẽ redit ad iter põ. deſcribẽs q̃ uectus ẽ equo. Lariſſa. ciuitas ẽ theſſaliæ. uiderũt iqt te lariſſæi igredietẽ mœnia tua dignitate ſeruata. Ciuibus: oẽs ciues obuiã tibi e lariſſa pdierũt: nã ſupatus Põ. mutata ueſte (ut oñdit Appi.) cõſcẽdit equũ q̃tuorq; ex amicis eũ comitãtibus: nullo i loco curſũ itermiſit: quoad exorta luce lariſſã tãdẽ uenit. Ceu læta: & ita tibi occurrerũt: ac ſi uictor fuiſſes: & flẽtes oĩa ſua tibi pmittebãt: qcqd ſub ſua ptãte eẽt: id tuũ eẽ affirmãtes. Læto. i. tãq̃ uictori. Mũera: q̃cũq; uelis officia. In fata redire. i. rurſus expiri fortunã potes. Sed qd opus uicto: nũc dicit qd rñderit põ. ut audiuit oẽs paratos facere quid uoluerit: dicit enim ipſos laudauiſſe & commendaſſe uoluntatem eorum: ſed tamen nil his pollicitationibus motus eſt: & ea potius uictori ſuaſit ut faceret. Inquit. ſ. pompeius.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Tu Cæſar:adhuc es ĩter ſtragem cæſorum:& reliquias pugnæ perficis:cum pompe.in poteſtate tibi regna dimit at:& eos qui parati erãt ipſi obedire:iubeat tibi officium præſtare:non ſibi. In alto cumulo:i alta ſtrage. Per uiſcera patriæ:ideſt ciuium tuorum. Populos donat:ideſt ſponte terrarum omnium dominum facit. Inde:a lariſſa. Plurimaque in ſæuos:Quia populi deos tanquam crudeles uocabãt:ꝙ uictoriã cæ. dediſſent. Nũc tibi magnæ uides:ideſt cognoſcis qui nam ſint ueri amici nam infelicitate uera amicitia nõ dignoſcitur. Felix ſe neſcit amari:ideſt nemo ueram amicitiam ĩ felicitate cognoſcere poteſt:Sinceræ enim fidei amici ĩ aduerſis cognoſcũtur. Quæſiti:pro acqſiti. Cæſar ut heſperio: nũc redit ad Cæſarem q poſtquã uidit iã eos cæſos eſſe qui uictoriam impedire poterant:uidelicet ſenatores & principes : iuſſit militibus ſuis:ut multitudini parcerẽt Agmina:ideſt exercitus reliquias.

Parcendum ferro:iam abſtinẽdum eẽ a pugna: & eẽ parcendum manibus ſuorum qui fatigati erant diuturna pugna.

Viles animas:in quibus nullum momentum uictoriæ conſiſteret. Sed caſtra fugatos ne re uo.Sed metuens Cæſar:ne ſe in caſtra fugati reciperent nocte: iuſſit equitibus:ut ſine mora caſtra Pom. irrumperent. Pellatque quies nocturna pauorem:ne ĩterpoſita nocte uicti ſperare incipiant. Fortuna:ſcilicet ſecunda.

Calet:feruet. Dum conficit omnia terror: Quia terrore ipſo perculſi hoſtes fugiebant. Ne feſſis:Reddit rationem quare non timuit:ne fatigati milites hoc ĩ perium grauiter ſubirent quia ſciebat hoc libenter eſſe facturos:quia ipſis caſtra hoſtium diripiẽda permiſit:non opus igitur erat hortamine. Victoria nobis:ideſt iã ſumus uictores:ſed reliquum eſt:ut præmia uictoriæ quæratis:Et caſtra hoſtium irrumpatis. Plena:integra. Supereſt pro ſanguine merces:Nũc nihil reſtat uobis:niſi ut præmium uictoriæ capiatis.

Meum eſt:ideſt ad me pertinet monſtrare mercedem:ueſtrum autem eſt accipere. Neq; enim:nolo hoc in muneris loco ponere:ſed ſibi qſq; diripiat quæcũq; placuerint. Donare.i.hoc donum eẽ Cunctis metallis.i.oĩ ære auro & argẽto. Raptũq; heſpiis.i.omne aurũ: quod deuictis gẽtibus ĩ heſpia:tulerat Põpeius hoc ẽ aurũ hiſpanarum gẽtiũ. Præmũt i.claudũt:nã in tentoriis Põpeii oriẽtales diuitiæ poſitæ ſunt & occidentales: nã in hiſpania Sertoriũ debellauit: & inde magnas diuitias adduxit. Eoas gazas: nã populos orientales deuicit : q ſub ĩperio Tigranis:& Mithridatis fuerant. Tot regum fortuna:currite iqt in hoſtes quos fudiſtis:ut anteueniatis eos:& ĩ ptãte ueſtra raptum aurũ atq; argentũ iure belli omne diripiatis. Fortuna:diuitiæ. Tot regũ.ſ.quos Põpeius deuicit. Expectat dños.ſ.uos,o cõmilitones. Phar.i.uictoria pharſalica

Victori præſtate fidem:tu cæſar in alto
Cædis adhuc cumulo:patriæ per uiſcera uadis.
At tibi iam populos donat gener:aduenit inde
Pompeiũ ſonipes: gemitus lachrymæq; ſequunt:
Plurimaque in ſæuos populi conuitia diuos.
Nunc tibi uera fides quæſiti magne fauoris
Contigit:ac fructus : felix ſe neſcit amari.
Cæſar ut heſperio uidit ſatis arma natare
Sanguine:parcendum ferro : manibuſque ſuoꝝ
Iam ratus : ut miles animas perituraque fruſtra
Agmina permiſit uitæ : ſed caſtra fugatos
Ne reuocent : pellatq; quies nocturna pauorem :
Protinus hoſtili ſtatuit ſuccedere uallo :
Dum fortuna calet:dum conficit omnia terror.
Nec ueritus graue ne feſſis:aut marte ſubactis
Hoc foret impium:non magno hortamine miles
In prædam ducendus erat : uictoria nobis
Plena uiri dixit:ſupereſt pro ſanguine merces:
Quã mõſtrare meum ẽ: neque.n.donare uocabo
Quod ſibi qſque dabit:cunctis en plena metallis
Caſtra pauent:raptum heſperiis e gentibus aurum
Hic iacet:eoaſque premunt tentoria gazas.
Tot regum fortuna ſimul:magnique coacta
Expectat domino:propera præcedere miles
Quos ſequeris:quaſcunq; tuas pharſalia fecit
A uictis rapiantur opes::nec plura locutus
Impulit amentes : aurique cupidine cæcos
Ire ſuper gladios:ſupraque cadauera patrum.
Et cæſos calcare duces:quæ foſſa:quis agger
Suſtineat pretium belli:ſcelerumque petentes?
Scire uolunt quanta fuerint mercede nocentes.
Inuenere quidem ſpoliato plurima mundo.

Sic milite iuſſo:oſtẽdit nullã maiorẽ militibus adhortationẽ fieri poſſe:q̃ ut caſtra ipſis diripiẽda pmitteret: ergo nullo metu nullo piculo retiñeri potuerũt:qn amẽtes auriq; cupidine cæci ferrent p ſtrata cæſoꝝ corpora Sic:uidelicet pmittẽdo caſtra diripi. Cæcos:icõſyderatos. Quæ foſſa qs agger:q̃ſi dicat nulla munitio tã uallata eẽ põt:q̃ arcere poſſit pmia uictoriæ petẽtes. Quãta fuerit mercede nocentes.i. quanta mercede commiſerit parricidia. Maſſæ:Auri & argenti:maſſa dicitur moles quædam rudis.



Congeſtæ:non conflatæ:ſed ſolidum aurum & argentum inuenere. Spoliato mundo.i.ex omni parte orbis debellati. In ſumptus bellorum:qđ aurum ſecum attulerant:ut poſſent ſtipendia militibus ſoluere. Non impleuit:non ſatiauit. Quicquid fodit iber. Ordo eſt:tamẽ putabũt milites Cæ.hoc ſcelus ueniſſe paruo. Vt pro quãuis rapiant quicqd. Iber:populus hiſpaniæ:quæ tota abundat metallis : plumbi: ferri: æris:argenti:auri: Auctore pli. Tagus:fluuius:hiſpaniæ aureas trahens arenas. Extulit.ſ.euomendo aureas arenas. Arimaſpus:eſt populus ſcythiæ unoculus:apud quem gryphes aurum &.ſmaragdos effodiunt: & arimaſpi cõtinue dimicãt aduerſus eos ut aurum rapiant:ſupra. Auroque ligatas ſubſtrigens arimaſpe comas. Væniſſe: uenditum eſſe. Cum ſpe Romanæ pdæ:qa ita eoſ ſperare iuſſerat:ſi Pompe. uiciſſent:ut urbem Romam diripiendam pmitterent. Decipitur:ideo miles uidet decipi cum Romam promiſerit:nunc caſtrorum tantummodo diuitias diripiendas obiecerit. Capit impia plæbes:cũ indignatione dicit:gregarios milites occupaſſe cubilia ſenatorum. Ceſpite patricio:Vbi antea patricii uiri requieuerant Premit.ſ.corpore ſuo. Vacuum:regibus occiſis. Inq; parentum:filii etiam ĩ cubilibus parentum:parentes filiorum:& fratres fratrum iacuerunt:quos antea ĩ pugna occiderant. Quos agitat:Hi ſoli ĩ qt uidebant ſcelera quæ perpetrauerant.

Bellorum in ſumptus congeſtæ pondera maſſæ
Sed non impleuit cupientes omnia mentes
Quicquid fodit iber:quicquid tagus extulit auri:
Quodq; legit diues ſummis arimaſpus harenis
Vt rapiant:paruo ſcelus hoc uæniſſe putabunt.
Cum ſibi tarpeias uictor deſponderit arces.
Cum ſpe romanæ promiſerit omnia prædæ
Decipitur quod caſtra rapit.capit impia plæbes
Ceſpite patricio ſomnos:uacuumque cubile
Regibus infandus miles premit:inque parentum
Inque toris fratrum poſuerunt membra nocẽtes.
Quos agitat ueſana quies:ſomnique furentes
Theſſalicam miſeri uerſant in pectore pugnam.
Inuigilat cunctis ſæuum ſcelus:armaque tota
Mente agitant:capuloq; manus abſente mouẽtur.
Ingemuiſſe putes campos: terramq; nocentem
Inſpiraſſe animas infectumque aera totum
Manibus:& ſuperam ſtygia formidine noctem.
Exigit a meritis triſtes uictoria pœnas:
Sibilaq; & flammas infert ſopor:umbra pempti
Ciuis adeſt:ſua quenque premit terroris imago:
Ille ſenum uultus : iuuenum uidet ille figuras.
Hunc agitant totis fraterna cadauera ſomnis.
Pectore in hoc pater eſt.omnes in cæſare manes.
Haud alios nondum ſcythica purgatus in ara.
Eumenidum uidit uultus pelopeius horeſtes.
Nec magis attonitos animi ſenſere tumultus

Somniq; furentes : Eumenides etiam dormientibus obuerſabãtur: ut quietem illam plenam turbationis agitarent. Veſana:plena inſaniæ. Agitat:turbat.

Inuigilat ſæuum ſcelus. Obuerſat ante oculos eorum. Agitant:ideſt cogitant arma. Capuloque manus:& dormientium manus mouebantur:tanquam pugnantium. Capulo:enſe:pars p toto. Putas.i.putare quiſq; poſſet. Inſpiraſſe:emiſiſſe. Superam.i. noctem q̃ in hemiſperio noſtro eſt. Stygia formidine:ideſt ſtygiis umbris. Exigit a meritis:hæc cã erat ꝙ uictoria ipſa pœnas ſumebat a uictoribus:nam qa impia fuerat: ideo agitabatur furiis. A meritis.ideſt qui pœnas meruerant occidendo:alii patres:alii fratres. Sibila : eumenidum murmura. Flammas:ſcilicet ipſarũ eumenidum:quæ inferre uidebantur faces cum ſibilis. Vmbra:ideſt anima ciuis quem occiderat ante oculos errabat eorum. Sua quenque premit:unicuique imago terroris ante oculos uagabatur. Ille ſenum:ſicut occiderat:alii ſenes:alii iuuenes:ita in oculis erant dormientium. Totis ſomnis.Tota nocte. Omnes in Cæſare manes:Vtpote in auctore malorum omnium. Haud alios:per ſimilitudinem oſtendit quomodo tota nocte agitati ſunt dormientes milites:non aliter inquit:q̃ cũ furorem bacchus in aliquem immittit : aut Horeſtes cum occiſa matre in inſaniam uerſus eſt. Nam pentheus poſtquam a ſuis mœnibus Bacchi ſacrificia relegauit:miſit ſatellites ſuos: Vt illum abigerent:qui cum non redirent:ipſe profectus eſt.Tunc furorem Agaue matri:& Authonoæ materteræ immiſit Bacchus:ut crederẽt ipſum pentheum eſſe aprum:aut uitulum:& inſecutæ thyrſis tandem eum occiderunt.Mater uero eius Agaue per mediam turbam ouans filii caput geſtabat. Nondum purgatur in ara.Quia ad aram uenerat Dianæ ubi tandem purgatus eſt in taurica regione ſcythiæ:cuius antiſtes erat ſoror iphigenia:quæ imolata fuerat Dianæ:in cuius locũ Diana ceruã ſubiecerat. Horeſtes pelopeius:ideſt originẽ a pelope ducẽs:nã pelops genuit atreũ thyeſtẽ & philiſtenẽ patrẽ agmaẽnonis & menelai ex agamẽnone natus ẽ horeſtes. Senſere:a libero pře.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Cum fureret pentheus:aut cum deſciſſet agaue.
Hunc omnes gladii : quos aut pharſalia uidit:
Aut ultrix uiſura dies ſtringente ſenatu:
Illa nocte premunt:húc infera móſtra flagellant.
Heu q̃tum miſero pœnæ mens conſcia donat.
Quod ſtyga:qđ manes ingeſtaq; tartara ſomnis
Pompeio uiuente uidet:tamen omnia paſſo
Poſtquam clare dies pharſalica damna retexit:
Nulla loci facies:reuocat feralibus aruis
Hærentes oculos cernit propulſa cruore
Flumina:& excælſos cumulis æquantia colles
Corpora:ſidentes in tabem ſpectat aceruos.
Et magni numerat populos : epuliſque paratur
Ille locus:uultus ex quo facieſque iacentum
Agnoſcat:iuuat æmathiam non cernere terram.
Et luſtrare oculis campos ſub clade latentes.
Fortunam ſuperoſque ſuos in ſanguine cernit.
Ac ne læta furens ſcelerum ſpectacula perdat:
Inuidet igne rogi miſeris:cæloque nocenti
Ingerit æmathiam:non illum pœnus humator
Conſulis:& libyca ſuccenſæ lampade cannæ
Compellunt:hominum ritus ut ſeruet in hoſtem.
Sed meminit nondum ſatiata cædibus ira
Ciues eſſe ſuos:petimus non ſingula buſta

Cum fureret pen.ſ.contra deum:& eum a finibus ſuis abigeret. Aut ultrix uiſura dies:gladii illi obetra bát oculis ipſius Cæſaris:quos deide paſſus eſt i'ſenatu cum occiſus eſt: & confoſſis tribus & uiginti uulneribus. Stringente ſenatu.ſ.coniuratione Bruti. Heu quantum pœnæ:Superius rationem attulit cum cladē illá æquiori animo ferre debebat pompeius:nunc autem cauſas affert cur miſerior ſit Cæſar: cum in mentem uenerit:cũ tantoq; malorum cá auctor extiterit. Heu:cõmiſerantis eſt interiectio. Miſero.ſ.Cæ. Mens conſcia.ſ.tot admiſſorum ſcelerum & cædium:quas pauloante milites perpetrauerant ipſo concitante. Donat:affert. Styga.i.íferos:nam quo poſtea deſcẽſurus erat. Manes.ſ. Cæſorũ animas:quæ dormienti obuerſabantur.
Pompeio uiuente.Id eui erat quod cæſatem dolore maiori afficeret. Omnia paſſo:Quáuis tota nocte ꝑpeſſus eẽt Cæſar mala omnia prædicta:magna animi ꝑturbatione cogitádo:quæ ipſe mala perpetrauerat:tamen cum lux facta eſſet præ leticia oculos a pharſalia remouere nõ poterat:ꝙ aduerſarios ꝓſtratos uideret. Retexit:apetuit. Nulla loci facies:Quãtũlibet execrabilis eſſet deformitas loci:multitudine cæſorum:tamen oculos a theſſalia non reuocabat. Reuocat:remouet.
Feralibus:ubi feralia ſcelera commiſſa fuerũt. Cernit po.cruore: Vidit flumĩa multitudine cædiũ íflata:ꝗa tãtus erat cæſorum cruor effuſus:ut ipſa etiam flumina creſcerent. Excælſos colles:uidet ẽt ſtragem & ſtruem corporum adeo ſublimem:Vt comparari poſſet montibus.
Sidentes:poſitos. Et magni numerat.p.& numerãdo lætabatur. Epuliſq; paratur ille locus:ut quaſi ſpectaculũ ante oculos haberet cæſorum militum : dum epu'aretur. Vultus facieſq;.Aliquid in ter ſe differũt:nam facies proprie eſt natu ralis cuiuſq; habitus:Vultus autem eſt q pro uoluntate mutatur & fingitur. Iuuat:ſcilicet Cæſarem. Non cernere terram:ꝙ opera eſſet ſtrage cæſorum. Cæſar autem cum cæſa cadauera perluſtraret: fertur hæc dixiſſe græce.Hoc uoluerunt huc me neceſſitatis adduxerunt : ut. C.Cæſar maximus confectis bellis:ſi exercitus dimiſiſſem cõdemnatus utiq; forẽ. Plutar. Sub clade.i.latentes ſub cæde:ná cladẽ pro cæde poſuit. Fortuná:ſcilicet ſuam ſecundam. Superoſque ſuos:ideſt ſibi propitios:nam ex eo ꝙ tantam cladem ipſe cum militibus ſuis perpetrauerat:ĩtelligebat deos ſibi propitios eſſe. Ac ne leta.ſ.Et tantam ex cæde læticiam capiebat:ꝙ nec cæſorum quidem corpora ſepeliri permittebat ut diutius oculos paſceret. Miſeris:ſcilicet occiſis. Inuidet igne rogi:Notanda ẽ hæc conſtructio:inuideo tibi hac re:quæ rariſſima eſt:& nuſquam memini legere:niſi apud Lucanum:nam uſitatum eſt inuideo tibi hanc rem. Cæloq; nocenti:ideſt infecto:nam tum demum nocens eſt cælum cum infectus eſt aer. Non illum pœnus.Immanior inquit eſt & crudelior Cæſar q̃ hannibal:nam noſtris conſulibus ſepulturam non negauit:quod nunc ciuibus ſuis fecit. Humator:ſepultor. Conſulis:uel pauli æmilii apud Cannas trucidati:cuius corpus diu quæſitum quantum in ipſo fuit ſepulturæ mandauit. Aut certe Marcum Marcellum conſulem dicit:qui dux in brutiis:dum auidius pœnorum conatus inueſtigaret:dum conſilia ſperneret:occiſus eſt:cuius corpus legitimo iure Hannibal extulit & punico ſagulo: & corona etiam donatum laurea rogo ſuperimpoſuit. Lampade:quia omnia corpora Romanorum cæſa apud cannas ſecundum Liuium:quæ quinquaginta milia fuiſſe dicuntur:iuſſit comburi:& ſepulturæ omnia mandari. Ritus:ideſt mores:nam mos eſt non inuidere ſepulturam hoſti. Sed meminit nondum:Bis intelligitur nondum:quia nondum expleta erat ira Cæ.ideo oblitus erat ciues ſuos eſſe. Petimus non ſingula buſta:ſub perſona ſui inducit loqui eos qui cæſi fuerant:& ſepultura prohibiti:quaſi ipſi ita loquantur : non eſt magnũ quod petimus o Cæ. nam ſi id peteremus:ut ſinguli ſingulo rogo comburerentur:fortaſſe laborioſius tibi uideretur. At uero ut omnium noſtrum corpora uno rogo extructo comburantur:petimus. Buſtũ dicitur quaſi combuſtum:& proprie dicitur cadauer cum eſt combuſtum.



Diſcretoſque rogos.unum da gentibus ignem.
Non interpoſitis urantur corpora flammis.
Aut generi ſi pœna iuuat : nemus extrue pindi
Erige congeſtas œthæo robore ſyluas.
Theſſalicá uideat pompeius ab æquore flámam.
Nil agis hac ira:tabes ne cadauera ſoluat:
An rogus:haud refert:placido natura receptat
Cuncta ſinu:finemq; ſui ſibi corpora debent.
Hos cæſar populos:ſi nunc non uſſerit ignis
Vret cum terris : uret cum gurgite ponti.
Communis mundo ſupereſt rogus : oſſibus aſtra
Mixturus : quocunq; tuam fortuna uocabit.
Hæ quoq; eunt animæ:non altius ibis in auras
Non meliore loco ſtygia ſub nocte iacebis.
Libera fortunæ mors eſt:capit omnia tellus
Quæ genuit:cælo tegitur qui non habet urnam.
Tu cui dant pœnas inhumato funere gentes:
Quid fugis hanc cladẽ?qđ olentes deſeris agros?
Has trahe cæſar aquas:hoc ſi potes utere cælo.
Sed tibi tabentes populi pharſalica rura
Eripiunt:campoſque tenent uictore fugato.
Non ſolum æmonii funeſta ad pabula belli:
Biſtonii uenere lupi : tabemque cruentæ
Cædis:odorati pholoen liquere leones:
Tunc urſi latebras : obſæni tecta domuſque
Deſeruere canes : & quicquid nare ſagaci
Aera non ſanum : motumque cadauere ſentit.
Iamque diu uolucres ciuilia caſtra ſecutæ

Diſcretos:ſeperatos. Gentibus:ſcilicet occiſis. Non interpoſitis:ideſt ſeparatis:ſed in unum comburantur. Aut generi ſi pœ iu.aut ſi facis hoc ut maiorem dolorem Pompeio commoueas:Iube omnes cæſos in excælſum cacumen pindi aut œthæ montis efferri:& ibi omnes comburi:ut ex ipſo mari per quod nauigat Pom.flamma uideri poſſit: hoc enĩ pacto Pompeii dolorem augebis. Extrue:ſcilicet ĩ unam congeriem. Pindi:montis theſſaliæ: permagnus ad arcton macedonum partem haber( ut ait Strabo ) ad occaſum autem perebos homines metanaſtas ideſt nugatores continet.ad meridiem uero dolopas. Nil agis hac ira:quod iratus nolis cæſos ſepeliri. nam ſi rogus unus humano labore ſtructus non comburet eos:certe extrema illa flamma quas omnis mundux igne peribit comburentur:& te inuito. Tabes an rogus.h.refert:& nihil refert : an ſua ipſorum cadauera corruptione ſoluantur:an dimittantur ſolui in cineres. Placido natura receptat cuncta ſinu:naturale eſt ut quicquid naſcitur etiam ſoluatur:& omne compoſitum in ſua principia perueniat.
Hos cæſar populos:ſi non nunc : certe tunc comburentur cum ignis omnia corripiet in extremo die. Vret: ſcilicet ignis.Nam etiam Philoſophi uolunt naturali quadam ratione fore ut omnis mũdus igneſcat:ſicut Cicero dicit: Aſtra: quia ignis ille terrena omnia & cæleſtia cõſumet. Quocunque : ad quemcunque exitum ueniat anima tua:memento etiam horum animas uenturas : nam & tu moriturus es. Non altius ibis : tametſi aſſentatores dicturi ſint animam tuam in cælum aſcendiſſe:& conuerſam eſſe in ſydus cæleſte.ut Virgilius.Ecce dionei proceſſit Cæſaris aſtrum. Altius : quam horum animæ. Non meliore loco: ſcilicet quã illi iacebunt. Stygia nocte:ſtygem tranſibis:ſicut alii:& fortaſſe profundius:quia malorum omnium cauſa fuiſti. Libera fortuna mors eſt:non enim mors fortũæ ſubiacet:ſed quæcunque ipſa uoluerit:faciet. Capit omnia tellus:nam ex terra oĩa naſcuntur:& in terram redeunt. Cælo tegitur:nam cælum eſt ſepultura omniũ. Vrnam:ideſt ſepulturam. Tu cui dát pœnas:pergit poeta oſtendere quod cœperat ſcilicet Cæſarem ipſum:quamuis uictorem : tamen in deteriori conditione eſſe:q̃ Pompeium:nam ipſe qui iuſſit Cæſorum corpora inſepulta iacere:fugatur a mortuis:has enĩ dat pœnas:quod tetrum odorem eorum ſuſtinere non poteſt:ſed fugere cogitur. Inhumato funere:non enim genus pœnæ eſt quod eos ſepeliri prohibes. Has trahe Cæſar aquas:perſiſte inquit in æmathia ſi potes ſed non poteris:nam ab his quos occidiſti fugaberis:cum uiui te fugare nequiuerint. Trahe:bibe: Has quas:quæ in æmathia naſcuntur. Cælo:aere. Tabentes:corrupti. Non ſolum æmonii : nunc commiſeratione utitur oſtendens id Cæſaris immanitate factum eſſe:ut Cæſorum corpora a lupis:leonibus : aliiſque feris:& alitibus dilaniarentur:& eſſe facta alimenta ferarum:& eſt indignatio contra Cæſarem:quamuis ſit & commiſeratio Cæſorum. Quæ:pro ſed. Leones odorati:pro odoriſecis:qui odorem ſequuntur. Biſtonii: ideſt thraces. Ad pabula:ideſt ad cumulos. Pholoen:montem arcadiæ. Latebras:nam e cubilibus ſuis urſi ad cadauera dilanianda uenerunt. Et quicquid nare ſagaci:ideſt omne genus ferarum quod ſagacitatem narium habet ad hæc pabula concurrerunt. Sagaci: odoriſeca.unde ſagaces canes dicuntur odoriſeci. Nõ ſanum:ideſt infectum. Motum:ideſt turbatum. Vos quæ nilo:o grues:inquit:quæ thraciam mutare ſoletis ægypto:quia ſtrimonem fluuium thraciæ ſuperueniente hyeme deſeritis.& in ægyptum melioris auræ tranſitum facitis:hoc tempore tardiores in ægyptum tranſitis:detentæ uidelicet illecebris cadauerum.



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Conueniũnt:uos quæ nilo mutare ſoletis
Threicias hyemes ad mollem ſerius auſtrum:
Iſtis aues:nunquam tanto ſe uulnere cælum
Induit:aut plures preſſerunt aera pennæ.
Omne nemus miſit uolucres:omniſque cruenta
Alite ſanguineis ſtillauit roribus arbor.
Sæpe ſuper uultus uictoris & impia ſigna
Aut cruor aut alto defluxit ab æthere tabes.
Membraque deiecit iam laſſis unguibus ales.
Sic quoque non oĩs populus peruenit ad oſſa:
Inque feras diſcerptus abit: non intima curant
Viſcera:non totas auidæ ſorbere medullas.
Deguſtant artus:latiæ pars maxima turbæ
Faſtidita iacet:quam ſol nimbique dieſque
Longior æmathiis reſolutam miſcuit aruis.
Theſſalia infelix quo tanto crimine tellus
Læſiſti ſuperos:ut te tot mortibus unam
Tot ſcelerum fatis premerent? quod ſufficit æuũ
Immemor ut demat belli tibi damna uetuſtas?
Quæ ſeges infecta ſurget non decolor herba?
Quo non romanos uiolabis uomere manes?
Ante nouæ uenient acies:ſcelerique ſecundo
Præſtabis nondum ſiccos hoc ſanguine campos.
Omnia maiorum uertamus buſta licebit:
Et ſtantes tumulos:& qui radice uetuſta
Effudere ſuas uictis compagibus urnas.
Plus cinerum æmoniæ ſulcis telluris aratur.
Pluraque ruricolis feriuntur dentibus oſſa:
Nullus ab æmathio religaſſet littore funem
Nauita:nec terram quiſquam mouiſſet arator.

Mutare ſoletis.t.h.ſunt enim quædam aues quæ aeris temperiem amant:ſicut hirundines:& grues. Threicias hyemes:ideſt hybernum tempus thraciæ. Ad mollem auſtrum:ideſt ægyptum:nam per uentum ſignificauit regionem:eſt enim auſter uentus meridionalis:ubi ſita eſt ægyptus. Nunquam ſe uulture:ideſt nunq̃ antea uiſi ſunt tot uulturum greges:nam uultur auis eſt carnibus humanis ueſcens. Induit:impleuit. Pennæ:ideſt aues.pars pro toto. Omniſque cruenta: Et in arboribus ſidentes aues fruſta cadauerum roſtro geſtabant:e quibus cruor effuſus arbores cruentabat. Roribus:ideſt guttis. Sæpe ſuper uultus: hoc etiam ſæpius contigit: ut membra cadauerum quæ de roſtro auium caderent:ĩ caput cæſaris & militum ſuorum ruerent & nonnunquam etiam ſigna cruentarent. Tabes:quæ iam cruor eſſe deſierat. Omnis populus:ideſt integra corpora multitudinis cæſæ non ſunt omnia corrupta:ſed p̄s eorum in alituum & ferarum nutrimenta tráſiere. Ad oſſa:ideſt ad corruptionem. Que:pro ſed. In feras: in nutrimenta ferarum. Non intima.c.u. & aues iam ſatiatæ uſque ad faſtidium parum admodum guſtabant:reliquam uero partem relinquebát intactam. Sol:ideſt calor ſolis & longitudo temporis in cinerem conuertit. Dies:tempus.nam dies fœ.genere tempus ſignificat. Theſſalia infelix:nunc inuehitur in ipſam æmathiá: hác omni ſupplicio dii irati damnarunt: ut ea omnia Cæſorum corpora ſuſtineret: & reſoluta corpora ipſam macularent:ut ibi nihil naſci poſſet non cruore fœdatum.hoc inquit tibi magno aliquo ſcelere contigit ut una potiſſimum idonea haberetis:in q̃ tot cædes committerentur. Nametſi diu æuum durabit:tamen nulla uetuſtas hanc tibi maculam abolere poterit. Quod ſufficit æuum:ideſt quæ tanta ſæculorum longitudo eſſe poterit:ut obliuioni tradatur hoc nefas quod in te commiſſum eſt: quaſi dicat nulla. Immemor: quæ obliuionem inducit. Demet damna:ne his damnis uitupereris ab omnibus. Decolor:ideſt deformis:& quæ redoleat cruorem Cæſorum. Violabis:quocunque uomere uerſata fueris ſemper uomis oſſa ſemiſepulta feriet:ita ut manes eorũ quodámodo lædantur ad agricolis. Ante nouæ uenient: ideſt anteq̃ obliteretur prima cædes in te facta o Theſſalia Altera cædes ſuperueniet belli ciuilis Octauius enĩ & Antonius ab una parte:& Brutus & caſſius ex altera bella ciuilia renouabũt. Scelerisq; ſecundo:uix primus hic cruor ſiccatus erit:cum nouus iterũ fundet. Oia maiorum:dicit enĩ non unius aut alterius ciuitatis populos ibi iacere ĩſepulto:ſed tot romanorum milia:quot nuſq̃ ſepulta iacent. Nec ſi iḡt oia romanorum ſepulchra euellantur:& eorum oſſa quæ ĩ his condita ſunt eruantur:numerum æquare poterunt eorũ q ĩ theſſalia iacent ordo tendit uſq; ad eum locum:tamen plus cinerum aratur ſuppletur enĩ tamen.

Licebit:q̃uis. Ver:ideſt euertamus. Stantes tumulos:ſepulchra quæ nondum uetuſtate corruerunt.

Et.ſ. euertamus ea buſta quæ iá ruere cœperũt ĩnatis radicibus caprifici huius.n.arbuſculæ radices coagméta lapidũ maxie diſſoluũt.Iuue.Hæſuri ſaxis cinerũ cuſtodibus:ad q̃ Diſcutiẽda ualent ſterilis mala robora fici.& Mar.Marmora meſſalæ findit caprificus. Effunderẽ:aperuẽt. Victis cõ.ſolutis iũcturis. Radice.u.ſ.caprifici. Ruricolis.d.dens ruricola nil aliud ẽ:q̃ dẽs uomeris. Nullus ab æma.ſenſus ẽ:adeo deteſtabilis fuiſſet æmathia:ſi nũq̃ alibi geſta fuiſſẽt bella ciuilia:ꝙ nẽo ibi hĩtaret:nẽo ſereret:nẽo araret:ſed eẽt oĩno deſtituta ab hũano cultu:ñ aliter:q̃ torrida:aut frigida zõa:ſed q̃a alibi ẽt geſta ſũt bella:iõ ñ adiudicata ẽ nocẽs. Ordo uſq;



Romani buſtum populi:fugerentque coloni
Vmbrarum campos:gregibus dumeta carerent.
Nulluſque auderet pecori permittere paſtor
Vellere ſurgentem de noſtris oſſibus herbam:
Ac uelut impatiens hominum:uel ſolis iniqui
Limite:uel glacie:nulla atque ignota iaceres:
Si non prima nefas belli:ſed ſola tuliſſes.
O ſuperi liceat terras odiſſe nocentes.
Quid totũ premitis? q̃d totum abſoluitis orbẽ?
Heſperiæ clades:& flebilis unda pachyni
Et mutina & leucas puros fecere philippos.

## .M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER OCTAVVS.

i Am ſup herculeas fauces : nemoroſaq; tẽpe
Aemoniæ deſerta petens diſpendia ſyluæ
Cornipedẽ exhauſtũ curſu ſtimuliſq; negãtẽ
Magnus agens:incerta fugæ ueſtigia turbat
Implicitas errore uias:pauet ille fragorem
Motorum a uentis nemorum : comitumq; ſuorũ
Qui poſt terga redit:trepidũ laterique timentem
Exanimat : q̃uis ſummo de culmine lapſus:
Nondum uile ſui pretium ſcit ſanguinis eſſe:
Seque memor fati : tantæ mercedis habere
Credit adhuc iugulum:q̃tum pro cæſaris ipſe

ad eũ locũ.ſi ñ pria nefas belli. Terrã:appo.Buſtũ po.ro.Quia ſepulchrũ uere romani populi appellari potes.

Dumeta:proprie ſunt loca ſpinoſa & arrida:ubi paſcere ſolent greges. Vellere:paſcere herbam. Nuda : ſpoliata fructu. Ignota.ſ.gentibus:quia nemo habitaret. Limite ſolis iniqui: ideſt torridæ zonæ. Vel glacie:ideſt frigidæ zonæ:quemadmodum hic nemo habitare poteſt propter nimium calorem:illic propter nimiũ frigus:ita & hic nemo habitaret:ſi tu fuiſſes non prima:ſed ſola. Terras odiſſe nocentes:ubi tantus romanorum cruor effuſus eſt ſed nunc non licet:q̃a non uno loco tantum:ſed ĩ multis regionibus romanorũ ſanguis ſparſus ẽ:q̃a quicq̃d multis peccatur iultũ eſt. Premitis:damnatis:& damnando totum orbem abſoluitis. Heſperiæ clades:hæc oia loca ubi fuſus eſt romanorũ cruor fecerunt: ut æmathia uideretur eſſe abſoluenda. Heſperiæ clades:propter Cn.pom.quem una cum exercitu ſuo cæſar ĩ Hiſpania deleuit. Flebilis unda pachyni:ubi Agrippa auſpiciis Auguſti Cæſaris Sextum Pom.magni Pom.filium deuicit. Et mutina:ubi Auguſtus hyrtius & panſa uicerunt.M.Antonium multiſq; occiſis conſules letali uulnere ſauciati ſũt.

Et leucas:promontorium Epiri:ubi Octauius Antonium & Cleopatram bello nauali deuicit:ubi multa milia romanorum perierunt.

Pharſaliæ liber octauus.

i Am ſuper herculeas fauces nẽoroſaq; tempe : hic liber Octauus hæc continet : primum quidem pom. profectionem ĩ iſulam Leſbon ubi Corneliam depoſuerat. Deĩde concionẽ Pom. habitá. Cilicia:ubi pars maior ſenatus conuenerat:cuius ſententia erat ut ſe conferret in parthiam:& Parthorum regũ uires extollens contra Cæſarem cõcitaret. Huic ſententiæ aduerſatus eſt lentulus: & orationem habuit romano conſule dignam : & ĩ ſententiam eius ſenatus conſultum factum eſt:ut ſe ĩ ægyptum reciperet.deĩde etiam narratur quomodo Pompeius poſtq̃ ĩ ægyptum uenit iubẽte ptolemæo perſuaſu photini & Achillæ obtrũcatus eſt. poſtremo continet ſepulchrum pom.cuius cadauer Codrus ĩuentum rogo ſuperĩpoſuit ac ſepulturæ mandauit. Iam ſuper: deſcribit quomodo Pompeius poſtq̃ a Theſſalia diſceſſit fugiens metuebat ſtrepitum omnem: ſciebat enĩ mortem ſuam a Cæſare plurimum deſyderari.Ordo eſt.uſq; ad eum locum magnus agens. Super herculeas fauces:ideſt per fauces olympi montis & oſſæ.nam Hercules cum ueniſſet ĩ Theſſaliam:& uideret montibus circundatam uallem ĩgentem quæ aquam ſurgentem contineret:adeo ut lacum feciſſe uideretur:cognouit ſi locus undis euacuatus eſſet:maximam ibi fertilitatem futuram:itaq; diſcidit olympum ab oſſa atq; effuſa aqua eſt:& ĩde diuerſa flumina deriuata:quorum nomina ſuperius deſcripſit:qua parte igitur Herculem olympum ab oſſa diſcidit:hanc fauces Herculeas appellat. Nemoroſaq; tempe:ephexegeſis eſt eius quod dixit fauces herculeas. Nam tempe ſunt iter oſſam & olympum amœniſſima:q̃nq; milium paſſuum lõgitudĩe:& ferie ſex latitudĩe: attollentibus ſe utrique leniter conuexis iugis:& ĩterlabente peneo nemoroſam conuallem.Pli.Latini tribus tantum caſibus plurali utuntur.nominatiuo.acſautiuo uocatiuo.Sed a græcis uariatur τα τεμπεα και τεμπη.per craſſim:q̃a littera non ſeruatur. Diſpendia:ideſt uaſtas longitudines. Aemoniæ ſiluæ ea enĩ ſilua Theſſaliæ magna ẽ & longa. Cornipedem:equum. Exhauſtum:defectum curſu. Stimuliſque negantem: q̃a iam ſuppoſita calcaria ſentire non uidebatur præ nimia laſſitudĩe. Incerta fugæ ueſtigia turbat:hoc oĩno faciebat Põpeius ne ſequerentur ueſtigia ſua:& ipſum depræhẽderẽt:nũc huc nũc illuc circũagebat equũ. Implicitas erro.ui.ut errorẽ ſequẽtibus iniiceret. Pauet ille fra.ſtrepitũ oẽm:ẽt comitũ ſuorũ. Qui.ſ fragor. Redit.i. ſeq̃t Pompeiũ. Lateriq; timẽtẽ.i.ſaluti ſuæ ne a latere aliq̃s ĩuaderet. Quãuis ſũmo de cul.quis iḡt aduerſa fortũa illũ de ſũmo gradu deiecerit:tamẽ ſcit magno p̄tio a Cæ.emptũ iri mortẽ ſuá. Nõdũ uile:imo p̄tioſũ. Seq; me.f.i.priſtiæ fortũæ non dubitat ꝙ q̃tum Pompeius pro cæde Cæſaris:tantumdem etiam Cæ.pro ſua daret.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Deſerta ſequentem:quamuis per occulta loca tranſiret Pompeius:ne dignoſceretur tãta tamen erat uiri maieſtas:ut latere non poſſet. Clara facies:maieſtas imperatoria. Fatum:ideſt fortunam ſuam aduerſam.
Multi pharſalica caſtra:dicit autem multos fugienti Pom.obuiam factos eſſe q Theſſaliam petebant. nõdũ eñi ſciebant uictum eſſe Pompeium & occurrentes obſtupeſcebant. Occurſu:obuiam facti. Vertigie:mutatione fortunæ:& uix credere poterant tantum cladis fuiſſe ut Pom.cum tanto exercitu uinceretur:præſerti q ſuperiori tempore tantus uictor fuiſſet. Cladiſq; ſuæ:ideſt uix ſuæ cladis erat auctor cui fidem adhiberent audientes. Grauis eſt: & moleſtus erat Põpeio qcunque ſciebat cladem ſuam:Mallet eñi ignotus eſſe:q̃ cladem acceptã dignoſci a gentibus:nam pudori uidebatur ꝙ poſt triumphos i hac ætate a Cæſare uictus eſſet. Obſcuro:ignoto nomie.
Sed longi pœnas: qa adeo nomis ſui fama compleuerat totum orbem terraꝝ: ut ignotus eſſe non poſſet.hæc nobilitas illi moleſta erat. For.lon.fa.ideſt fortuna diu proſpera. Exigit pœ.ideſt facit hanc pœnam eſſe grauiorem. Pondere ideſt tanta mole gloriæ & nomis. Præmit:aggrauat. Res aduerſas:recte dicit nam q diu i felicitate fuit aduerſam fortunam grauius ferre conſueuit:diuturna felicitas eſt quoddam quaſi onus iterim aduerſitate ſuperueniente. Vrget.ſ. res aduerſas. Fatiſque prioribus: ideſt ſecundis:qa ſuperiori tempore fata putabantur proſpera.ſed nunc magis illum premebãt res aduerſæ. Nunc feſtinatos: ꝙ ante trigeſimum annum de Sicilia de Aphrica triumphauit:parta uictoria auſpiciis ſyllæ
Acta ſyllana:ideſt auſpiciis ſyllæ:qa miſſus eſt i Aphricam contra Domicium quẽ uicit:& i Sicilia contra Cn. carbonem quẽ & ipſum ſuperauit:& de utraque prouícia triumphauit:qa non licebat alicui de ciue triumphum ducere. Lauriferæ iuuẽtæ: qa lauream coronam accepit: cũ ſublimis triumphali curru per urbem ueheretur.
Nunc & corycias:i mentem ueniebant priſtiæ uictoriæ Põpeio:quæ nũc maiorẽ moleſtiã ac dolorẽ afferebãt. Corycias claſſes.i.piraticas a coryco antro:& oppido ciliciæ duobus eñi menſibus mare paccatũ reddidit põpeius:quod piratæ iſeſtum fecerant.Cilices autẽ piratæ funditus deleti fuerunt(ut refert Strabo)primũ a Seruilio Iſaurico: quo tẽpore ille iſauriã cœpit.Poſtea a Pom.q ſupra mille & trecẽta nauigia cõcremauit.eoꝝ uero habitationes excidit:ex homibus q ſuperfuere i prœlio:alios i urbẽ ſolos deduxit habitatũ:quam ille pompeiopolí appellauit:alios didymenã homibus effœtam:quæ nunc romanorum eſt colonia. Et pontica ſigna:uictoriam:q̃ de Mithridate rege ponti retulerat:uexillaq; uniuerſa cœperat ipſo debellato. Sic longius æuum: hoc pacto ſgt multis nocuit diutius uixiſſe.Satius eñi.fuiſſet Pompeio.ſi ante hanc cladem i felicitate mortuus fuiſſet unde Iuuenalis.Prouida Pompeio dederat campania febres optandas:ſed multæ urbes & publica uota uicerũt.
Deſtruit:debilitat. Vita ſuperſtes iperio:ideſt q diutius uiuit:q̃ iperium durat. Summa:ultima dies.
Præuertit:ante uertit:niſi mors præuenerit aduerſitatem:& res lætæ diuturna uita premuntur.ut.O ui.meta.Sed ſcilicet ultia ſemp expectanda dies homi eſt:diciq; beatus Ante obitũ nemo ſupremaq; funera debet.ſententia Solonis eſt quam poeta uſurpauit. Quiſq̃ ne ſecundis:eſt ne aliqs q audeat ſe felicem dicere ante mortem.q.d.non. Fatis:ideſt ſecundæ fortunæ. Littora contigerat:nunc autem dicit Pompeium ad penei fluminis hoſtium perueniſſe:& ibi naue admodum exigua nauigare cœpiſſe:ut Leſbon peteret:ubi corneliam depoſuerat. Peneus:fluuius theſſaliæ qui.ex pindo apud gomphos naſcitur.Plinius. Aemathia clade:ideſt cruore effuſo in campis philippicis. Inde ratis trepidum:cum ad hunc exitũ amnis perueniſſet:dimiſſo equo nauigare cœpit:ſed hic oſtendit q̃ inanes ſint hominum cogitationes:& quã i fragili ſtatu res humanæ poſitæ ſint.Nam Pom.qui claſſe corcyram:Siciliam:Liburniam: Ciliciam tenebat: nunc per exiguam nauiculam uehi contigit.qua uix tuto per flumina nauigare potuiſſet. Inde: poſt hæc ſcilicet dimiſſo equo.

A uulſa ceruice daret:deſerta ſequentem:
N on patitur tutis fatum celare latebris
C lara uiri facies:multi pharſalica caſtra
C um peterent:nondum fama prodente ruinas
O ccurſu ſtupuere ducis : uertigine rerum
A ttoniti:cladiſque ſuæ uix ipſe fidelis
A uctor erat:grauis eſt magno quicunque maloꝝ
T eſtis adeſt:cunctis ignotus gentibus eſſe
M allet:& obſcuro tutus tranſire per urbes
N omine:ſed pœnas longi fortuna fauoris
E xigit amiſero:quæ tanto pondere famæ
R es premit aduerſas:fatiſque prioribus urget.
N unc feſtinatos nimium ſibi ſentit honores.
A ctaque lauriferæ damnat ſyllana iuuentæ
N unc & corycias claſſes:& pontica ſigna
D eiectum meminiſſe pudet:ſic longius æuum
D eſtruit ingentes animos : & uita ſuperſtes
I mperio:niſi ſumma dies cum fine bonorum
A ffuit:& celeri præuertat triſtia lœto
D edecori eſt fortuna prior:quiſquam ne ſecundis
T radere ſe fatis audet:niſi morte parata?
L ittora contigerat per quæ peneius amnis
A emathia iam clade rubens exibat in æquor:
I nde ratis trepidum uentis ac fluctibus impar

Vix tuta uadis:q̃ flatum uentorum & undationẽ fluminũ ſuſtinere non poterat. Trepidum.i.uento tumentẽ. Euexit.ſ.Pom. Corcyra:iſula i mari ionio:quam appellabant melenam. Sinus leucadii:leucas ẽ ꝓmontorium epiri. Cilicum dominus.i.qui ciliciã tenebat. Terræq; liburnæ:quæ contigua eſt dalmatiæ.
Correpſit.i.ſimul cum ſociis ſuis repſit:repere ꝓprie ẽ animalium. In alnum.i.paruam nauiculam:nam alnus ponitur pro fluuiali naui:eo ꝙ ex alno arbore cauari ſoleat: Pompeius ex lariſſa ad mare uſque ad delatus eſt:eo loci paruam ingreſſus cymbã:cũ teſte Appiano:adnauigantem nauem offendiſſet Mitylenas peruenit.
Aſſumpta igitur Cornelia uxore triremibus quatuor comitatus:quæ a rhodiis & tyriis ad eum uenerãt:corcyram tũc quidẽ & libyam ꝑteruectus ẽ:quo i loco exercitũ alium & nauticos habebat apparatos: ad oriẽtem itaq; cõuerſus:parthos ueluti ab illis opẽ petiturus:nulli patefacto interim cõſilio adire ſtatuit:quod pene cum i ciliciã ueniſſet amicis retulit. At illi a parthis abſtinẽdum ſuadebant:q nup craſſo iſurrexiſſent:& adhuc ob eius cladem elatiores ſpũs haberẽt:nec corneliã ſingularis formæ mulierẽ in eoꝝ ꝑtãte cõmittendam eẽ:maxime cũ e craſſo eẽt genita: cũ in ægyptum demũ ire ſtatuiſſet:uel ad iubam potius ſe conuertere. Amici repudiatis iubæ rebus:utpote q̃ nullius exiſtimationis:aut gloriæ futuræ eẽnt: ægyptum ut adiret ſuadere nõ deſtiterũt. Cõſcia curaꝝ:amor corneliæ Põpe.nauigare coegit ad íſulã leſbõ:ubi repoſuerat eam.
Mœſtior í mediis:i qua leſbo inſula o cornelia maiori mœſtitia uexabaris:q̃ ſi eſſes í mediis theſſaliæ cãpis:nã maiora ſem ꝑ picula animus diuinat. Quatitur: cõmouetˀ:nunq̃.n.quiete dormire poterat.
Theſſaliã nox oĩs habet.i.per ſomnos ſibi theſſalia obuerſabatur:tenebriſque remotis:ideſt exorta luce. Curris:uagaris per littora proſpiciens nunquid nauem uideres q̃ cladem nunciaret:quam tibi futurã aĩo pſuaſeras. Nutãtia:fluitantia & uentis agitata. Quærere ne qc quã:Et qa timebas id quod futurũ erat: iõ neminem audebaſ q̃rere de rebus i theſſalia geſtis:nã quãdo aliqd timemus etiã dubitamus quærere ne id forte intelligamus quod nolumus audire. Enratis:q̃ omnia tibi ídicabit etiã tacẽti. Nũcius triſtis:Qui etiã tacẽs tibi cladem mariti indicabit. Quid pdis:nã tp̃s ẽ flendi: noli igitˀ hoc tp̃s uacuũ abire lachrymis tuis.
Tunc puppe ꝓpiuqua:Sed cum iam ꝓpior factus eẽt Põ.& nauiculã cornelia uidiſſet:ipſumq; mœſtũ:ſq̃lida barba:& demiſſis crinibus ítellexit.ex ipſo hítu uictũ eẽ. Notauit ex hitu appo.
Crimẽ crudele deũ:Dicit deos crudeles fuiſſe:q Põ.reip.amatorẽ uoluerit hac miſeria afficere. Deformẽ: qa pallor faciei ſignificabat rei euẽtũ Premẽtẽ:opprimentẽ. Atq; atro.ſq.p.qa dũ eqtaret puluis erectus totã ueſtẽ ipleuerat. Obuia nox:ſtatí tenebræ oculis obortæ ſunt:& cecidit exanimis. Nox: uertigo q̃dã q̃ naſcitˀ ꝑ dolore. Atq; animũ clauſit:opp̃ſſit ut ſemianimis caderet. Neruis.ſ.cõtractis:ut q̃ſi mortua iaceret. Ri.corda.i.ꝑcordia regida facta ſunt. Diuq; ſpe mor.qa mori ſpabat:ſed decepta ẽ qa tãdẽ ad ſe rediit:unde Ouidi.ait.Officiũ fecere piũ:ſed iutile nobis:idignor miſeræ nõ licuiſſe mori. Iã fune ligato: Põ. nõdũ aduerterat uxorem cecidiſſe exanimẽ:ſed ligata naue tendebat ad inſulã leſbon: ubi eſt mitylenæ in qua corneliã poſuerat. Quẽ poſtq̃ famulæ:Viderũt ſqualidũ:triſtẽ & imũditia quadam obſitũ:ſicut his contigere ſolet qui in miſeria uerſantur:elata uoce cœperunt fata Pompeii deplorare. Inceſſare fata:iuehi cõtrafata.

F lumineis uix tuta uadis:euexit in altum.
C uius adhuc remis quatitur corcyra:ſinuſque
L eucadii:cilicum dominus:terræque liburnæ:
E xiguam uector pauidus correpſit in alnum.
C onſcia curarum ſecreta in littora leſbi
F lectere uela iubet: qua tunc tellure latebas:
M œſtior in mediis q̃ ſi cornelia campis
A emathiæ ſtares(triſtes præſagia curas
E xagitant)trepida:quatitur formidine ſomnus.
T heſſaliam nox omnis habet:tenebriſq; remotis
R upis in abruptæ ſcopulos:extremaque curris
L ittora:proſpiciens fluctus:mutantia longe
S emper prima uidens uenientis uela carinæ.
Q uærere nec quicquam de fato coniugis audes.
E n ratis ad ueſtros quæ tendit carbaſa portus:
Q uid ferat ignoras:& nunc tibi ſumma pauoris
N uncius armorum triſtis rumorque finiſter
V ictus adeſt coniunx: qd perdit tempora luctus?
C um poſſis iam flere times:tunc puppe ꝓpinqua
P roſiluit:crimenque deum crudele notauit
D eformem pallore ducem:uultuſque prementem
C aniciem:atque atro ſquallentes puluere ueſtes.
O buia nox miſeræ cælum:lucemque tenebris
A bſtulit:atq; animum clauſit dolor:omnia neruis
M embra relicta labant:riguerunt corda:diuque
S pe mortis decepta iacet:iam fune ligato
L ittoribus:luſtrat uacuas pompeius harenas.
Q uem poſtq̃ propius famulæ uidere fideles
N on ultra gemitus tacitos inceſſere fata
P ermiſere ſibi: fruſtraque attollere terra

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Cœperat in ſummum:& cũ complexam teneret Corneliam Pōpeius tandem illa ad ſe redire cœpit. Reuocato ſanguine:qa ubi nimius dolor inuaſerat:ſtatim ſanguis ad cor concurrit:ut auxilio ſit illi uitali membro ideo extremæ partes corporis deſertæ a ſanguine frigeſcũt:nunc ergo dicit cũ rediiſſet ad ſe cornelia:totus ſanguis ad extremitatem corporis recurrerat. In ſummum cor.i.in extremas partes corporis. Prohibet ſuccũbere fatis:&ubi uidit ad ſe rediiſſe uxorem pompeius cœpit eam conſolari:nũc eam repræhendendo:nũc precibus rogando. Nobile cur robur:Pōpeii conſolatio quam uxori afferre ſtudet cum repræhēſione ꝙ nimia animi imbecillitate a maioribus ſuis degeneret:nam filia ſcipionis erat:q ab aphricano Scipione inferiore originem ducebat: deinde oſtēdit unicam ſibi uirtutis occaſionē datam eſſe:neq; eni alia ſupereſt uia Vnde uirtutē ſuā uxor oſtendere poſſit:niſi in miſeria uiri:dicit enim nōdum antea fortunæ ſæuitiam ſenſiſti:& tamē cũ primum aſperitas ſeſe oſtendit ſtatim aīo deficis. Titulis inſignis auorũ.ſ.ſcipionis filia:nam Scipiones ſuperior Aphricanus & īferior uiri illuſtres fuerũt.Publi.& Cn. Scipiones duo ꝑſtantiſſimi duces:q hiſpaniā populi Ro.īperio ſubegerũt. Primo uulnere.Quando ante hac fortuna nobis ſecũda fuit:nũc primũ in ipſo īpetu fortunæ aduerſæ īcipis deficere:contra maiorꝫ tuorum uirtutem. Habes aditum:non aduertis hac infelicitate mea magnæ tibi oſtendendæ uirtutis oblatam eē occaſionem. Laudis in hoc ſexu.ſ. muliebri: nullum eſt maius argumentum laudis:q̈ miſeriam uiri ſi fortiter uxor tulerit: non enim poteſt ex adminiſtratione reipu. laudem aliquam comparare. Non legum iura:ī regenda repu. Nec arma:ī exercēda diſciplina militari. Coniunx miſer: ē ſola materia mulieri:ut laudem acquirat ſi eius miſeriā fortiter tulerit.Et tua cum fatis.p.d.i.pietas tua:erga me uirum tuum miſeria confectum pugnet contra fortunam. Et ipſum ꝙ ſum uictus ama: Cũ ī felicitate me poſitum amaueris: nō pōt intelligi:utrum amor ille uerus eſſet: nec ne:nunc autem ſi me amabis:nihil dubitatoinis erit:quin me ames. A me ꝙ faſces:ut me non cætera ornamenta amare uideatis. Tanta manus.i.tantus comitatus. Incipe magnum ſola ſequi:tu nunc ſola ſequi debes Pompeium:qa antea me ſequebantur ſenatus:tot reges:tot tantæq; clientelæ. Deformis adhuc:Senſus eſt:turpe eſt tantũ dolere adhuc uiuente marito:ut dolor augeri non poſſit in morte ſua. Summus & augeri uetitus.i.cui aliquid accedere non poteſt. Vltima.ſ. poſt mortem uiri. Tu nulla tuliſti:ꝙ ego uictus fuerim:nihil ad iacturam tuam pertinet:nam habes uirum tuum īcolumē: quem amabas & amare debueras:ſed ſi ita tu luges quaſi me amiſeris:tunc omnibus oſtendas ꝙ non me: ſed ornamenta mea potius amabas. Viuit poſt prælia magnus:& incolumus eſt:ergo aliud quærere non debes. Quod defles illud amaſti.Videns enim amaſſe fortunam ſecũdam:quam amiſi:quandoquidem me incolumi tantopere doles. Vocibus his:nunc dicit quem effectum habuerit conſolatio Pōpeii apud uxorem. Rumpente:pro erumpente emittente. O utinam ī thalamos.cum lachrymis legendum eſt:o utinam inquit nupſiſſem Cæſari:ut in domum ipſius fortunam aduerſam tuliſſem:quandoquidē auctor eſſe debui maritos meos facere infelices. Et nulli læta marito:immo triſtis:ſicut tibi:& craſſo imperatori adoleſcenti:qui ſub Cæſare militauerit in gallia:ſub quo antequam corneliæ matrimonio ſe iunxiſſet:bellicis rebuſ magnam gloriam & laudem conſecutus fuit craſſus pater eius prouinciam parthiam & Aſiam obtinuit : cum tamē Rex Parthorum nullam iniuriā populo Romano feciſſet:ſed hæc cā tantũmodo ad bellũ īpulit craſſum quia cupiebat aurum eius auferre:cuius auidiſſimus erat:& in cōparādo exercitu filiũ ſuũ a militia Cæ.deduxit & cũ ī parthiā ueniſſet:qa parũ cautus imperator eſſet in īſidias præcipitatus ē:& ſagittis parthoꝝ obrutus.

Semianimē conatur heram:quā pectore magnus
Ambit:& aſtrictos refouet complexibus artus.
Cœperat in ſummum reuocato ſanguine corpus
Pompeii ſentire manus:mœſtamque mariti
Poſſe pati faciem:prohibet ſuccumbere fatis
Magnus:& in modicos caſtigat uoce dolores.
Nobile cur robur fortunæ uulnere primo
Fœmina tantorum titulis inſignis auorum
Frangis? habes aditum manſuræ ſæcula famæ
Laudis in hoc ſexu:non legum iura:nec arma:
Vnica materia eſt coniunx miſer:erige mentem
Et tua cum fatis pietas decertet:& ipſum
Quod ſum uictus ama:nũc ſum tibi gloria maior:
A me ꝙ faſces: & ꝙ pia turba ſenatus
Tantaq; diſceſſit regum manus:incipe magnum
Sola ſequi:deformis adhuc uiuente marito
Summus & augeri uetitus dolor:ultima debet
Eſſe fides lugere uirum:tu nulla tuliſti
Bello damna meo:uiuit ſub prælia magnus:
Sed fortuna perit:quod defles illud amaſti.
Vocibus his correpta uiri:uix ægra leuauit
Membra ſolo:tales gemitu rumpente querelas.
O utinam in thalamos inuiſi cæſaris iſſem
Infelix coniunx:& nulli læta marito.



Bis nocui mundo:ſemel craſſo:nũc tibi o magnæ. Pronuba:dr̄ quæ ſponſam comittat̃ prima nocte ī thalamum uiri. Erinnys:unā ex furiis īferorum dicit fuiſſe pronubam quæ ſe in thalamos primum craſſi:deinde Pompe.comitata fuerit. Vmbræ.ſ.duxerũt:ideſt umbra mariti mei craſſi:& patris eius. Aſſyrios:nam parthia ē aſſyriæ ps ubi Ninus regnauit. Indigne tha. qa merueras feliciorem uxorem. Hoc iuris:uidelicet ut te opprimeret. Caput.i.tanti uiri:qui ſemper uictoriam ex hoſtibus conſequi ſolebas. Nunc accipe pœnas.i.cũ tibi tantummodo iuncta ſum:ſume pœnas de me. Quas ſponte luā.Ego libēs inqt patiar pœnas: ut me mortua īcipiant tibi uenti eſſe ſecũdi:ſcis eni me comite omnia tibi aduerſa fuiſſe. Mollius.i.trāqllius. Certa fides regũ:ut reges fideles ſint tibi: Orbis obſequens erit tibi ſi ego periero. Sparge mari.i.fluctibus maris merge me.

Dependiſſe caput.i.caput meum dediſſe neci.Cũ adhuc eēs ī felicitate. Nũc clades:quando non perii adhuc te fortunato:peream certe:ante q̄ oīo te ſæua fortuna ꝑmat. Luſtra:purga clades tuas morte mea. Vbicũq; iaces. Conuertit̃ ad iuliā:ades nunc o iulia ſi irata es Pompeio:ꝙ ei nupſerim & nũc morte mea patrem tuum Cæſarem placa:ne amplius ſæuiat cōtra Pom. Crudelis.Quæ nimiũ ſæuis cōtra uirum tuũ irata ꝙ ego illi nupſerim. Pellice:ſcilicet me: pellex ꝑprie dicitur quæ alieno uiro cōiungitur & dicitur a pelliciēdo:quia blanditiiſ pelliciat ad ſe alienum uirum. Cunctorum lumina ſoluit.i.lachrymas oībus cōmouit q aderant quia plena commiſerationis erat.

In lachrymas duri:& ipſe Pompeius:q fortiſſimus erat:& qui ſine lachrymis cladem pharſalicam tulerat a lachrymis temperare non potuit. Sicca.i.ſine lachrymis. Leſbos:ideſt cornelia quæ ī leſbo erat. Tũc mitylenæum:poſtq̄ Pompeius corneliam uxorem ꝑpemodum cōſolatus eſt:& ad ferendam fortunam fortiter excitauit:iāq; omnis Mitylenæ populus in littora effuſus erat:ut honoris gratia pompeium exciperet:& ipſum orare īſtituerat ut uel una nocte in urbem ſuam pernoctare uellet.Hanc Mitylenæorum īuitationem Pompeius gratiſſimam habuit.Sed excuſauit celeritatem:ꝙ ī ea re ipſis morem gerere non poſſet: Cum maiora negocia iminerent. Mitylenæũ uulgus poſſeſſiuũ ē ꝓ primo:nā mitylenenſe dicere debuit:ſicut a Verona ueronēſis:ſed nō nunq̄ poetæ:imo etiam oratores & hiſtorici poſſeſſiuum pro primo ponere conſueuerunt.Formatur autem in græcis nominibus poſſeſſiuum hoc modo.Nomen deſinens in η mutat η in diphthongum.αι:addita eos facit apud græcos:apud latinos addita us poſſeſſiuum:ut ἡ κυρήνη cyrene κυρηναῖος cyrenæus μιτυλήνη μιτυληναῖος. Tanti pignus ſeruaſſe mariti:uxorem uiro acceptam & obſequentem:nam uiro nil carius eſſe poteſt uxore obſequenti ex ſententia phocylidis. Tu quoq;:ſicut uxor diu apud nos habitare dignata fuit. Deuotos:deſtinatos: & tibi deditos. Vel:pro ſaltem:nam polyſemus ſermo eſt uel ſignificat aut:etiam & ſaltem:uel pro certe nōnũquā ponitur. Fac magne locum:cuius deſyderio omnes moueantur:ueneratione quadam ſeruatæ fidei: ꝙ in rebus aduerſis fidem tibi ſeruauerit. Omnia uictoris.Cætera oppida ſi te nō acceperit ſpare pñt Cæſaris gratiā:at uero nos iam in culpa ſumus:quia uxorem tuam fideliter ſeruauimus. Omnia.ſ.alia mœnia.

Bis nocui mundo:me pronuba ducit erinnys
Craſſorumq; umbræ:deuotaque manibus illis
Aſſyrios in caſtra tuli:ciuilia caſus.
Præcipiteſque dedi populos:cunctoſq; fugaui
A cauſa meliore deos.o maxime coniunx:
O thalamis indigne meis:hoc iuris habebat
In tantum fortuna caput?cur impia nupſi
Si miſerum factura fui?nunc accipe pœnas:
Sed quas ſpōte luam:quo ſit tibi mollius æquor:
Certa fides regum:totuſque paratior orbis:
Sparge mari comitem.mallem felicibus armis
Dependiſſe caput:nunc clades denique luſtra
Magne tuas:ubicunq; iaces ciuilibus armis
Noſtros ulta toros ades huc: atque exige pœnas
Iulia crudelis:placataque pellice cæſa
Magno parce tuo:ſic fata iterumque refuſa
Coniugis in gremium:cunctorum lumina ſoluit
In lachrymas:duri flectuntur pectora magni:
Siccaq; theſſaliæ confundit lumina leſbos.
Tunc mitylenæum pleno iam littore uulgus
Affatur magnum:ſi maxima gloria nobis
Semper erit:tanti pignus ſeruaſſe mariti:
Tu quoque deuotos ſacro tibi fœdere muros
Oramus ſocioſque lares dignare:uel una
Nocte tua:fac magne locum:quē cuncta reuiſant
Sæcula quem ueniens hoſpes romanus adoret.
Nulla tibi ſubeunda magis ſunt mœnia uicto
Omnia uictoris poſſunt ſperare fauorem.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Poſſunt ſp.f.uidelicet ſi te non acceperit. Crimē.i.culpā habent:qa ſeruauimus tuam uxorem. Quid ſ.dicēdum eſt ad hoc ꝙ ponto tuta eſt:& iſula noſtra in medio mari poſita:& Cæſar naues paratas non habet: ut ſe huc conferat. Procerum pars magna co.Deinde ſi comites uis habere ſenatores:ꝗ ſuperſtites ſunt: dubitare non potes:qn huc oēs ueniant:ſciunt enim hic eē corneliā:& ueriſimiliter te quoqꝫ recepiſſe. Coibit: cōueniet huc. Fatum:fortuna tua. Noto:tibi ac tuis. Accipe templorum cultus:Et ut itelligas quo erga te animo ſumus:parati ſumus oīa in tuam poteſtatem cōmittere:templa quoqꝫ deoꝶ cum ornamentis auro & argēto:& qcqd ibi eſt tuum eē uolumus. Si terris ſi puppibus:iuuētutē noſtram ſcito tibi obſequentiſſimam eē ſiue mari:ſiue terra uſum ipſius accipere malis nam qa in mari erant:maritimis rebus aſſueti erāt. Terris.i.terreſtri bello. Puppibus:nauali bello. Hoc ſolum crimē: unum eſt quod præ cæteris te exoratum uolumus:uidelicet ut hanc ſuſpitionē de nobis adimas:Ne dum felix eras uidearis nobis eſſe cōfiſus: tūc cum apud nos uxor tua fuit:poſt uero acceptam cladem cū iam te aduerſa premere icipiant: nobis cōfidere non poſſe uideare:nam ſi noſtra mœnia intraueris:nullā huiuſmodi ſuſpitionem habebimus. Crimē.i. culpā & ſuſpitionem. Benemeritæ terræ.ſ. noſtræ q̄ de te benemerita ē. Felix: dum i felicitate eras. Miſer:poſtq̄ in miſeriam uenisti. Tali pietate uirorum:hæc oratio plena liberalitatis fuit Mytilenæorum nunc dicit q̄ grata fuerit pompeio eorum pollicitatio. Lætus:reſponſio pompeii eſt dicētis q̄ grata ſit mihi ciuitas ueſtra ex hoc cognoſcere poteſtis:qđ pignus apđ uos quod carius eſſe poteſt repoſuerim.

Nomine.i.cā:Cicero in ſecūdo epiſtolarum.Quāquā me nomine negligentiæ i.cā. Nomine mūdi: uidelicet ꝙ in aliqua mūdi pte fides inueniretur & eē dicatur. Leſbos tenuit affectus.i. amores noſtros ſeruauit. Hac obſide: demonſtrātis ē. Hic mihi roma fuit:nā leſbon loco urbis romæ habui. Nō ulla i littora.Præterea non ſolū ex hoc cognoſcere poteſtis:quod uobis commendaueri corneliā me uos amare:uerū etiā ꝙ uictus ſtatim ad uos me recepi:ut facile oībus apparere poſſit:quantam uobis fidem præſtiteri. Cæſaris irā.Colligebā ex eo qđ meā comitē ſeruaueritis meruiſſe uos: ut Cæſar uobis iratus eēt.

Hæc iam crimen habent:qđ qđ iacet inſula ponto
Cæſar eget ratibus:procerum pars magna coibit
Certa loci:noto reparandum eſt littore fatum.
Accipe templorum cultus:aurumque deorum.
Accipe:ſi terris ſi puppibus iſta iuuentus
Aptior eſt:tota quantum ualet utere leſbo.
Hoc ſolum crimen meritæ bene detrahe terræ:
Ne noſtram uideare fidem:felixque ſecutus:
Et damnaſſe miſer. tali pietate uirorum
Lætus in aduerſis & mundi nomine gaudens
Eſſe fidem:nullum toto mihi dixit in orbe
Gratius eſſe ſolum:non paruo pignore uobis
Oſtendi:tenuit noſtros hac obſide leſbos
Affectus:hic ſacra domus:carique penates
Hic mihi roma fuit:non ullo in littore puppim
Ante dedi fugiens:ſæui cum cæſaris iram
Iam ſcirem meritam ſeruata coniuge leſbon.
Non ueritus tantam ueniæ committere uobis
Materiam:ſed iam ſatis eſt feciſſe nocentes.
Fata mihi totum mea ſunt agitanda per orbem.
Heu nimium felix æterno nomine leſbos:
Siue doces populos:regeſque admittere magnū.
Seu præſtas mihi ſola fidē:nūc quærere certū eſt:
Fas quibus in terris:ubi ſit ſcelus:accipe numen
Si quod adhuc mecū eſt:uotoꝶ extrema meoꝶ.
Da ſimiles leſbo populos: qui marte ſubactum
Non intrare ſuos infeſto cæſare portus:
Non exire uetent.dixit.mœſtamque carinæ

Tantam ueniæ materiam.i.tātam occaſionē beneficii:nā ueniā ꝓ beneficio poſuit:ut Virgil.Satis eſt feciſſe nō.ꝙ Cæſarem uobis infeſtum feceri collocando corneliam apud uos. Fata mihi totū:nunc maiora iſtant:ut experiar totum orbem:quæ nā ſit fortuna mea:& nunqd apud alias gentes fidem inueniam. Heu nimium felix:nam ſi alii fidem ſeruabunt:felix es ꝙ omnes exēplo tuo fecerint:Si aliter fides tua præſtantior erit:ꝙ ſola ſidem ſeruaueris. Heu:eſt quaſi admirātis. Siue doces populos.ſ.ſeruare fidē exemplo tuo. Nam quærere certum eſt.Quia conſtitui quærere ubi iuſtitia ſit:& iniuſtitia.Iuſtitia ſi me ſeruauerint & acceperit fideliter:Iniuſtitia & impietas:ſi contra me proditione utentur. Fas:iuſtitia. Scelus.i.pfidia. Accipe nomen:nunc ſuam orationem ita concludit Pompeius:ut primum deos obteſtet:ſi quis adhuc deus mecum ē:quaſi omnes alii a me diſceſſerit:illum oro ut faciat mihi alios populos non aliter ſeruare fidē q̄ Leſbos ſeruauit:ut ſiue itrare uelim:ſiue exire:mihi ſemper limina pateant. Numen.ideſt deus. Non itrare:Vtrūqꝫ dixit non uetent intrare:nec exire:ſicut fecit leſbos:nam Ptolemæus non uetuit itrare:ſed uetuit exire. Mœſtamque carinæ impo. cum Pompeius diſcederet cum comite ſua:non aliter lachrymas de digreſſu ſuo mitylenæi dabant: q̄ ſi omnes relicta patria in alienas regiones migrarent.



puero regi. At uero ego quia puer eſt maiorem fidem adhibendam eſſe cenſeo:non enim rex eſt: ſed umbram tantummodo regis habet.nam reges qui diu regnare ſoliti ſunt:raro ſunt fideles:quia diuturnitate regni didicere perfidiam:ſed nunc ille innocens eſt:&:puer & neſcit uti fallaciis argumentū ab ætate.præterea tutela eius a patre ſuo tibi commendata eſt. Tutela commiſſa:nam cum pater Ptolemæi moriens condidiſſet teſtamentum:puerum & regnum fidei Pom.commendauit. Innocua eſt ætas:quia ille dixerat:ardua quippe fides robuſtos exigit annos:non eſt ita inquit:nam Reges diu in regno uerſati callidi & aſtuti:nunquam fidem ſeruare didicerunt. Iura fidemque:endiadis eſt.

Veteris aulæ:ideſt ſenioris Reges. Mitiſſima ſors:cum primum Rex regnare cœperit ſolet eſſe liberalior & benignior. Impulit animos:perſuaſit animis:ut ſe reciperet huc Pompeius. Quantum ſpes ultima rerum:in extremis rebus plus licentiæ & libertatis homines ſumunt: ut quicqd uelint dicere audeant:nam ſi Pompeius i priſtina felicitate fuiſſet non tantum libertatis habuiſſet in dicendo lentulus & cæteri omnes.nunc uero quia periculum inſtare uidetur auſus eſt Lentulus diſſentire: & cæteri potius Lentuli ſententiam ſecuti ſunt. Spes ultima:quia ad extremum redacti erant. Tunc cilicum: in hanc ſententiam Lentuli Pompeius ſe ad nauigationem præparauit:ut ægyptum peteret.

Citatas:ueloces. Cypro:cyprum uerſus. Nullas cui prætulit:dicit hanc Cyprum præ cæteris chariſſimam eſſe Veneri.

Vn. diua memor paphi:ex qua nata erat nam ex ſpuma genitalium Saturni originem dicūt habere uenerem:ūde αφροδιτη ab αφροσ ſpuma deriuatur dicitur etiam cypria uenus. Si nu.na.credimus:id eſt ſi credendum eſt. Cœpiſſe: ideſt numina principium habuiſſe:nam ſi deus eſt æternus eſt.ſi æternus:eſt αραρχοσ:id ē ſine principio. Hæc ubi deſeruit: cilicū mare a Cilicia cuius in conſpectu eſt denominatum contra ſe habet inſulam Cyprū a meridie:quod nunc mare Pompeiū nauigaſſe deſcribit.

Tutelæ commiſſa tuæ:quis nominis umbram
Horreat:innocua eſt ætas:nec iura: fidemque:
Reſpectumque deum ueteris ſperaueris aulæ.
Nil pudet aſſuetos ſceptris:mitiſſima ſors eſt
Regnoꝶ ſub rege nouo: non plura locutus
Impulit huc animos: q̄tum ſpes ultima rerum
Libertatis habet:uicta eſt ſententia magni.
Tunc cilicum liquere ſolum:cyproque citatas
Immiſere rates:nullas cui prætulit aras
Vndæ diua memor paphiæ(ſi numina naſci
Credimus:aut quenq̄ fas eſt cœpiſſe deorum)
Hæc ubi deſeruit pompeius littora: totos
Emenſus cypri ſcopulos:quibus exit in auſtrum
Inde maris uaſti tranſuerſo uertitur æſtu.
Nec tenuit gratum nocturno lumine montem
Infimaque ægypti pugnaci littora uelo
Vix tetigit:qua diuidui pars maxima nili
In uada decurrit peluſia ſeptimus amnis.
Tempus erat quo libra pares examinat horas:
Non uno plus æqua die: noctique rependit
Lux minor hibernæ uerni ſolatia damni.
Comperit ut regem caſio ſe monte tenere
Flectit iter:nec phœbus adhuc:nec carbaſa lāguēt.

Hæc littora:ideſt ciliciam. Totos ſcopulos:inſulam Cyprum ſcopuloſam. Exit in auſtrum:in eam partem quæ uergit in meridiem. Inde maris uaſti:nec nauigauit in portum: ſed ex tranuerſo mari curſum dirigens declinauit in Caſſium montem. Montem:pharon ſignificat inſulam turrim magna altitudine:mirificis operibus extructam montis inſtar:quæ nomen ab inſula accepit:haud procul ab Alexādria:hæc flammarum indicio a longe inſpicitur eius lucis uſus eſt ad prodenda noctis uada:tutumque portus itroitum.

Pugnaci uelo:quia uentos habebat aduerſos quaſi præſagi eſſent uenti eius quod futurum erat. Septimus amnis:ſeptimus ramus:nam ſeptem hoſtiis i mare deſcendit quorum unum peluſium appellatur. Tempus erat:deſcribit tempus quo Pompeius ægypto appropinquauit:deīde & locum ubi forte Rex Ptolemæus erat: q ad Pompeii aduentu tumultuarium conſilium habuit:in quo duæ diuerſæ ſententiæ habitæ ſunt. Altera erat Achorei ſenioris ut pro amicitia & antiquo fœdere:quod patri eius cum Pompeio erat benigne ſuſciperet.altera uero Photini pernicioſa in Pompeium. Quo libra pares: æquinoctium īquit tera cum Pompeius appropīquauit ægypto.libra die.xv.ſeptembris oritur:& in ea ſol intrat circa meridiem.quo die tantum lucis & noctis æqualitas eſt.nam continuo noctes ſenſim augentur.idque per exiguum:adeo ut ſentiri uix poſſit. Examīat penſat:& alluſit ad nomen:quaſi libra qđ ſignum eſt:æqua luce dies ac noctes penſet. Non una plus:nam uno die ſolum æqualitas eſt lucis ac noctis. Rependit:recompenſat. Aeterni damni:uer incipit.xvii.martii quo die ſol intrat arietem:& hunc diem ſolum nox adæquat.nam ſtatim decreſcit cuius diminutionis exiguitas uix percipitur.ergo ſicut autumno creſcunt noctes:ita uere decreſcūt:& ita quod damnum uer intulerat noctibus decreſcentibus:reparat deinde autumnus creſcentibus. Comperit ut regem:non uenerat ad caſium montem:ſed ubi comperit regem ibi eſſe flexit iter:forte accidit ut his diebus ſororem regno expulerit per amicos & propinquos & caſtra apud Caſium habebat contra ſororem. Caſius Mons eſt in aſſyria:peluſio ægypti



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

contermĩnus:haud longe a loco qui Oſtracin e dicitur nobilis ſepulchro Pompeii. Nec phœbus: qa adhuc
dies erat. Carbaſa languent:quia uentus flabat. Iam rapido ſpeculator eques: iam inquit equites qui ſpe-
culatum miſſi fuerant(audiuerant enim de clade Pompeii)nuntiabant regi aduentarePompeium. Pauidam:
ambiguã qd conſilii caperet. Vix tempus conſilii:qa ſubitus erat Pompeii aduentus. Omnia mõſtra:mõ
ſtra appellat uitioſos regis conſiliarios quia ut ferme fieri ſolet:miniſtri regum ſunt flagitioſi:nam ut regi aſſen
tentur:quæcunque illi ætati placeant:ſolent excogitare.quæ autem adoleſcenti placeant manifeſtum eſt. Pel
lææ:alexandrinæ. Hunc genuit:dicit hũc
originem habuiſſe a memphis urbe ægy-
pti. Cuſtos nili.c.quia memphis fuit:
auctore Plinio:arx regum ægypti: ideſt cu
ſtodi nili appellatur.aut quia ibi apis cõſer
uabatur:quo naſcente:ſemper nilus creſce
bat:& ſi forte non naſceretur: malo omĩe
habebatur:quaſi iratus eſſet deus.nam in-
ter cætera quæ ægyptus habet digna me-
moratu bouem præcipue mirantur:quem
apim uocant:hunc inſtar colunt numinis:
inſignem albæ notæ macula:quæ dextero
eius lateri ingenita corniculantis lunæ re-
fert faciem.ſtatutum æui ſpatium eſt: qđ
ut affuit( adeſt autẽ e nilo ſingulis luſtris)
profundo ſacri fontis immerſus necatur:
ne diem trahat longius q̃ licebit. Mox al-
ter nec ſine publico luctu requiritur: quẽ
repertum centum antiſtites memphĩ pro
ſequuntur:ut incipiat ibi ſacris initiatus:ſa
cer fieri.Solinus.hunc igitur achoreũ dicit
ſacra ſæpius hæc celebraſſe:propter quod
grandæuum illũ ſignificat. Vana:quia
apim bouem illũ magna pompa ſeque-
bantur ex nilo naſcẽtem:& inſtar numinis
colebant. Cultore deorum.ſ. Achoreo
operãte ĩ ſacris apis. Suæ phœbes.i. ſuæ
lũæ quam ĩ dextro armo geſtabat. Non
unus: quia ſæpe celebrauerat. Pria uox
conſilii.Et hic primus ſententiam dixit.
Sacraque defuncti:ideſt ſacra hoſpitii
& amicitiæ iura quæ Ptolemæo ſeniori cũ
Pompeio fuerant.nam Ptolemæus aulæ-
tes:ſicut in epiſtolis legitur:& apud Vale
rium:orta ſeditione pulſus eſt ab Alexan-
drinis.ille confugit Romam:qua ĩ re præ
cipue adiutus eſt a Pompeio. Gabinius qui poſtea eum reſtituit e ſenatus conſulto:Pompeii militum partem
regi in ægypto reliquit:& inter cæteros.P.Septimium qui ſub Pompeio militauerat:a quo una cum photino &
Achilla Pompeius occiſus eſt. Sed melior ſuadere:quia malus malo facilius ſuadet:q̃ bonus. Noſce tyran
nos:quia pro libidine uiuere uolunt:neceſſe ergo eſt ut qui grati tyrannis eſſe uolunt: aſſententur. Ius & fas
multos:non utitur procemio & a tuto incipit argumentum.& ab utili: dicens multum differt inter honeſtum
& utile. Ius & fas faciunt nocentes: ideſt ſeruare ius humanum & diuinum facit homines nocentes:a præce
dente qđ ſequitur:ſi nocens eſt pœnam meretur.ergo faciunt nocentes ideſt faciunt pœnam pati tanquam no
centes:ſi ptolemæus ſecundum ius & fas ſuſcepiſſet pom.pependiſſet pœnas a Cæſare: nihilominus q̃ ſi no-
cens eſſet. Laudata fides:quam omnes laudant. Fatis accede:ideſt acquieſce uoluntatibus deorũ fata ſunt
aduerſa Pompeio:propitia uero Cæſari.ergo ſequere fata. Cole:obſerua. Sceptorum:tyrannorum. Vis
tota perit:ſi reges inquit iuſtum ſeruare uoluerit: regna cito ammittent:ſed non ita eſt:nam diuerſa eſt tyranno
rum uita a regibus.tyranni enim magis metui uolunt:q̃ amari. Pendere:ponderare æſtimare. Reſpectus
honeſti:ſi uis tueri regnum tuum:fac ut tibi cuiuſcunque ſceleris licentiam retineas:& occidendi & rapiendi:& ĩ
exilium mittendi. Libertas ſcelerum:quando aliquis contra uoluntatem ciuium regnat:inuiſum eſt regnum
& non niſi per uim defendi poteſt. Sublatuſque modus gladiis:ut ſine modeſtia gladii exerceantur. Face
re omnia ſæue non impune licet:niſi cum facis:ideſt ſi intermiſeris facere turpia:tunc tibi licentia auferetur: ſed
ſi continue perſeueras facere:tunc licet. Coeunt:conueniunt. Non impune tuos:quando cauſa turpis eſt

Iam rapido ſpeculator eques per littora curſu
Hoſpitis aduentu: pauidam compleuerat aulam.
Conſilii uix tempus erat:tamen omnia monſtra
Pellææ coiere domus:quos inter achoreus
Iam placidus ſenio: fractiſque modeſtior annis
Hunc genuit cuſtos nili creſcentis in arua
Memphis uana ſacris:illo cultore deorum:
Luſtra ſuæ phœbes non unus uexerat apis.
Conſilii uox prima fuit:meritumque fidemque:
Sacraque defuncti iactauit pignora patris.
Sed melior ſuadere malis:& noſce tyrannos
Auſus pompeium lœto damnaſſe photinus
Ius & fas multos faciunt ptolemæe nocentes
Dat pœnas laudata fides:cum ſuſtinet:inquit:
Quos fortuna premit:fatis accede deiſque
Et cole felices:miſeros fuge: ſydera terra
Vt diſtant: & flamma mari:ſic utile recto.
Sceptrorum uis tota perit:ſi pendere iuſta
Incipit:euertitque arces reſpectus honeſti.
Libertas ſcelerum eſt quæ regna inuiſa tuetur.
Sublatuſque modus gladiis: facere omnia ſæue
Non impune licet:niſi cum facis.exeat aula
Qui uolet eſſe pius: uirtus & ſumma poteſtas
Non coeunt:ſemp metuet quem ſæua pudebunt.



inſinuatione uti debemus: & non opus eſt procemio oſtendit quid utile ſit:nunc autem deſcendit ad proprie
tates procemii & probauit a tuto propoſitionem ſuam:nunc autem adducit in odium hoc modo:nam confi-
denter Pompeium hoc facere dicit.quia tuam contemnit pueritiam:facito:ut non impune ſciat ætatem tuã cõ
temnendam. Qui te nec uictos:exiſtimat te nec tantum uirium habere:ut uictos etiam a tuo regno prohibe
re poſſis. Non te ſceptri.p.h.noli inquit regnum tuum tradere Pompeio:ut hoſpes priuet te regno. Pigno
ra ſunt:probat a minori ad maius ſi noluiſti cedere ſorori:nec debes cedere Pompeio: Nam ex teſtamento pa-
tris ſuccedere debet puella:nam apud Re
ges primogenitus ſiue mas:ſiue fœmina
fuerat ſuccedebat in regnum:ꝙ ſi animũ ĩ
ducere potes ut regno cedas:quid non ce
dis ſorori:& ita bellum finiamus? Pro
piora:habes neceſſitudie tibi magis con-
iunctos q̃ pom. Quicqd non fuerit:
arguit a minori ad maius ſi noluiſti ſequi
pom.ĩ felicitate:nec nunc ſeq debes: imo
nec Cæſarem uictorem. Dum bella ge.
nondum uictoria ad alterum eorum ĩclia
ta. Nec uictoris:qa noſtrum non regret
regnum quaſi ulciſci uelit iniuriam: ꝙ ſe-
cuti fuerimus pom. Toto iam pulſus
ab orbe Arguit ab ea parte tuti quæ inco
lumitas dicitur:nam tuti duas eſſe partes
dicimus ĩcolumitatem.ſ.& potentiam.eſt
autem ĩcolumitas ſalutis tuta & ĩtegra cõ
ſeruatio:& locus ẽ ab attributis perſonæ.
uidelicet ab eo attributo qđ dicitur factũ
ubi conſyderatˀ qd fecerit:qd faciat qd fa-
cturus ſit:qd fecit põ.fecit ut oẽs q eũ ſe-
cuti ſint:perierit.ergo q eũ ſequentur oẽs
peribunt:non eſt ĩqt tutum ſeq pom.quẽ
omnes oderunt:qa tantorum malorũ cã
fuit:quorum & nos ſi eum ſequemur par
ticipes erimus. Cum qua gente cadat:
ſicut cum his ante deletus eſt q eum ſecu
ti fuerant. Rapitur ciuilibus armis: deeſt
ab ideſt fugit conſpectum ſuorum.quorũ
maior pars ciuili bello periit. Ora ſena-
tus:fugit propter pudorem:nam ipſe cau
ſa fuerat malorum quaſi ducis ĩperitia milites periiſſent. Metuit gentes:qa ipſe auctor fuit:ut bello ciuili p-
derentur:ideo metuit eos qui ſuperſunt. Regeſque.ſ.orientis qui eum ſecuti fuerant. Theſſaliæque reus:
ꝙ imperitia pompeii dicerent cladem illam accepiſſe. Nulla tellure:non habet quo confugiat.ſola relinqui-
tur ægyptus quo ſe recipiat:ut ſi eum ſecuti fuerimus:ſicuti cæteri & nos pereamus. Iuſtior in magnum:ni-
hil igitur eſt ꝙ Pom. de nobis queratur ſi illum occiderimus:nam iuſtius de illo nos conqueri poterimus:quia
ad nos peruenit:ut nos uictori faciat inuiſos. Quid: oſtendit iuſtam ſe cauſam habere conquerendi de pom.
Sepoſitam:ſeparatam a bello ciuili:quia nec hunc nec illum ſecuta fuerat. Conferres:tranſferres. nam con
ferre proprie tranſferre ſignificat:ut ad hæc potiſſimum ſtudia contuliſſemus ideſt tranſtuliſſemus. Pharſalica
fata:ideſt pœnas omnes:quas meruerunt qui tecum in pharſalia aduerſus cæſarem pugnauerunt in nos trãſfer
res:nam ſi te recipiemus parata ſunt nobis a uictore ſupplicia. Que:expoſitiue pro ideſt. Iam crimen ha
bemus:iam etiam ſi te non ſuſceperimus:tamen hoc ipſo ꝙ ad nos confugeris:non ſine crimĩe erimus: niſi te
occidemus. Purgandum gladio:ideſt quam culpam non poſſumus:niſi cæde tua fugare. Quod nobis ſce
ptra ſenatus nũc: poſtq̃ rationes ſuas confirmauit:refellit obiectiones:quæ fieri poſſent.obiici poterat uitium
ingratitudinis.ꝙ uidelicet Pompeius auctor fuerit:nec auctor ſolum:ſed auxiliator Ptolemæi ut in regnum re-
ſtitueretur ergo refellit:nec eſt ĩquit ꝙ nos ĩgratos appelles o Pompei:nam ſi nobis fauiſti tũc cum reſtitutus eſt
pater in regnum:& nos non deſtitimus rogare deos:ut tibi uictoriam præſtarent:ſed diis aliter uiſum eſt: quo
neceſſitas nos trahit:eo ſequi uolumus.Ptolemæus Auletes(ut oſtẽditur a Strabone)pater Cleopatræ eiectus
regno ab Alexandrinis:quia flagitioſus erat & coraulam in regia celebrabat:profectus Romam a pompeio ſu
ſceptus eſt: ac ſenatui commendatus: egitque de reductione eius:ac de nece legatorum:q ſupra Centum con-
tra regem uenerãt:e quibus fuit Dion academicus princeps legationis.Ptolemæus itaque a Gabinio reductus:
Archelaum quem regem ſibi Alexandrini aſciuerant interemit:ac filiam:ſed non multo poſt morbo aſſumptus
eſt:relictis duobus filiis & totidem filiabus:quarum grandior erat Cleopatra:Alexandrini & puerũ natu gran-

Non impune tuos magnus contempſerit annos:
Qui te nec uictos arcere a littore noſtro
Poſte putat:neu te ſceptris priuauerit hoſpes.
Pignora ſunt propiora tibi:nilumque:pharonq;:
Si regnare piget:damnatæ redde ſorori.
Aegyptum certe latiis tueamur ab armis.
Quicquid non fuerat magni dum bella geruntur:
Nec uictoris erit:toto iam pulſus ab orbe:
Poſtquam nulla manet rerum fiducia:quærit
Cum qua gente cadat:rapitur ciuilibus armis:
Nec ſoceri tm̃ arma fugit: fugit ora ſenatus:
Cuius theſſalicas ſaturat pars magna uolucres:
Et metuit gentes:quas uno ſanguine mixtas
Deſeruit:regeſque timet:quorum agmina merſit.
Theſſaliæque reus:nulla tellure receptus:
Sollicitat noſtrum:quem nondum pdidit:orbẽ.
Iuſtior in magnum nobis ptolemæe querelæ
Cauſa data eſt:quid ſepoſitam ſempque quietam
Crimine bellorum maculas pharon? aruaq; noſtra
Victori ſuſpecta facis? cur ſola cadenti
Hæc placuit tellus:in quam pharſalia fata
Conferres: pœnaſque tuas? iam crimen habemus:



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

diorem & Cleopatram regno præfecerunt:ſed pueri familiares:mota ſeditione Cleopatram eiecerunt:quæ poſtea in Syriam cum ſorore ſeceſſit.Interea magnus ex phalepharſolo fugiens i caſium montem:ac Peluſium uenit:ibique a regis familiaribus dolo obtruncatus eſt.Cæſar cum aduentaſſet adoleſcentulum interemit & Cleopatram ab exilio reuocatam ægypti reginam conſtituit:atque ei i regni partem reliquum fratrem addidit admodum iuuenem. Votis:deos rogando:ut uictor eſſes. Hoc ferrum:quod nunc nudatur i cædem tuam:parauetam non ad te interficiendum:ſed Cæſarem. Proferre:nudare contra te. Fata:non uoluntas noſtra.

Purgandum gladio:quod nobis ſceptra ſenatus
Te ſuadente dedit:uotis tua fouimus arma.
Hoc ferrum qd' fata iubent proferre paraui
Non tibi:ſed uicto:feriam tua uiſcera magne:
Malueram ſocii:rapimur quo cuncta feruntur.
Te ne mihi dubitas:an ſit uiolare neceſſe:
Cum liceat? quæ te noſtri fiducia regni
Huc agit infelix?populum non cernis inermem?:
Arua que uix refugo fodientem mollia nilo?
Metiri ſua regna decet:uireſque fateri.
Tu ptolemæe potes:magni fulcire ruinam
Sub qua roma iacet?buſtum cinereſq; mouere
Theſſalicos audes?bellumq; in regna uocare?
Ante aciem æmathiam nullis acceſſimus armis:
Pompeii nunc caſtra placent?quæ deſerit orbis.
Nunc uictoris opes:& cognita fata laceſſis?
Aduerſis non deeſſe decet:ſed læta ſecutos
Nulla fides unquam miſeros elegit amicos.
Aſſenſere omnes ſceleri:lætatur honore
Rex puer inſueto:ꝙ iam ſibi tanta licere
Permittant famuli.ſceleri delectus achillas

Non tibi ſed uicto:ac ſi dicat niſi uictus eſſes hoc non facerē. Rapimur quo cū. argumētum eſt a neceſſario: neceſſitas duplex eſt i arte Rhetorica.una ſimplex & abſoluta cui reſiſti nullo modo poteſt. alia cum adiectione.ſimplex neceſſitas eſt: ut moriendum eſt homini aliquando. at uero homini requieſcendum eſt aliquando: eſt cum adiectione:niſi malit laſſitudie cōfici:ita hoc loco Neceſſe eſt occidere pompeium:niſi nos perire maluerimus: hæc ē neceſſitas cum adiectione. Ne: ideſt dubitas an ſit neceſſe uiolare te cū liceat: magna differentia eſt inter licere & decere.nā omnia quæ licent decent:ſed non e contra.ideo dicit. Cum liceat: ideſt nobis poteſtas & facultas ſit occidendi te. quaſi dicat:non debes dubitare an deceat: quia omnes ſuam incolumitatem anteponunt aliorum utilitati:ſed illud oſtendit.ꝙ ſi te ſuſceperimus nec te quidem tueri poterimus:& nos in periculum ſalutis coniiciemur. Quæ te fiducia noſtri: ab impoſſibili arguit.hoc modo non poſſumus defendere Pompeium.Nā uires noſtræ exiguæ ſunt quæ uictori reſiſtere nō poſſunt ſed ſi tandem ſuſceperimus periculū oē i nos conferemus.ergo quando nulla utilitas ſecutura eſt:ſi ſuſceperimus Pompeiū: ímo nos i periculum uenturi ſumus: ſatius eſt illum occidere. Quæ te fiducia noſtra:o íſelix pompei non ne uides uires noſtras non ſufficere:& opes quæ te poſſint i hoc caſu defendere?

Populum inermem:argumentum eſt a genere & attributis perſonæ:genus autem diuiditur i patriam & nationem:ut græcus eſt.ergo ſuperbus.pœnus eſt ergo perfidus.ægyptius:ergo mollis & imbellis. non tutum eſt ergo conſilium:ut q alterius auxilio idigerat:ad gentem mollem & eneruem confugeret. Mollia arua:uix igt uires noſtræ ſuppetunt ad colendum agrum & cum qdem mollem:q adeo per ſe fertilis eſt cum iundatus fuerit nilo:ut nullo uel paruo admodum labore egeat. Metiri ſua regna decet:nunc a prudentia arguit.prudentiæ partes tres ſunt.Memoria:itelligentia:& prouidentia:ab ea uires ſuas conſyderare oportet diligenter:& non ſuſcipere plus negotii:q̄ ferre poſſit. Decet.ſ.uirum prudentem. Fateri uires:qa ſi exiguæ ſint:non debes eas extollere.& oſtendit non eſſe opes ægyptiorum eiuſmodi:quæ poſſent cladem hanc reſarcire quā pōpeius acceperat. Fulcire.ſuſtentare. Roma:iperium romanum:qa cum eo uictus eſt Pompeius. Bellū: qd' antea a nobis remotū fuit:i te ipſum transferre auſus fueris? Ante aciē æmathiā: argumētationē exornat a maiori ad mius:nā:a ſimili a maiori ad minus:a miori ad maius:ab exēplis a cōtrariis illā exornare cōſueuimus Si Pompeius iquit cum i felicitate erat defendi non potuit:quomodo nunc uictus defendetur?a contrario:quē i proſperis rebus ſecuti non ſumus:eundem i aduerſis ſequemur? Nunc:poſtq̄ uictus eſt. Cognita fata: qa ante i dubio erat uter eorum uictor futurus eſſet:nunc autem manifeſtum eſt uictorem fuiſſe Cæſarem.ergo fata Cæſaris manifeſta ſunt. Aduerſis non deeſſe decet:facit obiectionem deide reſpōdet.dicit aliqs non decet amicis deeſſe i aduerſis.fateor iquit. Sed læta ſecutos:ideſt illos decet i rebus aduerſis amicis non deeſſe: q amicos in ſecunda fortuna ſecuti fuerunt.nos autem non ſumus Pompeium in ſecundis rebus proſecuti.ergo uitio nobis dabitur:ſi illum in aduerſis ſequemur. Nulla fides unquam:nemo unquam tam fidelis fuit: qui amicum in miſeria eligere inceperit. Aſſenſere omnes ſceleri:nunc oſtendit quem effectum achillæ habuerit oratio:dicit omnes huic ſententiæ aſſenſiſſe.ꝙ uidelicet tuta uidebatur. Lætatur inſueto honore:ipſe etiam ꝙ puer eſſet gaudebat ſibi tantum licentiæ dari:ut Pompeium de medio tolleret. Famuli:ſub quorum tutela fuerat. Sceleri delectus achillas:qui fuerat conſilii:electus eſt etiam auctor ſceleris.



Perfida quam tellus:nūc dicit quomodo achillas huic cædi ſe pparauerit:& oſtendit unde nauigare cœpit Achillas cū ſociis:ut pompeio occurreret:dicit enim cœpiſſe ab eo loco ubi caſtra ptolemæus iunior poſuerat aduerſus Cleopatrā ſororē regno pulſam:nam ex teſtamēto patris regnabat Cleopatra qa maior natu erat:ſed ptolemæus puer poſtq̄ ad adoleſcētiam puenit cōſilio amicoꝝ & factiōe ſororē e regno pepulit illa aduerſus fratrē caſtra poſuerat:nā multos habebat q eā ſecuti fuerant. Monſtri.i.mōſtruoſi ſceleris. Syrtes:nā ægyptus ab occaſu ſyrtes habet. O ſuperi:exclamat cōtra idignitatē ꝙ a pom.ſit ptolemæo iuſſus occidi:dicit enī idignum fuiſſe Ptolemæum regē:qui manus ſuas i magni ducis cruore pollueret: uſq; adeo iqt ad imū redactæ ſunt res romanæ ut Pō.dux Romanus ab ægyptiis ſatellitibus uiliſſimis occidatur? Hos aíos.ſ.habuit:ut ægyptii audeāt hoc ſcelus ſuſcipere ſemiplenus ſermo conuenit afflictis. Nilus mēphis:pro ægyptiis poſuit. Barbara:oēs enī barbaros maiores appellabāt pter græcos & latinos.

Perfida qua tellus caſiis excurrit harenis:
Et uada teſtantur iunctas ægyptia ſyrtes:
Exiguam ſociis monſtri gladiiſque carinam
Inſtruit.o ſuperi niluſne & barbara memphis
Et peluſiaci tam mollis turba canopi:
Hos animos? ſic fata premunt ciuilia mundum?
Sic romana iacent? nulluſne in cladibus iſtis
Eſt locus ægypto?phariuſque admittitur enſis?
Hanc certe ſeruate fidem:ciuilia iura
Cognatas præſtare manus:externaque monſtra
Pellite:ſi metuit tam claro nomine magnus
Cæſaris eſſe nefas:tanti ptolemæe ruinam
Nominis haud metuis?cæloque tonante pfanas
Inſeruiſſe manus:impune ac ſemiuir audes?
Non domitor mundi:nec ter capitolia curru
Inuectus:regumque potens:uindexque ſenatus:
Victoriſque gener:phario ſatis eſſe tyranno.
Quod poterat romanus erat. quid uiſcera noſtra
Scrutaris gladio?neſcis puer improbe:neſcis
Quo tua ſit fortuna loco:iam iure ſine ullo
Nili ſceptra tenes:cecidit ciuilibus armis
Qui tibi regna dedit:iam uento uela negarat
Magnus:& auxilio remorum infanda petebat

Peluſiaci canopi.i.ſinus ægiptii: nā peluſiū unus ē ex ſeptem meatibus nili.

Mollis:eneruis & effœminata. Sic: uſq; adeo. Vllis ne in cladibus: pōt ne igt ægyptus ad hoc facinus ſufficere:ac ſi d.nō eſt ægyptus tāti:ut mereat' occidere Pō. Hāc certe ſeruate fidē:in hoc igt fidē ueſtrā regrimus o ſupi uelitis:ut ſi Pōpeius occidendus ē a Romano ſaltē occidatur nō a barbaro. Præſtate.ſ.in hanc cædem. Cognatas.i. romanas manus.

Extremaq; monſtra: ideſt monſtroſos & abiectiſſimos homines:qui monſtri inſtar ſunt:erant enim eunuchi:& molles miniſtri. Si meruit tam claro:ſi pompeius inquit princeps Romanus:cuius nomen totum orbem terrarum impleuerat: meruit occidi:nunquid tamē audaciæ habere potes o Ptolemæe qui nec plane quidem uir appellari debes: ut tantum uirū occideres:nunquid tanti nominis fama & claritate deterreris? Tam claro nomine:pro tam clari nominis:ut præſtāti forma puella. Cæſaris nefas: ut Cæſar pompeii mortis auctor eſſet. Cælo tonante:nunquid non iouem ipſum uereris dum fulmina iaculatur? & audes ne ſacrilegas manus tuas iferre Pompeio? Non mundi domitor:ſenſus eſt:fac inquit pompeiū:non fuiſſe domitorem mundi:nō uendicaſſe ſcelera:non ter triumphaſſe:non fuiſſe generum Cæſaris:nunquid hoc ipſum te terrere potuit:ꝙ Romanus erat?ut auderes miſcere manus in ſanguine Romano. Domitor mundi: q totum orientem imperio populi Romani ſubegit. Ter capitolia curru:quia de hiſpania ſimul cum aphrica triumphauit occiſo carbone & Domitio triumphauit de piratis & de Mithridate. Regum potens: qa Tigranem regem armeniæ bello ſubegit:qui filium eius tigranocerotam ante currum triumphans uexit: & ariſtobolum iudæorum regem. Quid uiſcera noſtra:ſed hoc quoq; te debuit ab hac cæde remouere o ptolemæe:ꝙ auctorem regni tui de medio tollis:ut occiſo Pompeio ſine ullo iure regnare poſſis: nam ſi auctore pompeio pater reſtitutus fuerat i regnum:ipſo occiſo ſequitur ut iniuſte regnum ægypti occupes. Tua ſit fortuna.Fortuna tua ſtabilita eſt in auctoritate pompeii. Iam.ſcilicet occiſo pompeio:ipſo enim auctore ſenatus cenſuit patrem tuum per gabinium in regnum eiecto archelao reſtituendū:hic archelaus filius fuit eius quem ſylla & ſenatus in honore habuerunt.Gabinio quoque uiro conſulari ualde familiari( ut refert Strabo)

Nili:ideſt ægypti. Regna dedit:quaſi ſine ullo iure regnare incipiat mortuo pompeio. Iam uento uela:nunc dicit quo pacto pompeius appropinquare cœperit peluſio:nauigabat inquit remis:cum uela demiſiſſet pompeius:ſic enim nautæ facere ſolent cum portubus appropinquant:ut uela dimittant: & remis nauigando nauem ſubducant in portum. Infanda littora:pro infandi regis littora.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Littora:quem contra non longa uecta biremi
Appulerat ſcelerata manus:magnoque patere
Fingens regna phari:cælſa de puppe carinæ
In paruam iubet ire ratem:littuſque malignum
Incuſat:bimaremque uadis frangentibus æſtum:
Qui uetat externas terris appellere claſſes.
Quod niſi fatoꝝ leges: intentaque iuſſu
Ordinis æterni miſeræ uicinia mortis
Damnatum lœto traherent ad littora magnum:
Non ulli comitum ſceleris præſagia deerant.
Quippe fides:ſi pura foret:ſi regia magno
Sceptrorum auctori uera pietate pateret.
Venturꝫ tota pharium cum claſſe tyrannum:
Sed ceſſit fatis:claſſemque relniquere iuſſus
Obſequitur:lœtumq; iuuat preferre timori.
Ibat in hoſtilem præceps cornelia puppim:
Hoc magis impatiens egreſſo deeſſe marito:
Quod metuit clades:remane temeraria coniunx:
Et tu nate precor:longeque a littore caſus
Expectate meos:& in hac ceruice tyranni
Explorate fidem.dixit:ſed ſurda uetanti
Tendebat geminas amens cornelia palmas.
Quo ſine me crudelis abis? iterum ne relinquor
Theſſalicis ſummota malis? nunq̃ omine læto

Quem cõtra:nec a põpeio procul erat achillas cũ cæteris miniſtris ſcelerum. Non longa biremi.i. breui naue:q̃ duplici remorũ ordine impellitur. Magno.p.& achillas primus proſatur ſuadens põpeio:ut de cælſa naue ſua in biremẽ tranſeat:reddens rõnem ꝙ uidelicet uadoſus ſit peluſius ſinus:nec grauiorem nauẽ humilitate aquarũ ſuſtinere poſſit. Cælſa de puppe:de maiori naue qua uehebatᷣ põpeius. Littus malignũ: & ne poſſit mirari Põ.ꝙ ſibi obuiã pua naue ueniſſent ægyptii:in quam tranſire ipm̃ uolebãt:reddũt rationem littus illud uadoſum inuiſum eẽ nautis:quod in ſicco ſæpe deſtitutæ naues:naufragium faciunt. Malignum: nocẽs inuiſum. Bimarem æſtũ:æſtus ꝓprie dr̃ maris impetus:bimarem dixit ꝓpter ægyptii & arabici ſinus maris:nã peluſium tẽdit i mare arabicũ. Externas claſſes.i.naues,aliunde ueniẽtes. Appellere.i.applicare:& ꝓprie diciturᷣ quũ aliqs ex freto ad littus acceſſerit. Vir. hinc me digniſſum uñis deus appulit oris. Quod niſi fatorũ:dicit niſi fata obſtitiſſent potuiſſe comites omnes pompeii perfidiã regis ĩtelligere:& quibus ſignis id cõiectura aſſequi potuerint ipſe declarat. Sceleris:ꝙ iam ĩ aĩo conceperãt ægyptii. Fatoꝝ leges:philoſophi etiam uæhementer ĩter ſe diſſentiunt:nũqd oĩa fato fiant:qđ ipſis abſurdum uidebatur. Nam ſi omnia fato fierẽt:oĩa fierent cã antecedente: etiã ſi ea q̃ hoĩes apperũt aſſeq̃rentᷣ:ergo etiã aſſenſiones nõ eẽnt:igiᷣ nec laudationes iuſtæ:neq; uituperationes:nec honores: nec ſupplicia:quod cũ ſit uitioſum:ſeqᷣ non oĩa fato fieri. Chryſippus diſtiguit genera cãrũ:ut aliæ ſint pricipales & pfectæ: Aliæ proximæ & adiuuãtes quãobrẽ cum dr̃ oĩa fato fieri:cã antecedente:hoc uult ĩtelligi cauſis antecedentibus,proximis & adiuuãtibus:non pricipalibus & pfectis: quod aũt dicũtur aſſenſiones fieri cauſis antecedentibus:explicat ſimilitudinẽ cylidri nec turbine ſui:nam quẽadmodum q percuſſit cylindrum dedit ei principiũ motionis:uolubilitatem autem nõ dedit: ita uiſum obiectum ĩprimit:& deſignat ſuam ſpeciem in animo:ſed noſtra aſſenſio eſt ĩ nr̃a poteſtate:eaq; ut cylindrus extrinſecus pulſa:qđ reliquũ ẽ ſua p ſe ui & natura mouetᷣ. Intẽta:ĩeuitabilis. Aeterni ordĩs: qa fatũ eſt cã æterna rerum. Quippe fides:& ponit ſigna quibus perfidiam cognoſcere poterãt:dicebant enim iter ſe comites Pompeii:profecto ſubeſt aliquid ſceleris:nam ſi uellet occurrere bona fide pompeio honoris gratia Ptolemæus non ſatellitibus & miniſtris naue:ſed tota claſſe obuiam prodiiſſet. Auctori: nam ut ipſe regnaret auctor fuerat. Sed ceſſit:ergo aſſenſio ipſius erat in poteſtate ſua. Iuſſus.ſ.a miniſtris Ptolemæi. Obſequitur:paret. Præferre letum timori:etiam ſi diuinaret ſibi mortem iſtare Põpeius tamen eam præponere timori uoluit:nam ſi non tranſiſſet in nauem ſine dubio timere uiſus fuiſſet. Ibat in hoſtilem nauem.ſ.achillæ:quod Cornelia ubi uidit metuens id quod euenit:maritum ſequi uolebat. pompeius autem prohibuit:& eam quaſi temerariam repræhendebat:filium quoque ſuum in naue remanere iuſſit: & euentum ſui ipſius expectare:ut ſcire poſſent quantum fidei ptolemæus præſtaret. Præceps: inconſyderata:nullum periculum metuens. Hoc:ideſt ideo magis:nam quia ſaluti uiri ſui metuebat: ideo etiam ipſum cupidius ſequebatur. Et tu o nate:o Sexte:nam Cn.pompeius erat cum Catone qui præerat claſſi. Caſus:ideſt quem euentum habiturus ſim. In hac ceruice:demonſtratiue dixit. Sed dura:ita quidem iubebat pompeius:ſed Cornelia cum in nauem tranſire non poſſet & uirum ſeq:id quod poterat manus in uirum tendebat lachrymans. Quo ſine me:lachrymabiliter poſt diſcedentem uirum hoc dicit.

Iterum relicta:ſicut relicta ſum quo tempore pugnam ſuſcepturus eras aduerſus Cæſarem:ita nũc etiã relinquor. Nunq̃ omine læto. Semper inqt cũ diſiungimur mali aliqd expectamus:ſicut ẽt cũ me reliqſti ĩ leſbo,



Diſtrahimur miſeri.poteras non flectere puppim
Cum fugeres alio? latebriſque relinquere leſbi:
Omnibus a terris ſi nos arcere parabas
An tm̃ in fluctus placeo comes? hæc ubi fruſtra
Effudit:prima pendet tamen anxia puppe.
Attonitoque metu:nec quoquam auertere uiſus:
Nec magnum ſpectare poteſt: ſtetit anxia claſſis
Ad ducis euentum:metuens non arma:nefaſque:
Sed ne ſubmiſſis precibus pompeius adoret
Sceptra ſua donata manu:tranſire parantem
Romanus pharia miles de puppe ſalutat
Septimius.qui(pro ſuperum pudor)arma ſatelles
Regia geſtabat poſito deformia pilo.
Immanis:uiolentus:atrox: nullaque ferarum
Mitior in cædes:quis non fortuna putaſſet
Parcere te populis:qđ bello hæc dextra uacaſſet
Theſſaliaque ꝓcul tam noxia tela fugaſſes?
Diſponis gladios:ne quo non fiat in orbe.
Heu facinus ciuile tibi:uictoribus ipſis
Dedecus:& nunquam ſupeꝝ caritura pudore
Fabula:romanus regi ſic paruit enſis.

Flectere puppem:ſi is animus tibi erat o Põ.ut nolles me comitẽ eſſe tuã:cuiuſlibet caſus:cur ĩquit me ĩ leſbo nõ relinquebas:ſatius enĩ erat ut me ibi relinqueres:q̃ ſuſceptam deſereres. Terris:ad quas iturus eras.

An tm̃ in fluctus:nunqd inqt hæc mea ſors ẽ:ut tibi grata ſim tantũmodo dum nauigas? Hæc ubi fruſtra:neq; enim obtinere potuit a uiro quod uolebat magna igiᷣ ſolicitudine expectauit euẽtum. Anxia puppe:nam ĩ ſumma puppe permãſerat:& dura erat conditio ipſius:nam nec audebat ſpectare uirum ĩ naue hoſtili:ne uideret quod metuebat:nec ab ea auertere oculos. Tamen:q̃uis uirũ ſequi nequiuerat. Attonitoq; metu:q hoĩes attonitos facit. Auertere uiſus.ſ.a Põpeio. Stetit anxia claſſis: ꝓ una naue poſuit qua uectus erat Põpe.i. q in naue erãt:& ẽ metonymia cõtinẽs ꝓ cõtento. Non arma.ſ.Ptolemæi & miniſtrorum eius a qbus occideretur Pom.

Nefaſq;.i.cædẽ Põpei. Ne ſummiſſis ꝑcibus:pro ipſe ſummiſſus ſupplex.

Adoret:ne ꝓuoluatur ad genua regis: cui regna donauerat. Tranſire parantẽ: De cælſa puppe in biremẽ. Septimius: hic Septimius:quẽ aliqui ſempronium uocant:tribunus militũ erat a quo benigne appellatus ẽ Põ.ꝙ noticia quadam ipſius familiarior erat:nam ad piraticum bellum ſub Põ.duxerat ordines:ſed nunc ſatelles regius factus occidit Põpeium. Hãc rem longiori oratione proſequitur Appianus Dicit.n.Pom.ad ægyptum cũ ſe uertiſſet & incumbente uento ad Caſium delatus eſſet:inſpectis copiiſq; quæ plurimæ in littore conſtiterãt a curſu temperauit: meditatus qđ re ipſa fuerat adeſſe regem:præmiſſis nunciis amicitiam quam cũ patre eius habuiſſet exponit. Rex tertium ſupra decimum ætatis annum iam attigerat:exercitum eius achillas quidã adſeruabat: pecunias uero Photinus.nomine eunuchus qui confeſtim de Pompeii aduentu iter ſe conſultare incipiunt:aderat etiam theodotus Samius Rhetor:pueri regis ꝑceptor: hi nefandum inuicem negocium aĩo uoluentes Poõpeium interficere conueniũt:quo Cæſari morem gererent: approbato deĩde conſilio cymbam eximie ornatam ad eum mittunt:ueluti mari ĩportuoſo eo ĩ loco exiſtente:nec a maioribus nauibus adiri facili:miniſtri porro regii cymbam ĩſcenderant:& cũ his ſempronius uir Romanus qui tum forte regi aſſidens:alias cũ Põpeio militauerat:is dextram regis noĩe pompeio obtulit:& ad amicũ filium monet tute accedere: inter hæc exercitus ueluti Põ.honorem præſtiturus:iuxta littus in acie conſtiterat:& rex inter medios purpurea amictus ueſte præſidebat:quorum aſpectu Pompeius ſuſpitione motus eſt:cũ exercitus ordinẽ cymbæ ornatũ intueretur:potiſſimũ cũ nec ad ipm̃ acceſſiſſet rex:nec ex ſuis digniores præmiſiſſet:hũc ſolum itaq; Sophoclis Iambũ protulit:q ad tyrãnũ ꝓficiſciᷣ illius ſeruus ẽ:q̃q̃ liber ſit:quo dicto cymbã trepide ingreſſus ẽ:cũ ĩ alto lõge abeſſet ĩternauigandũ magis adhuc de ſempronio cœpit ſuſpicari ſiue ꝙ Romanũ hoĩem ſecũ olim militantem noſceret:ſiue ꝙ ſolũ adeẽ cerneret:quaſi ob militaris diſciplinæ æmulationẽ impatorẽ ſuũ eẽt inuaſurus:ad illũ itaq; cõuerſus:te ne iqt ego cognoſco o miles? cui ſtatĩ ille annuit:deĩde ſe cõuertentẽ primus ꝑculit:cæteri uero ĩſecuti ſunt:uxor itaq; & amici eius hæc a lõge ĩtuẽtes eiulatu:gemituq; ad deos fœderũ uĩdices manus tollere:nulla ĩteriecta mora claſſem ab inimico littore auertere cõtendũt:Cæ.poſtea photinũ & achillã ob ea q̃ in Põ.ꝑpetrauerãt morte mulctauit. Theodotũ demũ fugiẽtẽ cũ ĩ Aſiã ueniſſet cruce ſuſpẽdit. Proh ſupũ:exclamatio ẽ dolentis:o nefas ĩqt cuius etiã deos pudere debet. Poſito pilo:telo ro. Mitior.i.nõ minus crudelis:& ẽ:abuſio ĩcõparatiuo. Quis nõ fortuna:adeo ipſe ſeptimius in oẽ nefas pronus erat ut credi poſſet fortunam pepercisse orbi terrarum:qa noluerit hunc bellis ciuilibus interfuiſſe:qui omnes crudelitate ſuperaret. Dextera:ſcilicet ſeptimii. Vacaret:careret & uacua eſſet. Diſponis:inſtruis paras. Ne nõ: ut fiat in omni orbe:ut nec etiam a ſcelere belli ciuilis ægyptus quidem libera ſit. Fabula: ſermo uulgaris eſt:quia ubicũq; uulgabitur hoc ciuile bellum cum magno deorum pudore. Sic:ideſt tam turpiter. Romanus enſis: ſeptimii qui Romanus erat. Paruit:occidendo pompeium.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pellæuſque puer gladio tibi colla recidit
Magne tuo : qua poſteritas in ſæcula mittet
Septimium fama?ſcelus hoc quo noie dicent
Qui bruti dixere nefas?iam uenerat horæ
Terminus extremæ:phariamque ablatus in alnũ
Perdiderat iam iura ſui:tunc ſtringere ferrum
Regia monſtra parant:ut uidit cominus enſes
Inuoluit uultus : atque indignatus apertum
Fortũnæ præbere caput:tunc lumina preſſit:
Continuitque animam:ne quas effundere uoces
Poſſet:& æternam fletu corrumpere famam .
Sed poſtq̃ mucrone latus funeſtus achillas
Perfodit:nullo gemitu conſenſit ad ictum :
Reſpexitque nefas:ſeruatque immobile corpus.
Seque ꝓbat moriens:atque hæc in pectore uoluit.
Sæcula romanos nunquam tacitura labores
Attendunt:æuumq; ſequens ſpeculatur ab omni
Orbe ratem:phariamq; fidem:nũc conſule famæ .
Fata tibi longæ fluxerunt proſpera uitæ .
Ignorant populi(ſi non in morte probaris)
An ſcieris aduerſa pati:ne cede pudori:
Auctoremq; dole fati:quacunque feriris
Crede manum ſoceri:ſpargant lacerentq; licebit:
Sum tamen o ſuperi felix : nullique poteſtas
Hoc auferre deo : mutantur proſpera uita:
Non ſum morte miſer:uidet hanc cornelia cædẽ :
Pompeiuſque meus:tanto patientius oro
Claude dolor gemitus:natus cõiunxq; perẽptum:
Si mirantur amant: talis cuſtodia magno

Tuo gladio.i.tui militis gladio. Fama:pro íſamia:eſt enĩ τὸ μέσον.i.mediũ:ſicut bona ualitudo & mala. Quo noie dicẽt:ſi reperti ſunt:q auſi fuerũt dicere bruti:nefas ꝙ Cæſarẽ occiderit:quo noíe tantæ crudelitatis ſcelus & íauditæ idignitatis appellabũt eius q̃ Põ.occiderit?q.d. nõ extabit nomẽ ſceleris. Dicẽt.i.poſteri. Iam uenerat:appropíquauerat tp̃s ut occideret Põ.& mors eius differri non poterat. Ablatus: ſublatus. In alnum:i nauẽ:materia ꝓ forma. Prodiderat iura.i.uenerat í manus hoſtiũ:& ſui iuris non erat.

Vt uidit cominus enſes:Põpeius ubi uidit nudari enſes ſtatim caput & ora ueſtibus texit:ípũm aũt itra ſe cõtinuit:nequá uocẽ effœminatá emitteret : q̃ laudi & gloriæ ſuæ derogaret:occiſus aũt fuit die natalẽ ſuum íſeq̃nte:quũ iá unde ſexagita ános natus eſſet.Plutar. Aptũ noluit íqt aperto capite ſæuiẽti fortunæ ſe oñdere. Præſſit:clauſit.Virgil. p̃ſſi ue oculos aut uulnera laui. Aiam: ſpũm

Nequas effundere uoces : hinc ẽ ꝙ uiros fortes oppetere dicebát:quaſi ore terrá petere:ne audiri poſſent emittere eiulatũ. Sed poſtq̃ mucrone:ſed in ipſis etiá uulneribus nõ minorem præſtitit aí uirtutẽ. Perfodit:tráſfixit. Nullo gemitu: i.nullo gemitu ictũ euitauit. Deſpexit ꝙ nefas:Quæ oía ſigna erát libenter moriẽtis. Voluit i.cogitat ſecreta aí Pom . quaſi uates diuinabat Lucanus:nam uatibus datũ eſt ſcire ea q̃ ſecreta ſunt. Sæcula romanos.Fingit q̃ uerſimiliter ſecũ Põ.cogitare potuerit : & hac cogitatione ꝓrſus ſenſum oẽm a dolore uulnerũ alienabat. Attendũt.ſ.uirtutẽ animi mei.

Aeuũq; ſequẽs.i.poſteritas ,quaſi poſteritatẽ oẽm fingit adeſſe:& laudare animi ſui fortitudinem. Ratem:biremẽ in qua miniſtri regis me occidũt. Nũc cõſule famæ:ſe ipſum adhortatur : ut ſe talẽ p̃ſtare uelit:ut ab oíbus non ſolum laude ſed etiá admiratione proſequẽdus ſit.

Ignorát populi:Id ne fortunæ ſit attribuẽdũ:an uirtuti tuæ:ꝙ res magnas geſſeris:ſed nunc tp̃s eſt:in quo ꝓbare poſſis animi tui uirtutem. Ne cede pudori:nõ te pudeat ꝙ a Ptolemæo enerui ac effœiato occidaris:ſed ita animo tuo cõiice: quicũq; te occiderit hoc eſſe Cæſarem: ná auctorizerũ cá attribuenda eſt. Dole: Quaſi ignauum & effœminatũ. Quacũq;.ſ.manu:qa í gratiam ſoceri hoc faciunt. Nulliq; poteſtas:nam uirtus animi in poteſtate noſtra eſt: cætera uero fortunæ ſubiecta:ná fortitudo:patientia : fiducia:perſeuerantia: Hæ uirtutes ita noſtræ ſunt:ut nemo a nobis eas poſſit auferre:ideo dicit quáquam corpus meum lacerent:tamen hoc uirtutibus animi officere non poteſt. Hoc auferre.i.Quod eſt in mea poteſtate:ut me fortem & patientiſſimum oſtendam. Mutantur proſpera uita:cum ad hoc uſq; tempus ſemper ſecũdis rebus fuerim:mutari poteſt fortuna uirtus autem ſtabilis eſt atq; perpetua. Morte miſer:mortem mihi corporis inferre poteſt:famá aũt & gloriam diminuere non poteſt. Vident hanc cor.ce.præterea in conſpectu meorum occidor: quod mihi nõ paruum eſt ſolatium:ideo etiam me fortiorem præſtare debeo. Claude dolor:alloquitur ſuum dolorem. Tá to patientius:Quia i cõſpectu meorum hác cædem patior. Perẽptum.i.cum occidor participium p̃teriti temporis pro præſenti poſuit:græci autem habent participium præſens paſſiui:nos uero utimur participio præteriti temporis:pro participio præſentis:quo caremus:ut qua uectus Abas pro uehebatur. Talis cuſtodia magno:ſic inquit ſecum cogitabat Pompeius:& ſeipſum ad patientiam mortis adhortabatur.



Impoſuit comitem : cunctos mutare putares
Tellurem patriæque ſolum : ſic littore toto
Plangitur:infeſtæ tendunt in æthera dextræ .
Pompeiumque minus : cuius fortuna dolorem
Mouerat:aſt illam quam toto tempore belli
Vt ciuem uidere ſuam diſcedere cernens
Ingemuit uulgus:quam uix ſi caſtra mariti
Victoris peteret:ſiccis dimittere matres
Iam poterant oculis:tanto deuixit amore
Hos pudor : hos ꝓbitas:caſtiq; modeſtia uultus:
Quod ſummiſſa nimis:nulli g̃uis hoſpita turbæ .
Stantis adhuc fati uixit quaſi coniuge uicto.
Iam pelago medios titan demiſſus ad ignes :
Nec quibus abſcondit:ne ſi quibus exerit orbem
Totus erat : uigiles pompei pectore curæ
Nunc ſocias adeunt romani fœderis urbes :
Et uarias regum mentes:nunc inuia mundi
Arua ſuper nimios ſoles:auſtrumq; iacentem
Sæpe labor mœſtus curarum:odiumq; futuri
Proiecit feſſos incerti pectoris æſtus .
Rectoremque ratis de cunctis conſulit aſtris
Vnde notet terras : quæ ſit menſura ſecandi
Aequoris in cælo:ſyriam quo ſydere ſeruet:
Aut quotus í plauſtro libyam bene dirigat ignis .
Doctus ad hæc fatur taciti ſeruator olympi:

Mutare tel.ire í exilium. Sic:ideſt uſque adeo plangitur. Infeſtæ:iratæ. Pompeiumque minus:tametſi ipſis moleſtus fuerat diſceſſus pompeii:tamen aliquanto moleſtius diſceſſum Corneliæ tulerunt ob humanitatem & liberalitatem mulieris:cuius uirtute ac manſuetudíe omnes ſibi deuíxerat. Minus:q̃ Corneliam.

Cuius fortuna:tametſi ipſe auctor erat & cauſa doloris. Quam toto tempore:nam commiſeratione ipſius mouebantur populi omnes:ꝙ uidelicet de ſummo & grandi loco ad tátam calamitatem deueniſſet. Ciuẽ:qa ita complectebantur eam:quaſi una ciuis eſſet. Quam ſi:nec mirum ſi i diſceſſu ipſius fleuere matronæ: ná ſi etiam uir fuiſſet uictor:non poterant uidere illam ſine lachrymis diſcedere . Peteret ca.m.ſi ad lætitiam iret: non ad mœrorem. Tanto.d.amore:ratio qa diuerſis uirtutibus ſuis cornelia omnes ſibi miro quodam amore deuíxerat. Caſtique mo.uultus:qa ínatam uultu habebat quádam modeſtiam:ut cum omnes dignitate præſtaret:humilibus qbuſque par eſſe uideretur. Summiſſa:remiſſa:qa ſe humilibus æquabat. Nulli grauis: ímo ſuauis:quamuis adhuc i felicitate eſſet. Turbæ:ignobili uulgo & multitudini. Stá tis adhuc fati:quamuis adhuc eſſet í felicitate. Iam pelago medios:deſcribit tempus quo Pompeius nauigans: animum i diuerſas curas iactabat:animo conſyderáſ an urbes peteret:an reges an populos : & ſecum animo uoluens qbus magis crederet.dicit ení non omnino ad occaſum deſcenderat ſol:qa dimidius ſolis erat i hemiſperio noſtro:& i hemiſperio íferiori: tum cum aduerſis curis animus Pom . diſtrahi cœpit ad quos proficiſceretur populos .

Nec qbus abſcondit.ſ.nobis. Nec ſi qbus exerit:ideſt aperit antipodibus Ad medios ignes.i.ad medios orbes igneos qa igneus eſt ſol. Adeunt:ideſt tendũt ad urbes. Socias.r.f.ideſt coniunctas fœdere romanis. Varias mentes.r. ꝙ reges ſolent uarii eſſe atque diuerſi. In uia arua:libyam ſignificat. Auſtrumque iacentem:ideſt depreſſum reſpectu ſeptentrionis. Sæpe labor mœſtus: aliquádo etiam nitebatur obliuiſci huiuſmodi curarum:& loquebatur cum gubernatore: petebatque quibus ſtellis uterentur nautæ: cum in diuerſa loca nauem intendere uellent . Mœſtus curarum : ideſt propter curas: ſicut feſſus rerum. Odiumque futuri.ſ.fati. Feſſos æſtus:æſtus appellat cogitationes & fluctuationes mentis ambiguas & comparat fluctibus maris.ſicut Virgilius. Aeneas uatio curarum fluctuat æſtu.

De cunctis aſtris: quibus ſtellis utitur in nauigatione. Vnde:a quibus aſtris. Secandi æquoris: ideſt nauigandi:nam ex ſyderibus & menſura ſtellarum intelligunt nautæ qua parte maris:& quanto ſpacio nauigauerint & nauigaturi ſint. Syriam quo ſydere:dic mihi qua ſtella nauigatur in ſyriam? Libyam : ideſt qua ſtella dicitur nauigari in libyam:nam tendere cogitabat in libyam Pompeius ad regem Iubam. Quotus ignis: nam maior urſa meridiem uerſus ambitur cauda ſerpentis:ſed minor urſa ſeptentrionem uerſus ambitur a capite ſerpentis:nunc ergo dicit quotus ignis:quia ſerpens ipſe ſeptem ſtellas habet: quæ imaginem ipſius oſtendunt:habet unam in humero:alteram in pectore:tertiam in dorſo:quartam in uentre tres autem in cauda. Sũt etiam aliæ ſtellæ lucentes:quæ has ſeptem præcedunt:unde ſtella eſt quam uulgo occiduam uocant: per antiphraſim:ꝙ nunquam occidat hanc dicunt aſtologi eſſe ſole ualde maiorem:quamuis non ita uideatur:nam remotiſſima eſt a nobis:ut nec ſplendorem ſuum oſtendat. Quotus ignis:prima uel ſecunda uel tertia in plauſtro. Doctus ad hæc fatur:introducit nunc reſpondere Pompeio gubernatorem nauis qui peritus erat eiuſmodi artis. Seruator taciti olympi:ideſt nocturni cæli. Signifero cælo:ideſt ſtellato:nolim exiſtimes me o



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pompei ſeruare ſtellas omnes:& præcipue errantes:ſicuti non nulli gubernatores:qui ita errant:ſicut & ille:ſed tantummodo ſtellas ſeptentrionales circa polum uertentes:quæ nunquam occidunt. Polo:cælo : pars pro toto:quia polus nunquam ſtat:ſed ſemper uertitur ideo απολεω:uerto:deriuatur. Labentia:errantia . Axis inocciduus: ſeptentrionalis qui nunquam occidit. Gemina arcto:maiori urſa & minori:Maior urſa(ut ante dictum)meridiem uerſus ambitur cauda ſerpentis:nam ſerpens in modum.S.litteræ inter utranque urſam fluit:maior cauda:minor uero capite cingitur:quæ etiam helice appellatur:& cynoſura. Hic.ſ.axis ideſt minor urſa quæ plauſtrum uehit . Summis ceruchis:cum urſa minor uidebitur perpendiculariter i ſummitate mali ferre plauſtꝶ nunc nobis curſus erit i boſphorum ſcythiæ nam duo ſunt.ſ.boſphorus thracius qui & byzantius dicitur . alter cimerius in aditu paludis meotidos: in ſcythiam uergens : & dicitur eo ꝙ Iuppiter in formam bouis conuerſus uexit Europam dephœnicia in græciam:& de nomine puellæ appellauit Europam tertiam orbis partem : unde ad ſimilitudinem illius eſt boſphorus ſcythiæ appellatus . At ut inquit Strabo os byzantiacum thracius boſphorus appellatur. Cimerius uero boſphorus dicitur quodcunque meotidis paludis hoſtium continet:dictus cimerius quaſi cimbricus:ꝙ cimbri errabundi militiam ſuam ad meotim uſque agitarint. Pontum: inſulam i qua Mithridates regnauit. Ceruchis:ideſt antemna & ſummitate mali : in qua ſunt cornua quibus uela ſuſpenduntur Virgilius. Cornua uelatarum obuertimus antemnarum & dicitur κερουχοσ cornutus a κέρασ cornu: & εχω habeo.

Quicquid deſcendit ab arbore ſumma reſpondet ad illud quod Pompeius petietat ſuperius.ſ.ſyriam quo ſydere ſeruet:ſed cum non nihil plauſtrum declinauerit a ſũmitate mali:tunc petimus.ſyriam. Propior mari:ideſt quantulumcunque plauſtꝶ declinauerit a ſummitate mali: & capite ferire uidebitur maris undas:tũc ſpectamus ſyriam:& eo nauem dirigimus Arctophylax:bootes:cuſtos urſæ. Cynoſura:quem ſuperius appellauit arctophylacem nunc cynoſuram uocat. Propior ma.unum ſequitur ex reliquo:nam quanto magis declinat a ſummitate mali:tanto magis uidetur appropinquare mari. Inde canopos:canopos ſydus eſt(ut ait in ſexto Pli.)igens & clarum:eſt autem i meridionali plaga:ad cuius contemplationem ait nauta:ſe nauem dirigere a ſiniſtra trans ægyptum:a medio tendit ad ſyrtes. Stella timens boream:quo ſpirante denſantur nubes:quibus illa obſcuratur:nam cum ſit in auſtrali plaga meridiem uerſus timet boream qui nudes contrahit i meridiem qbus illa obtegitur. Trans pharon:ideſt ultra ægyptum.reſpondet ad illud quod interrogauerat Pompeius. uidelicet qua ſtella meridiem petat. Illa ſiniſtra.ſ.canopo ſtella apparente in parte ſiniſtra nauis. Syrtes:cui contigua eſt ægyptus. Sed quo uela dari:cum Pompeius & gubernator nauis ita inter ſe quaſi confabularentur:de ſignis cæleſtibus:& ad omnia quæ Pompeins quæſierat reſpondiſſet.poſtea interrogat eum quam in partem potiſſimum nauigare deberet:ad hæc Pompeius reſpondit incertus ad quem locum prius nauigaret quocunque inquit nauem & curſum dirigito dummodo procul a campis æmathiis nauiges:nos deinde i fluctus fortuna reget. Quo nunc pede carbaſa tendi: dem dicit. Carbaſa:uela ſunt:dicta a genere lini ſubtiliſſimi quod ita appellatur:quo texuntur uela. Quo pede:dicit morem nautarum:nam pedes ſunt funiculi:qbus uela pro uoluntate nautarum uertuntur. Dubio pector:incerta mente:non enim ſatis deliberauerat quod potiſſimum iter teneret. Heſperiam:Italiam:neque i æmathiam nauem dirigere uolebat. Cælo : ſydera conſyderando. Da:relinque. Pignus:corneliam. Tunc certus eram.ſ.ante ꝗ uxorem accepiſſem certus eram quo nauigabam.uidelicet in inſulam Leſbon:nunc uero ſcio quæ loca fugiam:quæ autem petam neſcio. Sic fatur pompeius &gubernator ab his regionibus auertit nauem : quas attingere Pompeius nolebat. Iuſto:recto modo pro uoluntate nauigantis. Quas aſinæ cautes: ut per mediam aſinam & chion

Signifero quæcunque fluunt labentia cælo :
Nunquam ſtante polo:miſeros fallentia nautas
Sydera non ſequimur:ſed qui non mergitur undis
Axis inocciduus gemina clariſſimus arcto
Ille regit puppes:hic cum mihi ſemper in altum
Surget : & inſtabit ſummis minor urſa ceruchis
Boſphoron & ſcythiæ curuantem littora pontũ
Spectamus:quicquid deſcẽdit ab arbore ſumma
Arctophylax:propiorque mari cynoſura feretur .
In ſyriæ portus tendat ratis : inde canopos
Excipit:auſtrali cælo contenta uagari
Stella timens borean:illa quoque perge ſiniſtra
Trans pharon:in medio tãgit ratis æquore ſyrtes:
Sed quo uela dari : quo nunc pede carbaſa tendi
Noſtra iubes? dubio contra cui pectore magnus :
Hoc ſolum toto reſpondit in æquore ſerua
Vt ſit ab æmathiis ſemper tua longius oris
Puppis:& heſperiam pelago cæloq; relinquas :
Cætera da uentis:comitem pignuſque recepi
Depoſitum:tum certus eram quæ littora uellem .
Nunc portum fortuna dabit:ſic fatur:at ille
Iuſto uela modo pendentia cornibus æquis
Torſit:& in leuum puppim dedit:utque ſecaret



nauigaret. Aſina terræ pagus argiuæ:penes lacedæmoniam naupliam(ut refert Strabo)ex ea inquilini in meſſenium agrum commigrarunt:eodem quo Aſina oppidulum argolicum uocabulo nuncupata dryopum domicilium & Aſinam fuiſſe memorant qui ex uicinis ſperchio locis extitere. Aſperat undas:nam ubi ſcopulus eſt ibi etiam unda maris eſt aſperior. Chios:ut libro quarto decimo Strabo refert. Chius inſula circum nauigationem habet ſtadiorum nungentorum:ſi quis ſecus terram deferatur : ea urbem & portum optimum habet & nauale nauium octoginta Chii olim claſſem habuere & maris imperium & libertatem ſibi uendicauerunt e Chio in leſbum uento auſtro ſunt ſtadia circiter quadraginta. Viri e Chio elegãtes fuerunt Ion tragicus:& Theopompus hiſtoricus:& Theocritus Sophiſta. Motus.ſ.nauis:nam pro mutatione uelorum mutata eſt nauigatio. Secante nauigante. Idem.ſ.mare quod ante. Sonum: uelorum ſtrepitum & nauigationis . Nõ ſic moderator:dicit non maiore arte aurigam ferre currum circa metã i ludis olympicis:ꝗ hic gubernator obuertit nauẽ contortis uelis. Moderator equorum:ideſt auriga:nam ludis olympicis ad metã currebatur curru:& q prior metam illam curru circuiſſet hic primum palmam obtinebat:ſed quanto interius circunuoluebant currum:tanto etiam celerius id faciebant: & ob hanc cauſam cum omnes interiores & propinquiores ad metam circunuoluere uellent currum : niſi peritiſſimi eſſet artis:currus in metam lapideam frangebatur: unde Horatius:metaque feruidis euitata rotis. Inoffenſæ:intactæ . Metæ: metam appellat eam formam lapideam. Leuum axem:ideſt ſiniſtram partem axis.

Dexteriore.ſ.uerſa in ſiniſtram. Oſtẽdit titan:quia orto ſole dies apparebat .

Sparſus ab æmathia:quicunque inquit ab æmathia diſceſſit ſecutus eſt Pom. inter quos fuit.Cn.Põpeius:& Deiotarus Rex ſed per.Cn.Pompeium noli itelligere ſextum nam ſextus cum matre Cornelia in Leſbo repoſitus fuerat:quia minor erat.

Procerum:quãuis uictus eſſet cum magna turba Pompeius tamen adhuc comites habebat reges:& prĩcipes ſenatus. Reges miniſtros: nam reges miniſtrabant Pompeio:qui ſub clientela eius erant comites:inter quos habebat Deiotarum.Deiotarus enim inter primos Pompeius ex acie ſecutus fuerat nam hic regum fidiſſimus erat hunc iubet Pompeius in Syriam legationem ferre. In deuia mundi:in remotiſſimas partes orbis terrarum hoc eſt in Syriam. Legit:ideſt obſeruauit ideſt quamuis incerta feciſſet ueſtigia: ne iter ſuum dignoſceretur Pompeius:ea tamen diligenter rex Deiotarus obſeruauerat. Quando ait æmathiis:quando inquit cladem accepimus in æmathia:quæ partem nullam orbis terrarum parauerat:quæ noſtra ſigna ſequeretur:nũq opus eſt tentare reges orientis. Fidiſſime regum:hic enim ſemper in officio permanſit:nulla fortuna diſceſſit cum defenſaret libertatem & auctoritatem ſenatus. Euphratem:fluuium in oriente:per quem ſignificat partes armeniæ:propter regem cum quo fœdera iunxerat Pompeius:quo tempore fugientem Mithridatem per eas regiões ſeqbatur. Tigrim:ſignificat armeniæ regem.nam tigris fluuius eſt Armeniæ. Tigris & Euphrates Meſopotamiam circundant & apud babylonios inuicem cohærent:auctore Strabone:deinde in mare perſicum emittunt: quorum Euphrates maior eſt:& plus regionis flexuoſo alueo percurrit.fontes habet in parte Tauri boreali:fluit ad occidentem per armeniam quæ maior appellatur:uſque in armeniam minorem:quam a dextris habet . Tigridis & Euphratis fontes inter ſe diſtant ad ſtadia duo milia & quingenta. Nec pigeat:præterea ut exercitum compares non orientem modo:ſed etiam ſeptentrionem petas uelim. Quærentem:acquirentem.reparantem. Diem ideſt orientem. Arſacidæ:regi parthorum.nam ſicut Ptolemæi reges ægypti appellabantur ita parthorum reges Arſaci-

Quas aſinæ cautes:& quas chios aſperat undas:
Hos dedit in prorã:tenet hos in puppe rudentes:
Aequora ſenſerunt motus:aliterque ſecante
Iam pelagus roſtro : nec idem ſpectante carina
Mutauere ſonum : non ſic moderator equorum
Dexteriore rota leuum cum circuit axem :
Cogit inoffenſæ currus accedere metæ .
Oſtendit terras titan:& ſydera texit.
Sparſus ad æmathia fugit qcunque procella
Aſſequitur magnum:primuſq; a littore leſbi
Occurrit natus:procerum mox turba fidelis :
Nam neque deiecto fatis : acieque fugato
Abſtulerat magno:reges fortuna miniſtros :
Terrarum dominos & ſceptra eoa tenentes
Exul habet comites : iubet ire in deuia mundi
Deiotarum:qui ſparſa ducis ueſtigia legit:
Quando ait æmathiis amiſſus cladibus orbis:
Qua romanus erat:supereſt fidiſſime regum
Eoam tentare fidem:populoſque bibentes
Euphratem:& adhuc ſecurum a cæſare tigrim
Nec pigeat magno quærentem fata:remotas
Medorum penetrare domos:ſcythicoſq; receſſus :



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dæ dicti ſunt. Si fœdera nobis: hæc eſt legatio Pompeii: ſi ſeruát inquit fœdera noſtra: quæ ſocietate & amici tia cum populo romano iunxit. Magos: magi enim ſapientes apud Medos & Perſas appellantur: quos phi loſophos græci dicunt. Implete pharetras: ideſt ſumite arma. nam ſagittis & arcu parthi potiſſimum utun tur. Geticis neruis: ideſt ſcythicis cordis: quæ ex neruo torquentur. Si uos o parthi: hæc ſunt mandata Pompeii quæ Deiotaro dat ad Phraatem parthorum regem: nam omnes reges parthi Arſacidæ dicuntur: ſed tunc Phraates nomine regnabat. eſt autem ordo uſque ad eum locum. tot meritis obſtricta meis. Caſpia

Et totum mutare diem: uoceſque ſuperbo
Arſacidæ perferre meas: ſi fœdera nobis
Priſca manent: mihi per latium iurata tonantem
Per ueſtros aſtricta magos: implete pharetras:
Armenioſque arcus geticis intendite neruis.
Si uos o parthi peteré cum caſpia regna:
Et ſequerer duros æterni martis alanos:
Paſſus achæmeniis late diſcurrere campis:
In tutam trepidos nunq̃ babylona coegi.
Arua ſuper cyri caldæique ultima regni
Qua rapidus ganges: & qua nyſeus hydaſpes
Accedunt pelago phœbi ſurgentis ab igne:
Iam propior q̃ perſis eram: tñ omnia uincens
Suſtinui: noſtris uos tantum deeſſe triumphis.
Soluſque e numero regum telluris eoæ
Ex equo me parthus adit: nec munere magni
Stant ſimul arſacidæ: qs enim poſt uulnera cladis
Aſſyriæ iuſtas latii compeſcuit iras?
Tot meritis obſtricta meis: nunc parthia ruptis
Excedat clauſtris: uetitam per ſæcula ripam:
Zeugmaque pellæum: pompeio uincite parthi:
Vinci roma uolet: regem parere iubenti

regna: perſequendo Mithridatem in mare caſpium uſque uenit: ubi ſunt caſpii mon tes. Nam auctore Solino: ultra Sauroma tas in Aſia ſitos: qui Mithridati latebram & originem medis dederunt cõfines ſunt Thali his nationibus: quas ab oriente cõ tigunt caſpii montis fauces. Alanos: populos qui ab alano flu. dicti ſunt: qui ultra danubium fluit in europam. Martia lis. Hæc te ſarmatico tranſit alanus equo. Aeterni martis: ideſt bellicoſiſſimos. Achemeniis campis: ideſt parthicis ab Achemene rege. In tutam trepidos: id eſt nunquam Vos compuli in mœnia ue ſtra: quia paſſus ſum uos errare per agros ueſtros. Arua ſuper: & tamen facere po teram: quia propiquior eram uobis: q̃ per ſis. Arua cyri: ideſt ſuper arua perſidis ubi regnauit Cyrus. Vltima caldæi re gni: ideſt ad extremam regionem Iudæo rum. nam Ariſtobolum Iudæorum regẽ cepit: & templum Salomonis ſpoliauit: & candelabra illa quæ in maximo honore fu erant in triumphum duxit: & creditum eſt poſthac Pompeium aduerſa fortuna la boraſſe. Nyſeus hydaſpes: flu. indiæ qui per parthiam ſe ſe ferens uadit in Indi am: ideo nyſeus ideſt indicus a nyſa urbe indiæ. Phœbi ſurgentis ab igne: ideſt ab oriente deſcendẽs uobis propinquior eram: q̃ perſis. perſis nominatiuus eſt: per ſidis genitiuum facit. eſt autem regio fini tima parthis. Numero telluris eoæ: ex omnibus regibus orientalibus tantum modo parthus fuit: qui me ex æquo fœdere adiit. nam cum Pompeius ad Araxem flu. caſtra poſuiſſet: Tigra nocerota tigranis regis filius obuiam ei factus eſt (iam enim a patre defecerat) Tigranes ipſe humanitate Pom. fretus qui uulgo laudabatur ab omnibus: ad eum uenit: quem ubi Pompeius honorifice ſuſceptum regem ap pellat: indignatus filius palam dixit. haud ſibi opus eſſe Pompeio: ſed alium quæſiturum romanorum. tum põ peius eum in uincula coniectum ſeruari iuſſit ad triumphum. nec multo poſt Phraates parthorum rex legatos miſit qui Tigranocerotam peterent: quaſi generum ſuum: & Euphratem flu. fines imperii ſtatueret: qbus Pom peius inquit Tigranocerotam ad tigranis magis partes: q̃ ad ſocerum pertinere: de finibus qđ peteret eiuſmo di ſe uſurum: hoc eſt quod nunc poeta dixit. ex æquo me parthus adiit: & ita Euphratem fines imperii tenuit ex parthorum. Nec munera magni: nec ſemel ſeruati ſunt parthi meo beneficio. neque enim alius fuit qui romanos contineret ne ulciſcerentur manes craſſi & romanorum qui a uobis cæſi fuerunt o parthi. ſententia fu it etiam Pompeii ne renouaretur bellum contra parthos: donec Cæſar eſſet in gallia cum exercitu: ne duobus bellis uires romanorum diſtraherentur. Munere: beneficio Pompeii. Quis con. quaſi dicat nullus niſi ego. Aſſyriæ cladis: ideſt poſt cladem Craſſi & exercitus Romani: quem ad Carras ciuitatem Aſſyriæ parthi cum exercitu deleuerunt. Iuſtas iras: iuſte enim mouebantur ad ultionem imperatoris cæſi. Ruptis exce dat clauſtris: euphratis ripam dicit quem regni finem ipſi parthi petenti Pompeius finem tradidit. Zeugma: ciuitas inter ægyptum & parthiam. lxxii. milium paſſuum a ſamoſatis diſtans: quam Alexander condidit: ſic ap pellata q ſit utriuſque regionis quoddam quaſi uinculum. & dicitur a ζευγρυω: iungo. Pellæum: ab Ale xandro conditum: qui fuit de pella ciuitate macedoniæ. Pompeio: ideſt cauſa Pompeii. Vinci roma uolet: ut ſubacto Cæſare Pompeius uictoriam conſequatur. Regem parere iubenti: nunc dicit quomodo rex De



iotarus ad Pompeii legationem perficiendam ſeſe expediuerit. Ardua: quia iuſſit eum extremas orbis partes penetrare. Poſitis inſignibus: ideſt depoſitis regiis ueſtimenti. Raptos amictus: ideſt gregaria ueſte ſum pta: & capta occaſione laudat paupertatem. Si inquit dominis terrarum tutum eſt aliquando ſimulare pauper tatem: quanto uero pauperes tutiores ſunt? Dimiſſo in littore rege: nunc dicit dimiſſo rege Deiotaro: qua par te Pompeius nauigauerit. Ipſe per icariæ: icaria inſula eſt ſamo adiacens: non procul a naxo: quæ nomen ica rio pelago impoſuit. ut Plinius & Strabo. Epheſum: ciuitas ioniæ: quæ & ſmyrna dicta eſt. ab amazonibus dicta. Plinius. Colophona. ci. Ionica quæ olim nauali ope: & equeſtribus præ liis excelluit. Strabo. Telmeſis: promõ torium eſt lyciorum quod portum habet: hunc locum Eumenes in bello antiochi co a romáis accepit: ſed ſublato regno Ly cii eum locum receperunt: hic enim eſt de quo Lucanus mentionem facit. Cla ram: ubi coloſſus Iouis eſt tantæ magnitu dinis: ut inter ſeptem mirabilia mundi cõ numeretur aut claram: quia (ut ſcribit Soli nus) nunquam cælum tam nubilum eſt: ut in ſole rhodos nõ ſit. ſic Horatius. Lau dabunt alii claram rhodon. Coloſſum au tem fabricauit chares lyndius: dicatum Io ui: ut aſſerit Strabo: alii ſcribunt apollini. Telmeſidos undæ compenſat: ambi tum longum telmeſidis ſinus breuitate maris recompenſat. Pamphilia puppi: pamphilia olim ſub imperio cilicum con ſtituta fuit: alio nomine appellata moſo pia: & pamphilium mare iungitur cilicio. Plinius. Nec ſe committere: & qa pom peius metuebat: ne omnes ciuitates uicto ri parerent non audebat mœnia ingredi: ſed nunc primum igreſſus eſt mœnia pha ſelidis. Phaſelis: phaſilis ciuitas eſt quæ portus tres habet (auctore Strabone) ciui tas inſignis & lacus iminet & mons nomi ne ſolyma. Phaſelis fuit ciuitas zẽiceti pira tæ qui capto monte Iſaurico ſe cum tota domo concremauit. Nam te. ratio cur ingreſſus eſt. Rarus incola: quia deſerta erat. Hinc: a phaſelo. Taurus: mons qui a multis idem cum Caucaſo monte creditur: nam Aſiam omnem ab eois inci piens & in cilicum mare deſinens in duas fere æquales partes diuidit. Dipſanta: flu. Cadentem: ideſt naſcentem. Cre

Ardua non piguit: poſitiſque inſignibus aulæ
Egreditur: famuli raptos indutus amictus.
In dubiis tutum eſt inopem ſimulare tyranno:
Quanto igitur mundi dominus ſecurius æuum
Verus pauper agit? dimiſſo in littore rege
Ipſe per icariæ ſcopulos: epheſumque relinquẽs:
Et placidi colophona maris: ſpumantia paruæ
Radit clauſtra ſami: ſpirat de littore choo
Aura fluens: gnidon inde fugit: claramq; relinquit
Sole rhodon: magnoſq; ſinus telmeſidos undæ
Compenſat: medio pelagi pamphilia puppi
Occurrit tellus: nec ſe committere muris
Auſus adhuc ullis: te primum parua phaſelis
Magnus adit: nam te metui uetat incola rarus:
Exhauſtæque domus populis: maiorque carinæ
Quá tua turba fuit: tendens hinc carbaſa rurſus
Iam taurum tauroque uidet dipſanta cadentem.
Crederet hoc magnus: pacem cum præſtitit ũdis.
Et ſibi conſultum? cilicum per littora tutus
Parua puppe fugit: ſequitur pars magna ſenatus
Ad profugum collecta ducem: paruiſque ſynedris.
Quo portu mittitque rates: recipitque ſelinis
In procerum cœtu tandem mœſta ora reſoluit
Vocibus his magnus. comites bellique fugæque:
Atque inſtar patriæ: q̃uis in littore nudo:

deret hoc magnus: nunquid credere potuiſſet hoc Pompeius cum piratas deuicit hanc uictoriam ſibi utilem fu turam? ac ſi. d. profuit: quia nunc demum per mare tutus nauigat. Pacem: ideſt cum piratas deuicit. Et ſi bi. non ſolum negociatoribus: ſed etiam ſibi. Sequitur pars magna ſenatus. Pom. proficiſcentem in Cilici am uniuerſus ſenatus ſecutus eſt: ubi ſententiam ſuam de repu. dixit. Paruis ſynedris: ideſt paruo conſeſſu: comparatione curiæ romanæ. & dictio græca é: ἡ συνεδρα conſeſſus: το συνεδριον concilium. Selinis: oppidum ciliciæ: ubi ſenatus pom. audiuit de rep. ſententiam dicente. In cœ. pro. in conſilio ſenatus. Co mites belli: in deliberatiuo genere conſtitutio coniecturalis eſt: potero reparare uires: non poteris. quæſtio eſt: an poſſit: & deliberatur deinde quomodo reparet. Eſt autem deliberatio cum quæritur: qd ex multis rebus potiſ ſimum ſit faciendum. nam conſultatio duplex eſt: aut cum quæritur de duabus rebus utrum potius: ut ſi con ſultetur bellum ne: an pax potius ſit facienda: eſt autem conſultatio cum de pluribus rebus quæritur: qd potiſſi mum ſit: ut ſi quærat aliqs: an macedoniam: an ægyptum: an i idiam nauiget: ſed primum quod i dubitatione ueniebat: quæritur. uidelicet an poſſit reparare uires: & probat reparare poſſe: non enĩ adeo ſe uictum eſſe dicit: ut releuari non poſſit: quæſtio coniecturalis eſt: qa quæritur an poſſit uires reparare. prĩo captat beniuolentiam a perſona auditoꝝ: cũ eos comites fideles uocat: & eos laudat: ꝙ ſint quaſi quædã imago patriæ. Quãuis ĩ littore nudo: a pſona ſua nũc beniuolẽtiã captat: nã ſua pfert icõmoda p cõmiſeratioẽ: qua beniuolẽtia facile



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

comparatur. In cilicum terra:non in propria urbe. Nullis armis:non exercitu ſceptus:ſed inermis. Non omnis in armis æmathiis:ad coniecturam deſcendit:& probat poſſe reparare uires: & argumentum eſt a minori ad maius:quod plurimum ualet ad cohortationem.dicit enim:ſi Marius exul hoſtis populi romani iudicatus: Minturnis in carcerem compulſus:i libyam frofugus:in terris hoſtium tamen comparato exercitu reparauit uires ſuas aduerſus Syllam:multo magis ego facere potero.ꝙ non ſum hoſtis patriæ iudicatus:non habeo inuiſos populos:ſicut ille deinde non minor eſt mea apud gentes auctoritas:q̃ illius:imo maior. Non omnis: ideſt adhuc mihi uires ſuperſunt. Excutere:abiicere. Libycæ ruinæ:quia iam Carthago euerſa fuerat a Scipione inferiore:quo tempore Marius eo ſe recepit. Faſces:conſulatum:nam exercitu comparato in Italiam uenit & ſe Cinnæ coniunxit: & ita conſul factus eſt. Plenis faſtis:ut impleret ſeptimum conſolatum. nam ita Haruſpex prædixerat:uiſo auſpicio. Leuiore manu: ſcilicet Cæſaris: q̃ ille manu Syllæ. Mille duces:argumentum eſt a uiquæ perdaſſes decernitur:exercitus:arma: tormenta:reuocationes hominum. Mille:ideſt multæ. Sed me uel ſola:ab auctoritate arguit:quam ſibi tantam eſſe dicit:ut uel hac una reparare poſſit bellum.

Nomen:ſcilicet meum. Mundus amat:nam ſine dubio Pompeius beniuolus fuit apud omnes:nam humãitatis nomen ubique obtinuit. Vos pendite regna:nunc conſultatio eſt de multis rebus quid potiſſimum. Fide & uiribus:utrũque bene coniunxit: quia parum poſſunt uires:ubi fides deeſt. Pharon:ægyptũ: nam pharos dauſtra ſunt ægypti. Pondera uergãt:ideſt quo cogitatio noſtra põderoſa uertatur: & primum oſtendit neq; ægyptum: neque libyam eſſe petendam: & reddit rationem. Arguit autem ex attributis perſonæ.uidelicet a genere quod diuiditur in naturam:patriam & ſexum:arguit ab ea parte quæ eſt ætas:ubi conſyderatur puer ne:an adoleſcens: grandis natu: an ſenex:in puero fides ſtabilis eſſe nõ poteſt. Hinc anceps dubii:regem Iubam dicit. Arguit autem ab ea parte quæ dicit natio in qua conſyderatur græcus an barbarus. Athenienſis eſt:ergo acutus. Lacedæmonius eſt:durus & aſper. Thebanus eſt pinguis & ualens. Maurus eſt & Carthaginenſis:ergo perfidus unde Liuius de Hannibale perfidia pluſquam punica.

I n cilicum terra nullis circundatus armis
C onſultem:rebuſque meis exordia quæram:
I ngentes præſtare animos:non omnis in aruis
A amethiis cecidi:nec ſic mea fata premuntur
V t nequeam releuare caput:cladeſque receptas
E xcutere:an libycæ marium potuere ruinæ
E rigere in faſces:& plenis reddere faſtis:
M e pulſum leuiore manu fortuna negabit?
M ille meæ graio uoluuntur in æquore puppes.
M ille duces: ſparſit potius pharſalia noſtras
Q uam ſubuertit opes:ſed me uel ſola tueri
F ama poteſt rerum:toto quas geſſimus orbe:
E t nomen qđ mũdus amat:uos pendite regna
V iribus atque fide libyam:parthoſq;:pharonque:
Q uæ nam romanis deceat ſuccurrere rebus.
A ſt ego curarum proceres arcana mearum
E xpromam:mentiſque meæ quo põdera uergãt.
A etas niliaci nobis ſuſpecta tyranni eſt.
A rdua quippe fides robuſtos exigit annos.
H inc anceps dubii terret ſollertia mauri:
N anque memor generis carthaginis impia ꝓles
I mminet heſpiæ: multuſq; in pectore uano eſt
H annibal:obliquo maculat qui ſanguine regnum:
E t numidas contingit auos: iam ſupplice uarro
I ntumuit:uiditque loco romana ſecundo.
Q uare agite eoum comites properemus in orbẽ:
D iuidit euphrates ingentem gurgite mundum:

Nunquam memor: Ab ea parte arguit:quæ eſt cognatio.uidelicet quibus maioribus ortus ſit ſcilicet ab Hannibale qui ſemper hoſtis populi romani fuit. Imminet:ut ulciſcatur iniuriam. Multus:frequens:quia ſemper nominat Hanibalem. Obliquo maculat:præterea eſt etiam nothus:& nothi ſolent eſſe callidi:uerſuti:atque perfidi. Contingit: contagione polluit. Iam ſupplice uarro:arguit a factis:qđ eſt impium:& in attributis perſonæ ubi conſyderatur: quid fecerit:quid faciat:quid facturus ſit:ſuperbus:aduerſus Varrum præfectum noſtrum. Vidit: nam Varrus Hiſpaniæ partem tenebat:& cum eam Cæſar inuaſiſſet:hic ad Regem Iubam in Libyam confugit.dicit autem illum animum extuliſſe: tunc cum Varrus ad eum profugit. Romana:ideſt res romanas. uidelicet Varrum præfectum noſtrum. Quare agite:nunc ſententiam ſuam dicit:quo nam ſe conferre uelit ſcilicet in orientem ad Phraaté Parthoꝝ Regé & ſuadere icipit ut ſententiá ſuam ſeq uelit:prio argués a ui quæ eſt ps tuti: pthos oſtédẽs eſſe bellicoſos:ſeu patria:ſeu natiõe. Diuidit euphrates:ná Armẽios Cappadoceſq; diſtermiat



Caſpia:caſpiæ portæ dicũtur:quæ ſunt inter Colchos:& albanos:caſpias autem portas caucaſus habet: quibus ſeparatos dicit inhabitare parthos:ut nullius imperii uires timeant. Taurus per gentium & linguarum uarietate pluriſariam nominatus eſt:nam ubi in excælſam ſurgit ſublimitatem caucaſus dicitur:etiá a populis appellationem trahit a dextro latere caſpius dicit uel hyrcanus:a leuo amazonicus:mox cichus:ſcythicus: ad hæc uocabula habet multa alia:ubi dehiſcit:hiulcis iugis facit portas:quarum primæ ſunt armeniæ:tũ caſpiæ: poſt ciliciæ:a caſpis portis per parthiam una eadẽq; uia ẽ alexandriam.teſte Strabone Portæ caſpiæ auctore Solino: panduntur itinere manu facto longo octo milibus paſſuum:nam latitudo uix eſt plauſtro permeabilis.In his anguſtiis etiá aliud aſperum:quod præciſorum laterum ſaxa liquentibus iter ſe ſalis uenis exũdant humorem affluentiſſimum:qui cõſtrictus ui caloris uelut i glaciem corporatur:ita labes inuia acceſſum negat. Polus alter: antarcticum dicit:nam ſicut nos ſub polo arctico poſiti ſumus:& ſublimitate terræ antarcticum uidere non poſſumus:ita q ſub antarctico uiuunt arcticum uidere non poſſunt. Vertitur:qa ſemper circa polum uertitur cælum. Abruptũ eſt noſtro mari:mare rubrum dicit quod inter ídicum & æthiopicum ampliſſimo ore ab auſtro in ſeeptentrionem:funditur: iõ dixit abruptum noſtro mari:quia ne í mediterraneum,exeat a terris perſarum qbus finitimi ſunt parthi arabeſque tenetur.

C aſpiaque immenſos ſeducunt clauſtra receſſus:
E t polus aſſyrias alter nocteſque dieſque
V ertit:& abruptum eſt noſtro mare:diſcolor ũda
O ceanuſque ſuus: regnandi ſola uoluptas
C ælſior in campis ſonipes:& fortior arcus:
N ec puer aut ſenior letales tendere neruos
S egnis:& a nulla mors eſt incerta ſagitta.
P rimi pellæas arcu fregere ſariſſas.
B actraque medorum ſedem:muriſque ſuperbam
A ſſyrias babylona domos:nec pila timentur
N oſtra nimis parthis:audentque in bella uenire
E xperti ſcythicas craſſo pereunte pharetras.
S picula nec ſolo ſpargunt fidentia ferro:
S tridula ſed multo ſaturantur tela ueneno:
V ulnera parua nocent:fatũq; ſanguine ſummo eſt
O utinam non tanta mihi fiducia ſæuis
E ſſet in arſacidis:fatis nimis æmula noſtris
F ata mouent medos:multumq; in gẽte deoꝝ eſt.
E ffundam populos alia telure reuulſos.
E xcitoſque ſuis immittam ſedibus ortus.

Regnandi ſola uoluptas:nunc arguit ab habitu quod eſt unũ ex attributis perſonæ:in quo etiam commoda aliqua corporis conſyderantur non natura: ſed ſtudio & induſtria compatata:ſtudio & induſtria equitare ac ſagittare didicerunt: & habitum regnádi fecere:ut nulli regno parere uelint. Voluptas:ſcilicet eſt parthis. Cælſior in campis:& hoc quoque induſtria compararunt: ut equitandi & ſagittandi periti ſint. Nec puer:ſiue puer ſiue ſenex fuerit pronus eſt ad ſagittandum. Et nulla ſa.ideſt quem feriat ſagitta:ille ſtatim occidit. Primi pellæas:arguit a caſu & fortuna:ubi conſyderatur quid euenit:quid eueniat:quid euenturum ſit:quid euenit ut ſemper uicerint. Primi ſ.parthi hi a ſcythis originem ducunt.Et ab indiæ finibus uſque ad meſopotamiam parthia nominata: quá diuidit Euphrates:hinc meſopotamia dicitur:nam propter inuictam uirtutem eorum proximæ regiones in eius nomen traſierunt in qua ſunt Aracuſia: Aſſyria:Perſis:& media ab una parte:quod uidelicet a meridie rubro mari:ab alia uidelicet a ſeptentrione hyrcano clauditur ſalo. Pellæas:ideſt alexandri impetum fregerunt.

Sariſſas:Sariſſa propriæ eſt telum macedonicum:ſicut pilum Romanum. Bactra ciuitas aſiæ eſt oxum amnem uerſus:ex ídia diebus octo a bactris uſque ad alierum flumen quod influit oxum amnem peruenit Põpeius:dum perſequeretur Mithridatem:deinde auctore Solino ad Caſpium mare:inde per caſpiũ ad Cyri amnis penetrauit fluentum:qui armeniæ & lybiæ fines interluit. Babylona.Quam coctilibus muris cinxiſſe dicitur Semiramis. Nec pila timetur:& non ſolum cæteras gentes ſubegere ſed noſtras quoque iam timere deſinunt:poſtquam craſſum deleuere. Experti ſcy.Quia(ut dixi)a ſcithis originem habent. Spicula nec ſolo ferro:argumentum eſt a conſilio:& conſilium rectius appellat:q̃ dolum:ná dolo aliquid ſuadere turpe uidetur:ergo rectius a conſilio quo parthos uti dicit:ut ſcilicet ueneno muniát ſagittas. Stridula: ſtrepentia per aerem cum a neuo mittuntur. Fatumque:ideſt mors eſt etiam in ſumma corporis exulceratione:quia uenenũ ingreditur. O utinam non tanta mihi:uellem inquit ne tanta mihi fiducia eſſet in parthis ne uidelicet craſſum cecidiſſent:nam inde orta eſt fiducia ꝙ exercitum cum duce occiderunt. Fata mouẽt medos:nam media tranſiuit in nomen perſarum. Aracuſa. Aſſyria:& perſis:& ideo medos parthos dixit. Sicut Horatius:Neu ſinas medos equitare inultos te duce Cæſar. Multumque:a caſu arguit. Alia tellure .i. aduerſa ab italia:nam parthia in oriente eſt:italia uero i occidente:unde etiam heſperia dicta.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quod ſi nos eoa fides. Dilēma eſt: & confutat ab honeſti partibus uidelicet a magnanimitate. ſenſus eſt: ꝙ ſi parthorū pereo pfidia: optatius id mihi continget: quaſi beneficio fortunæ i his regionibus pereā: ubi nulla noſtri cū gentibus illis cōmertia habuerūt: nam id mihi ſolatio erit: ꝙ nec iniuriam a cæſare nec beneficiū accipere potero: aut parthi fideles erūt: aut perfidi: ſi fideles nos cōtra Cæ. iuuabūt. ſi uero perfidi id boni cōſequar: ꝙ i manus Cæ. nō ueniā: quo aut mors crudelis manet: aut turpis uita. Eoa. i. oriētalis hoc eſt pthoꝝ. Supra cōmertia mundi: ultra regionem mundi Romanis cognitā: nā ro. nulla prorſus cū parthis habuere cōmercia. Ferat: p afferat. Regna q̄ feci: ut tigrānis: Ariobarzanis & pharnacis: quos deuictos i regna conſtituerat. Sat ma. feram magna cōſolatio erit ꝙ non ueniam in manus Cæ. a quo crudeliter trucidabor aut turpiter uita donabor. Hæc membra. Si occidet. Nil feciſſe pie. ſi uita donabit. Sed cūcta reuoluens: ſed cum omnia conſydero ipſi fidem ſeruabunt.

Nam nullis mundi partibus magis honoratus ſum q̄ in oriente: & arguit ab auctoritate: quā habuit in his gentibus: & a caſu: cū perſequebatur mithridatem: colcos: albanos: iberas: arabeſ: caldæos: iudæamq; oēm ſubegit. Meotida: paludem ſcythiæ. Tanaim: qui diuidit Europam ab aſia. Cōſpectus: cōſpicuus. Quas magis. ſ. quam i terras oriētis. Vnde: a quibus regionibus. Quid eni tibi: alio utitur dilēmate: nam ſi iqt ad parthos uenimus: aut uicemus: aut uincemur: ſi uicemus obtinebimus ꝙ iſtituimus: ſi uincemur nobiſcum parthi peribūt: & umbram craſſi uidicabimus. Tantas gentes: q̄ ſemper feſtæ Romanis fuerunt. Medis i. parthis. Sic fatus murmure ſenſit. Vt hæc locutus eſt Pompeius: nemo ſuclamauit: non eni conſilium placuit: nam clamare ſolebāt: pero ritis comprobantes ſententiam: ſed Pōpeius ex murmure ſenſit non placere cōſilium. Quos omnes ſen. Sed lentulus oēs ante iuit: dolore eni perculſus colloquium tenere non potuit: qa cōſilium illud a uirtute alienum uidebatur. Nobilitate dolendi. Quia generoſitate animi dolebat hanc Pompeii ignauiam. Modo. pauloante conſule. Siccine theſſaliæ: hæc oratio ē cōtra id quod Pompeius ſuadere uolebat: eſt aūt in deliberatiuo genere poſita in iuridiciali cōſtitutiōe. Et primo beniuolentiā captat a pſona aduerſarii: hoc ē Pō. quū adducit intentionem ipſius oſtēdens ignauam: ꝙ q antea de ægypto triumphauerit: idem regibus ſe ſubiiciat. Siccine: pro ſic ne: eſt aūt epentheſis: adeo ne animus tuus uictus eſt? Vnde dies. ſ. cladis tuæ. Dānauit fata i. fortunam imperii Romani. Secūdum æmathiam lis tanta datur? eſt locutio iuris. i. bellum ciuile ſic deciditur: ut ille ſuperior ſit q in æmathia uicit: nam litem dari: ſecūdum hos aut illos: eſt decidere litē ſecūdū uoluntatem eorum. Iacet omne cruenti. Senſus eſt: adeo ne uulnus eſt illatum tam magnum: ut nullo auxilio poſſit ſubleuari? Solos tibi magne: nunqd i toto terrarum orbe ē: q auxiliū præſtare poſſit præter phraatem: ad cuius genua te proſtraueris? Aduerſos polos. i. anctarticū relicto arctico: nam ratio emiſpærii facit hoc ut ſydera quæ ſunt i anctartico a nobis uideri non poſſint: Et barbara ſacra. Et diis Romanis omiſſis icipias colere deos barbarorum. Quid cauſæ obtenditur armis: a ſenatu beniuolentiam captauit: nunc ad confirmationem cauſæ uenit: inſtabilem autem oſtendit Pompeium uitium contra perſeuerantiam: quæ eſt in re bene conſyderata: ſtabilis & perpetua permanſio. non enim perſiſtit in ratione bene tuendæ libertatis: cauſa cuius bellum ciuile ſuſceptum eſt: ergo a perſeuerantia arguit: quæ eſt pars fortitudinis partis honeſti.

Quod ſi nos eoa fides & barbara fallunt
Fœdera: uulgati ſupra commercia mundi
Naufragium fortuna ferat: non regna precabor
Quæ feci: ſed magna feram ſolacia mortis
Orbe iacens alio: nil hæc in membra cruente
Nil ſocerum feciſſe pie: ſed cuncta reuoluens
Vitæ fata meæ: ſemper uenerabilis illa
Orbis parte fui. quantus meotida ſupra?
Quantus apud tanaim toto conſpectus in ortu?
Quas magis in terras noſtrum felicibus actis
Nomen abit? aut unde redit maiore triumpho?
Roma faue cœptis: quid enim tibi lætius unquam
Præſtiterint ſuperi: q̄ ſi ciuilia partho
Milite bella geras? tantas conſumere gentes:
Et noſtris miſcere malis: cum cæſaris arma
Concurrent medis: aut me fortuna neceſſe eſt
Vindicet aut craſſum: ſic fatus murmure ſenſit
Conſilium damnaſſe uiros: quos lentulus omnes
Virtutis ſtimulis: & nobilitate dolendi
Præceſſit: dignaſque tulit modo conſule uoces.
Siccine theſſalicæ mentem fregere ruinæ?
Vna dies mundi damnauit fata? ſecundum
Aemathiam lis tanta datur? iacet omne cruenti
Vulneris auxilium? ſolos tibi magne relinquit
Parthorum fortuna pedes? quid tranſfuga mūdi
Terrarum totos tractus cælumque peroſus:
Aduerſoſque polos alienaque ſydera quæris.
Caldæos culturæ deos: & barbara ſacra



Quid cauſæ: pro quæ honeſta cā eſt: quā bello poſſis obtendere & demonſtrare: primo cām honeſtam habebas: nūc ſi non ſolum Cæſari paratus ſis ſeruire: ſed etiam exteruis regibus: hæc cā tollitur. Armis. i. cauſæ belli. Libertatis amor. iterrogat: deide reſpondet. i. prætextu libertatis potes dicere te bellum gerere. Te quem Romana gerentem. Oſtendit eū obiecti animi eſſe: quod eſt cōtra magnificentiam quæ eſt magnarum & excælſarum rerum cognitio atq; adminiſtratio: uel certe cōtra dignitatem: quæ eſt honeſta & cultu & honore uerecūdiæ digna auctoritas quæ eſt i eo honeſti genere: in quo utilitas quoq; adiungit: priſtinus honor fuerat: ut apud reges in maxima ueneratione fuerit Pompeius quibus regna donauerit: nunc uero cōtra dignitatem ſuam fore arguit: ꝙ his ſupplicare paratus ſit: de quibus triūphauerit: aut quos certe in regnū reſtituerit. Te. i. iperatorē romanum.

Horruit: dum perſequeris mithridatē captos Reges: Tigranocerotam & Ariſtobolum iudæoꝝ regem in triumphum duxiſti. Hyrcanis. i. ex hyrcania: q̄ eſt pars armeniæ. Hyrcania auctore Strabone: ual de opulenta & multa & magna ex parte planities: præclaris urbibus adornata.

Extollent animos: arrogantior fiet.

Se ſimul & Romam mēſus: nam ꝙ te ſupplicem uidebit: iperium ſuum imperio Romano cōparabit. Exiget ignorans: cū loqui uolueris ad illum: tū dicet non intelligo linguā Romanam: & uolet ut lachrymes: ut ſi non ex uerbis tuis: ſaltem ex lachrymis qd uelis intelligat. Patimur ne pudoris. Adhuc in eo pſiſtit ꝙ dignum ē Romanis: ꝙ uidelicet pthi prius uēdicent iniurias italiæ: q̄ nos iniurias noſtras: ab ipſo rege illatas: turpe hoc ē: quia prius iniurias noſtras ulciſci debemus: q̄ parthi ulciſcant romanos cōtra Cæ. Ciuilibus armis: cōtra leges argumentū eſt a iuſtitia: q̄ diuidit i ius naturale: ius cōſuetudine: & ius lege pacto pari & iudicio: argumētum eſt iure lege: qa lex erat: ut qui ad aliquod bellū electus eēt: nullū aliud gerere poſſet: prius q̄ illud pficeret. Elegit te ducem: nō aūt ut alios duces tentares. Quid uulnera noſtra: ignominiam oſtendit: arguit contra gloriam: quæ ē frequens de aliquo fama cū laude: nam ſi clades romanorum uulgauerit in parthia: magna erit populi. Ro. ignominia: ut melius oſtendat in Europa permanere: q̄ in Aſiā trāſire. Parthos tranſire duces: qa cū intellexerint diſſenſionem iter Romanos capta occaſione ipſi in italiam uenirēt: & imperiū Ro. de medio tollent. Solatia tollis: hāc conſolationē tollis q̄ unica ē nobis: ut ſi ſeruiendū eſt: magna cōſolatio ē: ut ſeruiamus potius ciuibus noſtris q̄ barbaris. Ciui. ſ. Cæſari. Iuuat ire per orbem: oſtendit piculum qd ē cōtra tuti ptē: q̄ incolumitas dr: ea eſt ſalus tuta: atq; itegra cōſeruatio. Signaq;. ſ. Romana q̄ capta ſunt a pthis cū craſſis. Qui ſolus: arguit a maiori ad maius: quod eſt ex adiūctis negocio: ſi nos pthi i felicitate ſeq noluerūt multominus in aduerſis ſeqntur. Defuit: qa noluit itereſſe bello ciuili. Celāte fauorē. i. cum adhuc i dubio uictoria eſſet.

Omnis i arctois: nūc Pom. rōnes cōfutat a natione primū cōuertēs dicta Pō. in ſuā utilitatem: nā quod Pō. dixerat de regione pthoꝝ: quod eſſet ſepata quodammodo a noſtro orbe: ubi liberos ſemp habitare pthos dixerat: nec regi cuiquam ſeruire: imo regnandi cupiditatem habuiſſe: ita cōuertit Lētulus: ut oſtendat eos: qa ibi nati ſunt & nutriti: enerues eē: & effœminatos: quēadmodum etiā Cicero dicit pro qualitate aeris ex aſtrologorū ſentētia ita eē naturā hominis: dicit enim atheniēſes ingenioſiores eē. Thebanos uero pingues & ualentes. rō: nā athenis aer tenuiſſimus eſt: iō acutiores ſunt hoies. Thebis uero craſſior: iō pingues & ualentes ſunt: ſed in oriente aer clæmentior eſt: ideo etiam homines ſunt molliores: & propterea effœminatiores. Omnis arctois. arguit a natione: quæ eſt una pars: & attributis perſonæ: & per contrarium quicunque naſcitur in ſeptentrione: quæ regio fregidiſſima ē & aſpera: fortiſſimus & bellicoſus eſt: e contra uero quæ naſcitur in oriente: quæ regio mollior habetur & clæmentior: eneruatior eſt & mollior.

Parthorum famulus: qd cauſæ obtendit armis?
Libertatis amor miſerum quod decipis orbem
Si ſeruire potes? te quem romana regentem
Horruit auditu: quem captos ducere reges
Vidit ab hyrcanis indoque a littore ſyluis:
Deiectum fatis humilem fractumque uidebit?
Extolletque animos latium ueſanus in orbem?
Se ſimul & romam pompeio ſupplice menſus.
Nil animis fatiſque tuis effabere dignum.
Exiget ignorans latiæ commercia linguæ:
Vt lachrymis ſe magne roges: patitur ne pudoris
Hoc uulnus: clades ut parthia uindicet ante
Heſperias: q̄ roma ſuas? ciuilibus armis
Elegit te nempe ducem: quid uulnera noſtra
In ſcythicos ſpargis populos: cladeſque latētes?
Quid parthos tranſire doces? ſolatia tanti
Perdit roma mali: nullos admittere reges:
Sed ciui ſeruire ſuo: iuuat ire per orbem
Ducentem ſæuas romana in mœnia gentes?
Signaq; ab euphrate cum craſſis capta ſequentē
Qui ſolus regum fato celante fauorem
Defuit æmathiæ: nunc tantas ille laceſſet
Auditi uictoris opes? aut iungere fata
Tecum magne uolet? non hæc fiducia genti eſt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Omnis in arctois populus quicunque pruinis
Naſcitur indomitus bellis : & mortis amator
Quicquid ad eoos tractus:mundique teporem
Labitur:emollit gentes clæmentia cæli.
Illic & laxas ueſtes:& fluxa uirorum
Velamenta uides:parthus per medica rura
Sarmathicos inter campos:effuſaque plano
Tigridis arua ſolo:nulli ſuperabilis hoſti eſt
Libertate fugæ:ſed non ubi terra tumebit
Aſpera conſcendet montis iuga:nec per opacas
Bella gerent tenebras incerto debilis arcu.
Nec frangit nando uiolenti uerticis amnem.
Nec tota in pugna perfuſus ſanguine membra
Exiget æſtiuum calido ſub puluere ſolem.
Non aries illis:non ulla eſt machina belli :
Haud foſſas implere ualent:parthoque ſequenti
Murus erit:quodcunq; poteſt obſtare ſagittæ.
Pugna leuis::bellumq; fugax : turmæq; uagantes:
Et melior ceſſiſſe loco:q̃ pellere miles.
Illita tela dolis:nec martem cominus unquam
Auſa pati uirtus:ſed longe tendere neruos :
Et quo ferre uelint permittere uulnera uentis.
Enſis habet uires:& gens quæcunque uirorum eſt
Bella gerit gladiis:nam medos prælia prima
Exarmant:uacuæque iubent remeare pharetræ :
Nulla manus illis fiducia:tota ueneni eſt.
Credis magne uiro quos in diſcrimina belli
Cum ferro ueniſſe parum eſt?tentare pudendum.
Auxilium tanti eſt:toto diuiſus ut orbe
A terra moriare tua?tibi barbara tellus
Incumbat:ite parua tegant ac uilia buſta :
Inuidioſa tamen:craſſo quærente ſepulchrum.

In arctois:ĩ ſeptentrione: Eoos tractus:longitudinẽ orientis. Emollit:molliores facit. Illic:in oriẽte & arguit a uictu ĩbelles eſſe orientis populos. Laxas:fluxas:ſinus habent amplos:ut longum ſirma uertat humũ:ſic & Virg.Et tunicæ manicas & habẽt redimicula mitræ. Parthus per medica rura.Arguit ab affectiõe ẽ aũt affectio:q̃ ex tpe & bellorũ adminiſtratione & ſtudio hoium cõmutatur. Parthus per medica rura ſar. in.cá hoc uerũ eſt:ſed mutatur hoc ex adminiſtratione:ĩ ea regione lata:ut equitate poſſint uictores ſunt : nam fugiẽdo iſeq̃ntes uulnerant:at uero ĩ italia q̃ mõtuoſa ẽ:& multas anguſtias habet non ita:neq; licebit ſpatiari: & ita mutata regione ſtudiũ eorum nihil ꝓderit. Sarmaticos campos.i. aſſyrios : ſed eſt epitheton lõge repetitum. Sarmatæ populi ſcythiæ ſunt:unde parthi origiñẽ habuere. Effuſa:porrecta ſicut oĩs planities iacet. Libertate fugæ: libertate uagandi lateq; ſpatiandi. Sed nõ ubi ecce mutato tpe & admiſtratio belli:mutatur ergo ab affectione. Tumebit terra i.ubi ſunt montes. Nec p opacas : Nec in italia:ſicut mos eſt ſciũt gerere bella tempore noctis:quippe qui cum niſi ſagittis utant̃ uidere non ꝑñt:quo eas dirigant. Opacas tenebras.i. per noctem : ſicut nos gerimus:nam tempore noctis Pompeius mithridatis exercitum fugauit.

Incerto:erranti. Non frãgit nando . ſi opus erit tranſire flumina:non erit peritus natando uortices fluuiorum q multi ſunt in italia.Eſt aũt uortex gurges aquæ a uertendo dictus. Nec tota ĩ pugna: nec ĩ pugna pati poterit æſtũ caloris : qa aſſuetus eſt molliori aeri. Nam aries: alia mutatio belli:qa non oppugnare cõſueuere oppida:nec habent inſtrumẽta q̄bus id fieri ſolet. Machina nulla:utpote qui nunquam oppida oppugnauerũt.

Parthoq; ſequenti: & cum parthus ſeq̄tur milites noſtros qcqd poterit tenere ĩpetum ſagitt. ꝗ erit tanq̃ murus clypeus etiam non aliter defendet q̃ murus : non enim cominus gladiis pugnãt. Pugna leuis.i.leuis armatura. Turmæ uagantes:qa fugientes huc & illuc perſequẽtes uulnerant. Ceſſiſſe:fugiſſe. Quã pellere.i.q̃ perſequi. Illita tela dolis: nunc arguit a cõſilio:qa dixerat Põ.illis uiribus addere cõſiliũ:tũc cũ ueneno muniret ſagittas hoc ipſo iqt ꝙ ſagittas ueneno polluũt:oñdũt ſuã ĩgnauiã.qa tota fiducia ipſorũ ẽ fugiẽdo:nec ẽ qſq̃ q audeat cominus certare. Et quo ferre uelit:ſed ictus eſt ĩcertus nam uctus aliqñ aliorſum ſagittas uoluit q̃ illi uoluerit. Enſis hẽt uires:a cõtrario arguit:q fortis ẽ:cominus pugñt a cõtrario ſenſu q eminus debilis & eneruis. Credis magne uiros. Tu credis illos eẽ fortiores:ꝙ hñt fiduciã ſuã ĩ ueneno magis q̃ ĩ armis:& hoc ipſo oñdunt ignauiã ſuã:quia ſi fortes eẽnt nõ ĩ ueneno:ſed in armis fiduciã ponerent. Diſcrimina:certamina. Parũ eſt:niſi adhibuerit uenenũ. Tẽtare pudendum eſt: nũc cõfutat qđ Põ.dixerat ẽt:ſi ꝑfidi eẽnt ꝑthi eo meliori cõditiõe eẽ:qa moreret̃ ꝓcul ab italia:& iõ Cæ.nihil ĩ illũ crudeliter agere poſſe:refellit hoc ab ĩdignitate dicẽs:hoc eẽ ĩdignũ Põ:ut ꝓcul mori uelit ab italia:q̃q̃ mors poterit eẽ ſola mẽ miſeriæ:ſed cornelia nõ mortẽ tiebit:nã cũ formoſa ſit:barbari uero libidinis ĩpatiẽtes:qđ de hac ſpare poſſumus:qñ nec a ſororibus ſuis ſe cõtineãt? Pudẽdũ ẽ:nũqd tibi uř:ut tẽtes auxiliũ ĩ remotiſſimis ꝑtibus:hac rõe ut tñ ꝓcul ab ital a moriaris?q.d.h ĩdignũ ẽ. Incũbat.ſupꝑõat̃ corpi tuo. Te ꝑua tegãt:cõtra dignitatẽ tuã. Inuidioſa tñ:q̃uis uile cõſeq̄ris ſepulchrum:nõ tñ ſine ĩuidia ꝯſeq̄ris qa ſine ſepulcro iacet craſſus.



Sed tua ſors melior : qm̃ mors ultima poena eſt:
Nec metuenda uiris : at non cornelia letum
Infando ſub rege timet:num barbara uobis
Eſt ignota uenus?quæ ritu cæca ferarum
Polluit innumeris leges : & fœdera tædæ:
Coniugibus?thalamique patent ſecreta nefandi.
Inter mille nurus:epulis ueſana meroque
Regia non ullis exceptos legibus horret
Concubitus:tot fœmineis complexibus unum
Non laſſat nox tota marem:iacuere ſorores
In fratrum thalamis:ſacrataq; pignora matris
Damnat apud gentes ſceleris non ſponte peracti:
Oedipodionias infelix fabula thebas.
Parthorum dominus quotiens ſic ſanguine mixto
Naſcitur arſacides?cui fas implere parentem :
Quid rear eſſe nefas?proles tam clara metelli
Stabit barbarico coniunx milleſima lecto?
Quanquam non ulli plus regia magne uacabit
Sæuitia ſtimulante uenus:tituliſque uirorum :
Nam quo plura iuuent parthũ portenta:fuiſſe
Hanc ſciet & craſſi:ceu pridem debita fatis
Aſſyriis : trahitur cladis captiua uetuſtæ.
Hæreat eoæ uulnus miſerabile ſrotis:
Non ſolum auxilium funeſto ab rege petiſſe:
Sed geſſiſſe prius bellum ciuile pudebit.
Nam qđ apud populos crimen ſoceriq; tuumq;
Maius erit:q̃ quod uobis miſcentibus arma
Craſſorum uindicta perit? incurrere cuncti

Sed tua ſors:hoc quidem ĩdignum erit:& ætate:& priſtinis moribus tuis. Non metuẽda uiris:nam q fortes ſunt non metuunt mortem. Num barbara nobis:dixit Corneliæ maius aliquid metuẽdum eſſe:q̃ mortem:cũ ab indignitate ꝓbaret:non eẽ fidei barbarorum ſe comittẽdum:ꝙ aũt hoc ſit metuendum ꝓbat a natura barbarorum:q ſunt libidinis impatientes. Cæca:inconſyderata nimia libidinis cupiditate. Ritu ferarũ: more belluarum ĩ ꝓmiſcuos concubitus ruit. Tedæ.i.coniugii a parte totum intelligit. Coniugibus:quia barbari tot uxores habent quot alere poſſunt. Thalamiq; patent : in propatulo coeũt. Inter mille nurus nullæ leges naturales ſeruanru apud barbaros:cũ lex naturalis ſit:ut ab his abſtieamus quæ nobis ſanguine cõiunctæ ſunt.

Regia ueſana.i.rex ueſanus. Epulis meroq;:quæ ſunt icitamenta libidinis.

Nox una nõ laſſat marem: adeo iexpleti ſunt:ut q̃uis iaceát iter mulieres: tamen ſatiari non poſſint. Iacuere ſorores:probat nullas eſſe reges:nam ſorores in matrimonio iũgebant. Dánat apud gentes: p exemplũ exornat:& arguit a minori ad maius.Oedipus cũ matre Iocaſta neſcius cõcubuit:exiſtimabat eni illá eẽ regis uxorem:& illá ſibi merito deberi exiſtimabat: ꝙ ſpingem uicerat:& uictã occiderat:& q̃uis ignarus cõcubuerit:tñ apud oẽs in fabulis deteſtabulis haberur:quanto magis deteſtandi ſunt reges parthorum: qui nõ ignari:ſed ſpõte ſua tamen ſcelus admitũt? Apud gẽtes:apud oẽs nationes.

Non ſponte:ſed ignarus cum Iocaſta matre concubuit: ex qua nati ſunt Etheocles & Polinices. Infelix fa.i.fabula ĩfelicis œdipi. Oedipodionias Thebas:q̃rũ rex fuit œdipus. Sic:eo mõ. Cui fas implere parentẽ.Nõ erubeſcit grauidá facere matrẽ. Proles tá clara:ex quo ſequit̃ ꝙ cornelia uxor tua erit & ipſa in numero cõcubinarum regis. Metelli:nam mater corneliæ Metelli filia fuit:& illá Scipio duxit. Milleſima:ultima uel una de mille. Quáquá dixit milleſima:imo fortaſſe ipſa freq̄ntius cũ barbaro iacebit : ná ſæuitia libidinis creſcet barbaro hoc ipſo ꝙ nobilem uiderit:& ꝙ eá craſſi uxorem ĩtelliget fuiſſe:quaſi ſibi debitam a fatis.

Vacabit.Operá dabit. Titulis uirorũ.i.nobilitate maiorum:a q̄bus cornelia originẽ ducebat. Hác ſciet & craſſi.Præterea cognoſcet nuptá fuiſſe craſſo:ut plura mõſtroſa adulteria tentet:quaſi duplex cõmittat adulterium : ꝙ craſſi:& Pompei uxor fuerit. Ceu debita fatis:Tanq̃ ſibi fato obligata eſſet:eo ꝙ craſſum occiderit. Hæreat coæ uulnus Arguit a uindicatione:non modo non eſt confugiendum ad regem parthorum:ut arma cõtra Cæſarem moueat:immo bellum illi ĩferendum eſt:& eſt ſenſus:ſi inquit fixum eſſet pectoribux & alta mente repoſtum uulnus occiſi craſii puderet nos:non modo petere auxilium:ſed bella ciuilia prius cœpiſſe q̃ ulciſci:quia tu o Põpei: & Cæſar debueratis prius ulciſci iniuriá ueſtram a parthis latam:q̃ ciuile bellum gerere. Hæreat:ideſt ſi hæreat:hoc eſt ſi fixum ſit. Eoæ fortis:fortunæ orientalis. Petiſſe:ſicut nunc petere uis. Prius: ſcilicet q̃ parthicum bellum. Nam quod apud populos:magnum nefas eſt bellum ciuile gerere:ſed ex oĩ bello nullum tibi crimen maius obiicitur:q̃ ꝙ manes craſſi inultos reliqueris. Vindicta:ſcilicet craſſi: nam bellum ciuile cauſa fuit cur Romani non miſerint exercitum contra parthos . In bactra : Ciuitas Oxum amnem uerſus teſte Solino : qui ex indiæ montibus defertur : & in caſpium mare immittit : & auctore Strabone:irrigat Hircaniam : Bactra Aſiæ ciuitas etiam Zariaſpa nominatur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Debuerant in bactra duces: & nequa uacarent
Arma:uel arctoum dacis rhenique cateruis.
Imperii nudare latus:dum perfida fuſis
In tumulos prolapſa ducum babylonq; iaceret.
Aſſyriæ paci finem fortuna precamur.
Et ſi theſſalia bellum ciuile peractum eſt:
Ad parthos qui uincit eat: gens unica mundi eſt
De qua cæſareis poſſem gaudere triumphis.
Num tibi cũ primum gelidum tranſibis araxem:
Vmbra ſenis mœſti ſcythicis confixa ſagittis
Ingeret has uoces?tu quem poſt funera noſtra
Vltorem cinerum nudæ ſperauimus umbræ:
Ad fœdus pacemque uenis? tunc plurima cladis
Occurrent monumenta tibi: quæ mœnia trunci
Luſtrarunt ceruice duces?ubi nomina tanta
Obruit euphrates:& noſtra cadauera tigris
Detulit in terras:ac reddidit:ire per iſta
Si potes: in media ſocer& quoq; magne ſedẽtem
Theſſalia placare potes:quin reſpicis orbem
Romanum?ſi ſigna times proiecta ſub auſtro:
Infidumq; iubam:petimus pharon:aruaq; lagi.
Syrtibus hinc libycis tuta eſt ægyptus:at inde
Gurgite ſepteno rapidus mare ſummouet amnis.
Terra ſuis contenta bonis:non indiga mercis:
Aut iouis: in ſolo tanta eſt fiducia nilo.
Sceptra puer ptolemæus habet:tibi debita magne:

Et nequa uacarent:& ut uires oẽs ĩperii inuaderent hos barbaros:debeamus ſeptentrionem oẽm aduerſus eos ducere:& eam partem ĩperii noſtri deſtitutã relinquere. Ne qua ua.arma.i.ne ullæ uires imperii noſtri im munes eſſent ab hac militia. Arctoum:ſeptentrionẽ. Dacis cateruis:daci(ut inquit Strabo)appellãtur qui Germaniam uerſus:& ad Iſtri fontes uergũt:qui olim daui uocati ſunt ex quo apud atheniẽſes dauorum & ge tarum nomina ſeruilia plurimum abũdabant. Suſis:Suſa:ut inquit Soli. Oppidum nobiliſſimum in perſide iuxta pthos ĩ quo tẽplum Suſæ dianæ eſt.Suſa(ut refert Strabo)a tithono condita dicũtur Memnonis patre. Suſii etiã Caſſii ſunt appellati:nam æſchy lus Mẽnonis matrem Caſſiam uocat.
In tumulos ducum:ut eſſent quædam quaſi ſepulchra. Aſſyriæ paci ſi.uos pre camur o Põpei & Cæſar:q imperium ad miniſtraſtis:ne diutiuſ uelitis parthos,ĩ pa ce ſecuros uiuere:ſed operã detis:ut pœ nas dent cædis craſſi. Et ſi theſſalia:& ſi bellũ ciuile peractum eſt pugna theſſalica oramus ut Cæſar ducat exercitum aduer ſus parthos:nam de ſola parthorum gen te Cæſarem libenter uiderẽ triumphũ du cere. Peractũ ẽ.i.ſi uicti non poſſumus reparare bellum. Nũ tibi cũ primum: cõcluſio orationis Lentuli per cõqueſtio nem ſumitur loco q per pſopopœiã dici tur:cum oratio ad res mutas & animi exp tes refertur. ĩducit enim umbras Craſſi de Põpe. cõqueri:ſi forte animũ ĩduxerit: ut auxiliũ ex rege parthoꝝ petat. Araxem flu.armeniæ q ĩ prima parte ſui tã lente la bitur:ut quã ĩ partem fluat:non facile di gnoſcas:q poſtea ĩ duos alueos diuiſus: altero pſepolim urbẽ prætelabiť. Mœ ſti ſe.craſſi. Tu quem poſt:ĩducit conq̃ rentẽ craſſi umbram de Põpeio: ſumitur aũt locus p quẽ oñditur ab eo fieri a quo minime opportuit:& ab eo fieri a quo ſi ab alio fieret uindicari deberet. Tu:o Põpei. Poſt funera:poſt cædes noſtras Nudæ:i ſepultæ. Ad fœdus:nõ aũt ad ulciſcendam iniuriam noſtrã. Tunc plurima cladis. Alius locus conqueſtiõis p quem res ĩdignas:turpes:humiles: illi berales & ĩdigne referũtur priſtina ætate: genere:honore:beneficiis: hæc oĩa geſta fuiſſe a parthis oñdit: tunc cũ deletus eſt a parthis Craſſus cum exercitu. Occurrent:contra dignitatem non craſſi ſolum ſed exercitus. Luſtrarunt c.d.nam abſciſſis capitibus circuibant mœnia urbis parthi:cum ea telis fixiſſent: & poteris hanc indignitatem animo tuo conſyderare:& petere auxilium ab his qui hæc fecere quaſi dicat facere non debes. Trunci:pro truncati. Vbi Euphrates obruit.t.n.nam Euphrates per parthiam labitur:& per eum locum qui meſopota mia dicitur. Detulit ac reddit:inundatione aquarum. Ire per iſtas ſi potes:ſi potes animum tuum ad hanc indignitatem remittere:potes potius a Cæſare humiliter ueniam petere:& non tantum itineris tibi peragen dum erit. Placare potes:nec tibi ueniã denegabit. Quid reſpicis orbem:confutauit ſententiã Pompeii de petendo a parthorum rege auxilio:nunc autem ipſe ſuam ſententiam pronunciat:quæ eſt ut ſe in ægyptum pferat. Orbem Romanum.i.orbem imperio Romano ſubiectum. Regna proiecta ſub auſtro.i.libyam
In fidum iubam:ꝙ gens illa naturaliter ĩfida eſt. Lagi:regis ægyptiorum qui primus alexandriæ regnauit: quæ eſt metropolis ægypti. Syrtibus hinc libycis:arguit a tuto:& ab utili confirmat. Tutum eſt ut in ægyp tum te conferas:nam regio illa circũdata eſt a Nilo. Vtile quia fœcũdiſſima eſt & commeatum per ſe abunde p̃ ſtabit. Hinc: a meridie:nam contigua eſt mari libyco. At inde:ſcilicet a ſeptemtrione. Gurgite ſepteno:Quia ſeptem hoſtiis in mare defluit Nilus. Terra bonis:nunc ab utili probat. Non indiga mercis:non opus eſt ut aduenticiis utatur mercibus. Aut Iouis:ideſt pluuiæ: Nilus enim quotannis re gionem inndat. Septra puer:nunc confutat Pompeii argumenta:ꝙ uidelicet non eſſet fidendum puero re gi:& ab eodem loco arguit:ita ut dicta Pompeii in ſuum commodum conuertat. Tu dicis non eſſe fidendum



Hoc animi:hunc animum. At non tam patiens:at uero Cornelia etiam ſi fortis animi erat:tamen cernere non poterat:nec tantam ĩdignitatem ſuſtinere:& ideo ĩ miſerabiles uoces prorumpit. Miſerandis: ideſt quæ commiſerationem uidentibus & audientibus commouere poſſent. Ego te ſcelerata:exiſtimabat Cæſarem præueniſſe Pompeium:& iam ægyptum occupaſſe:cuius ĩperio hæc cædes admitteretur:iam enĩ ſibi perſuade re non poterat tantum audaciæ habuiſſe Ptolemæum. Auia:ideſt procul a uia.q.a ſi recta uia ĩ ægyptum ue niſſes:non te præueniſſet Cæſar. Ius.ſ.eſſet alii ideſt poteſtas. Sed q̃ſquis ĩ iſtud:alloqtur ipſos qui occide rũt Pompeium: ſiue hoc facis ad gratiam Cæſaris:ſiue ut tu prouideas tibi ne ĩ offẽ ſionem Cæſaris ĩcurras:Neſcis: iquit: ubi ſit dolor Pompeii.nam ipſe qdem libẽter moritur:ſed ſi uis illum moleſte ferre:mea uiſcera pete:nam ſi me occideris: nihil erit qđ maiore dolore afficiat Pom. Immiſ ſe.pro ĩmiſſus es. uocatiuũ p nomĩatiuo poſuit. Vel cæſaris:ne illum hoſpicio ſuſcipiẽdum curares:qđ tibi periculoſum fuerit. Victo:pompeio ideſt optat põ peius:ut occidatur poſt cladem acceptam
Pœnas non morte:ſed da operam tu qcunque Pompeium occidis:ut me prius occidas in conſpectu illius:nam id demũ erit qđ morte crudelius exiſtimet. Ha ud ego culpa & eſt iuſta cauſa cur occidar: neq; enim ego ſum expers belli ciuilis:qp pe illum comitata ſum ĩ caſtra: & quocun que profectus eſt ego ſemper comes exti ti. Bellorum:quæ obiiciuntur Pompeio. Nullis abſterrita fatis:ideſt a nullis pericu lis fatorum territa. Victum: ideſt pom peiũ uictum recepi ĩ Leſbo:ubi relicta erã Reges timuere.ſ.recipere uictum Pom peium:ne id Cæſari diſpliceret:& ipſi ĩ ali quod diſcrimen ĩciderẽt. Hoc merui cõ iunx:conqueritur Cornelia ꝙ Pompeius ĩ certum diſcrimen ire uoluerit:ſe autem ſo lam quaſi deſtitutã reliquerit:cui mors ca rior eſſet uita:ſi ſine eo ſuperſtes eſſet:nun qd ego hoc merui ut ĩ puppe relinquerer tuta:cũ tu te in periculum dederis?ac ſi.d. non ita me geſſi tecum:ut credere poſſes ſine te uiuere. Parcebas.ſ.mihi tũc cum tranſires ĩ nauem ægyptiacam. Fata ex petente:cum te certo periculo exponeres.
Moriar nec munere regis:rex ptolemæ us occidit te ĩ gratia Cæſaris:& noluiſti ut me tecum occideret:ſed tamen moriar ſine regis officio. Munere:officio. Aut: ſuppliciter petita nautis qui naue uehebantur:ut ſibi libere permittant mori:uel aliquis eorum ſit qui ferocem uxorem ĩterficiat: antequam in Cæſaris manus aut poteſtatem peruẽiat. Rudentes tor:ideſt funes quibus utar ad ſuſpendium. Aut ali quis comes:ſcilicet Pompeianus fidelis ſtricto enſe mea pectora tranſfigat. Exigat:per pectora noſtra. Præ ſtare poteſt:ſenſus eſt.poterit ille qui me occidet dicere:occidamus uxorem Pompeii:ne in manus Cæſaris ue niat. Imputet cæſaris:ut non ipſe:ſed cædis huius Cæſar cauſa fuerit. Properantem in fata:parabat Corne lia ſe de puppe ĩ undam deiicere:ſed prohibebant q ſimul naue uehebantur.iõ conqueritur. Viuis adhuc cõ iunx:en quo redacta ſum o Pompei.adhuc tu uiuus es:& ego mei iuris eſſe deſtiti. te uiuo non poſſum libere uti corpore meo.ac ſi.d.antequam moriaris in ſeruitutem redacta ſum. Prohibent accerſere mortem:nihil.n. aliud faciunt:niſi ut me cæſari ſeruent:& ab eo ineant gratiam. Seruor uictori:ut captiua tradar Cæſari. Sic fata:hæc ubi dixit nautæ,q̃ celerrime potuerunt nauem impulerũt:ut ab ægyptio rege ſe uendicarent: a quo pe riculum manifeſte erat:nam qui Pompeium occidi iuſſerat:nec Pompeii quidem comitibus pepercifſet. La pſa:quia cecidit exanimis. Rapitur:ſcilicet a miniſtris. Trepida:feſtina:nam trepidus non ſolum timentem ſed feſtinum ſignificat. Virgilius.ne trepidate meas teucri defendere naues ideſt celerate. At magni:nunc re dit ad Pompeium qui ab regiis miniſtris occidebať & dum occideretur(ut perhibent qui caput uiderunt)digni

Mentis erat:ius hoc animi morientis habebat.
At non tam patiens cornelia cernere ſæuum
Quam perferre nefas:miſerandis æthera complet
Vocibus.o coniunx ego te ſcelerata peremi.
Lethiferæ tibi cauſa moræ fuit auia leſbos:
Et prior in nili peruenit littora cæſar.
Nam cui ius alii ſceleris?ſed quiſquis in iſtud
A ſuperis immiſſe caput:uel cæſaris iræ:
Vel tibi proſpiciens:neſcis crudelis ubi ipſa
Viſcera ſint magni:properas atque ingeris ictus
Qua uotum eſt uicto:pœnas nõ morte minores
Rẽdat:& ante meũ uideat caput:haud ego culpa
Libera bellorum: quæ matrum ſola per undas
Et per caſtra comes.nullis exterrita fatis:
Victum:quod reges etiam timuere:recepi.
Hoc merui coniunx:in tuta puppe relinqui?
Perfide parcebas: te fata extrema petente
Vita digna fui?moriar:nec munere regis.
Aut mihi præcipitem nautæ permittite ſaltum:
Aut laqueum collo:tortoſque aptate rudentes:
Aut aliquis magno dignus comes exigat enſem.
Pompeio præſtare poteſt:quod cæſaris armis
Imputet.o ſæui propantem in fata tenetis?
Viuis adhuc coniunx.& iam cornelia non eſt
Iuris magne ſui?prohibent accerſere mortem.
Seruor uictori.ſic fata:interque ſuorum
Lapſa manus:rapitur trepida fugiente carina

&

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

A t magni cum terga ſonent:& pectora ferro
P ermanſiſſe decus ſacræ uenerabile formæ:
I ratamque deis faciem: nihil ultima mortis
E x habitu uultuq; uiri mutaſſe fatentur:
Q ui lacerum uidere caput: nam ſæuus in ipſo
S eptimius ſceleris maius ſcelus inuenit actu.
A c retegit ſacros ſciſſo uelamine uultus.
S emianimis magni:ſpirantiaque occupat ora:
C ollaque in obliquo potuit languentia tranſtro:
T unc neruos uenaſque ſecat:nodoſaque frangit
O ſſa diu:nondum artis erat caput enſe rotare.
A tpoſtquam trunco ceruix abſciſſa receſſit:
V endicat hoc pharius dextra geſtare ſatelles.
D egener:atque operæ miles romane ſecundæ:
P ompeii ſacrum diro caput enſe recidis
V t non ipſe feras?o ſummi fata pudoris:
I mpius ut magnum noſcet puer: illa uerenda
R egibus hirta coma:& generoſa fronte decora:
C æſaries compreſſa manu eſt:pharioque ueruto
D um uiuunt uultus:atque os in murmura pulſant
S ingultus animæ:dum lumina nuda rigeſcunt:
S uffixum caput eſt::quo nunquam bella iubente
P ax fuit:hoc leges cāpumq; & roſtra mouebat.
H ac facie fortuna tibi romana placebas.
N ec ſatis infando fuit hoc uidiſſe tyranno
V ult ſceleris ſupereſſe fidem:tunc arte nefanda

tatem uultus & oris mortuus etiam ſeruauit. Cum:quamuis. Sonent:quia in omni parte cædebatur a miniſtris alii in pectore:alii a tergo uulnerabant. Permanſiſſe decus:ſemper oſtendit ſe fuiſſe Pōpeii ſtudioſum Lucanus.omnia enim de ipſo honorifice loquitur:oblatrans ſemper i Cæſarem. Vltima mortis:pro ultimā mortem. Iratamque deis faciem:nam diis uidebatur iratus poſtquā acie pharſalica uictus: & ex ſecunda fortuna deiectus in calamitatem fuerat. Ex habitu:qa idem habitus eadē dignitas oris:& uultus pmanſerat mortuo quæ & uiuo. Fatentur:affirmant. Lacerum:abſciſſum. Nam ſæuus in ipſo:nam Septimius ille crudelis non ſatis habuit occidere Pompeiū: ſed etiam caput eius amputauit:ut illud regi Ptolemæo offerret:& fuit ipſe officii deterioris:& ſordidioris nam quaſi carnifex Pompeio caput amputauit: quod poſtea Achillas regi obtulit. Scelus iuenit actu: actus ſceleriſ erat occidere Pompeium:ſed maius ſcelus adiecit caput obtruncando.

Retegit:aperit. Sciſſo uelamine: quo Pōpeius ſpiritum continuerat dolore uulnerū:ne uerbum aliquod emitteret effœminatum. Occupat: præhendit. Spirantia ora:nondum enim omnino ſpiritū emiſerat. Languentia col. pro languentis colla. Neruos:quibus ceruix humetis nectitur. Oſſa diu:quia non tam facile oſſa recidi poterant. Nondum artiſ erat: ideſt conſuetudo nōdum erat caput amputare enſe:ſicut fuit poſtea: nam ſpiculatores uno ictu caput amputabant.

Artis.ſ.ſpiculatorum. Enſe roare: ideſt rotato enſe amputare:ut maiorē ictu inferret. At poſtquam trunco: ſed poſtquam abſcidit caput:indignius fecit ꝙ nō ipſe obtulit regi:ſed offerendum conceſſit achillæ.ipſe ergo ſordidioris officii fuit Septimus.uidelicet carnifex. dignioris autē achillas cui caput datum eſt Pompeii. Satelles:achillas. Geſtare.ſ.ut offerat regi.

Trunco:corpus proprie dicitur ſine capite. Vir.iacet igens littore truncus. Degener miles.Inuehitur contra ſeptimium poeta:o degener miles & conditionis ſeruilis:cum delegiſti obtruncare Pompeii caput:qđ alius offerret. Secundæ:ideſt uilioris operæ: hic duo opera fuere. primū recidere caput Pompeii alterum uero offerre regi:ſed uilioris operæ fuit:is qui recidit. Feras:pro offeras aphæreſis. Diro enſe:pro tu dirus. O ſummi fata pudoris:plena commiſerationis eſt iſta conqueſtio:quam de hac indignitate inducit poeta. Fata: o mors. Noſceret:cognoſceret impletum eſſe qđ iuſſerat. Hirta:ideſt denſa. Verenda regibus:ideſt q̃ etiam uereri conſueuerunt:ut tigranes.Ariſtobolus.Ariobarzanes.& multi. Generoſa:nobili & decenti.

Manu.ſ.carnificis. Singultus animæ:quia adhuc ſpirans caput:cum ſpiritum efflaret ſingultum reddebat Pharioque ueruto:uerutum genus eſt teli:quod uelud ueru habet præfixum feſtus.nam ferrum habet oblongum:ſed haſtam breuem:adeo ut manubrium potius dici poſſit q̃ haſtile:hoc genere teli fixum ē caput pom.

Nuda:aperta:nondum clauſa. Rigeſcunt:dureſcunt quia morientium dureſcunt lumina: ut nuſquam flectantur. Bella iubente pax fuit:quia tantum ualuit opibus Pompeius:ut quotienſcunque bellum eſſe uellet cum hoſtibus populi romani pax eſſe non poſſet. Hoc leges:ſignificat Pompeium maximam bello:maxiam pace auctoritatem habuiſſe. Campumque & roſtra:rurſus domi foriſque plurimum ſemper auctoritatis fuit.

Hac facie fortuna:qua talem uirum genuiſſes. Nec ſatis infando: deteſtatur Lucanus hoc nefas ꝙ iuſſu Ptolemæi admiſſum eſt non ſolum ꝙ interfici iuſſerit:ſed ꝙ caput Pompeii ſeruauerit: quaſi non ſatis haberet committi ſcelus:niſi etiam ſceleri teſtimonium ſupereſſet. Vult ſceleris ſupereſſe fidem:ideſt uult quibuſdā unguentis ſeruari caput:ꝙ ſit ſceleris teſtimonium. Tunc arte:ſcilicet medicorum. Capiti:a capite. Raptoque cerebro:euulſo:erepto. Veneno:ideſt pharmaco more græco dixit.nam malum uenenum:& bonū uenenum dicimus:omnis enim medicina particeps eſt ueneni.ſignificat autem unguentum balſami:aut certe



S ubmota eſt tabes capiti:raptoque cerebro
E xiccata cutis: putriſque effluxit ab alto
H umor:& infuſo facies ſolidata ueneno eſt.
V ltima lageæ ſtirpis perituraque proles:
D egener:inceſtæ ſceptris ceſſure ſororis:
C um tibi ſacrato macedon ſeruetur in antro:
E t regum cineres extructo in monte quieſcant.
C um ptolemæorum manes:ſeriemque pudendā
P yramides claudant:indignaque mauſolea:
L ittora pompeium feriunt?truncuſque uadoſis
H uc illuc iactatur aquis?adeo ne moleſta
T otum cura fuit ſocero ſeruare cadauer?
H æc fortuna fide magni tam proſpera fata
P ertulit:hac illum ſummo de culmine rerum
M orte petit:cladeſque omnes exegit in uno
S æua die:quibus immunes tot præſtitit annos.
P ompeiuſque fuit:qui nunquam mixta uideret
L æta malis:felix nullo turbante deorum:
E t nullo parcente miſer: ſemel impulit illum
D ilata fortuna manu:pulſatur harenis:
C arpitur in ſcopulis:hauſto per uulnera fluctu.

huiuſmodi liquoris qui plurimum ualet ad ſeruanda cadauera. Vltima lageæ ſtirpis: adhuc inuehitur poeta in ptolemæum:quomodo inquit tantum ſcelus in animum tuum cadere potuit:ut patiaris indigniores ac ſordidiores honore ſepulturæ:donari:& pompeii cadauer in fluctibus maris ultro citroque iactari? Vltima:bene ultima.nam paulo poſt ſuperueniente Cæſare peribis. Lageæ:lagus enim primus rex ægyptiorum fuit.

Sceptris ſororis: nam interempto.ptolemæo adoleſcentulo in regnum Cæſar conſtituit ſororem cleopatram:atque ei in regni partem reliquum fratrem addidit admodum iuuenem. Inceſtæ: commiſcuit enim ſe Cæſari regina meretrix ex qua natus eſt cæſarion:quem poſtea iuſſit interfici Auguſtus Cæſar. Macedon: ideſt Alexander macedo. In ſacrato antro:ſcilicet Alexādriæ:nam in Alexandria quam Alexander condiderat ſepulchrum eius conſtructum fuerat:ubi tunc etiam ipſius cineres ſeruabantur. In antro:ideſt mole ſepulchri

In monte: ideſt pyramide quæ inſtar montis erat.ſicut apud Herodotum legitur:reges ægyptii magnis impenſis ſepulchra ſibi extruebant:adeo ut legamus trecenta talenta in pyramide regis Soſis fuiſſe cōſumpta in cibo ceparum & alii ut alerentur operarii:quibus pyramis conſtruebatur:ex quo intelligi poteſt quanta fuerit magnificentia illius ſepulchri:De profuſa pyramidum magnificentia cætera legito apud Herodotum.Plinium.Strabonem.

Seriem:ordinem regum. Pudendam: quia erant deſides & uiles. Pyramides: fuerunt ſepulchra ægyptiorum regum ex quadratis lapidibus mirifice cōſtructa τo πυp.ſignificat ignem:eo ꝙ ignis figuram imitantur.nam flamma ignis ſemper a lato gracileſcit in acutum:qua forma fuerūt pyramides. Mauſolea: ideſt ſepulchra ſimillima monumento mauſoli:nam Mauſolus rex Cariæ uxorem habuit Artemiſiā cui uir adeo dilectus fuit:ut poſt mortem eius quo perpetuo uiri memoria ſeruaret: inter cætera ſepulchrum ſtruxerit: cuius ædificium tantæ magnificentiæ fuit: ut ex ſeptem mirabilibus mundi unum connumeretur:& inde ſepulchra magnifica Mauſolea a ſunt appellata. Mauſolus(ut refert Strabo) filius fuit Hecatomni cariæ regis qui tres habuit filios:Idryeum:pyxodarum:& Mauſolum: filias duas e quibus Artemiſia grandior:Mauſolo ex fratribus grandiori nupſit.Idryeo altera ſoror data eſt nomine dara.mauſolus itaque regnauit:quo mortuo uxor imperium habuit:quæ(ut diximus)illi ſepulchrum conſtruxit:artemiſia tabe conſumpta:propter luctum quem e uiro ſuſceperat:Idryeus imperauit:atque huic etiam ex morbo aſſumpto uxor ſucceſſit:at Pyxodarus qui reliquus erat ex filiis Hecatomni hanc eiecit.De mauſoleo quamuis hiſtoria ſit apud gelium & Plinium & cæteros notiſſima:Solus tamen Victruuius de architectura maximæ uir auctoritatis & fidei:Mauſolum ipſum regem dum adhuc uiueret ſibi ipſi id monumentum probat conſtituiſſe. Indigna: quibus reges indigni fuerant. Adeo ne moleſta:ſi caput ſeruandum eſſe iuſſiſti:cur non totum Pompeii corpus ſeruabas:ut ipſum Cæſari oſtenderes? Hac fide:ac ſi dicat perfidia ironice dixit.ut mutabilitatem fortunæ oſtendat. Pertulit:ideſt perduxit:quia cum ad hunc uſque diem ſemper in proſperitate uixiſſet Pompeius:tamen tetro ac ſordido fine uitam ſuam clauſit. Hac morte:tam ſordida. Summo culmine:nam romanorum primus fuerat.hæc autem deteſtatur Lucanus:ut oſtendat fortunæ confidendum non eſſe. Cladeſque omnes:quas inferre potuerat diuerſis temporibus Pompeio:eas ſeruauit:ut in unum diem omnes cōferret. Immunes:expertes. Pompeiuſque fuit:dicit nihil medium fuiſſe in Pompeio fuere omnia ſiue læta ſiue triſtia.ſatius eſt aliquando lætis:aliquando triſtibus fruamur:q̃ diuturna ſemper & ſecunda frui:& in extremum poſtea fortunam aduerſam experiri:quod Pompeio contigit. Felix:ſine ullius miſeriæ parte. Dilata ſcilicet:uſque ad ſenectutem. Nunc.ſ.cadauer eius qui tam longa fortuna uſus fuerat. Hauſto per uulnera fluctu:quia tergo & pectore tranſfixum fuerat cadauer Pompeii:unde etiam maris aquam hauriebat. Nullaque manente figura:id quod ſolet aliis notitiam auferre:Pompeio notitiam dedit.nam hoc ipſum ꝙ erat obtruncatum caput notitiam faciebat:Pompeii eſſe cadauer:quia paulo ante conſtabat obtruncatum fuiſſe Pom



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

peium. Nota:ſignum. Ante tamen pharias: quamuis aliquandiu fluctibus maris huc & illuc ípulſum fuerit Pompeii cadauer:tamen fortuna uoluit antequam Cæſar in ægyptum ueniret:ut ſepeliretur: tametſi humili ſepulchro. Melior:ac ſi dicat Cæſar ſi corpus illius inhumatum inueniſſet:non dubium eſt:quin ſicut de capite ita & de reliquo corpore feciſſet.nam poſtquá Pompeii caput oblatum ſibi uidit dolore perculſus:lachrymas non tenuit:& illud omnibus undique odoribus collectis honorifice ſepeliri iuſſit. E latebris pauidus: deſcribit quomodo Codrus:qui Pompeii miles olim & quæſtor fuerat corpus í undis quæſierat: & repertum ſepulchro clam mandauit de Codro nullam mentionem facit Appianu:. dicit enĩ caput Pompeii abſciſſum: Cæſari magno pro munere ſeruatum fuiſſe.reliquum corporis in littore ſepultum a quodam: tumulo inſigni addito:cui ab alio inſcriptũ fuit.Templi pondus erat: modica qui clauditur urna.procedente tempore cum tumulus ſub harena eſſet obrutus:ſtatuæ ét quæ Pompeio a neceſſariis eius circa Caſium ex ære erectæ ſteterant in templi aditu iam uetuſtate exeſæ ſeruarẽtur: ab Adriano imperatore ſumma diligentia perquiſitæ & inuentæ ſunt:cum ad partes illas acceſſiſſet.tumulus quoque mandato eius perpurgatus :ſtatuæ erectæ: ſic ut denuo ab omnibus dignoſci poſſet: Pompeium a Philippo liberto fragmentis ſcaphæ cõ crematum fuiſſe ponit plutarchus. Cinyrææ cypri:epitheton eſt longe repetitũ nam Pygmalion cilicis filius fuit.qui Cilicum phœnicumque manu collecta:imperium tranſtulit in Cyprum & pulſis ueteribus incolis: inſulam omnem occupauit: hic ex uxore quam ex ebore fecerat(fuit.n. peritiſſimus ſculptor)beneficio ueneris uiuificata:ſicut in fabulis eſt apud Ouidiũ: genuit filium paphum a quo natus eſt cinyras inde cinyræus.i.cyprius. Ab icario littore:a littore maris icarii de quo ante dictum eſt:Ipſe per icariæ ſcopulos.

L udibrium pelagi:nullaque manente figũra:
V na nota eſt magno capitis iactura reuulſi.
A nte tamen pharias uictor quam tangat harenas
P ompeio raptim tumulum fortuna parauit.
N e iaceat nullo:uel ne meliore ſepulchro.
E latebris pauidus decurrit ad æquora codrus.
Q uæſtor ab icario cinyrææ littore cypri.
I nfauſtus magni fuerat comes: ille per umbras
A uſus ferre gradum:uictum pietate timorem
C ompulit ut mediis quæſitum corpus in undis
D uceret ad terram:traheretq; ad littora magnum.
L ucis mœſta parum per denſas cynthia nubes
P ræbebat: cano ſed diſcolor æquore truncus
C onſpicitur:tenet ille ducem complexibus arctis
E ripiente mari:tunc uictus pondere tanto
E xpectat fluctus:pelagoque iuuante cadauer
I mpellit:poſtquam ſicco iam littore ſedit:
I ncubuit magno:lachrymaſq; effudit in omne
V ulnus:& ad ſuperos obſcuraque ſydera fatur.
N on pretioſa petit cumulato thure ſepulchra
P ompeius fortuna tuus: non pinguis ad aſtra
V t ferat e membris eoos fumus odores.
V t romana ſuum geſtent pia colla parentem:
P ræferat ut ueteres feralis pompa triumphos:

Victum pietate timorem:pietas í pompeium:& timor ptolemæi inter ſe pugnabant tandem pietas timorem uicit: & ita per noctem profectus cadauer Pompeii inuentum ſepeliuit. Lucis parũ: nunc dicit exiguum lumen præbuiſſe luná:ut uix corpus diſcernere potuerit: ſed tamen qa repcuſſione lunæ unda lucebat:& corpus diſcolor erat a candore maris:corpus põpeii cepit:& ad ripas ſubduxit.

Cynthia:luna a cynthio monte deli ubi colitur dicta eſt:unde etiam cynthius apollo. Mœſta:quaſi cæde Pompeii:ipſa quoque ſydera mœrorem ſignificabant. Tenet ille:poſtquam ſemel corpus cognouit cõprahẽſum illud complectebatur. Eripiente mari:quia dum corpus teneret uis inundationum propemodum rapiebat. Pelago iuuante:quia fluctus maris nunquam deſiſtit:ſemper littora impellit:& cum impulerit redit. nunc ergo dicit dum fluctus maris rediret:quaſi corpus e manibus & complexu rapiebat: expectabat igitur ut fluctus rediret in littore cuius impetu corpus exciperet. Impellit:ſcilicet ad littora. Pelago:ideſt fluctu maris. Sedit:ſcilicet corpus. Incubuit magno:ſuperiniecit ſe cadaueri Pompeii lachrymans. Obſcuraque ſydera:ideſt ad ſydera obſcurum lumen reddentia.quia uidelicet nubibus oppoſitum erat cælum: & his uerbis utitur:ab ipſa fortuna petens;ne uel uile ſepulchrum pompeio inuideat. Non pretioſa: non petit inquit:o fortuna Pompeius pro dignitate ſua ſepulchrum. Cumulato ture:ſcilicet rogis & cadaueri ſicut mos erat antiquiſſimus.Virgilius.Congeſta cremantur turea dona. Non pinguis:ideſt ex pinguibus aromatibus.ſic enim ſolebant cuiuſlibet generis aromatum ſuperinducere cadaueri:cum rogo ſuperimpoſitum cremaretur.

Pia colla:ſic enim conſueuerant;quod & nunc tenetur:ut Pars ingenti ſubiere feretro triſte miniſterium.

Præferat:& non petit:ut pompa funeris præcedat in qua ſit quædam imago triumphi:id etiam antiquitus faciebant:quod nunc quoque ſeruatur. Triſti cantu:nenia carmen erat:quod laudandi gratia in funere cantabatur ad tibiam:quod ex uerbo græco ducitur.ρειατοσ enim græce ſignificat ultimum .quia cantabatur in fine uitæ.alii dicunt neniam eſſe uocem querimoniæ flentium. uidelicet a ne.ne.Sunt qui dicant neniam extremum carmen ſignificare.ab extrema íteſtini parte.nam ρειατορ græce ſignificat extremum.Alii referunt ad extremitatem chordarum quæ ultima eſt in cythara η ρεατη dicitur chorda acuti ſoni ꝙ ultimum ſit cantationis carmen.de hac nenia loquitur hoc loco Lucanus. Mœrens exercitus:pompam militarem ſignificat. ter enĩ circuire ſolebant equites rogum cui ſuperĩniectum erat ducis cadauer.Virgilius.& ipſe deſcribit. Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis decurrere rogos:ter mœſtum funeris ignem luſtrauere in equis.

V t reſonent triſti cantu fora: totus ut ignes
P roiectis mœrens exercitus ambiat armis.
D a uilem magno plæbæi funeris arcam:
Q uæ laceꝝ corpus ſiccos effundat in ignes.
R obora non deſint miſero: nec ſordidus uſtor.
S it ſatis o ſuperi ꝙ non cornelia fuſo
C rine iacet:ſubicique facem complexa maritum
I mperat: extremo ſed abeſt a funere buſti
I nfelix coniunx:nec adhuc a littore longe eſt.
S ic fatus:paruos iuuenis procul aſpicit ignes:
C orpus uile ſuis nullo cuſtode cremantes.
I nde rapit flammas:ſemiuſtaq; robora membris
S ubducens:quæcunque es ait neglecta:nec ulli
C ara tuo:ſed pompeio felicior umbra:
Q uod iam cõpoſitũ uiolat manus hoſpita buſtũ
D a ueniam:ſiquis ſenſus poſt fata relictum eſt.
C edis & ipſa rogo:pateriſq; hæc dãna ſepulchri:
T eque pudet ſparſis pompeii manibus uri.
S ic fatus plenuſque ſinus ardente fauilla
P eruolat ad truncum:qui fluctu pene relatus
L ittore pendebat:ſummas dimouit harenas.
E t collecta procul laceræ fragmenta carinæ.
E xigua trepidus poſuit ſcrobe: nobile corpus
R obora nulla premũt:nulla ſtrue mẽbra recũbũt.
A dmotus magnum:non ſubditus accipit ignis.
I lle ſedens iuxta flammas:o maxime dixit
D uctor:& heſperii maieſtas nominis una:
S i tibi iactatu pelagi:ſi funere nullo

Proiectis armis: depoſitis inſignibus.

Da uilem magno:his omnibus omiſſis quæ fieri ſolent in funere magnorum ducum:ſatis eſt Pompeio: ut uel uile ſepulchrum ei concedas. Robora:ideſt ligna quibus rogus cadaueri cõſtruitur. Vſtor: ſordidus cremator non deſit. Non cornelia:quia propinquiores ſolebant ſubiicere facem: uel uxor uiro:uel filius patri.

Sit ſatis:ideſt ſufficiat ad iram ueſtram: ſi fortunæ ſuccenſetis Pompeii: uel nimium inuidetis. Imperat:bene:quia ipſa præ dolore non potuiſſet ſubiicere facem Abeſt:ná arrepta erat nauis qua uehebatur Cornelia cum Pompeii comitibus.

Sic fatur:hæc ubi dixit Codrus uidit ingentem rogum:haud procul inde ubi cuiuſdam cadauer crematum fuerat: acceſſit ergo & ignem conſtituit petens ueniam a manibus eius quicunque rogo crematus eſt. Vile:ideſt cuiuſdam plæbæi.

Suis:quia ſui dereliquerant illud. Inde:ex illo rogo. Subducens: ſcilicet a corpore. Vmbra:o anima. Neglecta:quæ nullo cuſtode comburreris.

Nec ulli cara:quia ſi cara eſſes:tui te cuſtodirent uſque ad ultimum buſtum.

Iam compoſitum:quia rogo ſuperimpoſitum comburebatur. Manus hoſpita:ideſt mei hoſpitis externi. Si quid ſenſus poſt fata: reſpexit ad opinionem epicureorum falſam ac ſtolidam: ꝙ anima ſimul cum corpore extígueretur. Scio inquit ſi poſt mortem ſenſus aliquis ſuper eſt:ꝙ tu quoque uolens ac libens mihi cõcedes:ut ignem de tuo rogo ſuſcipiam.

Rogo:ſcilicet Pompeii. Teque pudet:& non ſine pudore hoc uides ut corpus tuum cremetur: Pompeius uero inhumatus relinquatur. Plenuſque ſinus:ideſt habens ſinus plenos:tanta cupiditate comburendi ferebatur.

Fluctu relatus:quia dum inundaret mare pene a littore í maria retulerat corpus. Procul:ideſt ante oculos. nam utrunque ſignificat:& porro ab oculis & præ oculis. Premunt nobile corpus:pro a nobili corpore nulla robora premuntur.hypallage eſt:ſignificat autem non altum & ſublimen rogum ſtructum:ſicut pro qualitate fortunæ rogus ſtrui ſolebat. Nulla ſtrue:quod obſcurius dixerunt poetæ:in ſequentibus declarant.eſt ergo epexegeſis ideſt expoſitio ἐπι ſupra εξηγησισ expoſitio. Ille ſedens iuxta:codrus poſtquam rogo fragmentis nauis conſtructo Pompei cadauer ſuperimpoſuit:ueniam ab eo petiit:ſi non pro ipſius dignitate ſepulchrum pararet. O maxime ductor:nam Pompeius ſicut in hiſtoria legimus fama ſui nominis totum orbem impleuerat:cum maxime reges atque nationes bello ſubegiſſet. Vna:ideſt ſola. Si tibi iactatu: ideſt ſi ma-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

luiſſes fluctibus maris dilacerari q̄ i hoc humili ſepulchro ſepeliri:iuſta cauſa eſt cur mihi ignoſcas: cum hoc animo fecerim ne corpus tuum eſca fieret alitibus:piſcibus:& feris. Triſtior:ideſt tibi moleſtius eſt tale ſepulchrum conſequi:q̄ nullum. Officiis meis:hoc eſt ne conſyderes uile meum officinm : ſed officii religionem & pietatem:quæ me induxit ut hoc facerem . Fati: diſpoſitionis diuinæ:quia uſque adeo fata tibi aduerſa fuerunt:ut periculum ſit:ne ſi hoc uile ſepulchrum non conſequaris lacereris omnino a feris & alitibus:ideo non eſt nefas putandum:ꝙ ego te hoc uili ſepulchro condiderim. Audeat:ſcilicet aliquid contra corpus tuum.

Triſtior iſte rogus:manes:animamq; potentem
Officiis auerte meis:iniuria fati
Hoc fas eſſe iubet:ne ponti bellua quicquam:
Ne fera:ne uolucres:ne ſæui cæſaris ira
Audeat:exiguam q̄tum potes accipe flammam:
Romana ſuccenſe manu:fortuna recurſus
Si det in heſperiam:non hac in ſede quieſcent
Tam ſacri cineres : ſed te cornelia magne
Accipiet:noſtraque manu tranſfundet in urnam .
Interea paruo ſignemus littora ſaxo:
Vt nota ſit buſti:ſi quis placare peremptum
Forte uolet:plenos & reddere mortis honores:
Inueniat trunci cineres:& norit harenas:
Ad quas magne tuū referat caput:hæc ubi fatus
Excitat inualidas admoto fomite flammas.
Carpitur:& lentum magnus diſtilat in ignem
Tabe fouens buſtum:ſed iam percuſſerat aſtra
Auroræ præmiſſa dies:ille ordine rupto
Funeris attonitus:latebras in littore quærit .
Quam metuis demens iſto pro crimine pœnam?
Quo te fama loquax omnes accepit in annos?
Condita laudabit magni ſocer impius oſſa .
I modo ſecurus ueniæ:faſſuſque ſepulchrum
Poſce caput:cogit pietas imponere finem
Officio.ſemiuſta rapit:reſolutaque nondum
Oſſa ſatis neruis:& inuſtis plena medullis
Aequorea reſtinxit aqua:congeſtaque in unum
Parua clauſit humo . tunc ne leuis aura retectos
Auferret cineres:ſaxo compreſſit harenam .
Nautaque ne buſtum religato fune moueret:

Quantum potes:q̄ celerrime fieri poteſt benignus & libens cremeris. Exiguam: humilem. Romana manu:manu romani ciuis. Recurſus:in heſperiam. ideſt ſi dii conceſſerint:ut in italiam redeam: non patiar te hic iacere. Hac in ſe. tam humili ſepultura. Cornelia accipiet : & accipiendo noſtro utetur miniſterio. In urnā: ſcilicet maiorum tuorum. Interea: ideſt dum tempus illud aduenerit: ut in ſepulturam digniorem tranſferri poſſis . Signemus ſaxo:ut dignoſci poſſit:ubi nam reliquiæ tui corporis iaceant . Vt nota : ideſt notatio & ſignum. Plenos :ideſt perfectos tuos honores: nam mortis honorem ſepulchrum appellat. Referat caput:ut totum corpus in uno ſepulchro condatur. Excitat:incendit. Inualidas:infirmas flāmas. Admoto fomite:fomitem appellat materiam aridā qua fouetur ignis. Carpitur: ſcilicet corpus Pompeii. Diſtillat: liquefit. Tabe: ideſt adipe corporis ignis accendebatur.

Sed iam percuſſerat aſtra: iam illuxerat cum ſibi metuens Codrus incohatum ſepulchrum reliquit.poſtea pietate coactus eſt redire etiam cum diſcrimine ſalutis ſuæ Dies præmiſſa auroræ:ideſt ante auroram. Percuſſerat aſtra:quia ſuperueniente die aſtra offuſcantur. Ordine rupto: interrupto rogo incohato. Demens iſto pro crimine.p. repræhendit illum Lucanus dicens illum nequicquam timuiſſe. nam nec ipſe quidem Cæſar adeo crudelis eſt: ut ſepultura pompeium prohibere uelit. Crimine: ſicut tu exiſtimas.

Fama loquax: diuulgans:non adeo eſt culpa quod officium tuum fecit:ut tui nominis fama perpetuo duret. Condita laudabit:ne timeas inquit ipſe etiam Cæſar quamuis impius ſit:laudabit hoc officium tuum. I modo: nec metuas ueniam tibi datum iri. Faſſuſque : ideſt fatere te feciſſe ſepulchrum: & hoc amplius agas caput etiam poſce quod habiturus es:ut reliquo corpori coniungas.

Cogit pietas:ut officium impleat incohatum. Plena:quia non bene uſta erāt oſſa. Congeſta in unum:ideſt omnia ſimul compoſita. Tunc ne leuis:& ne forte aura effoderet oſſa: non profundius demiſſa:ſaxo preſſit. Nautaque:& ne forte nauta illic ſepulto ſaxo religaret nauem:& fune forte trahenti ſaxum remoueret iſcribit ſaxo epitaphium ut dignoſci poſſet ibi conditas magni reliquias. Semiuſto ſtipite:carbone litteras fecit epitaphii. Placet hoc for.ita uoluiſti o fortūa:ut hoc ſepulchꝝ Pōpeii fieret?

Quo cōdi.Cæ.maluit Pō.tā uile ſepulchrū cōſeq:q̄ oīo ihumatū iacere. Condi . ſepeliri. Terra: ſepulchro . Temeraria dextra .Hic Lucanus Codrum quaſi repræhendit ꝙ dicat ibi nomen eius compræhendi:ꝙ fama ipſius & gloria totum orbem terrarum impleuerat. Obiicis tumulum:ideſt cur Pompeium tumuli breuitate coerces. Maneſque uagantes:ꝙ ibi una cum corpore nomen eius ſepultum ſit:an neſcis ipſum toto orbe terrarum cognitum ac celeberrimum eſſe. Vagantes:ideſt totum orbem pererrantes.

Inſcripſit ſacrum ſemiuſto ſtipite nomen.
Hic ſitus eſt magnus:placet hoc fortuna ſepulchꝝ
Dicere pompeii.quo condi maluit illum
Quam terra caruiſſe ſocer? temeraria dextra
Cur obicis magno tumulum?maneſque uagantes
Includis?ſitus eſt:qua terra extrema refuſo
Pendet in oceano:romanum nomen & omne
Impium magno tumuli eſt modus:obrue ſaxa
Crimine plena deum.ſi tota eſt herculis œte:
Et iuga tota uacant bromio nyſæia: quare
Vnus in ægypto eſt magno lapis?omnia lagi
Rura tenere poteſt:ſi nullo ceſpite nomen
Hæſerit:erremus populi : cinerumque tuorum
Magne metu nili nullas calcemus harenas.
Quod ſi tam ſacro dignaris nomine ſaxū :
Adde actus tantos:monumentaq; maxima reꝝ:
Adde truces lepidi motus:alpinaque bella:
Armaque ſertori reuocato conſule uicta :

Situs eſt:non eſt hoc tanto tumulo ſitus magnus:ſicut tu dicis : ſed eſt poſitus ea parte qua ſol oritur & occidit : hoc eſt i omnes partes terrarum. Terra extrema:uſque ad extremos terrarum fines puenit Pompeii nomē & fama. Refuſo.pendet oceano.mare oceanum totum terrarum orbem ambit:& terra dicitur ibi pendere ꝙ in centrum deſcendit:nec i aliquam partem declinare poteſt:natura enī eſt corporis cuiuſq; grauioris:ut in cētrū deſcendat:quaſi in locum ſuum terra ergo cum grauior ſit omnibus elementis ſuo pondere libratur i medio totius orbis :& primo quidem aqua:deīde aere poſtea uero ſuperiori elemento ſuſtinetur: ut in nullam partem inclinare poſſit:ideo ſuo pondere librata ſuſtinetur. Refuſo reſpexit ad naturam ꝙ fluit & refluit .

Magno tumuli:ſi uis mēſuram & modum ſepulchri ſcire Pompeii o Codre: ſcito late patere nec breuius eē:q̄ quo fama populi Romani peruenit. Obrue: ſubmerge fluctibus maris . Saxa: quibus coerceri pompeium dixiſti : nam id etiam ſuperius inuidioſum eſt ut dicatur Pompeium tam breui tumulo coerceri:nō enī ſine deorum inuidia hoc fieri aut dici poteſt. Si tota eſt:a minori ad maius arguit:dicit enim ſi alii quorum uirtus inferior fuit : magna & ampla monumenta conſecuti ſunt : quid non Pompeius & ipſe conſequi debet?non enim inferior hercule dicendus eſt:non regibus ægyptiis:qui magnas moles pyramidum pro ſepulchro habuerunt . Tota œte mons theſſaliæ ubi combuſtus eſt Hercules a philoctete cui arcum & ſagittas dono dedit. Nyſæia: niſa uicus eſt in helicone:& ciuitas in arabia i qua nutritus fuit bacchus:de cuius nomine ipſe nyſam in india cōdidit. Bromio:libero patri:multa nomina habet Bacchus:quorum unum eſt Bromius. Rura tenere poteſt:dignitate enim ſua meruit occupare:omnia quæ tenuit lagus primus rex ægypti. Erremus: pro errabimus. Nullo ceſpite:melius fuerat o Codre:ut nomen Pompeii nuſquam ſcriberetur: quia uniuerſam ægyptum pro ſepulchro haberemus:nec in ægypto ullum locum calcare auderemus:ne piaculum committeretur. Calcemus:ne forte calcemus cineres Pompeii. Quod ſi tam ſacro:Sed ſi placet o codre nomen Pompeii inſcribere ſaxo:plenum facito epitaphium & ibi res eius geſtas inſcribe:& ita breuiter perſtringit geſta Pompeii. Actus:res geſtas. Si dignaris:ideſt dignum facis. Monumētaque maxima: ideſt maximarum rerum hiſtorias: Adde truces lepidi motus.Hic lepidus acta ſyllæ reſcindere tentauit : quem auſpiciis Pompeii.Q .Catulus bis ab alpibus & Italia pepulit:hic in Sardiniam quo confugerat bellum mouit:inde pulſus paulopoſt periit. Truces motus:Qui audebat acta ſyllæ reſcindere quibus reſciſſis bellum ciuile renouaretur. Alpina:unde pulſus fuerat. Armaque Sertori. Nam Sertorius populi Romani hoſtis iudicatus hiſpaniam occupauit:& magno exercitu comparato bellum aduerſus populum Romanum geſſit:in quo ſæpe uictor euaſit:tandem cum a metello propemodum uinceretur factione Pompeii lata eſt lex:ut ſucceſſor mitteretur Metello:& ipſe Pompeius electus eſt : contra Sertorium qui deinde per proditionem Sertorium oppreſſit:nam Perpenna cum ſuis ipſum inter epulas trucidarunt . Reuocato conſule: ideſt metello in cuius adminiſtratione ea omnis prouincia poſita fuerat .

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Et currus quos egit eques: comertia tuta
Gentibus: & pauidos cilicas maris: adde ſubactā
Barbariem: genteſque uagas: & quicquid in euro
Regnorum: boreaque iacet: dic ſemper ab armis
Ciuilem repetiſſe togam: ter curribus actis
Contentum: multos patriæ donaſſe triumphos.
Quis capit hæc tumulus? ſurgit miſerabile buſtū
Non ullis plenum titulis: non ordine tanto
Faſtorum: ſolitumque legi ſuper alta deorum
Culmina: & extructos ſpoliis hoſtilibus arcus:
Haud procul eſt ima pompeii nomen harena
Depreſſum tumulo qđ non legat aduena rectus.
Quod niſi monſtratum romanus tranſeat hoſpes
Noxia ciuili tellus ægyptia fato:
Haud equidem immerito cumanæ carmine uatis
Cautum ne nili peluſia tangeret ora
Heſperius miles: ripaſque æſtate tumentes.
Quid tibi ſæua precer pro tanto carmine tellus?
Vertat aquas nilus quo naſcitur orbe retentus.
Et ſteriles egeant hybernis imbribus agri.
Totaque in æthiopum putres ſoluaris harenas.

Et currus: triumphauit enim ſimul de Africa: de Hiſpania: occiſis hic Domitio: illic Cn. Carbone: ante ætatem: quod non licebat: tamen ipſe obtinuit: & cum reſiſteret ſylla ne contra leges triumpharet: quãquam auſpicis ipſius res bene geſſiſſet. Tũc Pompeius triumphabo iqt: & Sylla: quomodo ne tu cum adhuc puer ſis audes dicere triumphabo contra leges populi Romani? contra uoluntatem meam? qa inquit pompeius: tu es tã quam ſol occidens: ego uero ſum tanquam oriens: quo audito ſylla animi magnitudinem admiratus magno clamore dixit ſæpius: triumphet: triumphet: & ita triumphauit. Comercia tuta gentibus. i. debellatis piratis quia tunc demũ comercia tuta eſſe cœperũt poſtquam piratæ debellati ſunt: q uniuerſum mare reddiderant infeſtum: adeo ut portum Romanorum occupauerit: & ibi prætorem cum lictoribus in ipſo portu hoſtiæ ciuitatis uicerint. Genteſque uagas: Hiberes: Albanos: Hyrcanos: Colchos: Armenios: Cilices: & cæteros populos montis Caucaſi: ideſt quod ait barbariem & gentes uagas. In euro boreaq̧: ideſt in oriente: uſque ad ſeptentrionem: quia ab occidente uſque ad ſeptentrionẽ p̃tingit caucaſus: cuius plures accolas domuit lege Plinium & Plutar. Dic ſemp ab armis. c. r. t. adde hoc quod etiam eſt maximus pompeii ſplendor: ꝙ uidelicet nunquam tanto imperio uſus eſt: nũquã tantam ex hoſtibus uictoriam cõſecutus qui ſtatim finito imperio & debellatis hoſtibus & depoſitis inſignibus imperii: ſimul etiam animum ciuica conditione minorem deponeret: nunquam pompeius uoluit ciuica conditione maior uideri: cæteri uero poſtquam ad principatum ciuitatis euaſerant: maiores cæteris haberi uoluerunt: & tyrãnidem appetebant. Ab armis. i. a bellis debellatis hoſtibus. Ciuilem togam: ideſt ſemper ſe ad ciuilẽ cõditionẽ: ut æquo iure cum cæteris uiueret contuliſſe. Ter curribus actis: tribus triumphis: uno de Sicilia ſimul & aphrica: & altero de piratis: tertio de mithridate: nam potuit triumphare de africa: ſemel de Sicilia: ſemel de piratis: de ſertorio: de mithridate: de tigrane: tñ donauit hos oẽs triũphos patriæ & ſatis habuit ter triũphaſſe. Surgit: erigit' Põ. Miſerabile: ſordidũ & humile. Titulis: nullis laudibus. Faſtoꝝ: pro magiſtratibus poſuit: libri enĩ ſunt in qbus cõſulũ & alioꝝ magiſtratuum noĩa iſcribebant'. Tãto ordine: Quia Põ. cõſul ſæpius fuerat: ſæpe etiã iperator cũ exercitu miſſus aduerſus hoſtes: & nomẽ eius quotiẽs ipiũ geſſerat: totiẽs faſtis iſcriptũ erat. Solitũ regi. ſ. Põ. nomẽ quod in ordine tẽploꝝ inſc ibi cõſueuit: & i arcubus: quoꝝ adhuc nõnulli i urbe Romana ſpectant': nunc legit' i imo littore: ad cõmiſeratiõnẽ mouendam hoc ſcribit Lucanus. Culmina deoꝝ: in capitolio. Arcus: ſic enim arcus ædificabant Ro. cum uictoriam ex hoſtibus retuliſſent: ut in modũ arcus ædificio ſtructo ibi res oẽs geſtas pingerent: aut fingerent: adhuc arcus & ſtatua Põpeii romæ ſpectatur i quo etiã ſunt cãdelabra q̃ de tẽplo ſalomonis rapuit. Depræſſum: calcatũ. Quod nõ legat: cum antea legeret' a ſuſpiciẽtibus culmen tẽpli: nec legi poſſet: niſi aſtãtibus: neceſſe nũc ẽ ut q uelit legere nomen Põ. i littore curuetur. Rectus. ſed icuruus ꝑpter humilitatẽ tumuli. Quod niſi mõſtratũ: & ſi forte Ro. hac trãſirẽt: niſi mõſtraret' Põ. nomẽ non agnoſcẽt. Noxia tellus. Apoſtrophat nũc ad ægyptũ & inuehit' i eam dicẽs. Vere carminibus ſibyllinis cauebat' ne miles ro. ægyptũ tangeret: & nõ ſine rõne cauerat ſibylla ne romanus miles in ægyptũ ueniret: hoc oraculũ religioſi obiiciebãt Romæ his q Ptolemæũ cũ exercitu i regnũ reſtituere uolebãt: & creditũ ẽ illud ipletum cũ Craſſus i aſſyria q̃ adiacet ægypto cũ oĩ exercitu deletus ẽ: nũc refert ad eãdẽ Põ. oraculum Sibyllæ Lucanus. Ciuili faro: propter ciuile fatũ. Haud immerito: non ſine ratione

Vatis: cumanæ Sibyllæ cumeæ quæ fata Romana deſcripſerat libris: ad quorũ cuſtodiam quindecĩ uiri aſſeruabãtur. Peluſia: peluſium unum ex hoſtiis nili. Ripaſq̧ æſtate tumentes: ripas nili qui quotannis creſcebat & ægyptũ inundãs fertilẽ reddebat: & nunc quoq̧ illud idẽ facit. Precer. ꝑ iprecer. Vertat aquas: iprecabor iqt: ut nilus i fontẽ ſuũ reddeat: nec poſt hac nilus iundet: ut ſterilitate habitare ibi nemo poſſit. Aethiopum: ſicut apud æthiopas ardore ſolis terra in puluerem reſoluitur: ſic tu quoque ſoluaris.



Nos in templa tuam romana recepimus iſim.
Semideoſque canes: & ſiſtra iubentia luctus.
Et quem tu plangens hominem teſtaris oſirim.
Tu noſtros ægypte tenes in puluere manes?
Tu quoque cum ſæuo dederis iam tẽpla tyranno
Nondum pompeii cineres o roma petiſti.
Exul adhuc iacet umbra ducis: ſi ſæcula priſca
Victoris timuere minas: nunc excipe ſaltem
Oſſa tui magni: ſi nondum ſubruta fluctu
Inuiſa tellure ſedent: quis buſta timebit?
Quis ſacris dignam mouiſſe uerebitur urnam?
Imperet hoc nobis utinam ſcelus: & uelit uti
Noſtra roma ſinu. ſatis o nimiũque beatus:
Si mihi contingat manes tranſferre reuulſos
Auſoniæ: ſi tale ducis: uiolare ſepulchrum.
Forſitan aut ſulco ſterili compeſcere finem
Aſuperis: aut roma uolet feralibus auſtris
Ignibus aut nimiis: aut terræ tecta mouenti:
Conſilio iuſſuque deum tranſibis in urbem
Magne tuam: ſummuſq̧ feret tua buſta ſacerdos.
Nam quis ad exuſtam cancro torrente ſyẽnem
Ibit? & imbrifera ſiccas ſub plæiade thebas

Nos i templa tuã: non ſimiles fuerunt Romani tibi o ægypte: nam nos deos tuos accepimus: & his tẽpla condiuimus: tu uero manes noſtri Pompeii inſepultos iacere pateris. Iſim: Ionem Inachi filiam quæ mutata eſt i uaccam: caudæ cuius iuno oeſtrum ſubiecit: quo illa agitata totum orbem terrarum peragrauit: tandem peruenit in ægyptũ & cum i ripa conſtitiſſet nili forte ſuſpitiens uiſa eſt ſupplicare ioui: ut ſui tandem miſereretur: & ſe in priſtinam formã reſtitueret: qua reſtituta admirantibus ægyptiis eam pro dea nili coluerunt & iſim uocarũt cuius uir fuit Oſiris. Tuam: quæ apud te colitur. Semideoſq̧ canes: Mercurium quem Anubim uocant. Virgi. Omnigenũq̧ deũ monſtra & latrator anubis: nam colitur apud ægyptios i forma canis & lingua ægyptia anubis canis dicitur. canum (ut iqt Strabo) ciuitas eſt i qua Anubis colitur: & honor & ſacer quidam cibus canibus eſt conſtitutus: quædam enim animalia ſunt q̃ uniuerſi ægyptii colũt: quẽadmodum ex terreſtribus tria: Bouem: Canẽ: felem: Ex uolatilibus: Accipitrem atq̧ Ibim. Ex aquatilibus duo lepidotũ piſcem: & oxyrynchũ: ſunt alia quæ quiſq̧ ſeorſum colit. Et ſiſtra iubentia luctus. Siſtrum eſt iſtrumẽtum ad ſimilitudinẽ tubæ: cuius cãtu ægyptii congregati imitabant' plangores iſidis: nã Oſiris uir fuit iſidis a Tiphone fratre laceratus quẽ diu cum lachrymis & plãgore quæſiuit: de quo multa ſunt apd' diodorum. Tu tenes noſtros manes: ideſt principum noſtroꝝ umbras. Tu quoq̧ cũ ſæuo: nunc ipſam quoq̧ Romã repr̃hendit: ꝙ ad ſua uſq̧ tempora in ægyptio puluere oſſa Pompeii iacere permiſiſſet: ꝙ ſi excuſationẽ meruerit ſuperioris temporis ꝙ Cæſarem metuebant: nunc certe nihil habẽt quo ſe excuſare poſſint. Sæuo tyranno. ſ. Cæſari quẽ in deoꝝ numerum trãſtulere Romani: quod etiã Virg. oñdit Ecce dionei ꝓceſſit Cæſaris aſtrũ: nã ſtellã q̃ p aliquot dies cõtinuos apparuit Cæ. eẽ aĩam in cælum recepti (ut ait Suetonius) dixerũt: & hac de cã ſimulacro eius in uertice addebatur ſtella: auctore Plinio.

Exul: extra ſolum patriæ ſuæ. Priſca ſæcula. ſ. quibus Cæſ. omnia tenebat. Nũc excipe. ſ. romam cineres Pompeii trãſſerendo. Si nondum ſubrupta. i. ſi nõdum fluctus maris oſſa pompeii abſtulit. Sedent: permanẽt ubi poſita fuerãt. Quis buſta. t. nec eſt ꝙ dubitet quiſquam id laturam moleſte umbram Pompeii: q̃ ſi ſepulchrum ipſius uiolaret: non enim hoc erit uiolare ſepulchrum: ſed ſacrificare: ut ex tam ſordido & uili loco: in ſedem ſuam & patriam reducatur. Sacris: ſacrificiis. Dignam ut. aĩam Pompeii: quæ digna eſt: ut ipſi ſacra deorum more Romano exhibeantur. Imperet hoc no. ſi alii hoc uerentur: ut id mihi munus demãdetur exiſtimabo enim me animæ pompeii rem gratam facere. Noſtro ſinu. Quia gremio ipſo cineres & oſſa pompeii Romam transferam. Satis o. optantis eſt. Violare: non erit uiolare: ſed honorare. Forſitan aut ſulco. Fortaſſe Roma tunc reſtituet cineres tuos: ut inde tranſferantur honorificentius cum urbem Romam inuaſerit peſtilentia: aut certe terremotus concuſſerit: & accepta reſponſa huiuſmodi erunt: ut nec peſtilentia illa: nec terremotus ſedari poſſit: prius q̃ oſſa in ſedem & patriam tranſferantur: ſicut etiam de aliis lectum eſt nam Cybeles & Aeſculapii ſimulacrum in urbem tranſlatum: illam a peſtilentia liberauit. Sulco ſterili: ſignificat famem & penuriam annonæ. Feralibus auſtris. i. peſtiferis: nam auſter cum regnat calidior: eius feruore corrumpitur aer. Ignibus nimiis. i. æſtibus & ſiccitati agrorum. Summus ſacerdos: pontifex maximus. Nam quis ad exuſtam nemo eſt q hac tranſiturus ſit ubi tua oſſa manent: quin nauem iubeat eo aduerti: ut ſepulchrum tuum qualecunque ſit ſalutet & ueneretur. Syennem: Syenne eſt ciuitas ſupra alexandriam quinque milibus ſtadiorum: ſolſtitii die medio nullam umbram iaciens Plinius. eſt enim ſubiecta cancro. Thebas. thebæ ſunt ægyptiæ & boetiæ: ſed de ægyptiis thebis hic intelligit: quæ centum portas habuit & dioſpolis appellata. Strabo. Sub plæiade: ſub qua poſitæ ſunt thebæ ægyptiæ. Plæiades: ſunt ſtellæ in tauro quæ ortu ſuo nauigationis tempus ſignificant: ut etiam dictæ ſunt α πλέω. i. a nauigo.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quis rubri ſtagna.i.qs nauigabit í oriẽtem:aut meridiem:neq; ení poſſunt in orientẽ uel libyam nauigare: niſi p mare libycũ:& in littore libyci maris poſita erũt oſſa Pompeii. Arabũ:populi ſunt orientis: felicis Arabiæ(auctore Strabone)ſeptẽtrionale latus faciunt deſerta haud exigua:oriẽtale perſicus ſinus:occidentale arabicus: auſtrale mare magnũ:quod extra utrũq; ſinum ẽ:idq; totũ mare rubrũ uocat́:quod rubrum appellatur a ſole cũ ſupra uerticem eſt:uel a montibus ex aduſtione rubẽtibus.Cteſias uero Gnidius hiſtoriæ mandauit fontẽ quẽdam eẽ:q aquam rubicũdam ac minio plenam in mare emittit.Solinus etiam:refert ultra peluſiacum hoſtium Arabiá eſſe ad rubrum ptinentẽ mare:quod Erythræum ab Erythra rege perſei &andromade filio:non ſolum a colore appellatum Varro dicit:q affirmat in littore maris iſtius fontem eẽ quẽ ſi oues biberint:mutent uellerum qualitatem.

Auertet.ſ.ab his regionibus ad ſe nauigantes per ea loca. Cinis í ſummis: qa fortaſſe fluctibus maris detecta erunt oſſa tua:ut etiam uideri poſſint. Præferre: ut digniore ſepulchro te cõdat. Caſio: mons eſt í arabia nobilis ſepulchro pompeii. Caſio ioui:Quia in caſio monte iouis eſt tẽplum & pompeii corpus:ut dicit Strabo:non pcul inde magnus iugulatus fuit:& ab ægyptiis dolo interemptus

Nihil iſta nocebũt:nec erit cur tibi minor habeatur honor:q í humili loco oſſa tua poſita maneant:ímo hoc ipſo erit uenerabilior umbra tua. Iſta buſta:uilia & ſordida. Templis auroq;:Quia ſi í templis auratis cineres tui conditi eſſent minorem honorem pro dignitate conſecutus eſſes. Templis auroq;.i. templis auratis Endiadis. Pro numine ſummo.i.loco ſummi numinis habetur:q forma ſepulchri tui in tam uili loco poſita ſit &ſubiungit rõnẽ. Auguſtius aris:per ſimilitudinẽ oſtendit dignius eſſe ſepulchrum pompeii q̃ eoꝝ q ſepulti ſunt in capitolio: unde thuſci ſacerdotes q dedignabãtur ſacrificare ioui in templo conſtituto:imolant uictimas in loco ubi iacet fulmen:nam thuſci fuerũt religiõis cultores maximi:ut Val.docet í primo:nũc ergo dicit q haruſpices thuſci:quotiens pdigium expiare uoluerint fulminis(nam fulmẽ quotiẽs aliqd percuſſerit pdigiale eſt)í locum quẽ de cælo tactum eẽ uiderint: bidentes ſacrificabãt:& locũ bidental appellabãt:nec quiſq̃ auſus fuiſſet í eo loco conſiſtere:uenerabant́ enim locũ tãquam ſacrum & diis conſecrabant:idem continget ſepulchro tuo o pompei:nam quemadmodũ thuſci ſacerdotes dedignabantur ſæpe ſacrificare ioui capitolino:& imolabant bidentem ubi fulmẽ cecidiſſet:ita etiã umbris tuis ſacrificia exhibebuntur a gentibus. Auguſtius .i.nobilius & uenerabilius:unde auguſtum dicimus locum uenerabilem:quaſi aue guſtatum:ſic enim augures locum uenerabilem habebant:quem aues deguſtaſſent uel quaſi augurio cõſecratum. Aris uictoris:templis cæſaris cui templa & aræ extructæ fuerũt. Saxũ: ſub quo cineres tui conditi ſunt. Tarpeis deis.i.Ioui & mineruæ qui coluntur in tarpeia rupe.i.capitolio.

Thura.i.ſacrificia. Thuſco ceſpite .i. ara a thuſcis ſacerdotibus extructa:non enim tantummodo í thuſcia hoc faciebant:ſed ubicũq; fulmẽ cõditum eẽt. Prodiderit hoc olim:q ibi ſepultus ſis o pompei:quia aliquando cũ aſſiduo maris fluctu ſaxum illud auferretur & nulla tui ueſtigia ſepulchri apparebunt:id faciet ut omnes te deum eſſe exiſtimẽt cuius ſepulchrum in terris nuſquam inueniat́. Olim:aliquando. Futuris: poſteris. Pulueris exigui:non erit inquit opus diuturno tempore ad hoc ut fluctus maris rapiat ueſtigia ſepulchri tui. Cadet ſ.í undas. Argumẽta:probamenta. Veniet ætas.in qua non credetur ibi tua oſſa aliquando fuiſſe ſepulta. Felicior:quantum ad gloriam tuam. Saxum monſtrantibus: quia ſi forte quis dixerit hic oſſa pompeii ſepulta fuerunt:non adhibebitur fides. Atque erit ægyptus: & fortaſſe idem continget tibi in ægypto:quod contigit Ioui in creta.Nam in inſula creta oſtendebant ſepulchrum quod iouis fuiſſe dicebant:ſed nemo credere uolebat idem & tibi continget o pompei.Varro:in opere quod de littoralibus eſt:etiam ſuis temporibus(ut ait Solinus)affirmat ſepulchrum iouis in Ida cretæ uiſitatum.

Tam mendax:non erit mendax:ſed exiſtimabitur.

S pectator nili:quis rubri ſtagna profundi:
A ut arabum portus mercis mutator eoæ:
M agne petet:quem non tumuli uenerabile ſaxum
E t cinis in ſummis forſan turbatus harenis
A uertet? maneſque tuos placare iuuabit?
E t caſio præferre ioui? nil iſta nocebunt
F amæ buſta tuæ: templis auroque ſepultus
V ilior umbra fores:nunc ẽ pro numine ſummo.
H oc tumulo fortuna iacens:auguſtius aris
V ictoris libyco pulſatur in æquore ſaxum.
T arpeis qui ſæpe deis ſua thura negarant
I ncluſum thuſco uenerantur ceſpite fulmen.
P roderit hoc olim:q non manſura futuris
A rdua marmoreo ſurrexit pondere moles
P ulueris exigui ſparget non longa uetuſtas
C ongeriem:buſtumque cadet:mortiſque pibunt
A rgumenta tuæ: ueniet felicior ætas:
Q ua ſit nulla fides ſaxum monſtrantibus illud.
A tque erit ægyptus populis fortaſſe nepotum
T am mendax magni tumulo:q̃ creta tonantis.



a T non in pharia manes iacuere fauilla.Hic cõtinetur primum qdem deificatio aíæ Pompeii: deinde Catonis deliberatio cũ militibus:quos cũ uniuerſa claſſe ſecũ tenebat:cui cũ Cn. Põpeio præfectus erat:nam cũ milites ad libertatem incitaſſet pſuaſit eis:ut ſe pararẽt ad regem iubam trãſire: ibi enim ſpem aliquam fore:ut regis huius auxilio remp.recuperarent:& p quos labores quæ uel pericula iter faciens pfectus fuerit Lucanus deſcribit:primum igitur.περὶ ἀποθεώσεως.i.deificationẽ loquitur Põ.

# .M.ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER NONVS.

a T non in pharia manes iacuere fauilla:
Nec cinis exiguus tantam cõpeſcuit ũbram:
P roſiluit buſto:ſemiuſtaq; mẽbra relinquẽs
D egeneremque rogum:ſeqtur conuexa tonantis.
Q ua niger aſtriferis connectitur axibus aer.
Q uodque patet terras inter lunæque meatus
S emidei manes habitant: quos ignea uirtus
I nnocuos uitæ patientes ætheris imi
F ecit: & æternos animam collegit in orbes.
N on illuc auro poſiti:nec ture ſepulti
P erueniunt:illic poſtquam ſe lumine uero
I mpleuit:ſtellaſque uagas miratur:& aſtra
F ixa polis:uidit quanta ſub nocte iaceret
N oſtra dies:riſitque ſui ludibria trunci.

quomodo anima eius ad comparem ſtellam redierit & deificata ſui corporis ludibria cõtempſerit. At aduerſaŕ his q̃ ſupradicta ſunt:uidelicet in anguſto ac ſordido ſepulchro coercitoſ fuiſſe cineres põpeii:ſed e diuerſo aía in cæleſtem regionẽ ſublimis delata eſt. Tantam umbram: ideſt tantæ magnitudinis & excellẽtiæ.

Proſiluit:pcul a buſto exiluit í aeream regionem. Semiuſtaq; membra: Quia nec tantũ quidẽ lignorum:& fomenti habuit Codrus:ut plene corpus Põpeii cremare poſſet. Degenerem:ſordidum.

Sequitur cõuexa tonantis: reuertit́ ad comparem ſtellam & ad cæleſte domicilium. Niger aer.i.íferior qui cõtiguus ẽ planetis. Connectitur:cõtiguus eſt:uidelicet iuxta lunam. Aſtriferis axibus: í aeream regionẽ:quæ ẽ inter terram & lunã:nam luna eſt inferior planetarum oíum:ſic enim ſe habent planetæ.Saturnus Iuppiter:Mars:Sol:uenus Mercurius: & luna:axes enim planetarũ globos appellauit:nam í uno quoq; planetarum íntelligi poteſt axis(ſunt eni ſphærici)quẽ alio noie græci polum appellãt. Quodq; patet íter terras.Nã luna íferior eſt planetarum oíum apud quam íferiorẽ aeris regionẽ ſemidei habitant: quos græci heroas uocant:ἀπό τοῦ ἀέρος.i.ab aere qa genere & uirtutibus digni aere.i.cælo habeant́. Quos ignea uirtus:ſecũdum platonicos dixit q aíam dicebãt eẽ ignem & deũ ipſum πῦρ αἰσθητικόν.i. ſenſibilẽ ignem eẽ diffinierũt. Innocuos:q innocenter per omne uitæ ſuæ tempus uixerũt. Aetheris imi. inferioris reſpectu cæleſtis:nam ignis æthereus eſt oíbus ſuperior elemẽtis:nunc autem dicit non poſſe qdem aniam ad ſummum ætherem aſcẽdere:ſed in medio terrarum ac lunæ ſuum domicilium habere. In orbes.i.circulos.

Collegit:ideo dixit quia quas uirtutes amiſerat:dum per planetas uel planetarum regiões deſcẽdit:eas nũc recuperando colligit in unum:ſic enim platonici dicebant per planetas aías deſcẽdere:& ab his uirtutem quãdam contrahere:ut a Saturno pigritiam:a Marte iracũdiam:a Venere libidinem:& ſic de cæteris de quibus uide Macrobium. Non illic auro poſiti:ad comparem ſtellam inqt redeũt umbræ tantummodo eorum: qui cum uirtute uixerunt:non autem diuites ſepulchro decorati:ſecundum platonicos:nam tres fuerunt opiniones philoſophorum deformes:nam Anaxagoras dicebat formas eſſe inter materiam actu:ſed animas latere a nobis & inſenſibiles eſſe:unde idem eſſe dicebãt unum & in omne eſſe:uidelicet formam cum materia: & materiam cum forma.Ariſtoteles qui uiſus eſt melius ſentire dicebat quidem formas eſſe intra materiam:ſed potentia non actu:deinde ab extrinſeco agente de potentia in actum deferri.Plato & platonici dicebant formas eſſe extra materiam in corporibus cæleſtibus ſeparatis quorum qualitas ſub quiſque ſtella naſceretur: corporibus deinde imprimi ab intrinſeco datore:uidelicet deo:qui formarum dator eſſe dicitur:& cum e corpore ad ſtellam comparem redireut ſub qua nati ſunt. Illuc: ad eam ſedem. Thure: ideſt aromatum odoribus. Poſtquam ſe:nunc dicit quomodo Pompeius poſtquam ad regionem illam ubi heroes habitabant peruenit loca illa circunſpicere cœpit:& admiratione quadam perfuſus: reſpexit ad terras: & locum ubi quaſi ludibrium quoddam corpus ſuum iacebat. Impleuit lumine uero:ideſt reuerſus eſt in comparem ſtellam cuius qualitatem & ſplendorem concepit. Stellaſque uagas:ideſt errantes:ſcilicet planetas: unde planetæ dicti ſunt ἀπὸ τοῦ πλανᾶσθαι:ideſt erro. Aſtra fixa polis:dicit non ſolum errantes ſtellas miratum fuiſſe:ſed etiam alias ſtellas fixas polis.Sidus enim a ſido quod eſt ſedeo dicitur:ideo non recipit. y. contra nonnulli uolunt:ut dicatur:& probabilius ἀπὸ τοῦ ὕδατος:ideſt ab aqua:quia ſydera humoribus nutriuntur quod plinius innuit:ideo habet.y. Noſtra dies:quia ad aereæ comparationem lux terrarum tenebræ potius dici debet. Ludibria trunci:cum uideret truncum corporis ſui: ita dilacerati: primo quidem fluctibus maris: deinde ſemiuſtum condi ſepulchro:quaſi riſum continere non potuit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hinc ſuper:Poſt hæc umbra Pompeií uenit í theſſaliam & ſpeculatus eſt q̄d ibi faceret Cæ.deide ad claſſem ſuam uenit:quæ adhuc itacta erat:Cui.Cn.Pompeius cũ Catone p̄fuerat. Sparſas í æquore. Quia adhuc oẽ mare erat pompeianorum. Et ſcelerum uindex:tandem conſiſtit in pectore Bruti & ei íſudit quomodo Cæſarem íterficeret:& ámiſſam libertaté recuperaret. Vindex:qui ſemper tyrannos perſecutus eſt. Inuicti Catonis:in quem nulla ægritudo animi caderet:non ſpes:non metus:non gaudium:non dolor:& qui nullis uincebatur paſſionibus. Ille ubi pendebát:oſtendit ꝙ nulla animi perturbatione moueretur cato:nam etiá Pōpeium ipſum quoad uixit odio habebat: metuebat ení ne ipſe uincens libertatem cum repu.occuparet. Pendebat caſus: quonam íclinaret uictoria. Dominum uictorem. Oderat:quare ergo ſecutus fuerat pompeiũ cato ſi oderat? quia boni oẽs ſeq̄bantur Pom. Auſpitiis raptus patriæ:ſed poſt mortem pom.ideo factus erat pompeianus Cato:ꝙ hæ partes tm̃ ſupererát in quibus ſpes libertatis poſita eſſet. Refouit:recreauit. Trepidátia:morte pompei:& milites ſpectabant: ut quo ſe fortuna íclinaret:eo ſe conferrét: ſed Cato retinuit:& animos illorum trepidantes recreauit:& cũ iá arma deponerent ipſos adhortatus eſt:cá libertatis recipiendæ. Ignauis ma.ꝑ manibus ignauorũ. Nec regnum cupiens:non enim ſeruire metuebat:q̄d ergo eũ adducebat ad libertatem tuendam:ſi non metuebat? non metuebat ſeruitutem q̄a paratus erat mori:metuebat autem aliis:non ſibi.

Hinc ſuper æmathiæ campos : & ſigna cruenti
Cæſaris ac ſparſas uolitauit in æquore claſſes
Et ſcelerum uindex in ſancto pectore bruti
Sedit:& inuicti poſuit ſe mente catonis.
Ille ubi pendebat caſus:dubiumque manebat
Quem dominum belli facerent ciuilia bella
Oderat & magnum:q̄uis comes iſſet in arma:
Auſpiciis raptus patriæ ductuque ſenatus.
At poſt theſſalicas clades:iam pectore toto
Pompeianus erat: patriam tutore carente
Excepit:populi trepidantia membra refouit
Ignauis manibus proiectos reddidit enſes.
Non regnum cupiens:nil cauſæ fecit in arm is
Ipſe ſuæ:totæ poſt magni funera partes
Libertatis erant:quas ne per litora fuſas
Colligeret rapido uictoria cæſaris actu
Corcyræ ſecreta petit: ac mille carinis
Abſtulit æmathiæ ſecum fragmenta ruinæ.
Quis ratibus tantis fugientia crederet ire
Agmina? quis pelagus uictas arctaſſe carinas?
Dorida tũc maleam:& apertam tænaron umbris:
Inde cythera petit:boreaque urgente carinas
Creta fugit: dictæa legit cedentibus undis

Totæ partes:ſpectabat enim ad libertatem cato:non ad libidinem dominandi. Ne per littora:dicit quid fecerit cato metuens cato celeritatem Cæſaris: qui uictoria uti ſciebat:collegit claſſem oẽm & í portum Corcyræ ſubduxit:ut ibi tuta eẽt.

Per littora.i.diuerſa maria. Rapido actu:perſecutione celeri. ná agere pſeq̄ ẽ: ut quos illi bello profugos egere ſupbo: Virg. Mille carinis:adhuc magnæ ſupererant uires partium Pompeianaꝝ: unde pro re magna ac admiráda legitur ꝙ mille carinis Aſiam græci inuaſerint cum ad excidiũ troiæ nauigarét. Fragméta:reliq̄s. Quis ratibus:q̄s crederet mille carinas ítactas fugere q̄ſi uictas? q.d.nemo:nam mille carinæ tantas uires habere poterant:ut non fugerent:ſed uniuerſo orbi terrarum bellũ í ferrét. Tantis:ex quo cognoſci poteſt quátæ fuerít opes romanorum. Arctaſſe pelagus:ut mare redderet anguſtum. Dorida tunc maleam:proſequitur deſcribere curſum quem Cato tenuerit dũ ſtudet reliquias militum Pompeii ſeruare:ſi quam rõnem inire poſſet recuperandæ libertatis. Dorida maleam.i.ioniũ mare nauigat:quod principium ſumit a Malea promontorio circa quod ægeum mare terminatur:& totam inundat ioniam a Malea uſq; ad fines tenari:qua dicitur aíabus deſcẽſus ad inferos eſſe:habet aũt ab oriente creticũ mare a meridie africũ:ab occidente tyrenũ:& circa hæc maria Catonem nauigaſſe dicit. Dorida maleam.i. laconicam:ná circa eá ſunt dores populi laconiæ(ut refert Strabo)Malea eſt poſt urbẽ boiam cũ ad maleá nauigatur Amathus occurrit urbs:íde Aſinæ atq; cythium ſparthanorũ nauale nobile:intra.cc.xl.ſtad.habet ſtationẽ manu effoſſam:fuit non tuta nauigatio ſupra maleá ꝓpter aduerſos uẽtoꝝ flatus:inde ẽ natum uulgo ꝓuerbium cũ ad maleá deflexeris:domeſticos obliuiſcere. Apertam tænaron laconiæ monté í quo deſcẽſus ad inferos eſſe dicit:&(ut inq̄t Strabo)in ipſo laconici littoris inflexu tenarus ripa erecta eſt:ſacrũ Neptuni ædem cõſtructam continẽs in luco ꝓpinquaq; ſpelunca:per quá cerberũ ab inferis ſupius reductũ ab hercule fabulæ canũt:

Cythera:Cythera inſula de qua nunc loquitur Luca.commodis íſtructa portubus & eiuſdem nominis urbe:quam euricles lacedæmonioꝝ aucto in peculiaris iuris poſſeſſioné uendicauit nõ ꝓcul ẽ a malea teſte Strabone libro octauo:í ea uenus culta fuit:& cytherea appellata. Boreaq; urgente:Quia habet ab oriẽte creticũ mare a meridie aphricum:ab occidente tyrrhenum. Creta fugit:ná diſcedẽtibus a littore littus fugere uidet.

Vrgente:impellente. Legit:tranſit. Dictæa:cretenſia:nam dicte mons eſt cretæ.



Tũc.ſ.cum ad phicunté perueniſſet que ciuita s ẽ í ionio:hi portus Catoni Clauſere:iratus cato expugnauit oppidum.& militibus diripiendum tradidit. Aphrica auctore ſolino in duas prominentias extenditur:quarum altera promõtorium candidũ dicitur:alterá quæ eſt in cyrenaica regione phicũté uocant:ea per ſinum creticum oppoſita cretæ inſulæ contra Tenaron excurrit. Impulit.i.euertit. Rapinas.i.meritam diripi claudendo portas catoni. Sparſit:diripuit. Et hinc:uenit deide in africam ad palinurum portum a palinuri troiani gubernatoris nomine appellatum: quum tempeſtate illuc delatus fuiſſet:Eſt etiam palinurus promontorium calabriæ ñ ꝓcul a uelia:notus uel carie uirgiliano.Sed Strabo & ptolemæus Paliurum africæ portum uocant Eſt autem inter.duos alios portus phthiam & batrachum: cui non procul abeſt promontorium Ardanaxes:de quo tamẽ loco amplius quærendum arbitror. Magiſtro:gubernatori palinuro. Libye:caſus nominatiui eſt.

Littora tunc auſum claſſi præcludere portus
Impulit:ac ſæuas meritum phicunta ruinas
Sparſit:& hinc placidis alto delabitur auris.
In littus palinure tuum: neque enim æquore tm̃
Auſonio monumenta tenes:portuſque quietos
Teſtatur libye phrygio placuiſſe magiſtro.
Cum procul ex alto tendentes uela carinæ:
Ancipites tenuere animos:ſocios ne malorum
An ueherent hoſtes.ꝓceps facit omne timendum
Victor:& in nulla non creditur eſſe carina:
Aſt illæ puppes luctus planctuſque ferebant.
Et mala uel duri lachrymas motura catonis.
Nam poſtq̃ fruſtra precibus cornelia nautas
Priuignique fugam tenuit:ne forte repulſus
Littoribus phariis remearet in æquora truncus:
Oſtenditque rogum non iuſti flamma ſepulchri.
Ergo indigna fui duxit fortuna marito
Accendiſſe rogum:gelidoſq; effuſa per artus
Incubuiſſe uiro:laceros exurere crines?
Membraque diſperſi pelago componere magni?
Vulneribus cunctis largos effundere fletus?
Oſſibus & tepida ueſtes implere fauilla?
Quicquid ab extincto licuiſſet tollere buſto.
In templis ſparſura deum:ſine funeris ullo
Ardet honore rogus: manus hoc ægyptia forſan
Obtulit officium:graue manibus.o bene nudi
Craſſoꝝ cineres:pompeio contigit ignis
Inuidia maiore deum:ſimilis ne malorum
Sors mihi ſemper erit? nunq̃ dare buſta licebit
Coniugibus?nunq̃ plenas plangemus ad urnas?
Quid porro tumulis opus eſt?aut ulla requiris
Inſtrumenta dolor?non toto in pectore portas

Portus quie.ideſt portum palinuri in africa tranquillum. Tunc pro: cum ibi eſſent uidere naues procul uenietes.& primo quidem timuere ne eſſent naues Cæſaris:ſed erát naues quibus uehebatur cornelia cum Sexto Pom.& aliis pompeii comitibus. Tendentes ue.inflatæ uentis.

Socios:pompeianos. Præceps facit om.timen.ideſt tanta erat celeritas Cæſaris in conficiendis rebus:ut ubique timeretur. Et in nulla non:ideſt creditur í unaquaque naue eſſe. Luctus:de morte pōpeii. Vel:etiam. Duri catonis: auſteri & fortis.fuit enim ſtoicus Cato uticenſis: quamuis eſſet durus: tamen contineri nõ potuit quin & ipſe ſolueretur í lachrymas.

Tenuit:ideſt retinere tentauit. Priuigni.ſ.Sexti pom.qui filius fuerat Aemiliæ quam Pompeius ante corneliam in uxorem duxit. Rogum:ubi tunc comburebatur Pompeius. Flamma:per quam intelligebat locum eſſe ubi corpus Pompeii cremaretur. Indigna fui:nec merui accẽdere rogum Pompeii:q adeo exiguus erat ut non plene corpus combureret. Componere:in unum colligere. Pelago: per pelagus. Et ſ.fui indigna. In templiſ ſparſura:quia poſtea cineres pompeii in tẽplis deũ condidiſſem.ſi id mihi facere licuiſſet. Ardet honore rogus: quia nemo eſt qui decoret ſepulchrum pōpeii. Manus hæc ægyptia:fortaſſe ægyptius eſt: q meruit cremare pōpeii corpus:quod officium ingratum eſt pompeio:ut ab hoſtili manu cremetur. O bene nudi craſſoꝝ cineres:dicit nunc ſatius eſſe:ut pompeiuſ inhumatus iaceret:quemadmodum Craſſi:q̃ hoſtili manu cremari. Craſſos:quos occiſos cum exercitu deleto rex parthorum Arſacides iuſſit inhumatos iacere. Inuidia maiore deum:ex hoc ꝙ tam ſordido ſepulchro conditus eſt Pompeius cognoſcit ipſum diis inuiſum fuiſſe. Inuidia:odio. Similis ne malorum ſors eadem ne me ſemper fortuna ſequetur: ut ſemper ſim a ſepulchro meorum uirorum remota:ne mortem ipſorum lugeam? Nunquam dare buſta:nunquid mihi licebit itereſſe exeqꝛs uirorum meorum? Nunquam plangemus adurnas: ſed procul a cineribus uirorum remota ſemper ipſorum mortem lugeam: Quid porro?tumulis:quaſi ſe ipſam repræhendens: dicit q̄d opus ẽ ſepulchro:nunq̄d non ſemp mihi obuerſat imago Pōpeii:ut abſentem ẽt q̄ſi p̄ſenté cõplectar. Porro certe. Inſtrumenta:adminicula lachrymarum:pietas eorum quos diligimus eſt quaſi adminiculum doloris.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hæret imago:ut mihi ante oculos poſita ſit. Victura:illa quæ uictura eſt quærat cineres uiri ſui.ego autẽ non ſum ſuperſtes futura. Nunc tamen hic longe:proſequitur comploratiõnem corneliæ:ꝙ cogeretur a nautis deſerere locos ubi Pompeii reliquiæ poſitæ fuerant. Qui fulget:ignis inquit lucens in littore nili oſtendit mihi aliquam partem tui eſſe o Pompei:quo fit ut inuita diſcedam. Oſtendit:noli dicere:ignis non oſtendit:immo non longe hinc oſtendit aliquid eſſe tui.uel legitur nunc,tamen. Maligna luce:ideſt obſcura:quia iam extinguebatur. Flamma reſedit:ideſt extincta eſt. Ferens:pro auferens Pompeium:quia oſtendit cor-

I mpia pompeium?non imis hæret imago
V iſceribus?quærat cineres uictura ſuperſtes.
N unc tamen hic longe qui fulget luce malignã
I gnis adhuc aliquid phario de littore ſurgens:
O ſtendit mihi magne tui:iam flamma reſedit:
P ompeiumque ferens uaneſcit ſolis ad ortus
F umus:& inuiſi tendant mihi carbaſa uenti.
N on mihi nunc tellus põpeio ſiqua triumphos
V icta dedit:non alta terens capitolia currus:
L inquere(ſiqua fides)peluſia littora nolo.
G ratior elapſus felix de pectore magnus:
H unc uolumus quem nilus habet:terræq; nocẽti
N on hærere queror:crimen cõmendat harenas.
T u pete bellorum caſus:& ſigna per orbem
S exte paterna moue:nanq; hæc mandata reliquit
P ompeius nobis in noſtra condita cura
M e cum fatalis lœto damnauerit hora.
E xcipite o nati bellum ciuile:nec unquam
D um terris aliquis noſtra de ſtirpe manebit:
C æſaribus regnare uacet:uel ſceptra:uel urbes
L ibertate ſua ualidas impellite fama
N ominis:has uobis partes:hæc arma relinquo:
I nueniet claſſes quiſquis pompeius in undas
V enerit:& noſter nullis non gentibus hæres
B ella dabit:tñ indomitos memoreſque paternĩ
I uris habere animos:uni parere decebit
S i faciet partes pro libertate catoni.
E xolui tibi magne fidem:mandata peregi
I nſidiæ ualuere tuæ:deceptaque uixi.
N e mihi commiſſas auferrem perfida uoces.

pus Pompeii crematum eſſe. Vaneſcit: quia in eam partem fumus aſcendebat. Et.ſ.quamuis ſint ueſtigia mei Pompeii tamen diſcedere cogor. Mihi:ad dolorem meum. Non mihi nunc tellus:iam felicitatis Pompei oblita ſum: miſeriarum tantum recordor. Gratior.ſ.ægypto:uel q̃ hæc tellus ubi iacent Pompeii reliquiæ.

Terens currus:nam triumphantes ſublimes uehebantur albis equis ad capitolium. Felix.ſ. felicitas Pompeii penitus exceſſit. Hunc uolumus: & quia mihi hæc tellus gratior eſt q̃ huiuſmodi regiones:conſtitui (ſifieri poteſt)nunquam hic diſcedere quoad uita ſuperſit. Si qua fides:ideſt ſi mihi creditis o nautæ. Hunc Pompeium. Hærere: ideſt ꝙ hic perſiſtere nequeam conqueror Crimen commendat harenas:quia hic occiſus eſt Pompeius:mihi commendabiliores & gratiores efficiuntur harenæ. Tu pete bellorum caſus:hic me deſere o Sexte:quoniam hæc mihi grata loca ſunt:ubi poſitæ ſunt reliquiæ põpeii. Tu: quod ad te pertinet accipe reliquias belli & uidica libertatem. id enim eſt quod mihi pater tuus dedit ĩ mãdatis: ut uos monerem. ſi forte aliquid de eo contingeret: nunquam deſineretis patriam cum libertate tueri. Signa: uexilla. Condita cura:repoſita in noſtra ſolicitudine. Me cum fatalis: o Cornelia dicito meis uerbis Cn.&Sexto põpeio hæc uerba o nati poſt mortem meam inquit ſuccedite mihi. Cæſaribus: qui a cæſare deſcendent. Vel ſceptra:ideſt uel reges uel ciuitates:uel populos qui potiuntur rerum impellite uobiſcum ut libertatẽ romanam recuperetis. Vel urbes: libere uiuentes. Sceptra: monarchiam inquit regum. Nominis.ſ. pompeii. Arma relinquo.ſ.tuendæ libertatis. Inueniet claſſes:& ſuperſunt uires adhuc qbus hoc facere poſſitis. uidelicet claſſis adhuc intacta. Quiſquis pompeius: ideſt aliquis ex gente pompeii. Nullis non gentibus:ideſt quibuſlibet nationibus bellum inferre poterit. Tantũ indomitos:uos tantummodo animos gerite dignos paterno nomine:non deerunt uobis opes: non populi quibus dignitatam ueſtram defendere poſſitis. Tantum:tantummodo. Indomitos:ne ſeruire uelitis.

Iuris:paternæ poteſtatis. Vni parere decebit:catoni:ſi modo ipſe uoluerit partes libertatis tueri. Exolui tibi magne fidem: hæc ſunt mandata quæ mihi tradidit Pompeius dum uiueret:illa aperui uobis: ueſtrum igitur erit exequi uoluntatem paternam. Inſidiæ ualueræ tuæ:quia clam id agebas ut ante me e uita excederes. Perfida:qa niſi hæc mãdata apuiſſẽ filiis tuis q̃ pmiſerã a fide deſtituiſſẽ. Auferrẽ.u.ſ.ſi tecũ mortua eẽm.

Iã nũc te p iane chaos:poſtq̃ tibi fidem ſeruaui nũc reliquũ ẽ:ut te ſequar quocunq; ſenſus tuus peruenerit.

Per inane chaos:chaos ſignificat confuſionem elementorum omnium:ſic diffinitur chaos eſt inordinata indigeſtaque moles:& dicitur a χεω. ideſt confundo.nam antequam Deus elementa diuiſiſſet:erant oĩa ſimul confuſa:& hoc chaos apud inferos eſſe dicunt:quia ibi perpetua nox eſt:& confuſio rerum omnium.



Inane:ideo dixit ꝙ ibi ſpiritus ſine corpore habitent:nam inane uacuum dicitu quod ſine corpore eſt. Tartarus locus inferior apud inferos:idem eſt quod chaos.tartarus dicitur ἀπο του τάρἀττειν ideſt perturbando:ꝙ ibi omnia perturbata ſint. Si ſunt ulla:dixit ſecundum epicureos q dicebant animam uel omnia ſimul cum corpore perire: Quam longo tradita leto:uita mihi inſtar mortis eſt:ea uero q̃ longa futura ſit icertum eſt:ſed ſi diuturnior fuerit:pœnas ab ipſa ſumam nimium uiuaci. Pœnas animæ feram:ego mihi ipſi mortẽ conſciſcam. Animæ uiuacis:quæ diu nimiumq; uixerit. Potui:cernens tam dura fui:ut tibi ſuperſtes eſſem:

I am nunc te per inane chaos:per tartara coniunx
S i ſunt ulla:ſequar:quam longo tradita lœto
I ncertum eſt:pœnas animæ uiuacis ab ipſa
A nte feram potui cernens tua uulnera magne
N on fugere in mortem:planctu concuſſa peribit
E ffluet in lachrymas:nunq̃ ueniemus ad enſes:
A ut laqueos:aut præcipites per inania iactus:
T urpe mori:poſt te:ſolo non poſſe dolore.
S ic ubi fata caput ferali obduxit amictu:
D ecreuitque pati tenebras:puppiſque cauernis
D elituit:ſæuumque arcte complexa dolorem:
P erfruitur lachrymis:& amat pro cõiuge luctum:
I llum non fluctus:ſtridenſque rudentibus eurus
M ouit:& inſurgens ad ſumma pericula clamor:
V otaque ſollicitis faciens contraria nautis.
C ompoſita in mortem iacuit:fauitque procellis.
P rima ratem cyprus ſpumantibus accipit undis
I nde tenens pelagus:ſed iam moderatior eurus
I n libycas egit ſedes:& caſtra catonis
T riſtis ut in multo mens eſt præſaga timore.
A ſpexit patrios comites a littore magnus:
E t fratrem medias præceps tunc fertur in undas
D ic ubi ſit germane parens:ſtat ſumma caputque
O rbis:an occidimus?romanaq; magnus ad ũbras
A bſtulit:hæc fatur:quem contra talia frater.
O felix quem ſors alias diſperſit in horas:
Q uique nefas audis:oculos germane nocentes
S pectato genitore fero:non cæſaris armis

& dolore nimio non conficere cũ te oculis meis occidi uiderem? Non fugere in mortem:ideſt tibi eſſe ſuperſtes. Planctu concuſſa peribit:quando ita uiuax fuit anima mea:ut nec dolore quidem mortis tuæ ex hoc corpore diſceſſerit:ſaltem ipſo planctu e pectore diſcedet:quia tam diu pectora plangam:ꝙ ipſam excedere cogã planctus proprie eſt percuſſio pectoris.

Effluet:reſoluetur in lachrymas. Nũquam ueniemus ad enſes:quibus iugulũ aperiamus non ad laqueos non ad præcipitia ueniemus:ſed ipſo dolore peribimus Turpe eſt eni uxori quæ uirum ſuũ amet: non poſtea ipſo dolore perire. Obduxit caput:ordo eſt:illa delituit ubi obduxit caput. Obduxit:circundedit.texit. Ferali:nigro & atro amictu:ſicut lugentes ſolent. Pati tene. ideſt nunquam prodire in lucem. Complexa dolorem: quia quantum dolorem poterat animo cõplectebatur ut cito moreretur. Perfruitur la.ideſt fructum quendam.capit ex lachrymis. Illam non fluctus:cum ſe cornelia in profundam partem nauis recepiſſet: & ibi operto capite obſtinato animo mori ſtatuiſſet:nec clamoribus nautarum mouebatur:nec procellis:aut tempeſtate maris:quin etiam optabat naufragium. Fluctus:perturbatio & iundatio maris. Rudentibus:ideſt propter rudentes.ſunt eni funes quibus uela tenduntur. Clamor. ſ.remigum. Pericula:quia inſtante periculo & procellis armamenta nauium proiiciebant. Votaque ſollicitis.ſ.periculo iſtante:nautæ uotum faciebant: ut in columes in portum uenirent:cornelia uero:ut naufragio periret. Compoſita: conſtructa. Fauitque pro.ideſt gratas habuit procellas. Prima ratem cypros:primum inbuit nauis qua uehebatur Cornelia cum ſexto & comitibus peruenit Cypron: unde curſus in libyam: tandem peruenit ubi erat Cato cum altero Pompeii filio primo genito. Cypros: nominatiuus eſt græcus ἡ κυπρος κυπρου.hæc Cyprus Cypri. Tenens pelagus:ideſt eurus in pelago regnans:nam eurus orientalis eſt:qui idoneus eſt de Cypro nauigantibus in Libyam. Moderatior:quia non nimis uehemens ſpirabat. In libycas ſedes:ibi enim Cato præerat claſſi cum Cn.Pompeio. Triſtis ut in uultu mens:& cum de littore proſpiceret Cn.Pompeius & comites patris de puppe cognouiſſet:iam tunc mens mali præſaga nil boni diuinabat: ſed aliquid mali afferri:quemadmodum fit in magno timore. Præceps: ſine ulla conſyderatione fertur cupidus ſcire quid nam de patre eſſet. Dic ubi ſit:uerba Cn.Pompeii ad Sextum. Stat:uiuit ne an una cum illo periuimus? Romana:res romanæ cum eo perierunt ſi ipſe periit. O felix:nunc magna cum miſeratione fratri reſpondet Sextus Pompeius. O felix.ſ.es o Cn.comparatione mei:quia tibi audire contingit quod patri noſtro accidit.ego autem peiori conditione ſum.ꝙ non audiui:ſed meis ipſe oculis uidi Oculos nocentes:uidendo patrem occidi. Non cæſaris armis:ad indignitatem & moleſtiam hoc quoque acceſſit:ꝙ occiſus eſt iuſſu indigni hominis:nam ſi iuſſu Cæſaris interfectus eſſet:hoc nobis æquiori animo ferendum eſſet.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Dignoque perit auctore ruinæ: nam confiſus eſt regi ptolemæo cuius pater aliquando in regnum redditus fuerat auctore Pompeio patre noſtro:& ipſius iuſſu occiſus eſt. impuro:impio & nocenti rege. Hoſpitiis ſuperis:poteſt eſſe dialyſis ideſt diſtinctio uel ſuperis.ideſt hoſpitalibus diis fretus:uel ſuperis pro ſupernis hoſpitiis ideſt ſuperioris temporis:quia hoſpitio Pompeii uſus eſt.cum pater Ptolemæi in regnum reſtitutus eſt Pō. iuuante quo tempore Romam uenit pulſus a ſorore Cleopatra:ut a ſenatu populoque romano ī regnum reſtitueretur.nunc a Ptolemæo eius filio:tanquam uictima occiſus eſt. Munere tanto:quia auctore Pompeio reſtitutus eſt in regnum. Donati regni: nam milites ſuos Gabinio conceſſerat pōpeius quibus ille reſtitutus eſt ī regnum.

Magnanimi patris: quia fortiter & libēti animo mortuus eſt. Sed me nec ſanguis:ſed tametſi magno dolore cōfectus ſim:ꝙ patrem occiderunt:tamen id mihi etiam multo moleſtius fuit : ꝙ telo patris caput tranſfixum a proficiſcentibus p urbem Alexandriæ geſtatum eſt: & ſeruatū: ut Cæſari uictori oſtendatur. Affecere ſenis:quia ſenex ideo minus moleſtum ē. nam ēt ſi occiſus nō eſſet:tamen haud ita multo poſt moriturus erat. Per urbem: alexandriam. Fidem quæſiſſe tyrannum: ut oſtenſo capite tum denique fidem præſtet commiſſi ſceleris. Nam corpus phariæ:de reliquo corpore nunquid expoſitū ſit alitibus & feris eſca ignoro: an rogo ignis quem de littore uidimus combuſtū ſit. Diſtulerint:dicauerint laniauerint.

Furtiuus:clam accenſus a Codro : Soluerit:cremauerit. Quæcunque iniuria fati:hæc omnia ignoſco ſuperis ꝙ uoluerint patrem meum indigno ēt funere cremari:dūmodo totum corpus uoluiſſent ī aliquo ſepulchro qualecunque illud eſſet condi. Crimina:ꝙ indigne ſepultus fuerit. De parte: de capite. Cum talia magnus:dicit Cn.Pompeium audita cæde patris indignatum fuiſſe:& tanta ira incaluiſſe:ut nec pūctum quidem temporis differre uideretur:quin ſtatim armata claſſe ægyptum peteret:ut manes patris ulciſceretur ſed prohibitus eſt a catone. Magnus:Cn.Pō.prīo genitus. Præcipitate: celerit̃ agi:& rapti de ducite naues ī mar̃.

In aduerſos uētos.ſ.īpellite remis naues ēt cōtra uētū. Ite.i. uenite. Saciate magnū.i.umbrā pompeii. Sanguine tyranni:ptolemæi qui in ipſos patris noſtri ſepulchro:tanquam uictima imoletur.

O ccubuit:dignoque perit auctore ruinæ :
R ege ſub impuro nilotica regna tenente
H oſpitiis fretus ſuperis : & murmure tanto
I n proauos:cecidit donati uictima regni.
V idi ego magnanimi lacerantes pectora patris:
N ec credens pharium tantum potuiſſe tyrannum.
L ittore niliaco ſocerum iam ſtare putaui
S ed me nec ſanguis:nec tantum uulnera noſtri;
A ffecere ſenis:quantum geſtata per urbem
O ra ducis:quæ trāſfixo ſublimia pilo
V idimus:hæc fama eſt oculis uictoris iniqui
S eruari:ſceleriſque fidem quæſiſſe tyrannum :
N am corpus phariæ ne canes:auidæque uolucres
D iſtulerint:an furtiuus quem uidimus ignis
S oluerit:ignoro:quæcunque iniuria fati
A bſtulit hos artus:ſuperis hæc crimina dono.
S eruata de parte queror:cum talia magnus
A udiſſet:non in gemitus lachrymaſque dolorem
E ffudit:iuſtaque furens pietate profatur.
P ræcipitate rates a ſicco littore nautæ
C laſſis in aduerſos erumpat remige uentos.
I te duces mecum:nunquam ciuilibus armis
T anta fuit merces:inhumatos condere manes:
S anguine ſemiuiri magnum ſatiare tyranni.
N on ego pellæas artes:adytiſque retectum
C orpus alexandri pigra mareotide mergam?
N on mihi pyramidum tumuli. euulſus amaſis
A tque alii reges nilo torrente natabunt?
O mnia dent pœnas : nudo tibi magne ſepulchra
E uoluam buſto . iam numen gentibus iſim

Non ego pellæas arces:minatur ſe euerſurum pyramides & ſepulchra omnia regum:quin etiam apim & reliquias deorum ægyptiorum in ſepulchro patris combuſturum eſſe. Arces pellæas: Alexandriæ pars Alexā der condiderat:Pella macedonum metropolis Philippi & alexandri patria fuit:teſte Strabone. Retectum: apertum. Adytis:adytum proprie ſignificat locum arcanum quo nemini:niſi ſacerdoti ingredi licet & ē græca dictio δυω ſignificat ingredior:a priuatiuum eſt. Mareotide : palude ægypti. Non mihi pyramidum: non ne inquit ego reuellam cineres & reliquias regum ac deorum ægypti & ī fluctibus nili obruam? Amaſis: amaſis rex fuit ægypti ut ſcribit herodotus:qui in pyramide ſepultus fuit admiranda.Pli. Atque alii reges : omnium regum ſepulchra & cæterorum qui pyramides ſibi ſtruxerint in ægypto omnia euertentur:& pœnas mihi dabunt pro iniuria & cæde tua o pater. Nudo:inſepulto. Virgilius.Nudus in ignota palinure iacebis harena. Euoluam buſto:eruam ex ſepulcho. Iam numen gentibus iſim:iſis eadem eſt quæ io.fabula quidem nota. Spargam per uulgus:ideſt uulgo diſſipabo. Tectum lino quia oſirim dilaniatum a typhone fratre:uxor eius iſis in mantella recepit.mantella dicitur tela lini qua terguntur manus:inde manticula diminutiuum.hinc eſt ꝙ iſidis ſacerdotes induebantur lineis ueſtibus.Martialis.Linigeri fugiunt calui ſiſtrataq; turba.

Lino:tela linea. Et ſacer apis:erat enim apis taurus:qui quotannis(alii dicunt ſingulis luſtris)egrediebať e nilo & hunc immolabant nilo flumini quo facto:ſtatim nilus omnem ægyptum inundabat:& niſi ille taurus egrederetur:malum erat omen.dicit ergo hunc taurum ſe immolaturum cineribus patris . erat albus frontem & quaſdam paruas corporis partes:cætera uero niger quibus ſignis(ut refert Strabo)iudicabant qui ſit ad ſucceſſionem idoneus:alio uita functo . bos apis in ſepto quodam alebatur & apud ægyptios pro deo habebať: & idem eſt apis ꝙ oſiris. Suppoſitiſque deis: ideſt reliquias deorum reuulſas ex ſepulchris ſuis ſubiiciam capiti patris : & una cum capite uram.

Has mihi pœnas:ſed quod ad ægyptū pertinet:ego eam omnibus diis ac populis deſolatam deſertamque facere inſtitui: ut nec populi nec dii locum illum teneant ſed tantum uacuus ſit manibus patris.

Nec erit.ſ.populus aliquis. Cui:ad utilitatem cuius. Nilus creſcat:ut ægyptum fœcundam reddat. Populis ſuperiſque fu.tangit & illud antiquum quotiens expugnaturi eſſent urbem aliquam antiqui ex ea deos omnes ac deas euocabāt: ne iniuriam diis illis facerent:qui in ea ciuitate colebantur:ſicut apud Virgilium . cū Aeneas oſtendere uellet de troia deſperatum eſſe ait. Exceſſere omnes adytis ariſq; relictis.Dii quibus imperium hoc ſteterat.

Dixerat.ſ.Cn.Pompeius iamq; claſſem deducebat in undas:ut ægyptum peteret ſed Cato prudenter iram iuuenis auertit.

Laudatam iram:quia iuſte iraſcebatur .

Interea totis:nunc deſcribit complorationem quæ facta eſt in funere Pompeii. nam uniuerſus exercitus clamorem ſuſtulit:ut ubique omnia planctu & gemitu reſonarent. Audito fu. ideſt cæde Pompeii. Exemploque carens:nunquam antea auditum fuit uel raro:ꝙ populi potentis mortem lugerent:nam potentes inuiſi ſolent eſſe populis :hic adeo diligebatur ab omnibus: ut omnes ī morte ſua gemitum lachrymaſque dederint. Sed magis: ſic enim:cum aliquis propiquior apparuerit eius qui mortuus eſt : ſolent renouari lachrymæ. Solutas : ſparſas in uultus.

Vt primum in ſociæ: nunc dicit corneliam:poſtquam egreſſa eſt in terram ſocialem ſcilicet in Libyam ſtatim cenotaphiū præparaſſe primo : quam omnes qui ibi aderant ſecuti ſunt:& dignitatem eius imitati cenotaphium ſuis quiſque faciebat:qui in acie pharſalica occiſi fuerant. Collegit ueſtes:rogum inquit extruxit:& rogo ſuperimpoſuit ueſtes Pompeii:& omnia quæ illi cum uiueret cariora fuerāt. ſic enim facere ſolebant antiqui:ut cum corpore mortui omnia quæ illi cara fuerant comburerent.ut Virgilius.purpureaſque ſuper ueſtes uelamina nota:immo equos & ſeruos una cum dominis comburebant. Impreſſas exuuias:intertextas auro:& clauis aureis intextas ſignificat. Pictas:palmatas ut triumphales. Ter conſpecta ioui:quia ter triumphauit & curru ſublimis uectus per urbem fuerat ad alta capitolia. Funeſto intu.igni:ideſt cremauit in rogo. Ille cinis:quia alium cinerem habere non potuit. Accipit omnis exemplum pietas:exemplo inquit corneliæ omnes cenotaphium ſuis quiſque fecit: qui cæſi fuerant in acie pharſalica.cenotaphium dicitur ſepulchrum inane quod ſtruebatur in honorem alicuius: etſi corpus abeſſet nam κενον ſignificat inane & uacuum & ταφος ſepultura. Buſta:rogi. Manibus theſſalicis: ideſt his qui in acie pharſalica occiſi fuerant. Sic ubi depaſtis: nunc dicit per quandam ſimilitudiem quomodo ignes per omne littus apparuerint dicit enim hoc idem facere ſolent apuli:tunc cum renouare uoluerint herbas : nā cōburunt quæcunq; ī agris iueniunt:ut cinis ille fertiliorē reddat terrā:quod etiam Virgilius ī georgicis oſtendit.Stipulā crepitātibus urere flāmis . Depaſtis:a grege. Submitteř:ſuſtituere. Fouet:fœcūdas reddit ťras.

E t tectum lino ſpargam per uulgus oſirim.
E t ſacer in magni cineres mactabitur apis.
S uppoſitiſque deis uram caput:has mihi pœnas
T erra dabit : linquam uacuos cultoribus agros.
N ec nilus cui creſcat erit : ſoluſque tenebit
A egyptum genitor:populis ſuperiſque fugatis .
D ixerat:& claſſem ſæuas rapiebat in undas.
S ed cato laudatam iuuenis compeſcuit iram .
I nterea totis audito funere magni
L ittoribus ſonuit percuſſus planctibus æther.
E xemploque carens:& nulli cognitus æuo
L uctus erat:mortem populos deflere potentis:
S ed magis ut uiſa eſt lachrymis exhauſta ſolutas
I n uultus effuſa comas:cornelia puppe
E grediens:rurſus geminato uerbere plangunt.
V t primum in ſociæ peruenit littora terræ
C ollegit ueſtes : miſerique inſignia magni
A rmaque:& impreſſas auro quas fecerat olim
E xiguas:pictaſque togas uelamine ſummo
T er conſpecta ioui:funeſtoque intulit igni .
I lle fuit miſeræ magni cinis : accipit omnis
E xemplum pietas:& toto littore buſta
S urgunt:theſſalicis reddentia manibus ignem .
S ic ubi depaſtis ſummittere gramina campis:
E t renouare parans hybernas appulus herbas.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Garganus:mons eſt Apuliæ ſiniſtrorſum ab apœnino in mare adriaticum ueniens. Vultur: uultur uel tu Iturnus fluuius eſt qui auctore Strabone per uenafrum mediamque Campaniam labitur. Matinus :promontorium eſt apuliæ. Buceta:paſcua dicuntur ubi boues hyemant.a boue. Non tamen ad magni peruenit gratius:quanq̃ omnes conuicia iactabant in deos:ꝙ tam atroces & infeſti Pompeio fuiſſent: tamen nulla gratior uox fuit manibus Pompeii:q̃ oratio Catonis:quam de ſuis laudibus habuit ſumma cum moderatione. Audet conuitia in ſuperos:ideſt inſectari deos. Pompeiumque deis obiicit:ut inuidiam diis faciat.

Igne fouet terras:ſimul & garganus & arua
Vulturis.& calidi lucent buceta matini.
Non tamen ad magni peruenit gratius umbram
Omne quod in ſuperos audet conuitia uulgus :
Pompeiumq; deis obicit:q̃ pauca catonis
Verba:ſed a pleno uenientia pectore ueri .
Ciuis obit dixit : multum maioribus impar
Noſce modum iuris:ſed in hoc tñ utilis æuo .
Cui nonnulla fuit iuſti reuerentia:ſalua
Libertate potens:& ſolus plæbe parata:
Priuatus ſeruire ſibi:rectorque ſenatus:
Sed regnantis erat:nil belli iure popoſcit:
Quæque dari uoluit:uoluit ſibi poſſe negari .
Immodicas poſſedit opes : ſed plura retentis
Intulit:inuaſit ferrum:ſed ponere norat.
Prætulit arma togæ:ſed pacem armatus amauit.
Iuuit ſumpta ducem:iuuit dimiſſa poteſtas.
Caſta domus luxuque carens : corruptaque nunq̃
Fortuna domini:clarum & uenenerabile nomen
Gentibus:& multum noſtræ quod ꝓderat urbi .
Olim uera fides:ſylla marioque receptis
Libertatis obit:pompeio rebus adempto:
Nunc & ficta perit:non iam regnare pudebit :
Nec color imperii:nec frons erit ulla ſenatus.
O felix cui ſumma dies fuit obuia uicto :

Sed a pleno:pauca quidem uerba fuetant:ſed uera. Ciuis obit dixit : hæc Oratio laudationem funeris continet.mos.n. erat apud antiquos:quod etiam nũc quoque tenetur:ut laudationes haberentur in funere: eorum præſertim qui honore digni haberentur: Oratio eſt perſonæ conueniens: nihil enim fictum Cato : nihil ſimulatum loqtur:nihil ad gratiam.laudat a modeſtia Pompeium:q nunquam plus ſibi ſumpſerit q̃ ciuica conditio pateretur.

Impar maio.fuit quidem:inquit:non comparandus Pompeius priſcis illis imperatoribus:uerumtamen ĩ hac ætate plurimum profuit.nam ſolus ex principibus fuit qui ſe priuatum gereret:q̃uis plæbs illi ſeruire parata eſſet. Noſce modum iuris:ideſt poteſtatis hoc eſt cognoſcere quátum ſibi permitteretur.nunquam enim ſe ſupra ciuicam conditionem extulit. In hoc tamé utilis æuo . quia cum ferme oís iuſtitia periiſſet:in eo adhuc priſtinæ ætatiſ reliquiæ permanſerunt. Cui non nulla fuit iuſti reuerentia : ut non omnino iuſtitiam contemneret:ſed eam uereretur. Salua libertate potens : non enim ipſe in magiſtratibus ſuis tyrannidem exercuit : quia nil contra libertatem geſſit:quanquá princeps ciuitatis eſſet. Et ſolus: ex pricipibus omnibus inuentus eſt Põpeius unus qui ſe priuatum gereret. Plæbe parata: licet prompta eſſet ad ſeruiendũ illi plæbs

Priuatus:qui priuatam uitam gereret.

Rectorque ſena.erat quidem moderator ſenatus:ita tamé ut ſenatus imperaret.

Sed regnantis:non ſeruientis. Nil belli iure popoſcit:ꝙ bello cæteris præſtaret:nil ſibi pluſq̃ cæteri arrogabat. Popoſcit:arrogauit ſibi . Quæq; dari uoluit:non enim ita ipſe petebat honores:ut ab inuitis extorqueret:ſed a uoluntariis acciperet . Immodicas poſſedit op.laudat nunc a libertate. Intulit plus:q̃ ꝙ ipſe immenſas diuitias poſſederit:tamen plures ĩ ærarium intulit q̃ ſibi retinuerit. Inuaſit ferrum:arma Pompeio placuerunt quibus plurimum ualebat: ſed tamen cum tempus pacis eſſet arma deponebat. Prætulit arma togæ:ideſt paci præpoſuit bellum :nunquam tamen bellum ſuſcepit:niſi ut paci conſuleret:hæ laudationes dignæ ſunt & laudatore & laudato. Iuuit ſumpta ducem:placebat Pompeio ſuſcipere honores:placebat illos deponere finito magiſtratu. Poteſtas.ſ.magiſtratuũ

Carens luxu:quia non ſuperfluis rebus Pompeii familia abundabat:ſed his tantummodo quæ ciuicæ conditioni conuenirent. Corrupta:uitiata:nam in felicitate ſe moderatum gerere difficilimum eſt. Clarum & uenerabile:ſed non minori ueneratione q̃ admiratione habebatur Pompei nomen. Olim uera fides: ante quidem uera libertas erat ĩ ciuitate noſtra:ſed poſtquam Sylla.& Marius ciuitatem occuparunt:uera illa libertas periit:tamen fictæ libertatis imago permanſerat ĩ Pompeio ſolo:quæ nunc mortuo penitus tollitur. Receptis.ſ. in urbem. Non iam regnare pudebit:quia poſt mortem Pompeii regnandi pudor omnis extinctus eſt.nam omnes licenter pro ut ſuperiores erunt rempublicam occupabunt. Color:ſpecies quædam imperii. Nec frons:nullaque erit ipſius ſenatus libertas.nam in fronte dignoſcitur quantum unicuique liceat . O felix : nunc ad conſolationem uenit : ſic enim in laudatione funeris fieri ſolet:ut primo eius qui mortuus eſt laudes proſequamur.deinde ad conſolationem eorum ad quos funus pertinet perueniamus. dicit enim nihil eſſe cur implacabiliter cædem Pompeii flere debeant:quando nihil ei mali contigerit:immo uero inſtar fœlicitatis eſſe

dicit:quod a miniſtris Ptolemæi occiſus fuerit. O felix inquit Pompeius eſt qui ſimul cum fortuna & republica periit:nam ſatius fuit Pompeio uicto mori:q̃ uiuere ne indiſcrimen ſeruitutis ueniret:& quaſi cum admiratione legendum eſt. Cui quærendos.i.debuiſſet Pompeius quærere enſes ad ſe interficiendum:niſi a ſceleſto rege darentᷣ:ne poſt tátam cladẽ acceptam ſupereſſet. Forſitan ĩ ſo.& rationẽ ĩfert:dicit enim o Pom. niſi te ptolemæus occidiſſet fortaſſe paſſus fuiſſes Cæſarẽ:ipſo regnante uiuere. Scire mori ſors prima:primum in qt eſt ſcire mori cũ neceſſe fuerit:ſecũdum uero cogi quod proximum fuit cõſecutus ẽ. Proxima cogi : uidelicet turpius ducere in ſeruiture uiuere : q̃ mori. Viris:uirum ſemper de forti dicere ſolemus. Proxima:ſecũda. Cogi : ſ.ad mortem. Et mihi ſi fatis:de ſeipſo capit exemplum felicem fuiſſe ꝙ occiſus fuerit ĩperio ptolemæi:dicit enĩ hanc quo ꝙ fortunam mihi ipſi optauerim: ſi in tyrannide uicturi ſumus:ut rex Iuba ad quẽ nos confugimus:idem mihi faciat. Si fatis.i.ſi fata uolunt:ut ſeruiamus uictori

Et cui quærendos pharium ſcelus obtulit enſes.
Forſitan in ſoceri potuiſſes uiuere regno.
Scire mori ſors prima uiris : ſed proxima cogi:
Et mihi ſi fatis aliena in iura uenimus
Fac talem fortuna iubam.non deprecor hoſti
Seruari:dum me ſeruet ceruice reciſa .
Vocibus his maior q̃ ſi romana ſonarent
Roſtra ducis laudes:generoſam uenit ad umbram
Mortis honos:fremit interea diſcordia uulgi
Caſtrorum bellique piget poſt funera magni .
Cum tharchon motus linquendi ſigna catonis
Suſtulit:hunc rapta fugientem claſſe ſecutus.
Litus in extremum tali cato uoce notauit .
O nunquam pacate cilix:iterum ne rapinas
Vadis in æquoreas ? magnum fortuna remouit:
Iam pelago pirata redis ? tum reſpicit omnes
In cœtu motuque uiros:quorum unus aperta
Mente fugæ:tali compellat uoce regentem .
Nos cato(da ueniam)pompeii duxit in arma
Non belli ciuilis amor:parteſque fauoris
Fecimus:ille iacet quem paci prætulit orbis .
Cauſaque noſtra perit:patrios permitte penates :
Deſertamque domum:dulceſque reuiſere natos.
Nam quis finis erit? ſi nec pharſalia pugnæ

Non deprecor hoſti:quaſi conſolatur illud quod nimium idigne ferebat Sextuſ uidelicet caput pompeii uictori Cæſari uiſendũ ſeruari:non magnifacio inqt:ut ſeruer uictori:uel capite truncato:uel iteger dũmodo mortuus ſeruer. Non deprecor:non recuſo nõ repello: Cicero prima deprecatio defenſoris .i.depulſio. Ceruice reciſa:ſicut pompeius. Vocibus his maior:repetit quod ab initio dixerat ícredibile dictum eẽ:q̃ grata fuerit umbris põpeii catonis oratio. Quá ſi romana roſtra ſonarent. Non tam gtata fuiſſet totius populi Romani oratio :etiam ſi in oĩ foro laudes pompeii decantarentur: q̃ fuerunt hæc pauca catonis uerba. Fremit interea diſcordia uulgi:milites cũ antea pompeium ſecuti fuiſſent nõ tá belli ciuilis cupiditate:aut libertatis ſeruandæ gratia:q̃ ꝙ pompeium amabant : ſublato eo nunc ipſos arma ferre tædebat: & rediiſſent oẽs ad ſuas quiſq; domos:niſi adhortatione catonis retẽti fuiſſent. Fremit : ſecũ murmurat. Tarchon:dux & pricepſ cilicũ quos põpeius deuicerat & deuictis etiam colonias deſignauerat. Rapta:raptim deducta claſſe in mare. O nunq̃ pacate cilix:repræhẽdere cœpit tarchonẽ. Cilix:de cilicia duaq; prouinciarũ noĩa:inuenimus patrium facere:ut a cilicia cilix: a bebricia bebrix. Iterum ne rapinas:iterum ne redis ad antiqua latrocinia:ut piraticam mari exerceas. Magnum fortuna:& cá ẽ cur iterũ redis ad piraticũ & intellexiſti mortuum eẽ pompeiũ. In cœtu motuq; uiros:cũ cœtus fieri incipiunt:aut in ciuitate:aut in caſtris a ciuilibus uel a militibus:ſignum eſt rem ad ſeditionem ſpectare.

Motuque:quia omnes iam moti erant:ut domos ſuas ſe reciperent. Quorum unus:unus auſus ẽ aperte alloqui catonem & ſuam omniumque ſuorum mentem aperire. Nos Cato da ueniam:oratio eſt illius qui ex omni turba auſus eſt aperte ſententiam ſuam dicere & ſociorum. Amor pompeii duxit in arma:ſublata cauſa quæ nos arma ſuſcipere fecit:nihil relinquitur cur bellum perſequi uelimus:auctor autem ſumendi arma Pompeius fuit:ille nobis ademptus eſt:ergo arma nobis deponenda cenſemus. Fauore:beniuolentia & obſeruantia quam in pompeium habuimus. Iacet:ſublatus eſt nobis. Paci prætulit orbis:nam populi:nationes:& gentes quum in pace quieta uiuere poſſent:maluerunt ſuſcipere bellum:q̃ deſerere pompeium. Cauſaque:pompeius cauſa noſtra periit diis uolentibus. Patrios permitte penates : Quod uitæ nobis reliquum eſt:una cum liberis noſtris coniugibuſque uiuere permittas : & iuſtam cauſam eſſe oſtendit:cur uelint ab armis diſcedere:ut uidelicet tandem ſuorum curam habeant. Nam quis erit finis:ſcilicet bellorum?quæ nam cauſa magna ſatis eſſe poterit:quæ nos ab armis abducat:niſi clades pharſalica & ipſe Pompeii interitus ſufficit . Perierunt tempora uitæ:ideſt bello uitam conſumpſimus : quod reliquum eſt nunc morti conſulere debemus:hoc eſt ut geta morte fruamur:quando uita bellis ſemper agitata ẽ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Mors eat in tutũ.i.nobis quieta mors concedatur. Proſpiciat:ideſt prouideat. Flammas iuſtas ideſt debitum honorem ſepulchri. Bellum ciuile ſe.quia occurebat illud:nunquid non fortaſſe etiam ſepulchra conſequemini:ſi in bello peribitis.Minime inquit:uix ducibus ipſis facultas eſt ſepulchri. Ducibus: ne dum multitudini. Non barbara uictos:Reſpondet ad id quod obiici poterat:nunquid ſatius eſt libere mori ꝙ ſeruum uiuere?reſpondet etiam ſi ſeruituri ſint:non barbaris gentibus:ſed cæſari parituros eſſe qui ciuis Romanus erat. Armenium iugum:ſeruitium tigranis regis armeniæ. Scythicum: ideſt regnum ſcythiæ:ideſt nec ſeruituri ſumus Arſacidis ideſt Parthis:qui ut inquit Solinus.Porrectĩ ad terram ſcytharum cum eis concorditer degunt. Togati ciuis:ideſt Cæſaris. Quiſquis ſecũdus: Qui mihi ſecũdus erat uiuente Pompeio:nunc ipſo ſublato primus erit. Sacris præſtabitur umbris:& tamẽ omnino memoriam Põpeii obliuioni nunquam trademus : nam quem ipſi uiuo uolumus præſtare honorem:umbris eius præſtabimus. Clades.ſ.pharſalica cogit nos ut ſubiiciamur uictori. Nullum magne ducem : ad Pompeium abſentem apoſtrophat:noſ o Pompei:nullum ducem ſequi maluimus præter te dum uiueres:ſed poſt mortem tuam meliora fata ſequemur. Neq.n. ſperare ſecũda:poſt mortem Pompeii nõ eſt mihi fas ſperare ſecũda : ſed nec liceat qdem &recte dicit:nam aliud eſt licere:aliud decere:quod decet honeſtum ẽ: quod uero licet plærunq; turpe:ut regibus multa quidem licent:quæ tamẽ non decent: ut in exilium bonos pellere: Fas: ſecũdum ius diuinum ius uero humanum. Fortuna:ideſt felicitate. Aemathium:ideſt exercitum Pompeii. Clauſa fides miſeris:ideſt fides quam præſtare Pompeio debuimus:finita eſt.Virgilius. Ante diem clauſo cõponet ueſper olympo. Et toto ſolus in orbe eſt: Vnus tantum ſupereſt mortuo Pompeio:q uelit & poſſit nos uictos ſaluos facere. Pompeio ſcelus eſt:Dum pompeius uiueret:licuit nobis bellum gerere ipſo duce cui fidem pmiſeramus:ſed ipſo mortuo ſi bellum gereremus impii eſſemus : quia ſponte noſtra id faceremus. Quo fuerat uiuente fides:quia iureiurando addicti eramus ad omnia quæ nobis iuberet.

Nec pompeius erit?perierunt tempora uitæ
Mors eat in tutum : iuſtas ſibi noſtra ſenectus
Proſpiciat flammas:bellum ciuile ſepulchra
Vix ducibus donare poteſt:non barbara uictos
Regna manent : non armenium mihi ſæua minatur
Aut ſcythicum fortuna iugum:ſub iura togati
Ciuis eo:quiſquis magno uiuente ſecundus:
Hic mihi primus erit : ſacris præſtabitur umbris
Summus honor:dñm quem clades cogit habeto.
Nullum magne ducem:te ſolum in bella ſecutus
Poſt te fata ſequar. neque enim ſpare ſecunda
Fas mihi:nec liceat:fortuna cuncta tenentur
Cæſaris:æmathium ſparſit uictoria ferrum.
Clauſa fides miſeris:& toto ſolus in orbe eſt.
Qui uelit & poſſit uictis præſtare ſalutem.
Pompeio ſcelus eſt bellum ciuile perempto.
Quo fuerat uiuente fides:ſi publica iura
Si ſemper patriam ſequeris cato : ſigna petamus
Romanus quæ conſul habet:ſic ille profatus
Inſiluit puppi:iuuenum comitante tumultu
Actum romanis fuerat de rebus:& omnis
Indiga ſeruitii feruebat littore plæbes.
Erupere ducis ſacro de pectore uoces.
Ergo pari uoto geſſiſti bella iuuentus.
Tu quoque pro dominis:& pompeiana fuiſti

Si publica iura:ad Catonem conuertitur:ſi leges Romanas ſequeris o Cato:& hoc tuum eſt ꝓpoſitum ut eas ſerues:nec unquam ab amore patriæ diſcedas:his legibus cogeris ſequi Cæſarem conſulem:& leges uolunt:ut omnes conſuli parere debeant:igitur nec tu aliter facere potes ſaluis legibus. Petamus:ſcilicet tecum. Sic ille:Quiſquis fuit:qui auſus eſt libere contra Catonẽ loqui:hæc cum dixiſſet in puppem iſſiluit:& alii quidem eum comitabantur eo animo:ut ſe ad Cæſarem tranſferrent. Tumultu:turba iuuenum. Actum Romanis:& tantum quidem ualuerat huius adhortatio ut cæteri quidem ad fugam inclinarent:niſi Cato illos ſeuera repræhenſione retinuiſſet. Actum de rebus ideſt ad finem peruenerant res Romanæ. Et omnis:ideo finis erat reipublicæ:quia omnes parati erãt cæſari ſeruire. Indiga:ideſt indigens ſeruitii. Pari uoto:ſimili deſyderio ſicuti Cæſariani fecere:ut ſi põpeius uinceret:ipſe quoque faceret ſe dominum rerum. Pro dominis:pro uictoria dominorum. Et Pompeiana fuiſti:nam antea credebam te fuiſſe Romanum:& tuas copias retinere:quæ ꝓ repu:& libertate pugnarent:nunc cum Pompeianus ſis non pro republica pugnaſti:ſed pro pompeio:ut uictor ipſe regnaret.

Quod non in regna:dum Pompeius uiueret pugnaſti:ut ipſe regnaret:at uero illo mortuo ſi pugnabis certum erit tibi bellum fore non dominis. Tibi:ideſt te ad utilitatem tuorũ pugnaturum eſſe:non aliorũ ob hanc cãm fugis bella:cum uehementius appetere deberes. Non ducibus:non pro regno:ſed pro libertate:Si uiuus uincis:tibi uincis & non ducibus:ſicut ante:ſi moreris pro libertate moreris pro te:& non ꝓ regno cuiuſq;. Quod orbem acquiris:Quia ſi uictor fueris tibi dominus eris & non aliis. Tutum ẽ periculoſum antea fuit uincere quia ſi uiciſſes fortaſſe pompeius libertatem occupaſſet:nuuc autem nil tale tibi metuẽdum eſt. Vacante: ideſt ceruice libera hoc eſt cum liber ſis ſeruitutem requiris. Cauſa pericli:antea ĩquit pompeii cã pugnaſtis:mortuo ipſo uunc ꝓ uoto & libertate ueſtra bellum geretis. Digna uiris.i.qui uelint libertatem ſuam recuperare. Potuit ueſtro Pompeius abuti ſanguine:ut pro ipſius regno ſanguinem ueſtrum funderetis. Cum prope libertas:Quia ex tribus dominis craſſo Pompeio & Cæſare unus tantummodo ſupereſt Cæſar. Patriæ iugulos enſeſq;:Quibus pro pompeio antea pugnaſtis:nunc patriæ pugnare non uultis. Pudeat plus regia nili:uos ĩquit pudere deberet:ꝙ plus ad libertatem comparandam Ptolemæus contulerit:& arſacides rex parthorum ꝙ ipſi uos cõferre uelitis:nam arſacides interfecit Craſ. ptolemæus iuſſit occidi pompeium barbari ergo reges meliores fuere libertatis defenſores ꝙ uos. Contulit ad leges.i.plus ꝓfuit ad leges patriæ ſeruandas occidendo Pompeium. Mili.ar.quia ſagittis oppreſſerant Craſſum cum exercitu ſuo parthi. Munus:quia inſtar muneris uobis eſſe debet:ꝙ ptolemæus iuſſerit occidi pompeium:ut nunc deniq; libere pugnetis. Quis ueſtras:& iuſta cauſa ẽ cur ad libertatem tranſeatis:neq; enim ſuſpicari poteſt tam uiles ac ignauos homines bella contra Cæſarem geſſiſſe: immo non interfuiſſe pugnæ pharſalicæ : quare Ceſar uobis ueniã facile præſtabit. Terga dediſſe.primo congreſſu ĩ fugam fuiſſe conuerſos. Ab æmathiis philippis: ergo quia non exiſtimat poſſe contra uos

Non romana manus:ꝙ non in regna laboras.
Quod tibi non ducibus uiuis:moteriſq; : ꝙ orbẽ
Acquiris nulli:ꝙ iam tibi uincere tutum eſt
Bella fugis?quæriſque iugum ceruice uacante.
Et neſcis ſine rege pati:nunc cauſa pericli
Digna uiris:potuit ueſtro pompeius abuti
Sanguine:nunc patriæ iugulos enſeſq; negatis?
Cum prope libertas unum fortuna reliquit
Iam tribus e dominis:pudeat. plus regia nili
Contulit in leges:& parthi militis arcus
Ite o degeneres ptolemæi munus & arma
Spernite:quis ueſtras ulla putet eſſe nocentes
Cæde manus?credet faciles tibi terga dediſſe.
Credet ab æmathiis primos fugiſſe philippis.
Vadite ſecuri:meruiſtis iudice uitam
Cæſare.non armis:non obſidione ſubacti.
O famuli turpes : domini poſt fata prioris
Itis ad hæredem?cur non maiora mereri
Quam uitam ueniamque libet?rapiatur in undas
Infelix magni coniunx proleſque metelli:
Ducite pompeios:ptolemæi uincite munus.
Noſtra quoque inuiſo quiſquis feret ora tyranno
Non parua mercede dabit:ſciet iſta iuuentus
Ceruicis pretio bene ſe mea ſigna ſecutam.
Quin agite:& magna meritum cum cæde parate.

arma gerere:ſtatim ſimulac cõmiſſa pugna fuerit:ipſe uos ſuſcipiet & ueniam præſtabit. Iudice Cæſare: quia ſe nihil offenſum a uobis putabit. Non armis:ſed ſponte ueſtra in deditionem ueniſtis. O famuli turpes:color rhetoricus qui appellatur conceſſio:nam quod concedere uidetur id maxime negat : & quotiens utimur conceſſione uerba quædam inſerimus:quæ uim habent prohibentis:cum eos degeneres & turpes famulos appellat concedere uidetur:tamen maxime negat. Poſt fata:ideſt mortem. Ad hæredem:ſcilicet Cæſarem hæredem dominationis pompeii. Cur non maiora:ſed ſi ita inquit animus eſt cur non audetis maiora beneficia Cæſari præſtare?uidelicet ut occidatis pompeii filios & Corneliam occidatis me quoq; ipſum:neque enim paruo id præmium emptum uoluerit Cæſar. Quam uitam ueniam: ideo nõ debetis eſſe contenti uenia: quando poteſtis Cæſarem uobis maiore beneficio deuincire. Rapiatur: obruatur in undas. Infelix coniunx:cornelia. Proleſq; metelli:Quia filia erat Scipionis & de Metellorum ſanguine. Pompeios.ſ.Sextum & Cneum. Ptolemæi uin.munus.ptolemæi iuſſu unuſ tantummodo occiſus eſt pompeius:ſed Cæſaris iuſſu duos filios:uxorem:& me quoque Cæſari inimiciſſimum occidere poteſtis. Noſtra ora.i.caput mei catonis. Non parua mer.quia ille pro oblato capite noſtro magnum a Cæſa.præmium recipiet. Iſta iuuentus:ſcilicet quæ tranſit ad Cæſarem cognoſcet ꝓ ꝓfuiſſe ſibi quod ſub me militauerit: quia uidelicet me occidendi & caput offerendi occaſionem habuerit. Quin agi.te hortantis eſt:nihil eſt ꝙ dubitetis iam dudum nos occidere:ſcelus enim feciſſe tantum fugiendo ignaui

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

hominis eſt. Magna cæde.ſ.Corneliæ & filiorum pompeii & mei ipſius. Ignauum ſcelus:ideſt ignaui hominis ſcelus eſt quod fuga committitur. Et omnes:nunc dicit quem effectum inſectatio catonis habuerit: omnes enim ſtatim mutata ſententia accenſi ſunt ad gerendum contra Cæſarem bellum:& per ſimilitudinem oſtendit quẽadmodum inquit apes cum aluearia deſeruerint:& ſparſæ quo impetus tulit:diſſipentur:ſimulat ꝗ; uocem ſtrepentis æris audiuerint in aluearia redeũt uel certe de ramo arboris:ueluti racemis uuæ dependẽt: ita Cato uoce ſua reuocauit milites. Effœtas:uacuas. Faui:fauus proprie dicitur congeries mellis ac ceræ. Non miſcent nexibus alas: ideſt nõ pedibus pendent ſe inuicem ſuſtinentes alis. Volant ſibi:ideſt arbitrio & uoluntate ſua:& non regis. Nec deguſtat thymum:ideſt nec ipſis curæ ẽ mellificare.

Amarum:non amarum: ſed tanquam amarũ fugiũt. Thymus flos eſt quo mel apes conficiunt optimi odoris:qui etiam in melle ſentitur:nunc ergo dicit fugiunt thymum:quem ante cupidæ mellis tanto pere colligunt. Deſidioſa:ignaua: quia nullam mellis curã habet. Sonus increpat æris:quia galli phryges cybellis matris deum ſacerdotes ſonitu æris utebantur ĩ ſacris eius:pulſu aũt æris apes ſtatim reuocantur. Attonitæ.i.tanꝗ attonitæ:

Poſu.fu.a fuga deſtiterunt. Studiũq; laboris:ſtudium quod depoſuerãt colligendi flores:nunc repetũt. Gaudet.ſ. paſtor cui curæ ſunt apes:ubi uidit eas in aluearia redire. Hyblæo gramine:hybla:ut ĩquit Strabo Siciliæ ciuitas fuit:ꝗ penitus euanuit:eſt & hybla: iuxta tractũ megarenſium:quorum ſolum(ut idem dicit)Atticæ regionis pars extitit:hic optĩa mella cõgerere referũt poetæ: per excellẽtiam ergo dicit hyblæo gramine: nã mel atticũ cuncta bonitate ſuperat:eo uero illud longe præſtantius eſſe dicitur: qđ ad Argentarias gignitur:& atticæ e mõtibus mel optimum gignit hymetus. Diuitias:ideſt apes. Caſa:nam caſa domus paſtoralis eſt:ſic dicta a cadẽdo ꝙ cito cadat. Iuſti martis:pro libertate ſuſcepti.

Ignauum ſcelus eſt tantum fuga. dixit:& omnes
Haud aliter medio reuocauit ab æquore puppes
Quam ſimul effœtas linquunt examina ceras:
Atque oblita faui:non miſcent nexibus alas:
Sed ſibi quæque uolat:nec iam deguſtat amarũ
Deſidioſa thymum:tum ſi ſonus increpat æris
Attonitæ poſuere fugam:ſtudiumque laboris
Floriferi repetunt:& ſparſi mellis amorem.
Gaudet in hyblæo ſecurus gramine paſtor
Diuitias ſeruaſſe caſæ:ſic uoce catonis
Inculcata uiris iuſti patientia martis.
Iamque actu belli non doctas ferre quietem
Conſtituit mentes:ſeriemque agitare laborum.
Primum littoreis miles laſſatur harenis:
Proximus in muros:& mœnia cyrenarum
Eſt labor excluſus:nulla ſe uindicat ira
Pœnaque deuictis ſola eſt uiciſſe catonem:
Inde peti placuit libycis contermina mauris
Regna iubæ: ſed iter mediis natura uetabat
Syrtibus:has audax ſperat ſibi cedere uirtus.
Syrtes uel primam mundo natura figuram
Cum daret in dubio pelagi:terræque relinquit.

Inculcata:ingeſta. Iamq; actu.i.exercitio belli:Cato ubi cognouit ĩcertas militum mentes:ſtatuit non permittere militibus ocium dari:ſed eos continue ĩ laboribus cõtinere ne qđ de fuga cogitãdi ſpatiũ daret. Cõſtituit:ideſt pauit. Seriẽ laborũ:ordinẽ laborũ ſine itermiſſione. Primũ littoreis:primum uoluit illos exercri:ludentes palæſtra:nam currere in littore & harena non eſt mediocris labor. Proximus: ſecundus labor fuit. In muros:cyrenæi portum clauſerant Catoni & claſſi eius:cyrenæos ergo expugnare inſtituit cato:& ita ſecundum hiſtoriam expugnauit:tamen ipſis permiſit ſuo iure uiuere:neque enim(ſicuti meruerant) militibus diripiẽdos permiſit. In:aduerſus muros. Et:pro ideſt. Cyrenarũ:cyrenæ:ut refert Solinus:oppidũ ẽ quod maior ſyrthis oſtentat:hoc Battus lacedæmonius rege Martio res Romanas tenẽte poſt troiam captam condidit:quæ domus Callimachi poetæ fuit & patria. Excluſus:a portu cyrenarum. Nulla ira: Quia in animum ſapientis perturbatio nulla cadit. Pœnaq;.i.hãc ſolam uictis pœnam ĩferebat cato:ut ſuo imperio ſubiicerentur:& illis omnia ſua relinquebat. Inde peti placuit:poſt hæc conſilium cepit cato petendi Iubam regem ſocium & amicum populi Romani:ut eius ope & auxilio exercitum cõpararet ſatis firmũ: quo Cæſari reſiſtere poſſet. Contermina mauris:quia iuba rex numidiæ eſt:quæ mauris finitima eſt: ſed ſyrtes intercipiebant iter. Mediis:nam in medio poſitæ erant:nec per ſyrtes nauigari poterat. Has audax: & quanquam ſyrtes interciperent nauigationem:tamẽ tm̃ uirtutis aĩo conceperat cato:ut eas euadere ſe poſſe ſperaret. Syrtes uel primam:ſunt autem ſyrtes media loca ĩ mari:quæ nunc areſcunt:nunc uero undis ac fluctibus exundant:unde ſyrtes dictæ ſunt.ἀπὸ τοῦ σύρειν.i.a trahendo:quia fluctus ita trahit aquas:ut harena ſicca relinquatur aliquando in littore:id quãobrem fiat ꝗrit hoc loco Lucanus:erit autem ordo:natura uel reliquit ſyrtes in dubio pelagi terræq;:cũ daret primam figuram mundo:uel ſyrtis olim erat altior pelago:nam



neq; hæc omnia per parentheſim leguntur:nam poſita una coniunctione in prĩcipio orationis:requirit alia cõiunctio:ut fiat perfecta oratio. Cum natura daret mundo primam figuram:ideſt cum primũ natura res omnes produceret:hoc eſt cum materiæ formam daret:nam forma eſt quæ dat eſſe rei:nam forma idem agit ꝙ deus:ideo laudatur li.phyſicorum ab Ariſtotele mirifice forma:quia idem habet ꝙ deus:ſicut Deus dat eſſe rebus ita forma dat eſſe materiæ: In dubio pelagi:quia nec plene pelagus:nec plene terra & quomodo reliquit in dubio declarat. Nam neq; ſubſedit:i.non oĩno extitit ĩfra undas.

Nam neque ſubſedit penitus: quo ſtagna ꝓfundi
Acciperet:nec ſe defendit ab æquore tellus:
Ambigua ſed lege loci: iacet inuia ſedes
Aequora fracta uadis:abruptaq; terra profundo.
Et poſt multa ſonant proiecti littora fluctus.
Sic male deſeruit: nulloſque exegit in uſus
Hanc patrem natura ſui:uel plenior alto
Olim ſyrtis erat pelago:penituſque natabat.
Sed rapidus titan ponto ſua lumina paſcens
Aequora ſubduxit zonæ uicina peruſtæ.
Et nunc pontus adhuc phœbo ſiccãte repugnat.
Mox ubi damnoſum radios admouerit æuum
Tellus ſyrtis erit:nam iam breuis unda ſuperne
Innatat:& late periturum deficit æquor.
Vt primum remis actum mare propulit omne
Claſſis onus:denſis fremuit niger imbribus auſter
In ſua regna furens:tentatum claſſibus æquor
Turbine defendit:longeque a ſyrtibus undas
Egit:& in lato confregit littore pontum.
Tum quarum recto deprændit carbaſa malo
Eripuit nautis:fruſtraque rudentibus auſis
Vela negare noto:ſpacium uicere carinæ
Atque ultra proram tumuit ſinus:omnia ſiquis

Stagna profundi:ut aqua eſſet profunda & nauigabilis. Nec ſe defendit:ideſt nec extra undas ſtetit: ideo non defendit ſe omnino ab æquore. Sed inuia:qua nauigari non poteſt. Lege ambigua: qa nec plene terra:nec plene aqua dici poteſt. Aeqnora fracta uadis:uada proprie dicũtur per quæ pedibus iri poteſt. Abruptaq; terra.itercisa:quia intercisionibus retardantur fluctus:qui ſtatim cum ad littora ueniunt:reſonant:uerũtamen ad oẽs ĩterciſiones fluctus peruenire nõ poſſunt

Poſt multa littora:appellat littora aggerem harenæ. Male.i.inutiliter deſeruit. Nulloſq; exegit in uſus:quia nec ibi habitãt homines nec piſces: tres ꝑtes ſunt quæ ĩcoluntur a diuerſis animãtibus terra ab hoibus feris & ꝗdrupedibus habitãt: aqua a piſcibus:aer habitatur ab alitibus:ſunt etiam ꝗdam aĩalia cherſydra: ſiue ἀμφίβια:quæ partim terram ĩcolunt partim aquam ſicuti ranæ & teſtudines:dicit ergo ſyrtes iutiles eſſe:qa nulli generi aĩantium utiles ſint. Vel plenior alto: uel ſupioribus quidem tꝑibus ſyrtis fuit obrupta pelago:ut per eam ꝑtem nauigari poſſet. Sed rapidus titan.rationẽ naturalẽ tangit:corpora enim cæleſtia:eo ꝙ ſunt lumina ignea:ideo paſcuntur undis: & humore:unde & philoſophi uiderũt fore aliquando:ut oĩs hic mundus aliquando arderet:poſtꝗ cõſumpta eſſet aqua & humor oĩs. Rapidus titan.ſol uſq; ab initio cum creatus ẽ mundus:paulatĩ calore ſuo areſecit ſyrtes:nam ſol & cetera ſydera humore terreno paſcũtur.Pli. Zonæ uicina peruſtæ:eſt ratio ꝗobrem iſtic exaruit mare:quia torridæ zonæ propinquæ ſunt ſyrtes. Et nunc põtus adhuc:& quamuis radiis ſolis:& ipſa ſtellarum flãma exaruit mũdus:tamen hactenus reſtitit aqua igni:ſed erit tempus ꝙ omnia conſumet. Repugnat.ſ.calori ſolis & ſtellarum. Mox ubi dannoſum:ſed poſt longũ tempus cũ ſenſim undam omnẽ exhauſerit calor ſolis:loca ſyrtiũ penitus areſcent:& nihil niſi terra relinquetur. Dãnoſum æuum:quod detrimẽtũ facit. Nam iam breuis unda:quid futurum ſit apparet ex eo quod factum eſt:quia maxima pars undarum cõſumpta ẽ ſequitur omnem aquam conſumptum iri. Vt primũ remis:poſtꝗ dixit ſuam de natura ſyrtium ſententiã:nunc ad propoſitũ Lucanus redit.dicit paſſos fuiſſe tẽpeſtatem milites poſtꝗ nauigare cœperũt. Actum:impulſum. Omne onus claſſis.i.omnẽ claſſem catonis. Denſis fremuit:ſtatim auſter cum ĩgenti & effuſo imbre ĩpulit naues.

In ſua regna furens:quia auſter flat a meridie. Turbine:ĩpetu ſuo nam naues repellebat ab undis. Egit: repulit ut per eas nauigari nõ poſſit:& ita defeadit. Illato littore.i.cumulo harenæ:quia impetus uenti abſtulit mare & aggerẽ harenæ reliquit. Tũ quarũ recto:quarũ nauiũ uela uẽtus cõprehẽdit:has ĩpulit ĩ littus:ſed quarũ uela nautæ in ſũmũ mali rudẽtibus traxerũt:has naues in ſyrtes uentus ĩpulit. Tũ.ſ.auſter eripuit naues. Deprehẽdit.i.corripuit. Nautis.i.poteſtati nautarũ.quia non habẽt poteſtatẽ gubernare naues nimio impetu uenti ſublatas. Fruſtraq; rudentibus auſis :nautæ ſi tentaſſent rudentibus uela in ſummum mali trahere:uentus uiolabat nautas:ita ut cogerentur relaxare rudentes:quibus relaxatis uentus ita inflabat uela : ut ſpacium nauis præterirent. Spacium carinæ:quia uela inflata ultra proram tranſibant. Sinus.i.uelum intumuit. Omnia ſi quis:ꝙ ſi quis etiam in ſummum mali ſubduxiſſet antemnas:una cum uelis uentus repellebat naues:etiam ſolis armamentis:nam uelum & antemna ſunt armamenta nauis. Prouidus.i.qui prouidit

Prouidus antemnæ ſuffixit lintea ſummæ
Vincitur:& nudis auertitur armamentis.
Sors melior claſſi quæ fluctibus incidit altis:
Et certo iactata mari:quæcunque leuatæ
Arboribus cæſis flatum effudere frementem:
Abſtulit has liber uentis contraria uoluens
Aeſtus:& obnixum uictor detruſit in auſtrum.
Has uada deſtituunt: atque interrupta profundo
Terra ferit puppes:dubioque obnoxia fato:
Pars ſedet una ratis:pars altera pendet in undis.
Tunc magis impactum breuius mare:terraq; ſæpe
Obuia conſurgens:quamuis eliſus ab auſtro
Sæpe tamen cumulos fluctus non uicit harenæ.
Eminet in tergo pelagi procul omnibus aruis
Inuiolatus aqua ſicci iam pulueris agger.
Stant miſeri nautæ:terræque hærente carina.
Littora nulla uident:ſic partem intercipit æquor.
Pars ratium maior:regimen clauumq; ſecuta eſt
Tuta fuga:nautaſque loci ſortita peritos
Torpentem tritonos adit illæſa paludem.
Hanc(ut fama)deus quem toto littore pontus
Audit:uentoſa perflantem murmura conca:
Hanc & pallas amat:patrio quæ e uertice nata.
Terrarum primam libyem(nam proxima cælo eſt
Vt probat ipſe calor)tetigit:ſtagnique quieta
Vultus uidit aqua:poſuitque in margine plantas:

ſet anteq̃ uentus nimius inuaderet. Lintea.uela ſubducẽs. Nudis armamentis.ſ.ſine uelo & malo & antẽnis quæ ſunt armamenta nauiũ. Sors melior ol.ps nauium fuit:quæ meliorem exitũ hũit.& mari trãquillo nauigauit. Certo mari.nõ i ſyrtibus ambiguis. Quæcunq; leuatæ.i.ps earum nauium quæ ſunt ſubleuatæ ab undis maris.cæſis arboribus:dimidia parte ſui a terra recepta eſt:a media parte a mari. Arboribus cæſis: Quia hoc neceſſe erat contra tempeſtatem incidere arbores:ne uentus i malum nauis impetum faciens naues ſubuerteret. Leuatæ.ſ.ab undis maris. Effudere flatum.i.emiſere uentum: nam cum armamenta nauis uẽto reſiſtunt:non emittitur uentus: immo retinetur. Has:alias naues. Contraria uoluens:quia æſtus maris erat contrarius uentis:& tantus erat æſtus ut uiceret uentum. Voluens:inuoluens. Contraria:uentis oppoſita. Detruſit.ſ.illas naues. In:contra auſtrum. Obnoxiũ.i.oppoſitum:quia plus ualuit æſtus:quã uentus. Has.i.earum nauium partem.

Deſtituũt.ſ.ne nauigare poſſent: Interrupta:interciſa.eſt enim deſcriptio ſyrtium:ſyrtis enim eſt terra interrupta. Obnoxia fato:quia pars nauis terræ cõtinebatur:pars mari.ideo incertũ an terra an mari morerẽtur. Dubio fato:incertæ morti. Sedet.ſ.terræ. Altera pendet.ſ.ps puppis pendet in undis. Tunc magis: nam quia breuius mare:iõ etiã magis patebat uentis uentuſq; magis in nauem irruebat. In pactum.ſ.in nauem. Obuia terra:quam uẽtus impelleret. Quãuis eliſus ab auſtro:q̃uis fluctus frequenter elideretur a uentis:tamen non poterat tantam uim habere:ut moueret naues.

Cumulos harenæ:qui in medio profũdo inuicti erant. Eliſus:impulſus a uento:q̃uis impelleretur ab auſtro;tamẽ fortius ĩpeliebatur ab harenæ cumulo. Eminet:apparet & extat. In tergo:in ſuperficie maris. Procul oĩbus:quia repellebat undas. Inuiolatus aqua:quia aqua illuc peruenire non poterat. Stant miſeri:qa naues partim terræ infixæ tenebantur:partim in aqua pendebãt. Stant:icerti quo fato pereant. Terræq; hærente carina:q̃uis in ſicco deſtituta eſſet nauis:littora tamen non uidebant. Pars ratium maior ĩcolumis euaſit:ea præcipue quæ nautas uehebat locorum pitos. Regimen clauumq;.i.regimen claui endiadis. Fuga.i.nauigatione. Nautas loci pitos:ꝙ ea ẽt ſuperiori tempore nauigauerant. Illæſa:integra. Hanc ut fama deus:triton deus marinus eſt:hunc tubicinem neptuni dixerunt: & tyberio principi nuntiauit oliſiponenſium legatio ob id miſſa:inuentum eſſe huiuſmodi piſcem in ſpelũca canentem conca teſte pli.ſicut poetæ & ſcripſerunt:nunc ergo dicit hunc locum tritonem coluiſſe deum: & eundem & placuiſſe palladi:ꝙ cum primum nata de capite patris e.coelo deſcendiſſet ad ea loca quæ uiciniora erant peruenit:& ꝙ hanc paludem dilexerit de nomine eius ſe tritonidem appellauit.ideo palus tritonis appellatur:ꝙ ea mirifice delectaretur triton:eandem etiam dilexit pallas:ꝙ ibi ſe frequenter lauare ſolebat. Deus:triton. Quem toto li.i.deſcribit tritonem neptuni tubicinem. Conca.i.tuba uirg.Dũ perſonat æquora conca. Patrioq; e uertice nata:ſic fingunt poetæ de uertice iouis natam eſſe palladem:& habẽt rationem phyſicam:quia pallas Dea eſt ſapientiæ.iõ de cerebro iouis natam eſſe finxerunt.nam deos ad ſimilitudinem humanæ imbecillitatis fingebant:fingunt hæc quidem poetæ & addunt ludibria quædam:ꝙ cum caput clamaret & partum edere uellet:iuppiter iuſſit Vulcano filio:ut ſubtiliſſimo ferro caput aperiret:ille ſecurim fabricauit adeo tenuem:ut ſine doloris ſenſu caput aperiret patri:ex quo ſtatim eſt nata Pallas ſed ille hoc pacto aperuit ut quod ex illo naſcereť ſibi cõiũgeret:ita tamẽ ſi ei placeret.Pallas ubi uulcanũ uidit adeo deformẽ:indignata ſtatim aufugit:& primam tellurem petiuit libyen:eo ꝙ coelo proxima eſſet. Ipſe calor:Quia libya feruentiſſima eſt cæterarum regionum. Stagniq; quieta:& uultus ſuos ſpeculata eſt in liquida palude.



Et ſe dilecta tritonida dixit ab unda.
Quam iuxta lethas tacitus prælabitur amnis.
Infernis ut fama trahens obliuia uenis
Atque inſopiti quondam tutela draconis
Heſperidum pauper ſpoliatis frondibus hortus:
Inuidus annoſo qui famam derogat æuo:
Qui uates ad uera uocat:fuit aurea ſylua:
Diuitiiſque graues: & fuluo germine rami
Virgineuſque chorus nitidi cuſtodia luci.
Et nunquam ſomno damnatus lumina ſerpens:
Robora complexus rutilo curuata metallo.
Abſtulit arboribus pretium:nemoriſque laborẽ
Alcides:paſſuſque inopes ſine pondere ramos
Retulit argolico fulgentia poma tyranno.
His igitur depulſa locis:eiectaque claſſis
Syrtibus:haud ultra garamantidas attigit undas.
Sed duce pompeio libyes melioris in oris
Manſit:at impatiens uirtus hærere catonis
Audet in ignotas agmen committere gentes
Armorum fidens:& terra cingere ſyrtim.
Hæc eadem ſuadebat hyems:quæ clauſerat æquor
Et ſpes imber erat:nimios metuentibus ignes
Vt neque ſole uiam:nec duro frigore ſæuam
Inde polo libyes:hinc bruma temperet annus.
Atque ingreſſurus ſteriles ſic fatur harenas.

Et ſe dilecta:& quia palus illi grata fuit de illius nomine ſe quoque appellari uoluit Tritonida.&(ut ait Solinus)non procul a philenorum aris in intimo receſſu ſyrtis maioris eſt palus: quam triton amnis interfluit: ubi ſpeculatam ſe artium deam crediderunt. Quam iuxta læthes:& iuxta hanc paludem:dicit labi flumen Lætheum.qui de læthæa palude inferorum deriuari dicitur Circa extimum ſyrtium cornu berenicem ciuitatem alluit lethon amnis:inferna(ut dicunt)exundatione prorumpens:& apud priſtinos uates latice memoratus obliuionis:ut docet Solinus. Trahens obliuia:reſpexit ad nomen:nam ἡ λήθη ſignificat obliuionem. Atque inſopiti:hic etiam eſt hortus heſperidum.heſperides autem filiæ athlantis fuere: cuſtodes horti ditiſſimi:poma aurea producentis:cuius cuſtos erat peruigil ſerpens.Hercules cum ad ea loca ueniſſet ſerpentẽ occidit:& poma abſtulit.priuauit ergo diuitiis puellas.De hortis heſperidum & peruigili dracone (ne licentia uulneretur) fides & ratio hæc eſt:ut refert Solinus.flexuoſo meatu æſtuarium e mari fertur ſinuoſis lateribus tortuoſum adeo : ut uiſentibus p̃cul lapſus angueos fracta uertigine mentiatur:itaque qd' hortos appellauere circũdat.unde pomorum cuſtodes: interpretãtes inſtruxerunt iter ad mendacium fabulandi:hæc inſula præter arbores oleaſtri ſimiles & aram ſactam Herculi : aliud nihil præfert:quod propaget uetuſtatis memoriam. Inuidus annoſo æuo:quia occurrebat illud quomodo hanc fabulam ipſe quaſi ueram confirmas? ego iquit ſequor alios poetas. nam qui antiquitati credere noluit inuidus eſt: & inuidus eſt qui poetas uera dicere cogit:quorũ propriũ ẽ fingere & cõmiſci. Qui uates ad uera uocat.i.poetas uera dicere cogit. Fuit aurea ſylua.i.ſyluæ arbořs aurea poma ferẽteſ. Diuitiis:aureis fructibus. Fuluo germine: ideſt fulgentibus pomis. Virgineus:heſperides athlantis filiæ:quæ cuſtodes huius horti fuere. Somno damnatus ſerpens:ideſt qui nunquam ſomnum oculis admitteret. Robora comple.quia circũdabat truncum arboris:ne quis aſcendens poma diriperet. Rutilo curuata metallo:adeo inquit grauia erant poma: ut ipſã quoque arborem icuruarent. Pretium: aurea poma. Nemoriſque laborem:quia laborabat arbor ſuſtinere poma. Argolico tyranno: euriſtheo regi græciæ.nam euriſtheus inſtinctu Iunonis Herculem mittebat ad omnia pericula eo animo:ut periret. His igitur depulſa locis:cum ad hæc loca ueniſſet claſſis non nauigauit ulterius:ſed ibi manſit i meliore parte libyæ præfecto Cn. Pompeio.ipſe uero Cato cum reliquo exercitu:ſicut ſtatuerat ad regem Iubam iter intendit. Garamantidas:garamantum regio:ut inq̃t Strabo:ultra getuliam eſt:& cum illa pariter progreditur: garamantes Cornelius Balbus ſubegit:& primus ex hac uictoria triumphauit auctore Solio garamantici autem æthiopes matrimonia priuati neſciunt:ſed omnibus i uenerem uulgo licet.ide eſt ꝙ filios matres cognoſcunt tãtummodo:nã paterni nomis nulla eſt reuerẽtia:ea pp garamãtici æthiopes iter oẽs populos degeneres habẽť. Melioris libyæ.i.fœcũdioris:nã reliqua(ſicuti i ſequẽtibus declarabiť)libye arida ẽ. At ĩpatiẽs uirtus:cato cuius uirtus nullã patiebať deſidiã:qeſcere ñ poterat niſi tandẽ ad regem Iubã perueniret. Hærere.i.qeſcere. Terra cigere ſyrti.i.terreſtri itinere circuire ſyrtes:qa nauigari nõ poterant. Hæc eadẽ ſuadebat hyems:dicit etiam huic ſententiæ ſuæ ſuffragatum fuiſſe anni tempus uidelicet hyemem ſperabat enĩ calorẽ regionis illius tẽperari poſſe frigore hyemis. Suadebat.ſ.ut i ulteriorẽ libyã ſe conferret. Clauſerat.ſ.glacie. Et ſpes iber erat: iber q tempore hyemis regnat ſpem dabat aerẽ tẽperatum fore. Ignes:ardores. Vt neq; ſole uiam: ſpem faciebat iber i regione ſicca. Duro frigore:qa hyems erat:ut calorẽ ſolis:anni tempus temperaret. Inde: ex hac parte libyæ. Polo:ideſt propter regionem:quia auſtralis regio ferueт:ideo temperet. Hinc ex alia parte. Temperet.ſ.uiam. Bruma:ideſt cum bruma.quia hyems erat. Sole:quem frigus temperabat.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

O quibus una ſalus:o milites:inquit:qui mea caſtra ſequi uoluiſtis:animum ad curam confirmate:& ſūmos labores ſuſcipite.ac ſi dicat.non uos ad uoluptatem inuito:ſed ad labores. Vna:ſola ſalus ſupereſt.ſ.libertatis. Indomita ceruice mori:ideſt i libertate mori. Componite mentes:ideſt idoneas reddite ad opus uirtutis. Vadimus i campos ſteriles:cato eni neque quenquam decipere ſe uelle profeſſus eſt: ſed planc illos ad labores & pericula iuitare:ut itelligerent per ardua omnia atque difficilia quærendam eſſe libertatem. Steriles campos:libyam:quæ laborat penuria aquarum. Serpentibus:nam ibi ſerpentes acriores ac ſæuiores fiunt calore ſolis. Squaient:ſterilia ſunt.

Durum iter ad leges: nec mirum cuiq̃ uideri debet ſi parati ſumus hos ſubire labores:aliter enim leges & patriæ libertas ſeruari non poteſt. Inuia:ideſt per quæ nunquam antea fortaſſe quiſquam iuerit: uel pauci admodum. Euadere uoto:id eſt qui nulla uota faciunt euadendi. Si qbus ire ſat eſt:ueniant mecum illi quibuſ ſufficit ire & non redire: hoc eſt q nullam redeundi curam faciunt. Fallere:mea rō eſt ut nolim pericula cuiquam occultare: ut poſtea ſe deceptos conquerantur. Tecto metu:occu'to periculo. Hi mihi ſint comites:ueniant mecum.illi qui hoc ipſo me ſequantur ꝙ i manifeſtum periculum prodeant. Vel: pro etiam. Triſtiſſima:laborioſiſſima. Atqui ſponſore ſalutis:ſed ſi quis eſt cui uita ſit carior libertate:hic me deſtituto ſe ad Cæſarem cōferat uia commodiore. Sponſore ſalutis: q ſibi ſalutem promitti uult. Animæ dulcedie:ideſt cui nimium uita cara eſt.

Meliore:hoc eſt tutiore uia. Arenas: ideſt arida loca ſi uiderint me paratum ſubire labores:& extrema omnia nec ipſi q dem recuſare debebunt. Calor æthereus:qa torrenti zonæ libyes illa pars propiqua eſt. Fatoque pericula:ego tanquā prægustator malorum omnium ero. Sitiat quicunque bibentem uiderit: non recuſo quo minus ille ſitim pati dedigneť: qui uiderit me bibere. Aut umbras:& ſi quis uiderit me umbra arborum releuare calorem: ille etiam calorem non debebit pati. Aeſtuet:ideſt nimio æſtu laboret.

Aut equitem:& ſi quis uiderit me equo uchi:ille pedes ille recuſet. Deficiat.ſ.a labore itineris. Si quo diſcrimine: nam talis uobiſcum ero:ut me nemo dignoſcere poſſit:miles ſim an dux. Serpens ſitis:hæc omnia quæ deſcribit ad pericula & labores eſſe uidentur:ſed dulcia ſunt his q ueram uirtutem ſuſcipere poſſunt. Gaudet patientia:nec enim patientia cognoſci poteſt uiri fortis:niſi dura ſuſtineat. Lætius eſt: qui res honeſtas aggreditur cum labore: hic etiam maiore lætitia gloriam comparat. Honeſtum:ideſt honeſtas:hoc eſt unicuique honeſtas magis grata eſt. Magno ſibi conſtat:ideſt maxima mercede & labore tenditur ad honeſtum.

Turbam:ideſt multitudiem malorum:nulla regio eſt quæ poſſit facere:ut uiri fortes gaudeant ſe fugiſſe ſeruitutem niſi libye:per quam ſine maximis laboribus ire non poſſumus ad libertatem:aliter ſi fugerent ſine laboribus:ſine periculis uiderentur eſſe ignaui:inertes ad deſides. Sic ille pauentes:his uerbis Cato inflammauit milites:ut omnes labores libenter ſubire ſtatuerent.hoc enim fieri ſolet ut cum princeps ſe periculis expoſuerit:alii deinde nullum periculum ſubterfugiant. Irreducemque uiam:quia nunquam inde redibit:nam ſibi ipſi mortem uticæ conſciſcet. Et libye:nam in libya eſt utica nobilis cædes Catonis.

O quibus una ſalus placuit mea ſigna ſecutis:
Indomita ceruice mori:componite mentes
Ad magnum uirtutis opus:ſummoſque labores.
Vadimus in campos ſteriles:exuſtaque mundi
Qua nimius titan:& raræ i fontibus undæ:
Siccaque letiferis ſqualent ſerpentibus arua.
Durum iter ad leges:patriæque ruentis amorem.
Per mediam libyem ueniant: atque inuia tentent
Siquibus in nullo poſitum eſt euadere uoto:
Siquibus ire ſat eſt.neque enim mihi fallere queq̃
Eſt animus:tectoque metu perducere uulgus.
Hic mihi ſint comites quos ipſa pericula ducent:
Qui me teſte pati:uel quæ triſtiſſima pulchrum
Romanumque putant:at qui ſponſore ſalutis
Miles eget:capiturque animæ dulcedine:uadat
Ad dominum meliore uia:dum primus harenas
Ingrediar:primuſque gradus in puluere ponam.
Me calor æthereus feriat:mihi plena ueneno
Occurrat ſerpens:fatoque pericula ueſtra
Prætentate meo:ſitiat quicunque bibentem
Viderit:aut umbras nemorum quicunq; petētem:
Aeſtuet:aut equitem peditum præcedere turmas:
Deficiat ſi quo fuerit diſcrimine notum:
Dux an miles eam:ſerpens:ſitis:ardor:harenæ:
Dulcia uirtuti:gaudet patientia duris.
Lætius eſt quotiens magno ſibi conſtat honeſtū.
Sola poteſt libye turbam præſtare malorum
Vt deceat fugiſſe uiros:ſic ille pauentes
Incendit uirtute animos:& amore laborum:
Irreducemque uiam deſerto limite carpit.
Et paruo ſacrum nomen clauſura ſepulchro



Fata:mortem. Tertia pars:deſcribit nunc Libyam oſtendens ſecundum quoſdam eſſe tertiam partem orbis terrarum:ſecundum alios partem eſſe Europæ:ſed ut intelligi poſſit hæc deſcriptio:quāquam melius oſtēdi q̃ uerbis exponi poſſet: tamen de ea breuiter dicemus:omnis terra ambitur oceano:& ea quattuor maria recipit unum a ſeptentrione a meridie duo:quartum ab occidente:uniuerſus orbis terrarum in tres partes diuiditur:& Tanais quidem a ſeptentrione in meridiem uergens prope meotida defluit.At uero nilus e diuerſo defluit in pelagus.Ab altero latere uidelicet ad nilum Aphticam.ab altero uidelicet ad tanaim europam uocant. ultra uero quicquid eſt: Aſia eſt.ex quo intelligi poteſt Aſiam maiorem eſſe aphrica & Europa.nam aphrica quidem terminata ē ab una parte nilo a reliquis tribus partibus a pelago:& breuior eſt q̃ europa.nā Europa quidem terminos habet ab oriente tanaim & meotida:& pōtum a meridie ab occidente athlanticum: a ſeptentrione Britannicum:ſed aſia multo maior eſt.Nā Aſiam quidem attingit oceanus:ita nominibus:ſicut locis differens. nam ab oriente mare eoum dicitur:a meridie indicum: a ſeptentrione ſcythicum.ipſa uero ingenti & ꝑpetua fronte in meridiem uergens: tantum ibi diffunditur: quantum aphrica & Europa:ita deſcribitur uniuerſus orbis terrarum. Famæ:ſic enim fama eſt. Cælum:ſed quomodo dicat cælum & uētos in ſequentibus aperiemus. Nec enim plus.ſ.longitudine quidem par eſt.latitudine uero inæqualis.ſic ergo littoribus nili aphrica terminatur: littoribus tanais Europa continetur. Vtraque uero a gadibus incipit. Vnde etiam ſeparantur Oceano dirimente per medias gades: ſunt autē duo montes:hunc quidem Abilicem uocant:illum uero Calpen:& fama eſt Herculem coniuncto perpetuo iugo colles diremiſſe:& Oceanum antea excluſum in ea:quæ uicina erant loca admiſſum diſcuſſa mole montium.

Inuaſit libye ſecuri fata catonis.
Tertia pars libye rarum:ſi credere famæ
Cuncta uelis:at ſi uentos cælumq; ſequaris
Par erit europæ:neq; enim plus littora nili:
Quam ſcythicus tanais:primis a gadibus abſunt
Vnde europa fugit libyen:& littora flexu
Oceano fecere locum:ſed maior in unam
Orbis abit aſiam.nam cum cōmuniter iſtæ
Effundat zephirum:boreæ latus illa ſiniſtrum
Contingens dextrumq; noti: deſcendit in ortus
Eurum ſola tenens.libye ꝙ fertile terræ eſt
Vergit in occaſus:ſed & hæc non fōtibus ullis
Soluitur:arctoos raris aquilonibus imbres
Accipit & noſtris reficit ſua rura ſerenis.
In nullas uiciatur opes:non ære nec auro
Excoquitur:nullo glebarum crimine pura.

Vnde europa fu.oſtendit aphricam partem eſſe Europæ.uerbi cauſa.ab Occidente per gades diuidit oceanus Aphricam & europam uſque ad nilum a meridie:ad tanaim ab occidente:ſed nilus.& tanais a gadibus:unde incipit Aphrica & Europa tantum differunt:ut alter altero non ſit longius a gadibus Sed pari ſpacio diſtant a gadibus:ſequitur ergo Aphricam & Europam pares eſſe longitudine:ſed latitudine inæquales:quia latior eſt Europa.ideo non nulli hanc rationem ſecuti dixerunt:eam tertiam partem orbis non eſſe. Alia ratio quare uidetur breuior Aphrica q̃ Europa propterea ꝙ in Aphrica plus terræ ardore ſolis:q̃ in Europa frigoris rigore deprehenditur. Vnde a quibus gadibus. Oceano fecere locum:diſcuſſa mole montium ab Hercule. Nam cū cōmuniter iſtæ:redit ad id quod dixit:ſi cælum uentoſque ſequaris.diuiſus eſt uentus uniuerſus in quattuor uentos cardinales.uidelicet in eurum ab oriente:zephyrum ab occidente:auſtrum a meridie:& in Boream a ſeptentrione:ſed hi uenti habent alios collaterales:Eurus Orientalis habet collaterales:hinc circium:inde ſubſolanum: At uero zephyrus occidentalis collaterales habet:hinc corum:inde fauonium. Auſter meridionalis habet collaterales Aphricum & notum.Boreas ſeptentrionalis collaterales habet uulturnum & aqlonem ſed melior tamen & uerior eſt de uentis ſententia Plinii in ſecundo.& egelii in noctibus atricis: quam diligens lector inſpicito:nunc poeta oſtendit quomodo ſeparatæ ſint hæ partes orbis terrarum:meridionales & ſeptentrionales uentos cōmunes eſſe dicit Aphricæ & Europæ.Aſia partim tangit meridionalem uentum:partim ſeptentrionalem:ſed ſola ipſa habet eurum uentum Orientalem:ex quo facile compræhendi poteſt quomodo ipſa duplo maior ſit Aphrica & Europa. Iſtæ:ſcilicet Aphrica & Europa. Cōmuniter effundunt zephyrum occidentalem. Illa.ſ.aſia. Boreæ:a ſeptentrione. Noti:meridionalis. Sola tenens:qa nec Aphrica nec Europa euri participes ſunt. Boreæ ſiniſtrum latus nam deſcendens Boreas perflat Aſiam a ſiniſtra. Libyæ ꝙ fertile terræ eſt:nunc de ipſa Aphrica loquitur dicit autem partem illam quæ eſt ſub feruenti zona ihabitabilem eſſe meridiem uerſus:ſed quæ i occidentem uergit:eſſe habitabilem:& eam non omnino ſterilem: imo ea producere quibus ſuſtentari poſſunt incolumes:tamen ea quoque pars penuria aquæ laborat. Quod fertile: ꝑ ea terra libyæ quæ eſt fertilis. Non fontibus ullis:quamuis ſit fertilis:tamen & ipſa aquæ penuria laborat.

Arctoos raris:& quia ſequebatur:illud quomodo fertilis ſi caret aquis?dicit ab aquilone nubes impelli uſque in polum antarcticum:& pluuias immittere. Noſtris reficit:quia quando hic ſerenum eſt:ibi nebuloſum cælum eſt:& pluuias emittit. Reficit:recreat In nullas uitiatur opes:ideſt nullum genus æris i Aphrica inuenit. Pura:crimē glebaꝝ appellat auꝝ & argētū & bene:nā multoꝝ criminū cā ē ꝓpterea Vir.dixit. Quid nō



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

mortalia pectora cogis auri ſacra fames? Sed penitus terra eſt:ſine cuiuſquam metalli admixtione. Tátum: tantummodo. Mauruſia:in mauritania arbores naſcuntur quæ ſunt gentibus illis pro diuitiis. Non nouerat uſum:& diu eas arbores habuere aphri ſine utilitate.quia non nouerát in quos uſus ualerent: ſed romani i quit curioſiores fuerunt qui huiuſmodi arborum utilitatem nouere. Mauritania ferax eſt parte tamen excepta quæ deſerta eſt & flumibus & lacubus abundat: arbores profecto: teſte Strabone: & multas & magnas habet & omnia fert:atqui & ea menſas ex uno integroque ligno ac uarias romanis ſuppeditat. In occidentalibus clanoribuſque libyæ partibus (ut idem refert)habitant:qui a græcis mauruſii uocát: libycum genus & opulentum eos.romani & ídigenæ mauros uocant & iberiæ ſunt oppoſiti. Vſum:utilitatem. Citri contenta:ſatis habuerunt Aphri:ut umbra citri quæ arbor eſt pretioſiſſima ſe a calore ſolis defenderent. Comis & umbris:unú ſeqtur ex reliquo:nam comæ ſũt frondes arborum & frõdibus umbra redditur. In nemus ignotum.ſ. aphris qd arbores ſuæ ualerét: ſed notum romanis & ſatyrice carpit luxuriam Romanorum.

Noſtræ ſecures:romanæ. Extremoque epulas:ex arboribus nos romani tragemata & mẽſas etiam pretioſas fecimus nam ex fructu citri tragemata ideſt cibos ſecundæ menſæ fecimus. Extremo orbe ideſt a polo antarctico:aphri non nouerũt huiuſmodi epulas citri: nec ex arboribus menſas pretioſas fieri. At quæcunque uagam: hæc quidem fœcunda eſt & habitabilis:at uero pars alia Aphricæ:quæ propinquior eſt feruenti zonæ nimio ſolis ardore habitari non poteſt:nec ibi qcquam naſcitur qđ ad uſus hominum neceſſariũ ſit. Sub nimio die:ſub nimio ſole. Vicina puſti æthe.ideſt uicina torridæ zonæ.

E t penitus terra eſt:tantum mauruſia genti
R obora diuitiæ:quarum non nouerat uſum.
S ed citri contenta comis uiuebat & umbra
I n nemus ignotum noſtræ uenere ſecures:
E xtremoq; epulas menſaſq; petiuimus orbe.
A t quæcunq; uagá ſyrtim complectitur hora
S ub nimio proiecta die:uicina peruſti
A etheris exurit meſſes:& puluere bacchum
E necat:& nulla putris radice tenetur.
T emperies uitalis abeſt:& nulla ſub illa
C ura iouis terra eſt natura deſide torpet
O rbis:& immotis annum non ſentit harenis.
H oc tam ſegne ſolum:raras tamen exerit herbas:
Q uas naſamon gẽs dura legit:qui proxima põto
N udus rura tenet: quem mundi barbara damnis
S yrtis alit:nam littoreis populator harenis
I mminet:& nulla portus tangente carina
N ouit opes:ſic cum toto cõmertia mundo
N aufragiis naſamones habent:hac ire catonem
D ura iubet uirtus:illic ſecura iuuentus

Puluere:ideſt calore ſequens pro antecedenti. Nulla radice:quia radices altius porrigi non poſſunt. Temperies uitalis: ideſt quæ uitam dat plátis & arboribus.nam triplex eſt uita ſcilicet uegetatiua:ſenſibilis:& rationalis. Nulla cura iouis:quaſi dicat nulla aeris temperies eam terram fertilem reddit:uel quaſi deſtituta ſit a deo:& cum alterius orbis curam habeat deus:hanc quaſi deſeruiſſe uideatur. Sub illa:ideſt in illa terra.nam ſub.pro.in.ponitur. Virgilius nanque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo. Deſide:ideſt inerti:quia natura illius orbis inutilis eſt. Immotis ha.ideſt inaratis.non ſubactis. Annum:ideſt utilitatem anni:& meſſes. Hoc tam ſegne ſolum: & quanquam hæc terra nimio ſolis ardore ſterilis ſit:ut nec meſſes:nec uites producat:naſcuntur tamen inquit herbæ raræ quibus ueſcuntur. Naſamones:ſunt populi ſub feruentiore plaga Aphricæ habitantes.uerum Strabo. li.ultimo dicit naſamones primos:poſtea Pſyllos & gætulorum partem & garamantes Libyæ ſterilem & aridá regionem obtinere. Segne:iners.inutile. Exerit:ideſt aperit. Gens dura:ſcilicet uictu:nam quanto uictu duriore utuntur:tanto etiam ipſi duriores & patientiores redduntur. Proxima ponto:oceano: nam eo uſque hæc regio producitur:quoad gentibus procedere licet. Nudus:nimio calore ſolis ueſtibus non utitur.

Quem mundi barbara:quia occurrebat illud:quomodo uiuere poſſunt:ſi ibi nihil naſcitur uel parum? dicit illos uiuere naufragio:ideo ꝙ ibi ſyrtes ſunt & plærunque uentis impulſæ naues ſyrtibus hærent: & ibi deſtitutæ cum omnibus earum mercibus a naſamonibus diripiuntur:& hoc genere uitæ ſuſtentantur. Imminet:inſtat. Sic cum toto commertia:quia naufragia ſunt eis ꝓ mercibus naufragæ enim naues: cum in ſyrtibus depræhenſæ tenent copiá mercium naſamonibus faciunt. Toto cõmercia mundo.i.ex oi regione orbis terraꝝ naues illuc inuitæ compelluntur. Hac ire catonem:nunc quaſi cauſam affert:cur libyes hanc partem deſcripſerit.ut oſtenderet magnam Catonis uirtutem:qui certum prope periculum petebat:ut ſi qua ratione poſſet libertatem prope amiſſam recuperaret. Dura uirtus:poſuit uirtutem pro fortitudine quæ eſt malorum & periculorum omnium dura ac fortis patientia. Secura.ſine cura:de iuuentute Catonis loquitur quæ numero fuit hominum decem milium:peragrauitque libyam terreſtri itinere diebus triginta per profundam harenam. ut Strabo ſcribit. Illic:uidelicet in ea regione ubi ſyrtes ſunt:quas terreſtri itinere ambiendo tranſire conſtituit Cato. Secura:quia ibi nullos uentos futuros exiſtimabant. Procellas:procella uis uentorum dicitur: ꝙ



omnia percellat ideſt percutiat. Aequoreos eſt paſſa:quia non aliter uexata eſt itinere terreſtri: ꝙ̃ nauigatione naues concuti ſolent. Nam littore ſic.ibi enim non minus ſæuire & craſſari ſolet uentus:ꝙ̃ ſolet in mari. Sic co.ſ.ſyrthium. Ille:auſter. Non montibus illum:reddit rationem quare uehementer ſæuiat in ea regione auſter:neque enim inquit montes ibi ſunt qui uim & impetum auſtri impediant.ob hanc cauſam í aliis regionibus non tantopere ſæuiunt uenti:ꝙ uidelicet obiectos montes habent. Scopuliſque repulſum:nec ibi ſcopuli ſunt:ſicut in medio mari quibus uento reſiſtitur. Liquidas:ideſt puras:quia ibi calor nimius eſt::ita ut uentus aſcendere non poſſit: ideo magis ípetum ſuum exercet. In auras:quia non tẽdit altius. Turbine:ípetu ſuo. In ſyluas:quia ibi nullæ ſunt arbores. Torquens:uoluens. Laſſatur:fatigatur: ut ípetu ſuo deſiſtat. Patet:apertum eſt oẽ ſolum regionis illius. Liberque meatu: ideſt auſter iter liberum habet nullo obice impeditum. Aeoliam rabiem:ideſt furorem reſpexit ad fabulam ꝙ Aeolus rex uentorum dicatur:& mõtibus eos coherceat. Et non ibriferam:ſed hic uentus ñ cogit aerem í nubes: ſed tantum modo í torquet puluerem:& í medio aere retinet: neque eni ipſa í aerem ſicut nubes reſoluitur. In flexum í circuitum:quia puluerem contorquet: non nubem ex qua ibres cadant. Pars pluria:ideſt magna. Tollitur:ſubleuatur. Pendet:quia non reſoluitur ſicut nubes í aerem. Regna uidet nunc dicit uiolentia ipſius auſtri: non modo puluerem ſublimem tolli: uerum etiá tecta domorum rapi:qn etiam ſaxa uolitare per aera. Regna:quæ ipſi naſamoni loco regnorum ſunt.ná ruſticus regna ſua agellũ appellat.Vir. poſt aliquot mea regna uidens mirabor ariſtas. Diſcuſſas. ſ impetu uentorum. Non altius ignis: dicit ignem non altius trahere ſecum qđ rapuerit ꝙ̃ uentus tollitur:qn etiam fumũ non ſublimius aſcendere. ꝙ̃ ea quæ uẽtus rapuerit. Conſurgere fumo:qa tantum aeris continet puluis ſublatus uento: quátum fumus:q magna emittitur flamma.

V entorum:nullaſque timens ſentire procellas
A equoreos eſt paſſa metus: nam littore ſicco
Q uam pelago ſyrtis uiolentius accipit auſtrum:
E t terræ magis ille nocens:non montibus ortum
A duerſis frangit libye:ſcopuliſque repulſum
D iſſipat:& liquidas ſe turbine ſoluit in auras.
N ec ruit in ſyluas: annoſaque robora torquens
L aſſatur:patet omne ſolum:liberque meatu
A eoliam rabiem totis exercet harenis.
E t non imbriferam contorto puluere nubem
I n flexum uiolentus agit:pars plurima terræ
T ollitur:& nunquam reſoluto uertice pendet.
R egna uidet pauper naſamon errantia uento:
D iſcuſſaſque domos:uolitant a culmine raptæ
D e tecto garamante caſæ:non altius ignis
R apta uehit:q̃tumque licet cõſurgere ſummo:
E t uiolare diem: tantum tenet aera puluis.
T unc quoque romanum ſolito uiolentius agmẽ
A ggreditur:nulluſque poteſt conſiſtere miles
I nſtabilis:raptis etiam quas calcat harenis.
C oncuteret terras:orbemque a ſede moueret:
S i ſolida libye compage & pondere duro
C lauderet exeſis auſtrum ſcopuloſa cauernis.
S ed quia mobilibus facilis turbatur harenis
N uſquam luctando ſtabilis manet:imaq; tellus
S tat:quia ſumma fugit:galeas & ſcuta uirorum
P ilaque contorſit uiolento ſpiritus actu:
I ntentuſque tulit magni per inania cæli.

Violare:obtenebrare diem. Tũc quoq; ro.ſol.ſemp ibi uim maxiam exercet uentus:ſed quo tempore per ea loca romani ibant multo etiam uehemẽtius ſæuiebat.

Nulluſq; põt:ex oí exercitu catonis nemo erat q ſtare poſſet. nam uẽtoꝝ ípulſu euertebat. Raptiſq; ẽt:arena ẽt quá pedibus calcabat a uẽto ſubtrahebat. Raptis:ſubtractis a uẽto. Concu ter.or.tátus hic ígt ípetus ẽ uẽti:ꝙ ſi ſolũ illud durius eẽt & non reſolueretur harena:uentus rimis igreſſus í uiſcera terræ:dum erumpere quæreret terremotum faceret: ſed hoc adiuuat:qa ſicut facile per rimas ígreditur:ita facile per reſolubiles harenas exit.ideo terremotum nullum facit:& ita latenter terremotus cauſam inuit ſecundum philoſophos:nam alii dixerunt oceanum cauſam eſſe terremotus:cum uehementius terram ipellit & concutit:ut a centro ſuo diſcedat.alii per uiſcera terræ igredi uentum:deide cũ exire uoluerit:nec uiam iuenerit:qua poſſit erumpere:terram cocutit & terremotus efficitur. A ſede:a centro. Solida compage: firma iunctura: ꝙ ſolum illius regionis durum eſſet & continens. Scopu.ſcopulis plena ſi eſſet:ſed non eſt. Cauer.exe.id eſt corroſis & cauis antris. Sed qa mobilibus:ſed qa facile reſoluitur.ideo uento commoueri non poteſt: hæc cauſa eſt cur terra nunquam moueatur. Nuſquam luctando:ideſt reſiſtendo uentis:qa reſolubilis eſt.

Ima:ideſt profundior tellus. Stat:ideſt ſtabilis permanet qa ſuperficies reſolubilis eſt ípellente uento.

Galeas & ſcuta:& tantus fuit turbo:ut ſæpe e manibus militum pila extorqueret:& ſcuta & galeas adimeret:& ea per aerem uolitantia ferret. Spiritus:illius uenti. Contorſit: conuoluit extorquendo de manibus militum. Actu:impulſu. Intentus uehemens:ſicut intentum calorem uehementem dicimus.

Illud in extrema forſan longeque remota
Prodigium tellure fuit:delapſaque cælo
Arma timent gentes:hominumq; erepta lacertis
A ſuperis demiſſa putant:ſic illa profecto
Sacrifico cecidere numæ:quæ lecta iuuentus
Patricia ceruice mouet:ſpoliauerat auſter
Aut boreas populos ancylia noſtra ferentes
Sic orbem torquente noto romana iuuentus
Procubuit:metuenſque rapi:conſtrinxit amictus:
Inſeruitque manus terræ:nec pondere ſolo:
Sed nixu iacuit:uix ſic immobilis auſtro.
Qui ſuper ingentes tumulos inuoluit harenæ:
Atque operit tellure uiros:uix tollere miles
Membra ualet:multo congeſtu pulueris hærens.
Alligat & ſtantes effuſæ magnus harenæ
Agger:& immoti terra ſurgente tenentur:
Saxa tulit penitus diſcuſſis proruta muris:
Effuditque procul:miranda ſorte malorum.
Qui nullas uidere domos:uidere ruinas.
Iamq; iter omne latet:nec ſunt diſcrimina terræ
Vlla:niſi ætheriæ medio uelut æquore flámæ
Syderibus nouere uias:nec ſydera tota
Oſtendit libycæ finitor circulus oræ.
Multaque deuexo terrarum margine cælat.
Vtque calor ſoluit:quem torſerat aera uentus:

Illud i extrema:fortaſſe iquit eo tempore cum uentus ſæuit:& pila e manibus romanorum abſtulit & gale as & i alias regiones per aerem ferebat:cum i terras caderent:quaſi de cælo lapſa eſſe exiſtimarunt & prodig i lo eo habuerunt.quod Romæ tempore Numæ contigit:cum de cælo ſcutum ancyle cecidit:augures dixerũt ubi ſcutum illud ſeruaretur:ibi caput orbis fore:hic eſt ꝙ numa.xii.ancylia ad ſimilitudiem illius fieri iuſſit:ne agno ſci poſſet illud diuinum & Mamurius faber iter cæteros gloriam obtinuit:ꝙ ſimiliora illi ancylia facricaſſet: & cum ei optio daretur:ut præmium qđ uellet artis ſuæ poſceret:petiit ut ex patriciis.xii.ſalii per urbem cum tri pudiis ancylia ferentes: canerent ueterem Mamurii memoriá. Gentes:quæ igno rant unde tela uenerint. Hominum ere pta:& cum uentus arma e lacertis abſtulit putant ipſi cælitus eſſe demiſſá. Sacrifi co numæ:ideſt qui ſacrificia populi roma ni inſtituit:ſicut eſt apud Liuium:qui legi bus urbẽ uoluit formare & religione inſti tuere: pontifices creauit: flamines diales & alios ſacerdotes:pontificẽ docuit oẽm cultum diuinum:ut ex eo cæteri diſcerent quæ unicuique Deo ſacra facienda eſſent & quo tempore. Lecta:pro electa. Mo uet.Concutit. Patricia ceruice: qa e patri ciis eligebantur iuuenes ſacerdotes:quos ſ ios appellabant a ſaltando. Spoliaue rat auſter:ſed nihil aliud fuit:niſi ꝙ uentus ea depulerit i regiones noſtras: & Numa e cælo lapſa credidit. Noſtra: ideſt quæ poſtea noſtra fuerunt. Sic orbem torquẽ te noto:milites romani cum táto undiq; ĩpetu uentorum affligerentur: ſe humi ꝓ ſternebant metuentes ne ſublimius tolle rentur.ueſtes etiam accingebant & mani bus terram carpebant:ne a uentis ſublati auferrentur. Procubuit.ſ.humi. Tor quente orbem:uoluente mundum. Cõ ſtrixit.ſ.corpori. Inſeruitque manus ter ræ:terram manibus compræhendebat.

Nec pondere ſolo:nec ſatis habuit põ dere corporis ſe defendere ne a uentis au ferretur:niſi etiá manibus niteretur. Im mobilis auſtro: uix nixu corporis ſtabilis poterat permanere. Qui ſuper ĩgentes: cum periculum unum uitaſſent:ne tollerẽ tur a uentis:aliud non uitarunt:ne cumu lum harenæ quaſi aggerem ſuperiponeret corpori & quaſi ſepeliret. Hærens.ſ.humi. Mul.cõ.aggere cũ mulato pulueris. Et ſtá nõ modo ꝓcumbentes milites alligat.ſed etiam ſtátes. Ag.i.cumulus arenæ.

Ter.ſur.ſ.ſup corpora eorum. Saxa tulit penitus:quid mirum ſi alia uentus aufert:cum ipſa ſaxa ſecum ra peret per aerem uolitantia. Qui nullas uidere:& romani cum ea tranſirent(iam enim uentus abſtulerat mu ros)ruinam qdem uidebant:ſed domos non uiderant. Iamque iter omne latet:dicit aliqd deterius contigiſſe militibus Catonis q̃ nautis.nam etiá ſi uentis diſſipentur:ſemper polũ arcticum habent cuius ſydera obſeruan tes ſciũt q̃ pte maris nauigẽt.at uero hi tũc flátibus uẽtis:qa horizõte ſuo ꝓhibebát:arcturi ſiue plauſtri ſydera uidere ñ poterát:ut ĩ quá ptẽ iclinatẽt uidere ñ poſſent. Iter latet:obrutũ harenis. Nulla diſcrimia.i.diſcernẽ nõ poſſunt ubi terraꝝ ſint. Aethereæ flámæ.i.ſtellæ ſunt.n.ſtellæ natura flámeæ:quo circa uaporibus alunẽ Qui ex agris ſole tepefacti excitãẽ. Syderibus no.uiá:obſeruatiõe ſtellaꝝ poſtea dignoſcebát terras:nõ tamẽ oẽs ſtellas uidebát.ná erát ĩ horizõte meridiáo:q hũilis ẽ.iõ ñ poterát aſpicerẽ polũ arcticũ:ſeptẽtrionẽ.n.maxi me cõſeruát nautæ &eũ ſpectátes ĩtelligũt q̃ parte maris nauigẽt. Finitor circulus oræ.i.horizõ meridiõalis. horizon appellaẽ circulus q diffinit regionem poli arctici & antarctici. nam ὀριζω ſignificat termio . nũc ergo dicit cõditionẽ hoꝝ militũ đteriorẽ q̃ nautaꝝ:qa nautæ ſp uideẽ poſſũt ſtellas ſeptẽtriõales qbus nauigationẽ ſuá dirigũt:quocũq; uoluerit:ſed hi plene oĩa ſydera uideẽ ñ poterát:ꝙ rõ horizõtis facit:ĩ quo tũc erat cato cũ exercitu. Tota ſy.ſ.poli ſeptẽtriõalis.Deuexo.m.i.rotũdo. Celat:ná q ĩ illo horizõte ſẽ uideẽ ñ poſſũt ſtellas huius horizõtis:qa tumor tr̃æ ĩtercipit acies oculoꝝ. Vtq;.c..ſ.prio qdẽ paſſi ſẽ tẽpeſtatẽ uẽtoꝝ:deĩde nimiũ ſolis ardorẽ;ná ubi ĩ meridiẽ ſol aſcẽdit uẽtus ſtati caloẽ ſolis diſſipatus ẽ:ſed ĩtẽſior:iqt:ardor erat faciẽtibus iẽ ut e toto corpoẽ ſudor manaẽr. Calor.ſ.meridiái ſolis. Quẽ.t.u.ĩuoluerat ẽbie ſuo & rotabat. Exarſit.i.fa ctus ẽ ĩtẽſior ſolis calor. Manát.ſ.ar.unũ ſeqẽ ex fliquo:ná qa ſudor fundebaẽ & corpore:iõ ſequebaẽ ſitis.



Incenſuſq; dies:manant ſudoribus artus:
Arent ora ſiti:conſpecta eſt parua maligna
Vnda procul uena:quamuis e puluere miles
Corripiens:patulum galeæ confudit in orbem
Porrexitque duci:ſquallebant puluere fauces
Cunctorum minimũq; tenens dux ipſe liquoris
Inuidioſus erat:me ne inquit degener unum
Miles in hac turba uacuum uirtute putaſti?
Vſq; adeo mollis:primiſque caloribus impar
Sum uiſus? quanto pœna es tu dignior iſta:
Qui populo ſitiente bibas:ſic concitus ira
Excuſſit galeam:ſuffecitque omnibus unda.
Ventum erat ad tẽplũ libycis quod gentibus unũ
Inculti garamantes habent:ſtat corniger illic
Iuppiter(ut memorát)ſed non aut fulmia uibrás
Aut ſimilis noſtro:ſed tortis cornibus ammon:
Non illic libycæ poſuerunt ditia gentes
Templa:nec æois ſplendent donaria gemmis.
Quamuis æthiopum populis arabumque beatis
Gentibus atque indis:unus ſit iupiter ammon
Pauper adhuc deus eſt:nullis uiolata per æuum
Diuitiis delubra tenens:morumque priorum
Numen:romano templum defendit ab auro.
Eſſe locis ſuperos teſtatur ſylua:per omnem
Sola uirens libyem:nam quicquid puluere ſicco

Conſpecta eſt parua maligna:caſus ita tulit:ut haud procul inde ſpectauerint undá:quæ potius piſcina erat & ſtatim e militibus unus aquam ide hauſit & eam porrexit catoni:Cato toruis oculis illum acriter reprehen dit.nunqd inquit ex oĩbus me unum delegiſti:qui ſitim pati non poſſim?& acceptam undam effudit in cõſpe ctum militum:& ſatiſfecit omnibus.nam milites ubi uiderunt ducem ſitim fortiter patẽ:nihil erat quod non ip ſis tolerabile uidereẽ. Procul:ꝓ oculis Maligna uena.i.iniqua qa aqua nec erat quidem huiuſmodi:ut potabi lis uideri poſſet. Quá uix puluere:adeo aqua per exigua erat : ut uix eá haurire po tuerit miles. Minimũ liquoris:ideſt par uá aquæ partem tenens manibus. Inui dioſus erat:ideſt magnam in ſe contrahe bat inuidiam. Primis caloribus:ut in principio caloris ſitim pati non poſſim?

Quantum pœna:hac pœna potius di gnus es:qui aliis ſitientibus bibas. Cõ citus ira.i.perturbatus. Excuſſit galeá.i. effudit aquam ex galea. Suffecit.i.om nium ſitim expleuit. Ventum erat ad tẽ plum : cum per arentẽ libyam iter faceret cato:tandem ad fontem iouis ammonis peruenit:ubi templum erat ipſius dei:ſæ pe hoc dictum quod in fabulis legitur.cũ ex india uictor rediret liber pater:& ad arẽ tem libyam perueniſſet:cum omni exerci tu ſiti laborans ſupplex dicitur rogaſſe pa trem iouem:ut ſibi exercituiq; ſuo miſere tur:ſtatim ibi apparuit aries:qui pede ter ram percuſſit & ſtatim fons nitidiſſimæ a quæ exiluit:unde omnis exercitus bibit: deinde in honorem patris liber pater ibi templum condidit & in medio templo ſi mulacrum iouis in forma arietis erexit: ꝙ exiſtimabat iouem ſub ea ſpecie auxilium præſtitiſſe:& qui ad hoc ſimulacrum io uis ueniebant : de rebus dubiis reſponſa accipiebant.nunc ergo dicit ubi a catone &ipſius exercitu illuc uentum eſt:uniuer ſæ gentis populi erant:qui ad petẽda ora cula uenerant. Vnum:ſingulare. In culti:qui uitam incultatam & rudem exi gunt. Illic:in illo templo. Corniger: in forma arietis. Similis noſtro:nõ ibi factus eſt iuppiter. Qualis:in capitolio noſtro. Similis.ſ.cũ maieſtate & fulmĩe. Ammõ:ab harena ubi poſitus ẽ.ná ἄμμος harená ſignificat ſiue ab ámone paſtore qui illi primus templum conſtituiſſe ſcribitur a pauſania:uel ab ámun quod lĩgua ægyptia ſignificat iouẽ & corupto ſermõe afri ámonẽ uocát herodotus. Nõ illic libycæ:dicit ibi nõ eſſe tẽplũ cõſtru ctum magnificentia ædificiorum:nec donaria plena auro & argento:ſicut romæ.nam ea gens pauper erat : & contenta humilioribus:iouem igitur adorant:non magnis donis:ſed potius miti corde . Donaria:proprie ſunt loca ubi dona diis oblata reponuntur:ſicut ſacraria ubi ſacra coluntur . Quamuis æthiopum po . non ſunt hic dona præcioſiora quibus ornari ſolent templa iouis romæ:quamq̃ hoc templum ſit unicum & ſingu lare gentibus etiam orientis. Beatis:apud quos naſcuntur res pretioſæ gemmæ:aurum.& argentũ. Pau per adhuc:q̃uis abundent his rebus:tamen non exornant templum:ſed precibus potius & piis ſacris iouẽ pla cant. Per æuum:per omne tempus ætatis. Morumq; priorum:quia ſicut ab initio conſtitutum fuit : ita etiam poſteri ſeruarunt. Numen romano templum:quaſi dicat non templum illud exornatur auro:ſi cut capitolium ubi templum iouis erat in arce. Eſſe locis ſuperos:ꝙ ibi numen inhabitet : ex eo cognoſc i poteſt:ꝙ cum omnis circa ipſum regio nimio calore areſcat:ibi tantummodo herbæ uirides ac ſyluæ conſpici untur:quod ſine numine fieri non poſſet. Eſſe ſuperos.i.numen deorum inhabitare. Sola:unica ſylua per omnem libyam. Nam quicquid puluere ſicco:a pentapolitana regione uſque ad tripolitanam quic quid inter medium eſt caret herbis & arboribus:ſed ibi tantummodo ubi templum ámonis eſt ſylua uirens reperitur. Quicquid:ideſt omne ſpacium terrarum. Puluere.i.harena putri.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Separat:ardentem tepida berenitida lepti
Ignorat frondes: ſolus nemus abſtulit ámon
Syluarum fons cauſa loco:qui putria terræ
Alligat:& domitas unda connectit harenas.
Hic quoqꝫ nil obſtat phœbo : cum cardine ſũmo
Stat librata dies:truncum uix protegit arbor.
Tam breuis in medium radiis impellitur umbra :
Depręſum eſt hunc eſſe locum : qua circulus alti
Solſtitii medium ſignorum percutit orbem:
Non obliqua meant : nec tauro ſcorpius exit
Rectior:aut aries donat ſua tempora libræ :
Aut aſtræa iubet lentos deſcendere piſces.
Par geminis chiron : & idem qd' carcinus ardẽs
Humidus ægoceros:nec plus leo tollitur urna .
At tibi quæcunqꝫ es libyco gens igne dirépta :
In noton umbra cadit:quæ nobis exit in arcton.
Te ſegnis cynoſura ſubit : tu ſicca profundo

Berenitida lepti:berenitis oppidum libyæ eſt in ea parte quæ appellat' penapolitana:a quinqꝫ ciuitatibus uſque ad leptim: oppidum tripolitanæ.i.a principio Libyæ uſqꝫ ad extremitatem non inuenitur arbor:nec ſylua: niſi in hoc loco templi ámonis. Solus nemus:iuppiter dedit hanc ſyluam:ꝙ locum illum delegit. Fons cã loco:& tamen ámoni ioui eſt attribuendum:nam ipſe ſub forma arietis terram pede percutiens fontẽ edidit Et domitus un.declarat ꝙ dixit alligat:quia humor una cum puluere mixtus facit quaſi gluten:quo radices deinde nituntur terræ. Hic quoqꝫ nil obſtat:adeo ſol directe trãſit per zenith capitis eorum:ut nulla ibi protſus uideatur umbra.zenith ẽ uocabulum aſtrologorum:ſignificat autem punctum i firmamento:qui directe capiti noſtro ſuperimpoſitus ẽ:& cuiuſqꝫ regiõis gentes ſuum zenith habent:dicit ꝙ ibi trãſit per zenith capitis eorum qui directe ſuperimpoſitus erat capiti garamantum cum ĩ meridiem eſt ſol:nulla prorſus umbra apparet:adeo ut uix frondibus truncos ſuos arbores defẽdere poſſint. Hic quoqꝫ:hic q̃uis natus ſit fons:tamen cum ĩ meridie fuerit ſol:nulla umbra eſt:q̃ poſſit ſe a calore ſolis defendere.nec ipſa arbor. Phœbo:calori ſolis. Stat.i.firmata ẽ. Cardine ſummo.i.in meridie. Truncũ uix ꝓtegit arbor:ex quo intelligi põt qũo poſſent ſub umbra cætera animalia releuare calorem. Deprehẽſum:de illis loquitur quorũ zenith directe capiti eorum ſuperipoſitus eſt in æquinoctiali ſitu:qbus duo ſolſtitia altiſſima fiunt:& totidem ſolſtitia ima.ſolſtitia alta fiunt his cum ſol ꝑ capitis eorum zenith trãſit.uidelicet cum ſol ẽ in principio arietis:& item in principio libræ tuuc.n.directe ſol perpẽdiculariter ꝑ zenith capitis eorum trãſit:iõ autem alta ſolſtitia dicuntur:ꝙ ſol altius aſcendere non poſſit. Circulus alti ſolſticii:eſt æquinoctialis ꝙ ſub æquinoctiali conſtitutis duo alta ſolſtitia fiunt:medium autem orbem ſignorum appellant zodiacum.uidelicet quia æqnoctialis circulus medium zodiacum diuidit. Percutit:Diuidit. Deꝑhenſum.i.ab aſtrologis. Hunc locum:ubi poſitum eſt templum ámonis. Alti ſolſticii:uidelicet æquinoctialis quare alti' qa uidelicet ſub æquinoctiali conſtitutis:duo alta ſolſtitia ſunt.uidelicet cum ĩ principio libræ & item in principio arietis ſol fuerit. Orbem ſignorum.i.zodiacum in quo.xii.ſigna poſita ſint. Nõ obliqua meant.i.non obliqua oriuntur nec occidunt:ut intelligatur hic locus:ſciendum eſt primum quid ſit ortus & occaſus:deĩde qd ſit obliqꝫ oriri & recte oriri.ortus alicuius ſigni nil aliud eſt:q̃ illam partem horizontis oriri cum illo ſigno oriente.i.aſcendente ſupra horizontẽ arcticum.rurſus e diuerſo occidere aliquod ſignum nihil aliud eſt:q̃ eam partem horizontis occidere:que occidit cum illo ſigno occidente.Signa.n.cum uidentur:oriri dicunt':cum autem non uidentur:occidere dicuntur cum ſupra horizontem finita eſt acies oculorum & nõ uident':cum ſupra aliũ horizontem fuerit:tumore terræ ĩpeditur acies oculorum:ne ſydera uideri poſſint:hic eſt ortus & occaſus.obliqꝫ autem oriri dicũt' ſigna cũ minor pars horizontis occidit cum eo.recte autem oriri dicunt' cum magna pars horizontis oritur.nunc ergo dicit. Non obliqua meant.i.recta ſigna oriuntur:qa cõſtitutis ĩ æqnoctiali:ſicut ſũt hi de qbus loqtur garamantes ſemper maior pars horzõtis orit' & occidit. Nec tauro ſcorpius exit.i.ſigna oppoſita æquales habent aſcenſiones & deſcenſiões:libra opponit' arieti. Scorpius tauro:Capricornus cancro:Aquarius leoni:Piſcis uirgini:& in ſpæra:iſta oppoſita ſigna æquales habent aſcenſiones & deſcenſiones.i.æqualiter occidunt & oriuntur:& hoc eſt quod hoc loco dicit:nec tauro ſcorpius exit rectior. Tempora ſua:qa eodem tempore & oriuntur & occidunt. Chiron.ſ.ſagittarius nam ĩ ſagitarium ſignum conuerſus eſt chiron:q centaurus fuit & nutricius Achillis. Carcinus.i.cancer dictio græca eſt. Idẽ eſt.ſ.ĩ aſcenſione & deſcẽſione. Aegoceros:capricornus.nã αἰξ.ſignificat capram.κερασ.cornu. Nec plus leo.t.urna:qa aquarius opponitur leoni:cum dicit urna intelligit aquariũ:nã aquarius pingit' cũ urna effundẽs fluuium. At tibi q̃cunqꝫ es:apoſtrophat ad eos quorum punctus.i.zenith arabice:ſuperipoſitus eſt capiti eorum & ſunt in tropico cancri his enim umbra ſemper a ſeptentrione uergit ĩ meridiẽ At uero illis quorum zenith directe capiti eorum ſuperipoſitus eſt ĩter tropicũ cancri:& inter circulum arcticũ :nunquam eis contingit ut ſol tranſeat per zẽith capitis eorum:& illis umbra ſemper a meridie ſeptentrionem uerſus tendit : ſicut nobis:ita Lucanus hic dicit oſtendens eam gentem quibus umbra ſemper uergit in meridiem. Dirẽpta.i.diuiſa es a nobis. In notõ ũbra cadit.i.ĩ meridiẽ ũbra eius. Quæ nobis.ſ.q ſumus ĩter tropicum cancri:& arcticũ polũ ũbra cadit a meridie ĩ ſeptẽtrionẽ. Te ſegnis:o afer garamas. Cynoſura:mĩor. Segnis:qa tarda ẽ.



Mergi plauſtra putas:nullumqꝫ in uertice ſummo
Sydus habes immune maris:procul axis uterqꝫ ẽ
Et fuga ſignorum medio rapit omnia cælo .
Stabant ante fores populi:quos miſerat eos :
Cornigerique iouis monitu noua fata petebant :
Sed latio ceſſere duci:comiteſque catonem
Orant : exploret libycum memorata per orbem
Numina:de fama tam longi iudicet æui.
Maximus hortator ſcrutandi uoce deorum
Euentus labienus erat:ſors obtulit inquit :
Et fortuna uiæ tam magni numinis ora
Conſiliumque dei:tanto duce poſſumus uti.
Per ſyrtes:bellique datos cognoſcere caſus .
Nam cui crediderim ſuperos arcana daturos
Dicturoſque magis q̃ ſancto uera catoni ?
Certe uita tibi ſemper directa ſupernas
Ad leges:ſequeriſque deum:datur ecce loquendi
Cum ioue libertas : inquire in fata ne fandi
Cæſaris:& patriæ uenturos excute mores :
Iure ſuo populis uti legumque licebit :
An bellum ciuile petit:tua pectora ſacra
Voce reple:duræ ſaltem uirtutis amator.
Quære quid eſt uirtus:& poſce exemplar honeſti
Ille deo plenus:tacita quem mente gerebat :
Effudit dignas adytis.e pectore uoces .
Quid quæri labiene iubes? an liber in armis
Occubuiſſe uelim:potius q̃ regna uidere ?
An ſit uita nihil? uel longa an differat ætas?
An noceat uis ulla bono? fortunaque perdat
Oppoſita uirtute minas:laudandaque uelle
Sit ſatis:& nunquam ſucceſſu creſcat honeſtum .

Mergi plauſtra putas:quia(ſicut dixi ſuperius)tunc dicitur occidere ſignum aliquod cum tendit ſub horizonte:ideo quia orizon hic noſter qui diffinit ſpacium:quod acies oculorum pertingere põt:parum uidetur ab his qui ſunt in polo antarctico:ob eam cãm plauſtrum quod circa polum arcticum uertit':ipſi exiſtimant quũ nobis nunq̃ occidat occidere:quia non uident nam tendit ſub horizõte:& tumore terræ impeditur acies oculorũ ĩõ eis urſa minor licet nunq̃ occidat:occidere uidetur. In uertice ſũmo:ĩ polo ſeptẽtrionali:qui ſemp ſublimis ẽ nobis . Procul axis uterqꝫ:qa ipſi ſũt cõſtituti ſub æquinoctiali q circulus ẽ haud ꝑcul a polo arctico. Vterqꝫ axis:arcticus & ãtarcticus:qa ipſis ſpæra ẽ recta:cũ circuli quinqꝫ ſint ſperæ uidelicet arcticus:ãtarcticus:æquiocthalis: hyemalis:& auſtralis:ipſi ſũt cõſtituti ĩ ægnoctiali:qa ſub meridie ſũt. Fuga ſignorũ ſpacium ſignorum eſt a terra remotum:iõ fugere uidetur ſub utroqꝫ orizonte ſuo & noſtro. Stabant ante fores populi:nũc dicit ad hoc templum multarum natõnũ gentes conueniſſe:ut reſponſa rerum ſuarum peterent:& ſimul atqꝫ catonem uiderunt:ueneratione quadam moti ſtatim ipſi ceſſerũt. Eos:oriẽs ἠέωσ dic' aurora & oriens. Noua fata.i.reſponſa rerũ nouarum. Exploret:tentet periculum faciat:ſi uera ſint oracula:que fama per totũ orbẽ uulgauerat:ꝙ ibi uera & certa reſpõſa darentur. Maximus hortandi:ſed inter cæteros hortatores præcipuus erat labienus qui aliquando tribunus plæ.fuit: & militauerat ſub Cæſare:deinde ꝙ pars melior uideretur põpeiana:q̃ ſenatus oĩs ſequeretur:relictis ſignis Cæſaris trãſiuit ad pompeium . Euentus rerum.i.ciuilis belli fortunam . Voce:oraculo .
Sors obtu.o cato fortuna ipſa uoluit : ut ad hunc locũ ueniremus ubi poſſemus certa oracula accipere de rebus futuris:nũquid aliquando noſtris legibus uiuere debeamus:an bella ciuilia nequicq̃ ſuſcepimus. Numinis.i.iouis ámonis . Cõſiliumqꝫ dei:quia conſulere potes oraculũ iouis. Tanto duce:ioue ámone. Datos caſus.i.qui caſus nobis dentur.proſperi an aduerſi. Nam cui crediderim : nec dubium eſt:quin uera reſponſa habiturus ſit a ioue in quo ſumma ſemper ſanctitas fuit. Certe uita tibi:oſtendit ipſum ſemper obſequentem fuiſſe diis. Ad leges: nunq̃ iura diuina uiolaſti. Deum.i.uolũtatẽ dei. In:aduerſus. Excute:exqre diligẽter. Mores patriæ:nunqd in libertate uicturi ſumus:an ĩ ſeruitute. Suo proprio iure. An bellũ ciuile.i.an fruſtra bellũ ciuile gerimus ꝑ libertate:quá reparaturi nõ ſumus. Voce.ſ.iouis. Duræ ſaltẽ uir.& ſi de rebus futuris q̃rere nõ ẽ tibi curæ:ſaltẽ q̃re qd ẽ uirtus :& ut tibi aliqd' uirtutis proponat' exẽplũ. Ille:nõ opus erat:ĩquit:ut cato ſiſcitaret' oracula:nã ipſe tota mẽte deũ cõceperat. Dignas uoces:hoc ẽ nõ aliter reſpõdit:q̃ ſi deus eẽt q oraculũ ederet. Adytũ:locus ſecretus quo nemini niſi ſacerdoti adire licebat a priuatiuũ ẽ.δυω ĩgredior .
An liber ĩ armis:iubes ne q̃ri ea q̃ máifeſta ſũt oĩbus? Occubuiſſe ueli:quia ſatius ẽ mori liberũ:q̃ uiuere ſeruum. An ſit uita:breuis an lõga.uita eni quátũlibet longa ſit:breuis eſt. An differat ætas:ſiue adoloſcens fueris:an iuuenis:an ſenex:nõ uita differt:ſed differunt mores ætatis. An noceat uis.q.d.manifeſtũ ẽ uiolẽtiã fortunæ : aut temporis nõ poſſe nocere bonis. Oppoſita uirtute:iuuenalis nullum numen habes:ſi ſit prudẽtia: ſed te nos facius fortuna deam cœloqꝫ locamus. Laudáda.ſ.iubes quæri . Sit ſatis:ſiue honeſtum conſecutus fueris:ſiue non ſufficit:ꝙ ad illud tota mente feraris. Succeſſu:felicitate.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Scimus.ſ.quæ ad uirtutem pertinent:quia dixerat ſuperius Labienus quære quid eſt uirtus. Hæremus:in nitimur ſtabiliti ſumus. Superis:omnes a deo defendimur:inſtruit ipſe nos quid facere debeamus. Temploque tacente:etiam ſi nullum oraculum fuerit:hoc ſcire poſſumus:nil agere homines:niſi ex uoluntate dei. ergo etiam male faciemus ſponte dei:ſed uoluntas dei duplex eſt.poteſtatiua(ut aiunt Theologi)& permiſſiua:cum male agimus:permittit non ꝙ ei placeat:Poteſtatiua dicit:quia poſſet prohibere. Nec uocibus ullis:non opus eſt:ut nobis deus dicat quid ſit faciendum:unum tamen nos ſcire uoluit:omnibus ſemel monendũ eſſe. Auctor:uidelicet deus cum daret rationem omnibus:dixit nil gentium conſiſtere:quod ipſe declarat in fine oratiõis: ubi dicit:me nõ oracula certum ſed mors certa facit.pauido fortique cadendum eſt.

Steriles nec legit harenas: nam ubique curam rerum humanarũ habet:& ſub nomine iouis uerum deum ſentiebat Cato.

Hoc puluere.i.in hac harena alluſit ad nomen iouis ãmonis. Eſtq; dei ſedes: prætere non hic ſolum eſt deus:ſed ubique eſt potentia quid enim ſedes eſt dei? niſi pontus:terra:aer:uirtus. Niſi uirtus in his omnibus rebus deus ẽ Aratus Poeta περὶ τῶν νόμων ſcripſit.παντε διος ἐμπλέοι.pleni ſunt iouis omnes:quidem uitiis mœſti plenum eſt mare lacus pleni:& omnes ubique utimur deo: ſecũdum hunc ſenſum Arati loquitur hoc loco Lucanus dicens dei ſedem eſſe pontũ: aerem:terram:celum & uirtutem. Superos quid quærimus:cum dii ſint in nobis ipſis. Quodcunque moueris:nam deus ipſe eſt ſpiritus ſine quo nihil mouetur aut regitur.Et quid nos mouet?anima: q̃ data eſt nobis a deo:ſed in hoc non nihil errauit:quaſi uellet animam eſſe deum:ſecundum Pythagoram qui dicebat animã eſſe partem diuini ſpiritus:ſecundum quẽ locutus eſt Virgilius. Igneus eſt illis uigor & cœleſtis origo.ita diffiniebãt illi deum eſſe πυρ αισθητικόν.i.ignem ſenſibilem: hunc uigorem ſacratum igni dicebant eſſe originem animatum:ſed ſequeretur hoc in loco:ſi anima eſt pars diuini ſpiritus.ergo anima naturaliter eſt deus:quod falſum.nam pars ſequitur ſuum totum. Dubii.ſ.ſ.qui incerti ſunt rerum futurarum:illi reſponſa petant ego autem ſcio quid futurum eſt.res enim cum uirtutibus proſpere cedunt:ẽt ſi aduerſæ contingerent:tamen conſcientia recte factorum loco beatitudinis:& inſtar ſibi felicitatis eſt. Virgilius illud idem oſtendit paucis uerbis.Quæ uobis q̃ digna uiri pro laudibus iſtis:præmia poſſe rear ſolui pulcherrima primum dii moreſq; dabunt ueſtri:ſed mors quæ certa eſt facit me certum.ſ.ſemel naſcentibus moriendum eſſe. Satis eſt dixiſſe.ſ.moriendum eſſe forti & pauido. Sic ille profatus:hæc ubi dixit:cato extemplo diſceſſit & fidei ammonis oraculo derogare nihil uoluit. Non exploratum:a ſe quia noluit ipſe periculum facere:uerum oraculum eſſet:nec ne. Ipſe manu ſua:nunc oſtendit ipſum optimi non imperatoris ſolum:ſed militis officio uſum:nã ſua ipſe arma geſtabat non miniſtro:non equo:non uehiculo uſus. Pedes:non equo uehebatur. Militis anheli.i.anxii:ut uix ſpiritum trahere poſſet. Monſtrat tollere labores:dum ipſe primus inſerit ſe laboribus.

Non iubet: ſatius eſt elaborando exemplum proponere aliis quid facere debeant:quam imperare. Supinus:ſublimis. Nulla ceruice:quia non patitur:ut ſe humeris geſtent milites.nam principes romani ad hanc luxuriam uenerant:ut lecticarios haberent qui lectica eos quocunq; uehebant:ut in epiſtola ſerui Sulpitii.coactus ſum illum in urbem meis lecticariis deferre.lecticarii autem erant:qui lectica uehebant romanos principes quarum aliæ dicebantur hexaphori:que a ſex: aliæ octaphori quæ ab octo ſeruis geſtabantur. Carpentoque ſedens:carpentum genus eſt uehiculi. Parciſſimus:continentiſſimis.

Scimus:& hoc nobis non altius inſeret ammon
Hæremus cuncti ſuperis:temploq; tacente
Nil facimus non ſponte dei:nec uocibus ullis
Numen eget.dixitq; ſemel naſcentibus auctor
Quicquid ſcire licet:ſteriles nec legit harenas:
Vt caneret paucis:merſitq; i puluere uerum.
Eſtq; dei ſedes:niſi terra & ponius:& aer
Et cælũ:& uirtus:ſuperos quid quærimus ultra?
Iuppiter eſt quodcũq; uides:quodcũq; moueris
Sortilegis egeant dubii:ſemperq; futuris
Caſibus ancipites:me non oracula certum:
Sed mors certa facit:pauido fortiq; cadẽdũ eſt.
Hoc ſatis eſt dixiſſe iouem:ſic ille profatus
Seruataq; fide templi diſcedit ab aris
Non exploratum populis ammona relinquens
Ipſe manu ſua pila gerit:præcedit anheli
Militis ora pedes:monſtrat tolerare labores:
Non iubet:& nulla uehitur ceruice ſupinus:
Carpentoq; ſedens:ſomni parciſſimus ipſe eſt.



Vltimus hauſtor aquæ:& cum caſu aliquo offerentur fontes qui rariſſimi ſunt in ea regione:ſemper ultius erat qui biberet. Indiga:indigeris. Stat:expectat quoad ẽt gregarii milites bibant:immo uero lixa:lixa dicitur miniſter qui aquam coquo ſuppeditat.nam antiquitus lixa aqua dicebatur.unde elixare eſt aqua madefacere. Si ueris magna:nunc per compationem Lucanus laudat catonem.oſtendit.n. Catonis ueram uirtutẽ fuiſſe:cætera quæ in aliis principibus romanis laudantur:fortunæ magis attribuenda eſſe:q̃ uirtuti. Fortuna fuit:præterq̃ in Catone. Succeſſu:felicitate remota:ſecundum ſtoicos q ſolum bonum in uirtute conſtituũt nam hic ſtoicus erat:ergo dicebat uirtutẽ ipſam ſatis eſſe ad bene beateq; uiuendũ: etiam ſi omnia aduerſa contingerent:hic proprie ad uirtutem accedebat:niſi ꝙ i uirtute felicitatem eſſe uolebat:nã uirtus nõ eſt felicitas:ſed per eam ad felicitatem peruenitur. In ullo maiorum:in aliquo antiquorum quicquid laudatur ut in ſcipione:fortuna fuit.nam laudatur ꝙ ſpecioſas uictorias:triumphos:atq; trophæa de hoſtibus reportauerit:ſed hæc uictoria conſiſtit in fortuna maiore parte ſui.Et Cicero cum de his rebus diſputaret:quæ in uno imperatore deligendo quærenda ſũt: fortunam inter cæteras poſuit.magnam enĩ ſibi partem in rebus bellicis fortuna uendicat. Quis marte ſecundo:ſi conferre uolueris uirtutem catonis cũ uirtute aliorum principum:qui res magnas bello geſſerunt inuenies Catonis maiorem laudẽ fuiſſe nullam enim partem ſibi fortuna uẽdicauit. Tantum:quantum meruit: Cato. Marte ſecũdo:rebus bello feliciter geſtis. Populorum ſanguine:cæſis fugatiſq; hoſtibus. Hunc ego per ſyrtes: dubitari non põt quin hos uerſus ex animo ſcripſit Lucanus quia uirtute Catonis afficiebatur. Malueri:pro maluiſſem. Libyæque extrema:per ſitientem Libyam.

Quam ter capitolia curru ſcandere.i.q̃ ter uictoriam huiuſmodi conſecutũ fuiſſe qualem Pompeius:qui ter triumphauit: & q̃ cõſecutũ fuiſſe uictoriã.C.marii q de uicto iugurtha triũphauit: & ipſũ ãte currũ captiuũ duxit. Fran.colla.i.ceruices & ſupbiã iugurthæ q cũ in carcerẽ & uincula coniectus eſſet:poſt aliquot dies ſenatus conſulto de ſaxo tarpeio præcipitatus eſt. Ecce parens uerus:apoſtrophat ad Romam dicens:ſi quis unquam fuit qui iuſte in deorum numerum cõſtitueretur:hic certe fuit:hic uerus eſt parens quem pro deo colas o romane. Aris.i.digniſſimus tuis deis. Per quem nunq̃ iurare pudebit:iurare per aliquẽ eſt ipſum quaſi deum colere & uenerari:ut horatius iurandaſq; tuum per numen ponimus aras. Ceruice ſolu.i.ſi unquam libera fueris. Iam ſpiſſior ignis:nunc redit ad propoſitum:poſtquam laudauit uirtutem catonis dicit iam eos ad eam partem libyæ perueniſſe ultra quam progredi non licebat iam n.ſub ardenti zona eſſe incipiebant. Ex plaga quam:circulus ſpæræ medius æquinoctialis eſt:& in extremo duo circuli ſunt a ſeptẽtrione arcticus:a meridie antarcticus:hi circuli ſunt frigidiſſimi qui appellantur zonæ frigidiſſimæ inter æquinoctialem arcticum & antarcticum duo ſunt circuli.uidelicet zonæ habitabiles hominibus.hyemalis & auſtralis:in qua hyemali nos ſumus:in auſtrali ſunt afri.dicit ergo ꝙ ad ultimam hanc zonam peruenerant:ut ulterius progredi non poſſent:& ea erat feruentiſſima regio auſtralis ſiue æſtiua. Vltra ideſt ſupra. Mortalibus a:quia poſtea eſt feruentiſſima ultra quam tranſiri non poteſt. Medio die:a meridie. Vnda rarior:unum ſequitur ex reliquo:ubi intenſior eſt calor:ibi rarior eſt unda. Largus:abundans. Stabant in margine ſiccæ:quia ſæuientes ueneno ſerpentes humida loca quærunt. Aſpides:genus ſerpentum letiferum. Dipſades:ſunt ſerpentes ſic appellatæ ab eo quod faciant.nam quem morſu uel ueneno afflauerint:ſtatim tanta ſiti laborat:ut ſaciari non poſſit διψάω enim ſignificat ſitio. Ductor ut aſp.ad fontem uenerat Cato cum ſuis:& quanquam ſiti arderent omnes tamen metu ueneni aquam haurire non audebant:quod ubi uidit cato: adhortatus ẽ eos ad hauriendã aquã:ꝙ diceret ſerpentes aquam inficere nõ poſſe. Perituros:ſi nõ biberẽt.

Vltimus hauſtor aquæ cum tandem fonte repto
Indiga cogatur latices potare iuuentus
Stat dum lixa bibat:ſi ueris magna paratur
Fama bonis:& ſi ſucceſſu nuda remoto
Inſpicitur uirtus:quicquid laudamus in ullo
Maiorum fortuna fuit:quis marte ſecundo
Quis tantum meruit populorum ſanguine nomen?
Hunc ego per ſyrtes:libyæque extrema triũphum
Ducere maluerim:q̃ ter capitolia curru
Scandere pompeii:q̃ frangere colla iugurthæ.
Ecce parens uerus patriæ digniſſimus aris
Roma tuis:per quem nunquam iurare pudebit:
Et quem ſi ſteteris unquam ceruice ſoluta
Hunc olim factura deum:iam ſpiſſior ignis:
Et plaga quam nullam ſuperi mortalibus ultra
A medio fecere die calcatur:& unda
Rarior:inuentus mediis fons unus harenis
Largus aquæ:ſed quem ſerpentum turba tenebat
Vix capiente loco:ſtabant in margine ſiccæ
Aſpides:in mediis ſitiebant dipſades undis.
Ductor ut aſpexit perituros fonte relicto

Vana ſpe.ꝙ putarent ſerpentes aquam inficere. Tutos:ſine metu ueneni. Noxia:tunc inquit nocent ſerpentes cum uenenum infuderint:& ſanguinem corruperint. Dente:non autem habitantes i undis. Pocula morte carent:non enim ueneno infici poteſt aqua:tametſi in ea uerſentur ſerpentes'. Dixit dubiumq̃.

Et ut maiorem fiduciam faceret militibus:ipſe aquam primus bibit:alibi ſemper extremus. Cur libycus tantis:dicit humana cura humanuſque labor ſcire non poteſt cur ita frequentent libyen ſerpentes:& eam nocẽtem faciant:ſed ego inquit ſequor antiquam poetarum famam:qui dicunt ſerpentes de capite ſanguinis meduſæ tunc emanaſſe cum per eam regionem Perſeus uolães meduſæ caput geſtaret.

Quid:ob quam rem. Libycus:& q̃ſi rationem quandam tetigit cum diceret libycus aer:quia ibi ardores ſunt intẽſiores: ſerpentes gignuntur ſæuiores. In mortes:in peſtiferos ſerpentes. Secreta:arcana:nam ueri cauſas ſcire nemo poteſt.

Niſi ꝙ uulgata:preterq̃ ꝙ fabula uulgata eſt:quam pro uera deceptum uulgus accepit. Finibus extremis liby. Phorcus tres filias ex cetho genuit.uidelicet Meduſam. Sthenionem:& Eurialẽ:quæ gorgades inſula habitabant:& hæ tres ſorores pulcherrimæ unum oculum habuiſſe dicuntur:quo mutuo utebautur.tanta uero pulchritudine fuiſſe dicuntur ut neptunus uiſam i littore meduſam amauerit: & ſtatim perſequens uſq̃ in templum palladix ardens eam.ſubegerit:irata pallas meduſæ crines commutauit in ſerpentes: iniecitq̃ tantũ terroris in uultum ut oẽs aſpicientes ob ſtuporem uerterentur in ſaxa: Hanc poſtea perſeus interemit quem ad cædem meduſæ profecturum pallas & cõſilio iuuit & ope:nam harpen dedit ei gladium curuum quo caput & colla meduſæ ſecaret:dedit & clypeum cryſtallinum per quem uidere poſſet meduſam quam dormientem aggreſſus fortiſſimo ictu detrũcauit:qui hanc fabulam interpretari uoluerunt.dicunt tres ſorores p̃ſtantiſſima forma fuiſſe:unum autem oculum habuiſſe .i.ſpeculum quo ſe ornatiores redderent: adeo ut quicunq̃ eas aſpiceret:quaſi attonitus nimia pulchritudie corriperetur: & deperiret earum amore: ſublato ſpeculo non habuerunt occaſionem poſtea ſe ornandi:ut tantope deciperẽtur iuuenes.abſciſſo igitur capite meduſæ cum talaribus i.alatis calceis per aera fertur Perſeus:quacunq̃ per libyem uolaret guttæ de capite meduſæ manabant:ex quibus nati ſunt ſerpentes. Finibus extremis.i.extrema libyæ uerſus meridiem. Accipit oceanũ:quia haud procul ab oceano ſol uergit. Phorcynidos:meduſæ phorcynis filiæ:phorcys & phorcyn declinatur. Squalebant:erant ſterilia & inculta. Coma nemorum:frondibus arborum. Non mollia.quia ſubigi non poterant præ duritia:oía enim loca in ſaxa conuerſa erant aſpectu meduſæ. Vultu dominæ.i.oculis meduſæ. Hoc primum natura:& caput huius uirginis primum crines habuit ſerpentinos:e cuius ſanguine deinde aliæ ſerpentes natæ ſunt. Sæuas peſtes.i:ſerpentes. Ex faucibus.i.ex maxillis pendebant ſerpentes. Vibraris linguis:quia tanta celeritate linguam mouent ſerpentes:ut cum una ſi tres eſſe uideantur. Vibratis:celeriter motis. Fœmineæ:quæ nutriũt comas & eas per colla demittunt. Ipſa colla:pro ipſius Meduſæ colla. Flagellabant:colla ipſius percutiebant. Surgunt aduerſa:pro cincinnis ſerpentes habebat. Subrectæ:ſurſum erectæ. Vipeumq̃ flu.neceſſe erat:ut hẽret pectines latiſſimis dentibus:quia pectebat ſerpẽtinos crines:& cũ depecteret:de ſerpẽtibus fluebat uenenũ. Hoc hẽt ifelix impu.dicit hũiſſe hoc unũ meduſã:ꝙ licebat oíbus eã ipune ſpectare:qũo ipune:ſi ſtati i ſaxũ uertebãt?ſed dicit ió oíbus ipune licuiſſe ſpectare:ꝙ dũ ſpectarẽt:nihil metuebãt.qd eni metuerẽt q priuſq̃ mala ſua cognoſcerent i ſaxa uertebant?

Alloquitur:uana ſpecie conterite loeti
Ne dubita miles tutos haurire liquores.
Noxia ſerpentum eſt admixto ſanguine peſtis.
Morſu uirus habent:& fatum in dente minantur.
Pocula morte carent:dixit:dubiumque uenenum
Hauſit:& in tota libye fons unus harena
Ille fuit de quo primus ſibi poſceret undam.
Cur libycus tantis exundet peſtibus aer
Fertilis in mortes:aut quid ſecreta nocentis
Miſcuerit natura ſolo:non cura laborque
Noſter ſcire ualet:niſi quod uulgata per orbem
Fabula pro uera decepit ſæcula cauſa.
Finibus extremis libyes:ubi feruida tellus
Accipit oceanum demiſſo ſole calentem:
Squallebant late phorcynidos arua meduſæ.
Non nemorum protecta coma:non mollia ſulco
Sed dominæ uultu conſpectis aſpera ſaxis.
Hoc primum natura nocens in corpore ſæuas
Eduxit peſtes: illis e faucibus angues
Stridula fuderunt uibratis ſibila linguis
Fœmineæ qui more comæ:per terga ſoluti
Ipſa flagellabant gaudentis colla meduſæ.
Surgunt aduerſa ſurrectæ fronte colubræ:
Vipereumque fluit depexo crine uenenum.
Hoc habet infelix cunctis impune meduſa:
Quod ſpectare licet:nam rictus oraque monſtri



Quis timuit?q.d.nemo. Quem quí:reddit rationem quare nemo metuebat:nam antequam metuebant uertebantur i ſaxum:& duricie ſaxi anima ipſa compreſſa tenebatur. Quem.ſ. eorum q eam itentis oculis inſpexit. Eſt paſſa mori.q.d.nemiem. Rapuit.d.fata:qa anteq̃ timerent:iſenſibiles efficiebantur. Fata: id eſt mortes eorum q eam iſpicerent. Præuenit:q morte præoccupabantur antequam meduſam metuerent.

Anima retenta.ſ.duricie ſaxi. Nec emiſſæ:antequam emitterentur e corpore. Eumenidum:per comparationem oſtendit monſtrum hoc meduſæ furiis fuiſſe tetrius ac atrocius:nã eumenides nihil aliud faciũt. niſi ꝙ furorem imittunt. At meduſa non furores imittebat:ſed ſenſus omnes auferebat. Solos fur.ut Athamanti:ut Herculi. Cerberus or.ſæuius etiam eſt hoc mõſtrum cerbero:qa orpheus cum ad uxorẽ ſuam Euridicem recuperandam deſcenderet ad iferos:cantu ſuauiſſimo citharæ angues qbus colla cerberi circundata ſunt: leniuit:ut ad cantum eius tantiſper manſueſcerent: ſed hæc nullo cantu manſueſiebat. Amphitryoniades uidit:hydra etiam mitior fuit anguibus meduſæ.nam Hercules uidit eam:nec i ſaxum cõuerſus eſt. Timuit genitor:uidetur ſibi contradiceſ:nam ſuperius dixit ipune licet omnibus ſpectare meduſam.nunc uero dicit genitorẽ eiuſ timuiſſe:ſed facile quæſtio hæc ſoluitur. potuit quidem genitor antequã uideret timere.ſ.ne ad conſpectum eiuſ ueniret:ſed uidendo:timuit nemo. Numẽ ſecundum.ſ.a Neptuno: qa phorcus Deus eſt marinus. Parens idest genitrix cetho. Ipſæque ſorores: nam ex cetho & phorco natæ ſunt gorgones. Gorgones.ſ.metuerunt γοργοσ ſignificat terribilem eo ꝙ toruos oculos & aſpectum habeant. Hoc po.pel. meduſa oculis potuit:ſi modo uoluiſſet: q̃cqd ſub cælo cõtinetur i ſaxum conuertere. Hoc.ſ. mõſtrum meduſæ. Pelago cæloque ſi:iſpexiſſet cælum & mare i ſaxum conuertiſſet.

Addu.ter.ſ.ſaxificando. In ſco. hæ. feræ etiam currentes medio curſu ſcopulis hæſerunt:ubi uiſæ fuerant a gorgone.

Vicia co.gentes omnes quæ uiſæ fuerant ab ea circa æthiopiam habitantes i ſigna marmorea uertebantur. Rigu.ma: idest duruerunt i marmora. Ipſique re.& ipſi angues qui de capite eius pẽdebãt:i aliam partem ſe auertẽtes uitabant faciem eius. Illa ſub he.hæc fuit quæ athlantem gigantem i montem ſui nõis conuertit q altitudie ſua dicitur ſuſtinere cælum. Heſpe.co.ideſt gadibus hoc eſt iuxta calpen nam calpes montes fuerunt antea continuo iugo iuncti quos Hercules diremit & aditum oceano dedit:q deide Aphricam ab Europa ſeparauit

Cæloque ti.non timuit ipſa gigantes q aliquando metum itulerunt cælo & Ioui:nam ipſos conuertit i mõtes. Phlegræos:qa i phlegra ualle facta eſt gigantomachia. Stantes ſerpente:qa ſerpentis pedibus ſtabãt: ſic enim fabulæ fingunt:nec caret ratione:nam hiſtoria hoc habet ꝙ diluuio aduentante tempore deucalionis pars quæ præſerti Boetiam uerſus uergit ſubmerſa eſt.aſcenderunt i montes parnaſum & citheronem: ſedato diluuio:cum bellum iferrent gentes quæ ſuperant aliis regionibus:hi q i monte conſtiterant ex aduerſo monte cum aſcenderent muniti pedes ferro:uidebantur ſerpentinos pedes habere:& ita fabulæ datus eſt locus qđ ſerpentinis pedibus uiderentur repere ex aduerſo montis. Stantes:ſerpentinis pedibus nixi. Erexit: ideſt conuertit in montes. Bellumque im.nam meduſæ caput in umbone clypei pallas geſtabat: & cum pro Ioue cæteriſque diis contra gigantes pugnaret clypeum obuertebat gigantibus:i quo ſimul atque gorgonis caput uidiſſent:ſtatim conuertebantur in montes. Immane:impium ſacrilegum. Bellum deorum:qđ contra deos gerebant gigantes. Confecit:perfecit ad exitum deduxit. E medio pectore:gorgon quæ ex umbone Aegidis eminebat. Quo poſtquam partu:nunc redit ad fabulam:quomodo perſeus auxilio palladis & Mer

Quis timnit?quem qui recto ſe lumine uidit:
Paſſa meduſa mori? rapuit dubitantia fata
Præuenitque metus: anima periere retenta
Membra:nec emiſſæ riguere ſub oſſibus umbræ.
Eumenidum crines: ſolos mouere furores
Cerberus orpheo leniuit ſibila cantu.
Amphitryoniades uidit cum uinceret hydram.
Hoc monſtrum timuit genitor:numenq̃ ſecundũ
Phorcus aquis:cethoq̃ parens:ipſæq̃ ſorores
Gorgones:hoc potuit cælo pelagoq̃ minari
Torporem ſolitum: mundoq̃ abducere terram:
E cælo uolucres ſubito cum pondere lapſæ
In ſcopulis hæſere feræ:uicina colentes
Aethiopum totæ riguerunt marmore gentes.
Nullum animal uiſus patiens:ipſiq̃ retrorſum
Eſtuſi faciem uitabant gorgonis angues.
Illa ſub heſperiis ſtantem titana columnis
In cautes atlãta dedit:cæloq̃ timente
Olim phlegræo ſtantes ſerpente gigantes
Erexit montes:bellumq̃ immane deorum
Pallados e medio confecit pectore gorgon.
Quo poſtquam partu danaes:& diuite nymbo
Ortum:parrhaſiæ uexerunt perſea pennæ.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

carii hanc gorgonem obtruncauerit. Quo:ideſt ad illam partem aphricæ ubi gorgon & ſorores habitabant. Ortum diuite nymbo:ideſt natum auro:ꝙ in formam & ſpeciem imbris ceciderit in gremium Danaes: Acriſius pater Danaes cum accepiſſet:quod uulgatum erat Iouem inſidias facere puellis:filiam ſuam turri ferrea incluſit:ne poſſet corrumpi:ſed qua poteſt aurum accedere.nihil tectum eſt:ſic etiam dicere ſolebat pelopides.nullum locum tam munitum eſſe quo non iumentũ oneratum accedere poſſet ideſt iumentum auro & pecunia onuſtum:ita & turris:quamuis ferrea eſſe:tamen aurum accedere potuit:cum fabula ſignificet Iouem in ſpeciem imbris aurei cecidiſſe in gremium danaes:ſignificat ꝙ ſeruos eius auro corruperat:& eo ibi e grauida facta eſt:ex qua natus eſt perſeus. Pa.ideſt arcadiæ:nam parrhaſia pars eſt arcadiæ in qua natus eſt Mercurius. Par. pen.ideſt Mercurii pẽnæ:nam talaria conceſſit Mercurius pſeo ſũt ãt alati calcei:qbus ĩpoſitis Mercurius celeriter uolat. Auctoris citharæ.i. Mercurii quem dicunt fuiſſe inuentorem citharæ & palæſtræ : citharam quidem inuenit ſed eam dono dedit Phœbo: nam cum p littora maris erraret Mercurius:dicitur teſtudinem aridam ĩueniſſe:& illius neruos baculo tetigit:quibus tactis ſonum dedit: intellexit ad teſtudinis ſimilitudiem citharam poſſe fieri:unde teſtudo etiam dicitur cithara. Liquidæ paleſtræ:oleo unctæ nam oleo uncti iuuenes palæſtra ludebãt. Præpes ſubitus:ideſt factus uolucris. nam præpetes aues dicuntur quæ uolatu auipicium dare ſolebãt:ſicut oſcines quæ garritu & uoce futura ſignificant. Harpen cyllenida :ideſt Mercurii qui colitur ĩ cyllene monte arcadiæ:harpe eſt gladius incuruus:ἁρπη ſignificat falcem. Harpen:anadiploſis eſt. Alterius monſtri argi qui centum oculos habebat:iam antea argum occiderat Mercurius iuſſu Iouis:ſicut in fabulis habet᷑. Fuſo cu.ar.go occiſo. Iuuencæ:ionis. Fratri:id ẽ perſeo.nam perſeus & pallas filii ſunt Iouis. Innuba:quæ perpetuam uirginitatem ſeruauit. Pacta:ut occiſa gorgone caput eius ſibi dono daret. Terræ:libiſſæ:a libya fit libycus.libyſſus.& libyſſimus Catullus.Num te leena montibus libyſſimis. In fine: iuxta athlantem ibi enim habitabat gorgon. Aduerſo:infeſto uolatu. Et clypeum:ecce auxilium. Quam ſo.& pallas in ſoporem reſoluit meduſam:ut eam commodius obtruncare poſſet perſeus. Tracturus:inducturus. Morte qui.nam futurum erat:ut dormiens occideretur a perſeo. Proten.eminentes. Pars ia.ideſt dormit. Oculique te.ideſt iacet in oculum clauſum & alluſit ad fabulam:unum enim tantummodo oculum gorgones habuiſſe dicuntur. Cyle.har.mercurialem. Dirigit.ſ.in corpus gorgonis. Quos habu.uul.admirantis eſt,non interrogantis quaſi dicat q̃ terribiles:q̃ tot uos habuit uultus. Hamati ferri:eſt deſcriptio harpes. Ora.ſ.gorgonis. Effundere oculos:quia oculi eius mutati in morte terrorem inferebant. Nec pallas:adeo monſtrum illud terribile fuit.ut nec pallas quidem ſpectare potuerit. Vultuſque gelaſſent: & haud multum abfuit:quin & ipſe Perſeus conuerteretur ĩ ſaxum:niſi pallas ſtatim uultus crinibus ſerpentinis texiſſet:ne uidere poſſet perſeus. Gelaſſent:riguiſſent tanquam gelu. Aliger in cælum:ſic Meduſam obtruncauerat Perſeus:& auxilio talarium ſublimis uolare cœperat:ſecum cogitans iter qđ facturus eſſet:& breuius quidem uidebatur:ſi per Europam tranſiret. Verum Pallas noluit infici terras fœcundas frugibus:ſed eum tranſire iuſſit per libyen arenoſam:& hæc cauſa eſt cur regio illa ſerpentibus abundat:qua eñ aerem ſulcando uolabat ea guttæ ſanguineæ de capite Meduſæ ceciderunt: quæ ĩ ſerpentes conuerſæ ſunt. Penſabat:examinabat iter quod facturus eſſet. Propiuſque ſecabat : & ſi ſuper europam uolando tranſiret:uidebat quidem iter breuius fore. Propius:breuius & commodius. Sed pal-

Arcados auctoris citharæ.liquidæq; palæſtræ:
Et ſubitus præpes cyllenida ſuſtulit harpen
Harpen alterius monſtri iam cæde rubentem:
A ioue dilectæ fuſo cuſtode iuuencæ.
Auxilium uolucri pallas tulit innuba fratri
Pacta caput monſtri:terræque in fine libyſſæ
Perſea phœbeos conuerti iuſſit ad ortus.
Gorgonos aduerſo ſulcantem regna uolatu
Et clypeum læuæ:fuluo dedit ære nitentem
In quo ſaxificam iuſſit ſpectare meduſam:
Quam ſopor æternam tracturus morte quietem
Obruit haud totam:uigilat pars magna comarũ
Defenduntque caput protenti crinibus hydri.
Pars iacet in medios uultus:oculique tenebras
Ipſa regit trepidum pallas:dextraque tremente
Perſeos auerſi cyllenida dirigit harpen
Lata colubriferi rumpens confinia colli
Quos habuit uultus hamati uulnere ferri.
Cæſa caput gorgon:quanto ſpiraſſe ueneno
Ora rear.q̃tumque oculos effudere mortis?
Nec pallas ſpectare poteſt:uultuſque gelaſſent
Perſeos auerſi:ſi non tritonia denſos
Sparſiſſet crines:texiſſetque ora colubris.
Aliger in cælum ſic rapta gorgone fugit.
Ille quidem penſabat iter:propiuſque ſecabat



las fru.quia Europa omnium rerum ferax eſt:ideo parci iuſſit europæ. Populis:habitantibus europam. Quis enim non præpete tanto:duabus rationibus parcebat Europæ:primum ne guttæ ſanguineæ ĩ ſerpẽtes conuerſæ caderent in Europam:deide ut nemo ſuſpiceret uolare tantum alitem.nam caput meduſæ quod geſtabat uidentes:in ſaxa conuerſi fuiſſent. Reſpiceret:ſuſpiceret. Præpete tan.quaſi dicat omnes ſuſpexiſſent cum uidiſſent tantæ magnitudinis auem. Conuer.ze.ideſt occidentem uerſus. Itque ſuper li.& monitu palladis iuit ſuper libyem. Conſita.plantata. Syde.phœboque ua.ideſt caloribus tantum ſolis occupata eſt. Premit.ſ.eam partem libyæ. Nec.t.cel . ul. hoc ideo dicit:quia terra uicina eſt ſoli:nam omne rotundũ tumet in medio.Ideo altius umbra terræ cadit in cælum.quomodo cadit? immo aſcendit: cadit autem dixit:reſpiciens ad noſtrũ horizontem nam humilior eſt : & umbra cadere uidetur:quæ in noſtro horizonte eſt. dicit autem umbram terræ in cælum cadere:& inter lunam & terram umbram cadẽtem lunæ intercipere lumen: & facere eclipſim:eminentia enim terræ umbra ſua lunæ lumen intercipit:& eclipſim facit.ideo quotienſcunque ſub ecliptica linea fuerit linealiter:tunc umbra intercipit lumen & eclipſim facit.eſt autem ecliptica linea medium zodiacum diuidens : ita ut ſex gradus zodiaci ex altera parte permaneant:& totidem ex altera: itaque ab Ariete uſque ad finem uirginis:ſigna illa appellantur ſeptentrionalia:deinde a uirgine uel libra uſque ad finem piſcis appellantur meridionalia:ſed aliquãdo ſub ecliptica ſunt:quotiens ſol & luna ſub illa fuerint linealiter: ſtatim eclipſis efficitur eclyptica dicitur ab εκλέιπω deficio : quia lumen ſolis & lunæ deficit cum ſub illa linea fuerit. Lunæque meatibus obſtat:quia uaga iter ſuum facit luna:modo meridiem : modo ſeptentrionem uerſus . ideo declinat a ſole. nam niſi ita uergeret:modo in dextrã modo in ſiniſtram:& ſub ecliptica linealiter eſſet:frequenter eclypſim faceret. nam cum ſub ecliptica linealiter fuerit : tunc perpendiculariter radii ſolis feriũt lunæ corpus:quæ excipiens radios:non permittit ſplendorem ſolis ad nos peruenire:& ita eclipſis efficitur:ſed inter lumen lunæ & terram intercipit umbra lucem:& ita luna patitur eclipſim. Vagi flexus:declinans modo in dextram:modo in ſiniſtram partem per eclipticam:quæ medium zodiacum in duas partes diuidit æquales. Nec in boream:ſed perpendicularis eſt:nec ĩn hanc:nec in illam partem declinat. Illa tamen ſterilis tellus: ea tellus quamuis naturaliter ſterilis ſit:tamen accepto ſanguine concepit ſerpentes. Tabe.ſanguie. Concipiunt:rem geſtam narrat:tanquam nunc primum geratur. Rores guttas. Incoxit:inoleuit: & quaſi partum gremio ſuo terra concepit:ut ſerpentes ederet. Hic quæ prima:hic deſcribit ſerpentum genera: quæ a ſanguine meduſæ procreatæ fuerunt. Tumida:inflata. Aſpida:primam dicit ſerpentem natam ex hoc ſanguine quæ aſpis dicitur:a ſimilitudine dicta eſt,ασπισ ſignificat ſcutum:eo ꝙ reliquo corpore tanquam ſcuto utitur:ut caput protegat.plures diuerſæque aſpidum ſpecies:uerum(ut inquit ſolinus)diſpares effectus ad nocendum. Somniferam:quia quoſcunque momorderit in ſoporem reſoluit:ita ut dormientes moriantur: nullo remedio:præterquam ſi contactæ partes ſtatim amputentur hoc ſerpentis genus mamillis addidiſſe perhibent Cleopatram. Plenior hic ſanguis:plurimum ueneni de capite gorgonis in hanc ſerpentem cecidit. Decidit:ĩ hanc ſerpentem. In nulla.ſ.q̃ ĩ hac:hic uel hæc ſerpens dicitur. Ipſa caloris egens:& qa calorem amat ideo nunquam niſi ĩuita ĩ regiones frigidas tranſit.ĩuita autem dixit:reſpiciens ad id quod ſeqtur:ꝙ nunc tanta iniquitas ĩceſſit animos hominum:ut ſerpens quam abominari homines deberent : iam ĩ pretio eſſe cœperit: apud homines ætatis noſtræ aſpidis uenenum:quia maiorem uim habet:& ita deteſtatur auaritiam hominum & ſcelus:q etiam fecerit qđ abominandum erat: eſſe pretium non mediocre. Niloque tenus:qa non diſcedit a littoribus nili:niſi qs eam coegerit. Lucri pudor:ſed qs iqt cupiditati & auaritiæ modum ĩpoſuerit:illa qdem ĩuita diſcedit a regione ſua nos uero eam cogimus tranſire ĩ europã & uenenũ ipſius iã magno pretio uendimus & emimus. Quis pudor.i.quẽ q̃ſtũ facere nos pudebit? q.d.nullum. Inde:ex regione aphricæ

Aera:ſi medias europæ ſcinderet urbes :
Pallas frugiferas iuſſit non lædere terras.
Et parci populis:quis enim non præpete tanto
Aethera reſpiceret? zephyro conuertitur ales :
Itq; ſuper libyen:quæ nullo conſita cultu
Syderibus:phœboq; uacat:premit orbita ſolis
Exuritq; ſolum:nec terra celſior ulla
Nox cadit in cælum:lunæq; meatibus obſtat
Si flexus oblita uagi per recta cucurrit
Signa:nec in borean:aut in noton effugit ũbra.
Illa tamen ſterilis tellus:fœcundaque nulli
Arua bono:uirus ſtillantis tabe meduſæ
Concipiunt:diroſque fero de ſanguine rores
Quos calor adiuuit:putrique incoxit harenæ.
Hic quæ prima caput mouit de puluere tabes
Aſpida ſomniferam tumida ceruice leuauit.
Plenior huic ſanguis : & craſſi gutta ueneni
Decidit:in nulla plus eſt ſerpente coactum.
Ipſa caloris egens:gelidum non tranſit in orbẽ.
Sponte ſua:niloque tenus metitur harenas.
Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Libycæ mortes:ideſt uenenum natum in libya. Huc:in europam. Fecimus aſpida: ideſt uenenum aſpidis. At non ſtare ſuum: poſt hanc ſubſecuta eſt ſerpens:cui nomen eſt hæmorrhois : quia ſanguinem fluere facit:nam quencunque momorderit:ille ſtatim cum ſanguíe exhauritur:& tanquam ſudor e corpore emanat. ideo αἷμα ſanguis ρέω fluo. Miſeris:quos momorderit ſtatim ſanguiem per cutem erumpere facit tanquá ſudorem. Squamiferos:quia ſquamoſa eſt ſicut piſcis. Natus & am.cherſydros quia duo elementa occupat modo terram:modo aquam:ideo nomen impoſitum eſt:nam χέρσος terram ſignificat ὕδωρ aquam.

Huc libycæ mortes:& fecimus aſpida mercem.
At non ſtare ſuum miſeris paſſura cruorem
Squamiferos ingens hæmorrhois explicat orbes.
Natus in ambiguæ coleret qui ſyrtidos arua
Cherſydros:tractique uia fumante chelydri.
Et ſemper recto lapſurus limite cenchris.
Pluribus ille notis uariatam tingitur aluum.
Quam paruis tinctus maculis thebanus ophites.
Concolor exuſtis atque indiſcretus harenis
Ammodytes:ſpinaque uagi torquente ceraſtæ.
Et ſcytale ſparſis etiam nunc ſola pruinis
Exuuias poſitura ſuas:& torrida dipſas.
Et grauis in geminum ſurgés caput amphiſibæna
Et natrix uiolator aquæ:iaculique uolucres:
Et contentus iter cauda ſulcare parias:
Oraque diſtendens auidus ſpumantia preſter:
Oſſaque diſſoluens cum corpore tabificus ſeps:
Sibilaque effundens cunctas terrentia peſtes:
Ante uenena nocens:late ſibi ſummouet omne
Vulgus:& in uacua baſiliſcus regnat harena.
Vos quoque qui cunctis innoxia numina terris

Via fumante:puluerulenta chelydrus é ſerpens cū chelis. Cenchris κέγχρος.ſignificat milium:quia diſtinctus eſt maculis in ſimilitudinem milii. Ophites: genus eſt lapidis ad ſimilitudinem huius ſerpentis maculis albis diſtinctus:propterea appellatur ophites ab ὄφις ſerpens:dicit autem pluribus maculis diſtictum eſſe cēchrim:q̄ lapidem ophitem:qui naſcitur in regione thebana. Concolor ammodytes:ideſt qui concolor eſt harenæ.ūde nomen habuit.nám ἄμμος harenam ſignificat:& δύω ingredior:quia graditur per harenam. Indiſcretus: non cognitus: quia non diſcernitur a colore harenæ.

Ceraſtæ:præferunt quadrigemina cornicula:quorum oſtentatione ueluti eſca illicitatas aues perimunt(ut refert Solinus) unde a cornibus nomē habent το κέρας cornu. Et ſcytale: ſcytalis tanta præfulget tergi uarietate:ut notarum gratia: uidentes retardet:& quoniam reptando pigrior eſt:quoſ aſſequi nequit:miraculo ſui capit ſtupentes : in hoc tamen ſqamarum nitore hyemales exuuias prima ponit : dicta á σκυτάλη ſcutica & uirga: ſcytalis enim uirga eſt oblonga & rotunda ad cuius ſimilitudiem etiam appellatur hoc ſerpentis genus Lacedæmonii appellabant uirgam longam & rotundam ſcytalí: qua artificioſas & circunſcriptas epiſtolas ſcribebant:ita ut a nullo legi poſſent niſi qui eiuſmodi uirgam haberet.hoc late plutarchus. Exuuias poſitura: aliæ ſerpentes nunquam exuuias deponunt:niſi uerno tempore:ſed hæc media hyeme. Et torrida dipſas .ſ.nata eſt quencunque momorderit:ille ſiti exardeſcit:ut ſatiari non poſſit διψάω ſignificat ſitio nam ſiti interficit:ut docet ſolinus. Amphiſibæna:amphiſibæna conſurgit in caput geminum:quorum alterum loco ſuo eſt alterum í ea parte qua cauda:quæ cauſa efficit:ut capite utrinque ſecus nitibundo ſerpat tractibus circulatis: ut idem Solinus docet ideo dicitur ab ἀμφὶ circum & βαίνω uado. Natrix:a nando dicta. Iaculique uolucres: genus eſt ſerpentis acerrimum.nam quicquid percuſſerit penetrat:ita ut nihil obſtitiſſe uideatur.Solinus. Iaculi arbores ſubeunt:e quibus ui maxima turbinati penetrant animal quodcunque obuium fortuna fecerit. Phareas:παρεῖας ſine aſpiratione a græcis dicitur:ſerpens qui cauda tantum:ſublato pectore incedit. Preſter: preſter:teſte Solino:quem percuſſerit diſtenditur enormique corpulentia necatur πρηστήρ ſignificat facem ardentem & flammam:quia fulmineus eſt:& tanquam flammas ſcintillat ab ore. Seps:ſerpens eſt a:σήπω ideſt putrefacio:quicquid enim momorderit reſoluitur in putredinem ideo tabificum dixit. Ante uenena nocens:baſiliſcus rex eſt cæterorum ſerpentum.nam regem ſignificat βασιλεύς.uis magna ſerpētis ē q̄ ſolo uiſu mortem inferat:ac homines enecat:terram poluit & exurit:denique extinguit herbas:arboreſque ipſas: corrumpit etiam auras : ita ut nulla alitum impune tranſuolet:infecta ſpiritu peſtilenti:animal ad ſemipedem longitudinis:albo quaſi mitrula lineatus caput. Sibila:adeo horrendum ſibilat:ut ſerpentes alios terreat Peſtes.i.alios ſerpentes. Vos quoque:loci iniqtas facit ut dracones qui etiam alibi ſunt innoxii in Aphrica uehementer noceát:q colebantur quaſi ſacrati & adhuc conſuetudo manet apud agreſtes:q exiſtimant nefas eſſe necari huiuſmodi ſerpentes dracones dicti ſunt a δέρκω quod eſt uideo:nam clariſſimam dicuntur habere oculorum aciem:qua ex re etiam incubantes eos theſauris cuſtodiæ cauſa antiq finxerunt poetæ:ideo etiam Eſculapio draconis forma datur:quoniam oportet medicum uigilantiſſimum eſſe. Aurato fulgore:quia habent



ſquamas quodammodo aureas:unde etiam dracones in templis dicuntur.Virgilius delubra ad ſumma dracones. Numina:ideſt tanquam numina. Serpitis:Repere proprie eſt ſerpentum & ſerpere:cum ingrediuntur.

Ardens aphrica:nam nimio ardore incenduntur dracones tametſi alibi ſint ſine ueneno. Ducitis altum aera:ideſt uolatis. Verbere:quia cauda eo uſque uerberant Tauros:ut eos etiam enecent. Nec tutus:elephantes etiam miræ magnitudinis animalia uincuntur. Datis omnia leto:ideſt occiditis quicquid uobis obuiam factum fuerit. Nec opus ueneno:etiam ſine ueneno ſatis uirium habetis ad mortem. Has inter peſtes:poſtquam deſcripſit periculū quod í aphrica erat: & per eam partem in primis qua gradiebantur nunc redit ad iter eorū.

Serpitis aurato nitidi fulgore dracones.
Letiferos ardens facit aphrica:ducitis altum
Aera cum pennis:armentaque tota ſecuti
Rumpitis ingentes amplexi uerbere tauros.
Nec tutus ſpatio eſt elephas:datis omnia lœto.
Nec uobis opus eſt ad noxia fata ueneno.
Has inter peſtes duro cato milite ſiccum
Emetitur iter:tot triſtia fata ſuorum:
Inſolitaſque uidet paruo de uulnere mortes.
Signiferum iuuenem tyrrheni ſanguinis aulum
Torta caput retro dipſas calcata momordit.
Vix dolor:aut ſenſus dentis fuit:ipſaque lœti
Frons caret inuidia:nec quicq̄ plaga minatur.
Ecce ſubit uirus tacitum:carpitque medullas
Ignis edax:calidaque incendit uiſcera tabe.
Ebibit humorem circum uitalia fuſum
Eſtis:& in ſicco linguam torrere palato
Cœpit:defeſſos iret qui ſudor in artus
Non fuit:atq; oculos lachrymarum uena refugit.
Non decus imperii:non mœſti iura catonis
Ardentem tenuere uirum:quin ſpargere ſigna
Auderet:totiſque furens exquireret agris
Quas poſcebat aquas:ſitiens in corde uenenum.
Ille uel in tanaim miſſus rhodanumq; padumq;
Arderet:nilumque bibens per rura uagantem.
Acceſſit morti libyæ:fatique minorem
Famam dipſas habet:terris adiuta peruſtis.
Scrutatur uenas penitus ſquallentis harenæ.
Nunc redit ad ſyrtes:& fluctus accipit ore:
Aequoreuſque placet:ſed non & ſufficit humor.
Non ſentit fatique genus:mortemque ueneni.
Sed putat eſſe ſitim:ferroque aperire tumentes

Peſtes.ſ.ſerpentum. Duro:forti. In paruo uulnere : non enim paruo uulnere mors inferri ſolet:tamen parua plaga ſerpentis quæ uix inſpici poſſet moriebant milites. Signiferum iu.primum autem militem dicit cecidiſſe nomine Aulum.

Calcata re.pedibus huius.ſ.præ dolore caput conuertit:& morſum cruri eius í fixit. Vix dolor:adeo tenuiter momordit:ut uix eum ſenſerit. Frons caret inuidia:quia ſi eum inſpexiſſes uenenatum: non oſtendebat ſigna mortis in fronte.

Plaga minatur:adeo perexigua erat.

Ecce ſubit uirus: ſed ſenſim uirus diffūdi cœpit per uenas:ut uniuerſum corpus humore & ſanguine exhauriret. Ignis: ueneni. Calidaque incendit t.quia calore nimio uniuerſum corporis humorem deſiccauit:unde ſitis ſequebatur intolerabilis. Ebibit:exhaurit. Vitalia: præcordia. Defeſſos iret:etiam ſudor nullus í toto corpore relinquitur:tametſi nimio ardore caleret. Atque oculos lachrymarū: nec humor quidem lachrymarum relictus eſt. Non decus imperii:nullum catonis imperium ueritus:ſigna procul abiecit: & quam maxima celeritate potuit: quæſiuit aquam:qua inuenta ſaciari non poterat.

Decus:maieſtas. Mœſti:ideſt triſtis. ſeueri. Sitiens uenenum.ſ.ſitim adducens in corde. Ille uel in tanaim:dicit tota flumina quantacunque fuiſſent : huius ſiti ſufficere non potuiſſent. Tanais(ut refert Strabo)ex iiſdem Indiæ montibus fertur ex quibus ochus: & oxus iaxartes : & omnium ſeptentrionaliſſimus Europam ab Aſia disiungens: Nilumque bi. cuius inundatio tanta eſt:ut uniuerſam perfundat ægyptum : tamen non ſuffeciſſet huic. Acceſſit mor.li.ad hanc ſitim quæ ídu cebatur morſu dipſadis:acceſſit etiam exuſtio regionis. Fati:ideſt mortis:quia non omnino tota mors attribuitur dipſadi:ſed peruſtæ regioni: ideo dicit dipſadē minorem inuidiam habuiſſe. Adiuta .ſ. dipſas. Terris a.libyæ quæ ſicca eſt Penitus:iterius etiam í uiſceta terræ Aequoreuſque placet:quamuis homines abhorreant maris undam:tamen ſitis tanta erat:ut ea ſibi grata eſſet:nec ſufficeret quidem. Nec ſentit fatique.g.quia non poterat extinguere ſitim exiſtimabat naturalem ſitim eſſe:potius q̄ uenenū. Ferroque aperire tumentes:qm̄ aqua ſedare non poterat ſitim:aperuit uenas brachiorū & ſanguinem ſugebat. Iuſſit:uix aulus cófectus abiecerat ſigna:cū ſtati iuſſu catonis alius affuit q ſigna acciperet.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hoc uideſicet ut cogeret ſitis aliquem in tantum furotis. Sed triſtior illa : at uero alius nomine Sabellus crure morſum ſepis accepit:& uulnus quidem erat exiguum:ſed uim habuit icredibilem: ſiquidem uniuerſum corpus reſoluit & ad nihilum redegit.ab effectu ergo nomen accepit.nam σήπειν eſt putrefacere. Sabelli: de ſabina regione:aut potius nomen proprium eſt. Stetit in crure:in crure intulit morſum:ille e crure rapuit ſepem & impegit humi.deinde pilo tranſfixit. Flexo dente:ut non facile poſſet a crure auelli. Modo:id eſt menſura:quia admodum breuis ē. Sed quā non ulla:maiorem enim habet uim cæteris:quia reſoluit ī nihilum corpora. Plagæ:& primum quidem partes proximæ morſui refugiunt:& ſenſim totum corpus tabeſcit. Circunfugit rupta:ideſt circun rupta:& eſt temeſis. Iamque ſinu lapſo:lapſa cute : nam ſinum ſanguinis cutem appellauit. Saniæ:quia caro omnis in ſaniem conuerſa erat. Surræ: proprie dicuntur muſculi crurum. Vir. Purpureoque alte ſurras uincire cotur. Fluxere:reſolutæ in putredinem. Tegmine:& cute & carne. Liquit: liqueſcit tabeſcit. Virgilius. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor liquitur. Muſculus : muſculum appellat ſolidam carnem : quæ in femore eſt quod glandium alio nomine appellatur. Diſtillant inguina:ideſt reſoluuntur i ſaniem

Membrana:ideſt chartilago quæ inteſtina coercet reſoluta eſt. Stringens uterum ideſt continens inteſtina. Diſſiluit: dirupta eſt. Nec effluit.ſ. tantum quantum debet effluere. Sæuum uenenum: quia ante q̄ ex oſſibus deciderent carnes: prius ardore ueneni: ex maiori parte conſumptæ ſunt. Decoquit:conſumit. In minimum:exiguum uirus. Contrahit omnia : ideſt membra omnia ad minimū redigit. Abſtruſum:reconditum. Fibris uitalibus :uenis uitam ferentibus : nā ſedem animæ in ſanguine eſſe uoluerunt. fibræ proprie ſunt iecoris uenæ. Quicquid homo eſt : ideſt omnes hominis partes etiam ſecretiores. Natura patet:quicquid eſt in uniuerſa hominis natura patefactū eſt. Profana:exacrabili & nefanda.

Manant:euaneſcunt.tabeſcunt. Calido non ocyus auſtro:non ſegnius inquit corpus ſabelli ueneno reſolutum eſt & liquefactum:q̄ ſole nix liqueſcere ſolet: aut cera igne. Ocyus:uelocius. Parua loquor:quia ſimilitudo hæc minor eſt:q̄ huic ueneno conueniat. Hoc.ſ.ut aliquod corpus guttatim reſoluatur : ſed fecit aliquid multo maius uenenum : qa nihil oīno reliquit. Sed quis rogus: non omni ne rogo ſuperimpoſitum corpus conſumitur:quin pars oſſium relinquatur. Medullas:quia una cum medullis oſſa quoque conſumpta ſunt.

S uſtinuit uenas:atque os implere cruore.
I uſſit ſigna rapi propere cato:diſcere nulli
P ermiſſum eſt hoc poſſe ſitim:ſed triſtior illa
M ors erat ante oculos:miſerique in crure ſabelli
S eps ſtetit exiguus:quem fixo dente tenacem
A uulſitque manu:piloque affixit harenis.
P arua modo ſerpens :ſed quam non ulla cruentæ
T antum mortis habet:nam plagæ ꝓxima circum
F ugit rapta curis:pallentiaque ora retexit.
I anque ſinu lapſo nudum ſine corpore uulnus.
M embra natant:ſanie ſurræ fluxere:ſine ullo
T egmine poples erat:femoꝝ quoq; muſculus oīs
L iquitur:& nigra diſtillant inguina tabe.
D iſſiluit ſtringens uterum membrana : fluuntque
V iſcera:nec quantum toto de corpore debet
E ffluit in terras:ſæuum ſed membra uenenum
D ecoquit:in minimum mors contrahit oīa uirus.
V incula neruorum:& lateꝝ iunctura cauumque
P ectus:& abſtruſum fibris uitalibus omne
Q uicqd homo eſt:aperit peſtis:natura profana
M orte patet:manant humeri:forteſq; lacerti :
C olla caputque fluunt:calido non ocyus auſtro
N ix reſoluta cadit:nec ſolem cera ſequetur.
P arua loquor:corpus ſanie ſtillaſſe peruſtum :
H oc & flāma poteſt:ſed qs rogus abſtulit oſſa?
H æc quoque diſcedunt putreſq; ſecuta medullas :
N ulla manere ſinunt rapidi ueſtigia fati.
C ynipheas inter peſtes tibi palma nocendi eſt :
E ripiunt omnes animam:tu ſola cadauer.

Rapidi:rapacis. Cynipheas inter peſtes:dicit inter libycos ſerpentes:hanc unam ſepem uim cæteris maiorem habere. Tibi:o ſeps exigue. Eripiunt animam:quia mortem inferunt. Cynipheas:libycas:cyniphs fluuius eſt libyæ defluens per uberrima regionis illius arua:circa quem grandiores naſcuntur hirci ſicut poetæ perhibent. Virgilius. Cyniphei tondent hirci. Ecce ſubit facies:ſecutus eſt illud. Et prodeſſe uolunt:& delectare poetæ.res eñi uanas deſcribit Lucanus:ut erectū legētis animū teneat.nā diuerſum leti genus deſcribit:quē momordeiit ſeps:ille ſenſim liqueſcit:ſed præſter tumeſcere facit adeo ut nulla membra dignoſci poſſint.



Leto furenti.i.tabificæ peſti. Subit:ſuccedit.ſ.ſepi. Marſi:de regione marſorum. Torridus:quia torret:& ardorem imittit ut ſupradictum eſt. Rubor igneus:qa ita rubeſcebant genæ:ut ardere uiderentur. Tendit:tumeſcere facit. Pereunte figura:qa ita iflatur:ut membra diſtingui non poſſint. Late:per uniuerſum corpus. Tollente:non auferente:ſed extollente:ac eleuante ueneno ſaniem. Ipſe latet:tumefacto corpore:ut dignoſci non poſſit. Congeſto:in ſimilitudinem aggeris. Auctum:augumentatum : declinauit hic auctus.us.ui. Spumeus accenſo:per ſimilitudinem oſtendit quantum ille ueneno ſerpentis intumuerit. non magis inqt unda tumeſcit.quum feruet aheno:aut uela:cum uentis iplentur.

Vndarum cumulus.cum ignis ſubiicitur aheno & unda feruet. Carbaſa:carbaſus genus eſt ſubtiliſſimi lini:quo texūtur uela:& carbaſa pro uelis accipiuntur.

Sinus.i.gremium.eſt enim quaſi gremium uelum cum eſt uentis plenum. Coro.i.uento ab occaſu ſolſtitiali:qui dicitur αργεστης. Tumidos iam non.& uſque adeo creuerat uniuerſum corpus ut iā membra continere non poſſet. Informis globus.globum informem appellauit tumefactū corpus:quia uidebatur potius ſpærica quædam forma:q̄ hominis.

Confuſo pondere:pro confuſi ponderis. Intactum uolucrum:roſtris. qui circūſteterant:ubi marſum tumendo creſcere uiderunt:non ſunt auſi illum ſepulchro mandare nec uolucres quidem auſæ ſunt lacerare. Nondū ſtante modo:qa adhuc creſcebat. Sed maiora parant. Aliud ſerpentis genus deſcribit:qui hæmorrhois appellatur.quoniam faciat ſanguinem oēm penitus effluere. Miratori. Sectatori a præcedente quod ſequitur: quem enim miramur.hunc & ſequimur.

Vtque ſolet. per ſimilitudimem oſtendit ſanguinem oēm illius e meatibus corporis effuſum eſſe:quemadmodū inquit ēt per foramina totius imaginis ſuccus croci erumpit ſecum trahens imaginē ipſam & ī obuerſā ſuperficiē exprimit faciē: hæc ſimilitudo ſumitur a pictoribus : cū uoluerit imagines in obuerſa facie formare :ſolent crebris foraminibus transferre formam: deinde ſuperinducunt ſuccum croci qui ex omnibus foraminibus ſtati erumpens:imaginem illius figuræ in obuerſam ſuperficiem exprimit. Simul:eodem tempore. Totis ſignis.i.ex figuris & imaginibus pertuſis. Preſſura croci.i. ſuccus preſſi croci. Corycii:circa corycū ciliciæ:crocū plurimum optimumq; ē det licet cyrene:det lycia:hoc primum eſt: teſte Solino.nā prima auctoritas fuit corycio croco:ſecunda lycio:uel phlegræo:tertia centuripino ſiciliæ:plinius. De coryco antro iam diximus. Foramina:folles qui ſunt in cute emittebant pro ſudore ſanguinem perſiſtit in ſimilitudine. Redundant:abundant ſanguine. Sudor rubet:quia ſanguis erat. Totum eſt:deniq; corpus:& uulnus unum eſſe uidebatur. At tibi leue:mitior fuit aſpis cæteris ſerpentibus.i.minus crudelis. nam militem Leuum nomine momordit:& ille ſta im in ſomnum reſolutus interiit. Niliaca ſerpente.ideſt aſpide ſeu hypnale quæ naſcitur circa nilum:qua uſam fuiſſe Cleopatram hiſtorici ſcribunt. Fixus præcordia: qa uenenū huius aſpidis uenas ſopiuit & q̄ſi ſanguinē cōgelauit:& ea cā ē cur ſoluat̄ ī ſomnū. Fixus:quodāmō cōgelatus. Præcordia p̄ſſit:occupauit mēbra uitalia. Nullo dolore:mors illa ſuauis fuit:quā dormiēs ſētire nō potuit.

E cce ſubit facies læto diuerſa furenti
N aſidium marſi cultorem torridus agri
P ercuſſit preſter:illi rubor igneus ora
S uccēdit:tenditq; cutem pereunte figura
M iſcens cuncta tumor:maior iā corpore toto:
H umanumq; egreſſa modū:ſuper omnia mēbra
I nflatur ſanies:late tollente ueneno.
I pſe latet penitus congeſto corpore merſus
N ec lorica tenet diſtenti corporis auctum.
S pumeus accenſo non ſic exundat aheno,
V ndarum cumulus:nec tantos carbaſa coro
C uruauere ſinus:tumidos iam non capit artus
I nformis globus:& confuſo corpore truncus.
I ntactum uolucrum roſtris:epulaſq; daturum
H aud impune feris:non auſi tradere buſto
N ondum ſtante modo:creſcens fugere cadauer
S ed maiora parant libycæ ſpectacula peſtes.
I mpreſſit dentes hæmorrhois aſpera tullo
M agnanimo iuueni:miratoriq; catonis.
V tq; ſolet pariter totis ſe effundere ſignis
C orycii preſſura croci:ſic omnia membra
E miſere ſimul rutilo pro ſanguine uirus.
S anguis erát lachrymæ:quæcūq; foramia nouit
H umor:ab his largus manat cruor: ora redūdant
E t patulæ nares:ſudor rubet:omnia plenis
M ēbra fluūt uenis totū ē ꝑ uulnere corpus.
A t tibi leue miſer fixus præcordia preſſit,
N iliaca ſerpente cruor:nulloq; dolore
T eſtatus morſus:ſubita caligine mortem
A ccipis : & ſtygias ſomno deſcendis ad umbras.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Non tam ueloci:in ſabæa arabiæ regione naſcitur thurea uirga ex qua colligitur thus:ſed alia etiam uirga naſcitur ad ſimilitudinem illius quæ legentes thus plærunq; fallit:quia acerrimum & teterrimum uenenum producit.dicit ergo uenenum huius uirgæ:q̃uamuis ſit acerrimum:tamen maiorem uim non habet:q̃ aſpidis uenenum:& ſi uenenum illius uirgæ poculis immiſcuerunt ſæuæ nouercæ cum priuignos occidere uoluerint:non tam cito moriuntur:q̃ celeriter hic mortuus eſt aſpidis morſu. Sabæas uirgas:quæ naſcuntur ad ſimilitudinem uirgæ quæ thus producit in ſabæa.Sabæorum natio teſte Strabone:maxia eſt apud hos thus & myrtha & cinamomum naſcitur:in ora etiam balſamum:& alia quædam herba odorata quanq̃ eius odor cito deperit:habent præterea palmas odoratas & calamum:ſerpentes quoq; palmates:colore pũiceo uſq; ad ilia aſſiliẽtes:quorum morſus icurabilis ẽ. Diro:q̃a producit uenenum.

Fatilegi:ideſt mortem legentes. Matura:tempore ſuo collecta. Ecce pcul: Dicit etiam ſerpentem iaculum:qui i arbore conſtiterat:tranſeuntem paulum quendam per tempora percuſſiſſe:ita ut in alterum latus erumperet:& ſine ueneno militem occideret. Torſit:iaculatus eſt ſe ipſum. Deprehenſum eſt:& uelocitate huius ſerpentis cognitum eſt in comparatione tardam eſſe ſagittam & glandem: quæ funda emittitur. Rotat:reſpexit ad geſtum iaculãtium. Segnis:pro tardæ arũdinis Scythicæ. Aer:quia per aerem ſcindens ſagitta arcu emiſſa fertur. Quid pdeſt.q.d.nihil profuit haſta tranſfigere baſiliſcum: quia ſanguis per haſtam fluens ad manus peruenit:hic ubi ſenſit manum uenenatam eſſe ſtatim eam abſcidit. Venenum.ſ.ſanguinis baſiliſci. Demittit ab armo:ne uenenum illud reliquum corpus corrumperent. Exemplumq; ſui: ſpectabat manum morientem:quod exẽplum erat mortis futuræ:quẽadmodũ.n.manus illa moriebatur:ita reliquum corpus olim moriturũ erat. Quis fata putaret:nũnc dicit ſcorpionem uim etiã leti habuiſſe:quod uix credibile uideatur:ſed regio arida facit:ut uim maiorem habeat ille igitur non minus uitium habuit in occidendo milite:q̃ ſcorpius ille quem diana aliquando imiſit orioni:ut iniuriam ſuam ulciſceretur:q̧ ſe ille de ſtupro interpellauerat.ſic enim in fabulis eſt orionem fuiſſe uenatorem celeberrimum:& Dianam quæ & ipſa uenatrix eſt i ſyluis aliqnando iterpellaſſe de ſtupro:illa irata ſcorpionẽ affixit femori eius cuius morſu iteriit orion:& in cæleſte ſignũ cũ ſcorpione tranſlatus eſt. Diuerſæ huius fabulamenti ſententiæ ſunt apud iginium.

Teſte cœlo:quia cœlum teſtis eſt uictum a ſcorpione fuiſſe orionem ambo.n.in ſydera abierunt. Quis calcare tu.Salpiga eſt teres ſerpens & oblõgus i tubæ modũ nam σαλπιγξ tubam ſignificat. Quis metuat.q.d.nemo.neq; enim magnitudinem hẽs:ut qs mortem a te metuere poſſit. Et tibi dant:tamẽ tu quoq; uim mortis hẽs. In ſua fila:rumpenda. Sic nec cl.d.i.die noctuq; in diſcrimine ſalutis uerſabanť. Suſpecta:q̃a iacentes:ut q̃eſcerent:non nunq̃ uene nabanť. Frõdes:neq; enim illis arbores frondeſcunt nec terra ſegetes gignit. Congeſtæ:i unum cumulatæ. Expoſiti corpo.i.hñtes corpora expoſita morti. Calido q̧ ua.q̃a dormiẽtes caleſcũt:& ſerpentes q̃ humore nocturno frigidiores erãt ad calorẽ dormiẽtiũ ſe recipiebãt ide ſumpto calore tepefacti reddebãť nocẽtiores. Innocuos:q̃a nimio frigore torpebãt. Fouent:calefaciunt. Nec quæ menſura:nec poterant ſcire ubi eſſent:nec quantũ itineris ſupereſſet. Modus:ideſt finis.

Non tam ueloci corrumpunt pocula læto
Stipite quæ diro uirgas mentita ſabæas
Toxica fatilegi carpunt matura ſabæi:
Ecce procul ſæuus ſterilis ſe robore trunci
Torſit:& emiſit:iaculum uocat aphrica:ſerpens.
Perque caput pauli tranſactaq; tempora fugit.
Nil ibi uirus agit:rapuit cum uulnere fatum
Deprænſum ẽ quæ funda rotat:quã lẽta uolarent:
Quam ſegnis ſcythicæ ſtrideret arundinis aer:
Quid prodeſt miſeri baſiliſcus cuſpide murri
Tranſactus? uelox currit per tela uenenum.
Inuaditq; manum:quam protinus ille retecto
Enſe ferit:totoq; ſimul demittit ab armo.
Exemplarq; ſui ſpectans miſerabile læti
Stat tutus pereunte manu.quis fata putaret
Scorpion:aut uires maturæ mortis habere?
Ille minax nodis:& recto uerbere ſæuus
Teſte tulit cælo uicti decus orionis.
Quis calcare tuas metuat ſalpiga latebras?
Et tibi dant ſtygiæ ius in ſua fila ſorores.
Sic nec clara dies:nec nox dabat atra quietem.
Suſpecta eſt miſeris:in qua tellure iacebant.
Nam neq; congeſtæ ſtruxere cubilia frondes
Nec culmis creuere tori:ſed corpora fatis
Expoſiti:uoluuntur humo:calidoq; uapore
Alliciunt gelidas nocturno frigore peſtes.
Innocuoſq; diu rictus torpente ueneno:
Inter membra fouent:nec quæ menſura uiarum
Quiſue modus norunt:cælo duce ſæpe querentes



Clamant.r.theſſaliam:quæſumus o ſuperi:ut ſtatuatis nos in theſſalia. Patimur cur:dolent q̧ mors ſua ſit inets. Iurata manus in gladios:qui iure iurando aſtricti ſumus in manu catonis:ut moriamur pro libertate cur inutiliter perimus? Ire libet qua zona.i.calore melius peribimus q̃ ueneno:id enĩ nobis tolerabilius erit.

Axis:antarcticus. Axis inuſtus:ualde uſtus:idem eſt quod zona rubens. Aethereis cauſis.ſ.caloris.

Cœlo.i.pp cœlũ feruẽs. Queror:q̧ pepereris hos ſerpentes:nã orbis terraq; partẽ hanc delegiſti:quæ ab humano cultu remota eſſet:& nos huc iter intendimus:nobis ergo culpa oĩs aſcribenda eſt. Tot monſtra ferentem:& ideo hanc partem orbis ab hominibus ſeparaueris quam nos cum periculo noſtro petiuimus. Impacienſque ſolum.& terram ſterilem eſſe uoluiſti:ne quis in ea præter ſerpentes habitaret:

Cultore negato.i.agricola. Nos uenimus.ſponte noſtra:ergo criminandi ſumus nos. Tu quiſquis.pro quicunque deorum es. Accipe pœnas.noſtræ temeritatis:q̧ te inuito in hãc partem uenimus periculoſam. Cõmercia noſtra.ideſt cõſortia:quia nolebas ut cum his regionibus comercia haberemus:& nos te inuito hoc fecimus.comercia propriæ ſũt quas græci κοινωνίας:uel ὁμιλίας appellant. Torrẽte plaga.a feruenti zona.

Dubiis per quas nauigari non poteſt Limite.ſ.huius regionis. Per ſecreta.i.per remota ſolitudinis tuæ loca. Ciuile bellum.nos ciuilis belli milites. Receſſus.i.tuæ ſolitudinis. Arcani orbis.quẽ tu ſecretum eſſe uolebas miles pedibus calcat:merito ergo pœnas damus. Clauſtra:quæ tu clauſeras hoĩbus. Forſan maiora ſupſunt.nunc dicit pď ẽ qĩ conſolationis maiora fortaſſe pericula inſtare ſibi ſi ſtudeant ulterius prodire.nam uidebatur ſol meridiem uerſus coniungi cum fluctibus maris:& ideo metuebant:ne ſi in eam regionem deferrentur nimio ſolis ardore exurerentur:ſed dicunt nullam regionem ſibi longiorem uideri q̃ in qua iuba rex habitat.ea enim ſemper longius ab eſſe uidetur. Maiora ſuperſunt.ſ.ſi progreſſi fuerimus. Coeunt ignes:nam ſicut nobis uideť ſol occidens cũ fluctibus maris coniungi uidetur. Stridentibus undis:ſcilicet calore ſolis:nam ignis aquæ coniunctus ſtridorem facit.Papinius. Stridoremq; rotæ cadentis audis. Natura poli.ſ. antarctici qui humilis eſt. Premitur:ideſt ſubſidet & mari contiguus uidetur. Sed longius iſta:q̃quam nobis aliæ moleſtiæ ſint:id tamen moleſtius eſt q̧ nunq̃ uidemur poſſe ad regis iubæ regionem peruenire. Tellus:ſcilicet ubi regnat iuba. Quæremus forſitan iſtas:& cum regis iubæ regna conſecuti fuerimus in has regiones ubi ſumus regredi cupiemus:quaſi ſint meliores. Habet hoc ſolacia cælum:tametſi ibi ſerpentes habitent:tamen aura uitalis eſt:ut animalia uiuere poſſint:ſed illic tanta eſt ſolis exuſtio:ut nec plantæ:nec arbores & multo minus animalia uiuant. Hoc cælum:ideſt hæc aura cæli.

Viuit aliquid:ideſt aura uitalis eſt:& animalia in ea uiuere poſſunt. Patriæ non arua:nec quæro europam ubi natus & educatus ſum:ſed quæro aphricæ partem ubi paulo ante fuimus:ſignificat eam aphricæ partem ubi Gn.Pom.cum claſſe relictus fuit:haud procul a cyrenis. Patriæ:romæ. Alios ſoles:mitiores auras cæli. Qua te parte o aphrica:quaſi hæc non uideatur aphricæ pars:ubi nunc poſiti erant. Cyrenis iuxta urbem cyrenarum. Exigua ne uia.nunquid tam breui ſpacio uiæ mutauimus orbem terrarum:ut aliud cælum hic ſit:uidelicet calor:& aliud unde diſceſſimus:uidelicet bruma. Legem anni:ut illic quidem ſit hyems:hic uero nunc nimius æſtus.nam ſua lege annus continetur.

Reddite dii clamant:miſeris quæ fugimus arma:
Reddite theſſaliam:patimur cur ſegnia fata:
In gladios iurata manus?pro cæſare pugnant
Dipſades:& peragunt ciuilia bella ceraſtæ.
Ire libet:qua zona rubens:atq; axis inuſtus
Solis equis:iuuat æthereis aſcribere cauſis:
Quod peream cæloq; mori:nil aphrica de te:
Nec de te natura queror:tot monſtra ferentem
Gentibus ablatum dederas ſerpentibus orbem
Impatienſq;.ſolum cereris cultore negato
Damnaſti:atq; homines uoluiſti deeſſe uenenis.
In loca ſerpentum nos uenimus:accipe pœnas:
Tu quiſquis ſuperum cõmertia noſtra peroſus:
Hinc torrente plaga:dubiis hinc ſyrtibus oram
Abrumpens:medio poſuiſti limite mortes.
Per ſecreta tui bellum ciuile receſſus
Vadit:& arcani miles tibi conſcius orbis:
Clauſtra petit mundi:forſan maiora ſuperſunt
Ingreſſis:coeunt ignes ſtridentibus undis:
Et premitur natura poli:ſed longius iſta
Nulla iacet tellus:quam fama cognita nobis
Triſtia regna iubæ:quæremus forſitan iſtas
Serpentum terras:habet hæc ſolatia cælum.
Viuit adhuc aliquid:patriæ non arua requiro:
Europamque alios ſoles aſiamque uirentem:
Qua te parte poli:qua te tellure reliqui
Aphrica?cyrenis & iam nunc bruma rigebat.
Exigua ne uia legem conuertimus anni?

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

In aduerſos axes:ad antipodas:quia ſi ſpæra cœli:octaua:quam alii cœlum:alii firmamentum uocant:circu it omnem orbem terrarum:axes hemiſperii noſtri qui ſuperiores ſunt:& hemiſperii iuferioris ſunt:quibus ſub iacent antipodes. Aduerſos:nobis oppoſitos. Euoluimur:ex hoc orbe ad orbem antipodum. Terga damus noto:q flat a meridie:nunc qdem i oppoſitum ſpirat:at uero cum ad antipodas deſcendemus ipſum notum poſt terga reliquemus. Sub pedibus meis:ad antipodas fortaſſe deſcendimus:ut iam ſub pedibus noſtris poſita ſit roma. Solatia:unum eſt ſolatium huius moleſtiæ ſi diu fecerint:ut nos Cæſar hac uia ſequat ut & hoſtes experiant hæc pericula.

Imus in aduerſos axes:euoluimur orbe :
Terga damus ferienda noto:nunc forſitan ipſa ē
Sub pedibus iam roma meis:ſolat ia fati
Hæc petimus:ueniant hoſtes:cæſarq; ſequatur
Qua fugimus:ſic dura ſuos patientia queſtus
Exonerat:cogit tantos tollerare labores
Summa ducis uirtus:qui nuda fuſus harena
Excubat:atq; omni fortunam prouocat hora.
Omnibus unus adeſt fatis:quocunq; uocatus
Aduolat:atq; ingens meritum:maiuſq; ſalute
Contulit in lætum uires:puduitq; gementem
Illo teſte mori:quod ius habuiſſet in illum
Vlla lues?caſus alieno in pectore uincit.
Spectatorque uetat magnos nil poſſe dolores.
Vix miſeris ſerum tantis laſſata periclis
Auxilium fortuna dedit:gens unica terras
Incolit:a ſæuo ſerpentum innoxia morſu
Marmaridæ pſylli:par lingua potentibus herbis:
Ipſe cruor tutus : nullumq; admittere uirus
Vel cantu ceſſante poteſt:natura locorum
Iuſſit:ut immunes mixtis ſerpentibus eſſent.
Profuit in mediis ſedem poſuiſſe uenenis
Pax illis cum morte data eſt:fiducia tanta eſt
Sanguinis:in terram paruus cum decidit infans
Nequa ſit externæ ueneris mixtura timentes:
Letifica dubios explorant aſpide partus :

Sic dura ſuos:his querelis non nihil leuare ui debantur mala ſua milites. Cogit tam: ſad cato uirtutis exempla faciebat:ut mala quis extrema eſſent:leuiora uiderentur nam qa ipſe fortiter calorem ferebat & pe ricula:milites ipſius exéplo fortiores erát

Prouocat:quaſi ad certamen:qa non ti met ullo fortunæ ipetu ſuperari. Omnibus fa.i.mortibus omium militum ade rat ipſe:& conſolabatur nunc adhortádo nunc ſe ipſum per culis exponédo. Maiuſq; ſalu.qa ipſi maioris faciebát meritū catonis:q̄ ſuam ſalutem. Contulit i letum uires:hoc ē dedit militibus iam morientibus uires:ut faceret eos fortiores ad mortem. Puduitq; gementé: turpe militibus fuit in morte ēt gemere præſente Catone. Quod ius huiſſet in ipſum: ſi ipſe Cato cá erat:ut cæteri oēs fortunam aduerſam contēnent:quanto ipſe fortius facere poterat? Lues:peſtis. Spectatorq; docet:& dum ſpectat pericula:& labores militum ſuorum:facit ut æquo aío omnia ſuſtineant. Nil poſſe.ſ.cótra uirtutem. Vix miſeris ſerum:poſtquá diu uexati fuerunt milites ſerpentibus:calore & media:tandem auxilium poſt longum tempus affuit:nam peruenerunt ad pſyllos populos aphricæ qui ſunt intacti ueneno ſerpentum:immo carminibus & ſolo aſpectu abigunt ſerpétes:ut ñ ipſis: ſed nec aliis qdem præſentibus ipſis detrimētum aliquod inferant:ipſi etiam hoſpitales ſunt:& rectiſſime medent ſerpentibus ſi quis uenenatus fuerit. Dicti a pſyllo rege:ut ſcribit plinius ſupra garamátes pſylli fuerunt:teſte ſolino:contra noxium uirus muniti icredibili corporis firmitate.ſoli morſibus anguium non interibant:& q̄uis dente letali appetiti icorrupta durabát ſanitate:recentes etiam editos ſerpétibus offerebant:ſi eſſent partus adulterini:matrum crimina plectebantur i interitu paruulorum:ſi pudici:probe ortos a morte paterni ſanguinis priuilegium tuebátur:pſylli uero:ut refert Strabo apud cyrenaicam regionem naturalem quandam uim habent contra ſerpentes:ſic & Tentyritæ contra crocodilos. Lingua par.i.carmia eorum quibus ita ſerpentes attonitos reddunt:ut nocere non poſſint. Potentibus herbis:quibus etiam morſibus ſerpentum medentur. Ipſe cruor tutus:neq; enim ſanguis ipſorum infici poterat ueneno: Vel:pro ēt

Cantu:incantatione. N.i.locorum:dicit ita naturam locorum tuliſſe:ut ubi nati & geniti ſūt:ibi uim nullam ſerpentes habeant. Pax illis:fiducia ipſorum tanta eſt:ut etiam cum morte pacem habere confidant:qa nunq̄ ueneniantur. Sanguinis.i.generis ipſorum. In terras paruus:& ne forte uxores contra fidem aliquid cómiſerit:ſimul ac nati ſūt filii eos ad ſerpétes deferūt:ſi ſui fuerit ſerpétes nocere nō poſſūt:ſi alienigenæ:a ſerpētibus mordēt. In terras:qa ñ hñt toros qbus icūbát. Externæ ueneris:ne fidē matrimōii uiolauerit uxores



Vtque iouis uolu.per ſimilitudinem oſtendit quomodo pſylli filios ſuos experiantur:quemadmodum:inquit aquila pullos ſimulatque ex ouis protulerit ſtatim ad radios ſolis conuertit:& qui acie oculorum:lumen ſolis ſuſtinere poterunt eos conſeruat:reliquos autem abiicit quaſi nothos. Protulit:eduxit ex ouis. Calido ouo:quod fouerat antea. Lumine recto:intentis oculis. Diem:ideſt ſolem a præcedente quod ſequit

In uſus cœ.ad uſum aeris. Qui phœbo ceſſere.i.qui uicti ſunt nimio ſplendore ſolis. Iacent:qa aquila detrudit eos ex nido. Nec ſolum gens:non ſatis eſt q ipſi ſint incolumes a ſerpentibus:immo etiam ſaluti hoſpitum diligentiſſime cōſulunt.

Vtq; iouis uolucer calido cum protulit ouo
Implumes natos:ſolis conuertit ad ortus.
Qui potuere pati radios:& lumine recto
Suſtinuere diem:cæli ſeruantur in uſus:
Qui phœbo ceſſere iacent:ſic pignora gentis
Pſyllus habet:ſi quis tactos non horruit angues :
Si quis donatis luſit ſerpentibus infans:
Nec ſolum gens illa ſua contenta ſalute :
Excubat hoſpitibus : contraq; nocentia monſtra
Pſyllus adeſt populis:qui tunc romana ſecutus
Signa:ſimul iuſſit ſtatui tentoria ductor
Primum quas ualli ſpacium cóprændit harenas
Expurgat cantu:uerbiſq; fugantibus angues.
Vltima caſtrorum medicatus circuit ignis:
Hic ebulum ſtridet:peregrinaq; galbana ſudant:
Et thamarix non læta comis:eoaq; coſtus.
Et panacea potens:& theſſala centaurea :
Peucedanumq; ſonás flammis:ericinaq; tapſos.
Et latices:fumoq; grauem ſerpentibus urunt :
Abrotonum:& longe naſcentis cornua cerui :
Sic nox tuta uiris:at ſiquis peſte diurna
Fata trahit:tunc ſunt magicæ miracula gentis.
Pſyllorumque ingens:& rapti pugna ueneni.
Nam primum tacta deſignat membra ſaliua:
Quæ cohibet uirus:retietque in uulnere peſtem:
Plurima tunc uoluit ſpumanti carmina lingua.
Murmure continuo:nec dant ſuſpiria curſus
Vulneris:haud minimum patiuntur fata tacere.

Hoſpitibus:ad ſalutem hoſpitum. Populis.ſ.aduenis qui ad regiones ſuas applicuerunt. Secutus ſigna:qa cum militibus ſequebantur catonem. Verbis : incátat ōibus. Vltima:extremitatē caſtrorum ſuffumigabát. Hic ebulum ſtridet hæc genera arborum Mycáder in pharmacia ſua ponit quæ ſunt optima ad repellēda uenena:quibus nunc utebatur pſyllus ut caſtra romanorum militum tutiora redderet. Ebulum:cōburebat has herbas : ut nidore fugarentur angues : inter quas ebulum fuit:eſt autem ſpecies herbæ quæ uulgo naſcitur in ripis fluuialibus. Virgilius.ſanguineis ebuli baccis. Galbana: galbanum genus fruticis eſt cuius nidore fugantur ſerpentes Virgilius galbaneoq; agitare graues nidore chelydros. Peregrina:quia apud eos non naſcūt. Thamarix:eſt arbor non admodum folioſa:infeſta anguibus:fugare dicitur etiam pediculos. Non læta:ná rara & anguſta ſūt folia. Eoaq; coſtos:radix eſt eximii odoris:in india naſcens:foditurq; in petale iſula. Panacea:herba eſt(ut iquit plinius)q̄ nomine ipſo oium morborum remedia promittit:a παμ.omne & ἄκοσ medela Huius uaria genera ſunt apud eundē auctorem. Centaurea:hanc aliqui chironium uocant quoniam ea ſanatus chiron dicitur:quum tractanti arma herculis:ſagitta cecidiſſet i pedem:auctor eſt plinius:q̄uis ouidius ſcribat non poſt uulnus die interiiſſe. Centaureæ folia ſunt lata & oblóga:ſerrata ambitu:denſa ab radice : caules ternum cubitorum geniculati:radix rubicūda:& amara quæ in uino a bo pota ſerpentum morſibus medetur. Theſſala: que i teſſalia abūdat:& in arcadia. Peucedanum:herba eſt amariſſima ad multos uſus efficax:quos plinius exponit dicta a πευκεδανοσ amarus. Tapſus:hæc plurima naſcit in eryce mōte ſiciliæ. Larices:larix arbor eſt odoris grauiſſimi:ea p̄ſertim quá græci στακτηρ uocát:plinius. Fumoq;:p̄terea urunt abrotonū:cuius fumus quoniá amariſſimus ē:infeſtat ſerpétes:Abrotoni duo ſūt genera.Cápeſtre & mōtanū: Abſynthii amaritudo i utroq;.plinius. Lōge:pcul ab aphrica naſcentis. Sic nox tuta uiris:pſylli faciebát:ut ro.tuto qeſcerēt ſupueniēte nocte. At ſi qs peſte diurna:ſed ſiqs forte iterdiu tactus eēt morſu tū uero uideres ui maiorē horū pſyllorū:nec.n.queq̄ pire pmittūt & cū cætera oia expti eſſent:tádē etiá ſugebát uenena:ſi forte penitus ineſſent & ſugendo intelligunt cuius ſerpentis uenenum ſit. Fata trahit.i.uenenum quod eſt cauſa mortis. Pſyllorūq; igens:ná pſylli cū uenenis decertát dōec ipſa uenena ſuperauerit. Ná primū:ſaliua ſua circuit uulnus illius quē momorderit ſerpés:& uis táta ē ſaliuæ:ut uenenū i ſuo loco coercitū teneat:ne reliquū corpus maculare poſſit. Peſtē:uenenū. Spumāti ligua: ſignificat eos celeritate & uolubilitate liguæ carmia ſine ítermiſſiōe dicere. Nec dát ſuſpiria.i.nec reſpirát qdē iterdicendū carmia:ne ſi reſpirauerit & itermiſerit fortaſſe uenenū iterea penetret iterius. Curſus uulneris.i.celeritatem ueneni. Suſpiria.i.reſpirationem. Haud mi.tacere:quia ſi tacerent ſtatim uenenum inualeſceret.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sæpe quidem peſtis nigris inſerta medullis
Excantata perit:ſed ſi quod tardius erit;
Virus & elicitum iuſſumq; exire repuguat:
Tunc ſuper incumbens pallentia uulnera lambit
Ore uenena trahẽs:& ſiccat dentibus artus:
Extractamque tenens gelido de corpore mortẽ
Expuit:& cuius morſus ſuperauerat anguis
Iam promptum pſyllis uel guſtu noſce uenenũ.
Hoc igitur leuior tandem romana iuuentus
Auxilio:late ſquallentibus errat in aruis.
Bis poſitis phœbe flammis:bis luce recepta
Vidit areniuagum ſurgens fugienſque catonem.
Iamque illic magis atque magis dureſcere puluis
Cœpit:& in terram libye ſpiſſata redire.
Iamque procul nemorꝗ raræ ſe attollere frondes:
Surgere congeſto non culta mapalia culmo
Quanta dedit miſeris:melioris gaudia terræ:
Cum primum ſæuos contra uidere leones?
Proxima leptis erat:cuius ſtatione quietam
Exegere hyemem nimbis flammiſque carentem.
Cæſar ut æmathia ſatiatus clade receſſit:
Cætera curarum proiecit pondera:ſoli
Intentus genero:cuius ueſtigia fruſtra
Terris ſparſa legens fama duce tendit in undas.
Threiciaſque legit fauces:& amore natatum.
Aequor:& heroas lachrymoſo littore turres
Qua pelago nomen nepheleias abſtulit helle.

Sæpe quidem peſtis:& tantam uim habent carmia:ut ſæpenumero uenenum expellant ex oſſibus. Sed ſi tar.ſed ſi uenenum fuerit aliquanto uehementius:q̃ ut carminibus cedat:tum uero illi recumbunt uulneribus & lingua lãbentes:atq; haurientes ore:non prius deſinunt:q̃ totum uenenum eduxerit. Audit.ſ.carmia Elicitum.i.cum elicitur:& educitur:participium præteriti temporis paſſiui poſuit pro participio præſentis tẽporis:q apud latinos paſſiuum non inuenitur participium præſentis temporis:quod græci habẽt:& ideo poetæ ſæpe abutuntur:ut qua uectus Abas.i.qua uehebatur. Iuſſumque:dum iubetur exire. Repugnat.ſ.exire. Supericumbens.ſ.uulneri. Exiccat dentibus:uſq; adeo haurit:ut iter dentes uenenum trahat. Extractamq;:& cum eduxerit uenenum de corpore iam moriẽte expuit ipſum. Vel:pro etiam. Guſtu:ipſo guſtu cognoſcet uenenum ſerpẽtis cuiuſcunq; fuerit. Hoc igitur tandẽ ergo tali auxilio leuata eſt pernicies romanorum cum diu laboraſſent:& ex his multi etiam ueneno periiſſent. Bis poſitis phœbe:nunc tempus deſcribit quo per libyam arentem cum exercitu cato ambulauit ãteq̃ iter illud moleſtum expedire poſſet:dicit enim duos menſes ꝑpetuos trãſiſſe:& tandem deſertis harenis i ſtabiliorem terram ueniſſe. Poſitis flammis:decreſcens. Luce recepta:creſcens ſignificat tranſactos duos menſes:nam ſingulis menſibus luna creſcit atq; decreſcit. Surgens:recepta luce. Fugiens:poſitis flãmis. Iamq; illis:& peractis duobus mẽſibus iam firmiorem terram romani repererant. Dureſcere puluis.i.terra firmior eſſe cœpit ambulantibus. Redire terram:ante.n.erat harena. Raræ fron.cœperunt apparere frondes:quæ i terra frugifera uirent. Nõ culta:nõ artificioſe ædificata. Congeſto culmo:quia ex culmis & arundibus mapalia teguntur. Quanta dedit miſeris:quod aliis terrori fuiſſet:id gaudio fuit romanis militibus:uidere leones aliis terrorem attuliſſet:ipſis uero gaudium fuit:quia leones ipſis mitiores uidebantur q̃ ſerpentes. Contra.ſ.ire.i.occurrere ipſis. Melioris terræ:quã meliorem hoc eſt fœcundiorem & ſtabiliorẽ repererant. Proxia leptis:& prima urbs quæ illis occurrerit fuit lepus quæ eſt tripolitana Libyæ:hæc ciuitas eſt iuxta abrotonum urbem:& ut refert Strabo dicta eſt neapolis. Cuius ſtatiõe:& ibi hyemarũt romani milites. Nimbis flãmiſq; carentem.i.frigore & ardore ſolis. Cæſar ut æmathia:expeditis periculis quæ per libyam arentẽ perpeſſus fuerat romanus exercitus nunc redit ad cæſarem deſcribens quid ipſe fecerit poſt uictoriam pharſaliæ dicit.n.nihil prius hũiſſe cæſarem:q̃ ut ſequeret̃ Pompeiũ:qua illum iter egiſſe didicerat.uenit igit̃ i ægyptum ubi tandem cognouit iuſſu ptolemæi occiſum & preſto occurrerunt miniſtri regis:q caput pompeii aduenienti cæſari offerrent. Cætera curarum:oĩbus poſthitis ad illud unum aiũm itendit cæſar:ut ſequeret̃ pompeium. Aemathia.i.poſtq̃ ſatis cædem æmathiam contemplatus eſt. Fruſtra:q; iam occiſus erat regis iuſſu. Fama duce:nã qua fama erat ipſum ꝓfectum eſſe:ea iter itendebat. Legẽs:nauigans. Threicias fa.qua nauigauerat pompeius. Legit:tranſit. Amore na.æquor:amore heronis & Leandri:ſignificat helleſpontum. Natatum.ſ.a leandro:qa de abydo natabat ad Sexton ad anguſtias helleſponti maris ut ad amicam heronem ueniret. Heroas.i.heronis turres:que declinantur per ω in nominatiuo apud græcos:apud nos accipiunt nis in genitiuo ut διδω διδοοσ ουσ:hæc dido nis ino inonis:deinde efficitur poſſeſſiuum inous inoa uidelicet:ita herous roa uidelicet. Helle ne.i.nepheles filia:nam cum fugeret nouercales inſidias & ipa cum phrixo tandem ueniſſet ad anguſtias huius maris precibus petiit a diis:ut ſui miſererentur:nam inſtabat pater inſequens eos:affuit mars & ſtatim affuerunt duo arietes:& intellexerunt opem diuinam ſibi præſtitam



Non aſiam breuioris aquæ diſterminat uſquam
Fluctus ab europa:quãuis byzantion arcto
Pontus:& oſtriferam dirimat chalcedona curſu.
Euxinumq; ferens paruo ruat ore propontis:
Sigæaſque petit famæ mirator harenas:
Et ſimoentis aquas:& graio nobile buſto
Rhœteon:& multum debentes uatibus umbras
Circuit exuſtæ nomen memorabile troiæ.
Magnaq; phœbei quærit ueſtigia muri.
Iam ſyluæ ſteriles & putres robore trunci
Aſſarici preſſere domos:& templa deorum.
Iam laſſa radice tenẽt:ac tota teguntur
Pergama dumetis:& iam periere ruinæ.
Aſpicit heſiones ſcopulos:ſyluaſq; latentes
Anchiſæ thalamos:quo iudex ſederit antro:

eſſe tergo eorum inſederunt:& anguſtias maris natare cœperunt:ſed reſponſum acceperunt:ne retro aſpicerẽt:dum ad ulteriorem ripam uenirent.phrixus ſecutus reſponſi iuſſa.helle (ut natura mulieris ſolet eſſe leuior) reſpexit:& ſtatim e tergo arietis excuſſa:nomen mari dedit.nam antea pontus dicebatur.ſed ab helle ſubmerſa dictus eſt helleſpontus. Non aſi.bre.dicit nulla parte anguſtius diremptam eſſe Aſiam ab Europa.nam maris helleſponti anguſtiæ diuidunt Aſiam ab Europa ſeptem ſtadiorum latitudine abydos eſt in Aſia:ſeſtos in Europa. Quamuis by:quamuis byzantium hoc eſt boſphorus thracius diuidat chalcedona ab Europa:breui & anguſto ſinu tamẽ breuior eſt hic ſinus helleſpõtus. Byzãtion:accuſatiuus græcus.eſt autem byzantium oppidum thraciæ:duo ſunt boſphori.ſ.cimerius & thracius:qua darius deduxit exercitum:d̃ quo hic loquitur:ubi nunc eſt Conſtantinopolis. Chalcedona:chalcedon eſt dextrorſum intrantibus euxinum qua dirimitur pontus helleſpõto. Hæc ciuitas ædificata fuit a megarenſibus.Strabo. Oſtriferã:quia ibi naſcuntur oſtrea. Euxinumque ſe.αξεροσ primum rudi terra & truci icolarum Barbarie dictus eſt:quaſi inhoſpitalis:poſtea cum mores aduenarum commercio molliri cœperũt:paulatim dici cœptus eſt ἐυξέιροσ ideſt hoſpitalis. Paruo ruat ore propontis:helleſpontus incipit a rhœteo littore:qd̃ nobile eſt tomba achillis & aiacis templo & ſtatua:quã ab Antonio ablatam & in ægyptum aſportatam:Auguſtus Cæſar ilienſibus reſtitut:teſte Strabone:tenuis autem helleſponti curſus (ut refert Solinus) porrigitur ad aſiæ urbem priapum:qua magnus Alexander potiundi orbis amore tranſcendit.& potitus eſt:inde diffuſus æquore patentiſſimo rurſus ſtringitur in propontidem:mox in quingentos paſſus coarctatur:fit boſphorus thracius:qua Darius copias tranſportauit.Strabo autem dicit a Cyzicena regione:& locis eſapo & granico uicinis uſque abydum & Seſtum propontidis oram eſſe.in pontum itaque euxinum a propontide nauigantibus.a leua iacent ea quæ byzantio ſunt contigua:& a thracibus habitata a dextris ſunt chalcedonii:proxima Bithiniorum ſunt:ſequentia marandinorum. Sigæaſque petit fa.& cum ad hæc loca perueniſſet:tandem Cæſar cupidus cognoſcendi:atque uiſendi ea quæ ſæpe audiuerat:ſecum habuit ex incolis unum qui rerum illius loci peritiſſimus erat:& ex eo accuratiſſime interogabat de ſepulchro Achillis Aiacis & heroum de quibus monumenta tradita ſunt apud poetas atq; ſcriptores. Sigæas:ſigei promõtorii troiæ:i quo patroclus & antilochus ſepulti ſũ. Et ſimoẽtis:flu.ẽ troiæ q cũ ſcamãdro iungitur.Pli. Rhœteon:i rhœteo mõte achillis ſepulchꝝ extructũ ẽ. Vmbras.ſ.græcoꝝ & troianoꝝ. Debẽtes ua.qa carmibus uatũ noĩa heroũ ꝑpetuo durãt. Nomẽ.m.t.nam immortalis eſt fama ilii:quæ tam diu durabit:q̃ diu carmina Homeri erunt. Magna ue.reliquias. Muri p.ideſt troiani qui auxilio phœbi.atque neptuni conditus eſt:nam(ut in fabulis eſt)neptunus & phœbus auxilio fuerunt laomedonti urbem ilion ædificanti. Iam ſyl:iam ibi inquit innatæ ſunt arbores & ſyluæ iter ruinas ilii. Putres trun:quia iam annoſa uetuſtate putrefactæ erant arbores. Præſſere do. quia inatæ erant ſyluæ.Tantum æui longiqua ualet mutare uetuſtas. Laſſa:iam porrecta radice. Periere ru non ſolũ mœnia urbis ilii euerſa ſunt:ſed ẽt parua admodũ ueſtigia ruiæ ſupererãt:ut nec ueſtigia qdem urbis ulla apparerent. Aſpicit:utpote diligẽs ſcrutator antiqtatis Cæſar. Heſiones ſco.ubi heſione expoſita olĩ fuit ceto:cũ laomedon ædificaturus eſſet urbem troianam & petiiſſet a Neptuno & Phœbo:ut ſibi auxilio eſſent ad cõdẽdã urbem:pactus magnam pecuniæ q̃titatem.poſtq̃ illi benigne affuerunt cõdita urbe pretiũ quod diis ꝓmiſerat laomedon negauit.iratus neptunus cetõ imiſit q carnibus hũanis ueſcebat̃:& [illegible] primo a nobilibus quiſq; plæbeius mitteretur ceto deuorãdus.plæbs cognouit nullam ex ſtirpe ſua remanſuarum eſſe.itaque ſeditõe facta non uidebantur hoc eſſe paſſuri.coactus eſt Laomendõ ſorte ꝓmittere:qui nam deuorandi mitterẽtur ceto:ſors cecidit i heſionem filiam laomedõtis:& cum expoſita eſſet ceto deuoranda:ſuperueniens hercules liberauit eam.tunc quũ inter argonautas nauigaret. Syluaſq; pa.ubi cum uenere cõcubuit anchiſes:& ex ea genuit æneam.nã apud ũdas ſimoentis ſylua fuit ubi cũ uenerẽ cõcũbere ſolebat anchiſes.ut apud Vir. Tu ne ille æneas quẽ dardanio ãchiſæ Alma uenus phrygii genuit ſimoẽtis ad undã? Quo iu.ſe.an. Aſpicit ẽt ãtrũ quo iudex paris ſederat:nã ſicut fabulæ uel hiſtoriæ narrãt:accepto ſõno hecubæ priamus:qa uiderat i ſõnis ſe piturã cũ utero geſtaret pidẽ:facẽ q̃:uniuerſa mœnia troiæ cõburerẽt̃.riſũ ẽ ab haruſpicibus naſciturũ ẽẽ ex hecuba q cã ẽẽt excidii troiãi.cõſilio igit̃ haruſpicis Priamus mãdauit:ut qcqd ex ea naſceret̃ alitibus & feris deuorãdũ exponeret:natus ẽ q pulchritudie ſua aium mĩs pietate cõmouit:ipſũq; paſtori demãdauit alẽdũ:cũ igit̃



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

grādior factus eēt:& ludi i urbe troiana fierēt:iuſſit ipſum uenire Priamus:ut cum æqualibus certaret ubi cæteros oēs ſperauit ludo agonali:ſæpe ēt ipſum hectorē pcutiebat.adeo iratus ē hector & i furorē cōuerſus:ut ipſum occidere uoluerit:niſi iuſſus eēt abſtineri.tūc priamus optauit illū qſqs eēt.ſuū filium eē.tūc hecuba capta occaſione qđ precaris iqt conſecutus es:nā filius ē tuus.ſed dū adhuc eēt i ſylua paris nuptiæ celebratæ ſunt iter Peleū & thetidē:qbus iterfuerunt dii: deæq̧ omnes.pter diſcordiā:idignata aureū pomū fabricauit:& ſup iſcripſit.pulchrioris:potētioris:ac ſapiētioris eſto.& ad mēſam ubi accūbebat deæ pomū illud cōiecit:qđ ad manus primum puenit Iunonis: quæ cum legiſſet potētiori deť:pomum ſuū eē dixit: quoniā potētior eſſet oibus aliis. legens deide pallas ſapiētiori deť: imo meū eſſe debet. At uero Venus pulchriori legēs ſibi uēdicauit:& ita exorta ē cōtētio iter eas cū igiť ad Iouē ueniſſent & orarēt: ut hāc litē iter eas cōponeret:excuſauit ſe Iuppiť qa iudiciū illud afferre nō poſſet qn tē moleſtā faceret:uel ſorori & uxori Iunoni.uel filiæ Palladi:uel filiæ itē Veneri. ergo miſit illas ad paridem:q tēporibus illis æqſſimus habebať (unde paris dictus ē q̧ par eēt iter oēs)ille eas nudas uidere uoluit: & acqeuit ueneri: q̄ pmiſerat ſe daturam operā:ut pulcherrimā oium mulieꝝ i matrimoniū accipet.ſ.Helenā.dicit ergo Cæſarē antiꝗ hoc fuiſſe cōtēplatū i quo paris iudex cōſederat:tūc cū iter deas iudicauit. Et(ut ait Strabo) Alexādria mōs ē iminēs antādro:ubi dicūt paridē adiudicaſſe deas. Cælo:i cælū. Puer: ganymedes cuius amore captus Iuppiť rapuit eū i ida Aqla q̄ Iouis armiger dť. Nais:naides dicūť fontiū nymphæ. Luſerit.ſ.cū paride:hæc amica fuit pidis quā pdite aliquo tpe amauit:de qua mētionē fecit Oui. cū paris Oenone potent ſpirare relicta ad fōtem xāthi uerſa recurret aqua. Nullū eſt ſi.no ſa.ſed alicuius magnæ rei monumētum habet. Inſcius i ſic.cū luſtraret oia loca Cæſar ubi Troia fuerat & heroū græcoꝝ:pıť ac troianoꝝ monumēta diligenť exqreret:forte qdā p loca tranſibat:ubi hectoris ſepulchꝝ fuerat: & cū icautus trāſiret:mōſtrator q ducebat eū admonuit:caueret ne ſepulchꝝ hectoris calcaret. Hectoris lucus eſt iuxta Preleū lacū i ophtunio loco cōſpicuo(ut refert Strabo). Neſcius:ignarus Cæſar ibi cōſecratos eē cinereſ hectoris. Xāthus:flu.troianus cuius aq̄ epota flauū facit pecus:ide nomē traxit nā ξαρϑοσ flauū ſignificat.

Securus:ſine cura religiōis ullius. Incola:hitator & idigena. Diſcuſſa ia.& miꝝ ñ erat ſi ibi nulla ſepulchra fuiſſe ñ nouerat Cæſar.nā uix ueſtigia ſepulchri apparebāt:tāetſi ſaxa q̄dā auulſa paſſim cōſtiterāt. Nō re. a.q.d.pedibus calcādo piaculū cōmittis. O ſacer:procūpit i exclamationē hoc loco Lucanus:oñdēs ui magnā eē poetaꝝ:q faciūt mortalia imortalia eē carmibus ſuis.nā etſi ſepulchri illius ueſtigia uix apparebāt:tñ qa mēoriæ pdita erāt carmibus homeri:iō adhuc ñ exciderāt ex aio icolaꝝ. Fato e.liberas oia a morte. Aeuū: diuturnā & ppetuā uitā dōas. Inuidia ſa.cæ.ſicut.n.heroū troianoꝝ atq̧ græcoꝝ noia carmibus homeri illuſtrāť.ita tu quoq̧ o Cæ.nr̄is carmibus illuſtrabere.ſi mō muſæ latiæ aliqd ualēt. Nec tan.pne tāgaris iuidia.i. nulla te moueat iuidia achillis & hectoris q̧ fama eoꝝ ppetuo maneat. Legēt:ſed ñ tñ cū magna laude Cæ. Smyrnæi.i.homeri honores.nā đSmyrna oppido Hom.fuiſſe phibēt.licet chii & colophōii: & alii cōpluřs populi ſuū qſi ciuē uelīt:ſicut ē apđ Cice.i orōe p archia.& ut iqt gelius de iſignis Hōeri ſtirpe certāt ſeptē urbes Smyrna:Rhodus:colophō:ſalami:ius:Argos:Athenæ. Ariſtoteles uero tradit ex iſula io natū. Phar.no. i.carmia nr̄a qbus pharſalica pugna deſcribiť ppetuo māebūt Et pharſalia iſcriptō ē opis:ſic ut ilias hōeri. Tenebris dā.q.d.ñ tradeť obliuiōi. Vt du.ip.nūc dicit qd egerit Cæ.poſtq̄ oia p uolūtate ſua diligēť iſpexit.nā aras ibi erigi iuſſit & diis iliacis ſacrificia exhibuit obteſtās:ut ſibi ad ea q̄ ſupererāt pagēda uellēt pſpſos ſucceſſus dare. Venerāda ue.q̄ ſp i honore hr̄i ſolet:qa melior ē. Congeſtu ce.đ ceſpite ſtruxit arā ubi ſacrificia diis iliacis fecit. Nō it.qa dii ip Cæ.faueſt dōec ad exitū ciuilia bella pduxit. Dii ci.ordo ē:o dii cieꝝ:deiq̧ mei: & o Alba.date felices curſus. Dii ci.i. dii iliaci.Vir.iliaci cieres & flāma. Aeneæq̧ mei:dii penates quos ſecū i Italiā detulit æneas. Lauinia ſe.nā primū cōdidit oppidū đ noīe uxoris lauiniæ ubi deos penates cōſecrauit i tēplo

Vnde puer raptus cælo:quo uertice nais
Luſerit œnone:nullum eſt ſine nomine ſaxum.
Inſcius in ſicco ſerpentem puluere riuum
Tranſierat qui xanthus erat:ſecurus in alto
Gramine ponebat greſſus:phryx incola manes
Hectoreos calcare uetat:diſcuſſa iacebant
Saxa:nec ullius faciem ſeruantia ſacri.
Hectoreas monſtrator ait non reſpicis aras?
O ſacer & magnus uatum labor:omnia fato
Eripis:& populis donas mortalibus æuum
Inuidia ſacræ cæſar ne tangere famæ.
Nnam ſi quid latiis fas eſt promittere muſis:
Quantum ſmyrnæi durabunt uatis honeres:
Venturi me teq̧ legent:pharſalia noſtra
Viuet:& a nullo tenebris damnabitur æuo.
Vt ducis iulpeuit uiſus ueneranda uetuſtas.
Erexit ſubitas congeſtu ceſpitis aras:
Votaque thuriferos non irrita fudit in ignes.
Dii cinerum phrygias colitis quicunque ruinas:
Aeneæque mei:quos nunc lauinia ſedes
Seruat:& alba lares:& quorum lucet in aris



Et alba:albā cōdidit Aſcanius æneæ filius:quā a ſitu porrecto i dorſo urbis lōgā appellauit:albā aūt a ſue: quā albā cū.xxx.porculis i littore iuenit. Ig.a.p.nā adhuc albæ i tēplo ueſtæ ppetuus ſeruabaťignis de quo Iuenalis. Ignē troianū:& ueſtrā colit alba minorem ad cuius ſimilitudiem romæ conditum eſt templū ueſtæ & uirgines conſecratæ perpetuam uirginitatem conſeruabant æternū ignē i templo cuſtodiētes. Nulliq̧ aſ. ui.pal.nam ſicut eſt apud Homeꝝ & Vir.cōmemorat Diomedes & ulyxes cæſis cuſtodibus atcis ſurripuerūt palladiū. Vlixes autē dū domū rediret & multa picula maris pperſſus eſſet:admonitus tādem oraculo eſt:ut palladium redderet æneæ:qđ ēt fecit. Aeneas igitur ſecū palladiū attulit i Italiā.ē autem palladiū ſimulachꝝ palladis:qđ deide ſeruabať Romæ i tēplo palladis:ſicut i arce troiana ſeruabať: & erat quoddā quaſi pignus īperii ſunt:nam q̄ diu ſeruareť: tam diu ēt iperium duraturꝝ acceperāt. Nulli aſpe.qa nulli uiro aſpicere licebat palladē ſeruabať i adyto tēpli: illud tātummodo ſacerdos uirgo itrabat. Gentis iu. quia gens Iulia ſe ab iulo æneæ originē ducere uolebat.Vir.Naſceť pulchra troianus origine Cæſar:Iulius a magno demiſſum nomen iulo. In ſe.pri.ſ.exiſtens ipſe.i qua prius hitare ſolebatis: quos nunc uocat ſecundū ritum antiquū:Cæſar nepos gentis iuleæ. In cætera:ad reliqua: quæ mihi pagenda ſupſunt. Reſtituā po.dicit ſe nouam Troiā i ſtauraturꝝ:ut ilii mœnia renoueť: & queadmodū troiani Romā i Italia condidere:ita ipſe i Aſia urbem iliō reſtaurabit:qđ i aio habuerat Cæſar fe iſſet:niſi fatis puentus fuiſſet. Auſonidæ: itali. Grata uice:qa grati erāt & memores:ſicut illi condidere urbē romā:ita nūc renouabūt il on. Pergama ro.a romāis cōdita. Sic fa.& his ſacrificiis pactis Cæſar nauigare cœpit: q̄ maxia celeritate potuit:ut tarditatē quā ilio fecerat celeritate compenſaret.nā iter cæteras Cæſaris uirtutes maxia fuit conficiendi celeritas. Vrgente p.i.ui uentoꝝ:nam pcella uis uentoꝝ dř:ab eo qđ oia pcellat.i.pcutiat quæcunq̧ obuia facta fuerit. Moras ili.id ē tarditatē quā fecerat i cōtēplādis ilii urbis monumentis. Aſiamq̧ po.qa multas puīcias ſub ſe continent Bithyniā:Phrygiam:Galciam:lydiā Cariam Panphiliam:Liciam:Iſauriam:deniq̧ ipſa ē dimidiū terraꝝ. Septia nox:dicit ſeptem dies totidēq̧ noctes uſū fuiſſe uētis ſecūdis:cū iā pharos apparere cœpit. Nunq̄ la.ſed itendente rudentes:qa uela iſlata rudētes itēdunt. Aegyptia.i.portū ægyptiū. Pharis fl.qa fax nocturna ſp ardebat:ut ſignū eēt nauigātibus:quo naues i portū dirigerēt:& ide nomē ēt accepit locus.nā φαροσ ſignificat turrē i qua lux nocturna ſemper ardet. nam(ut refert Solinus)i portubus machinas ad prælucendi miſterium fabricatas pharos dicunt. Sed prius or.di.antequam igredi poſſet portum ſatis tutum:ſuperuenit lux diei quæ lucem nocturnam obtenebraret.

Texit:obſcurauit. Tutas:ſine tumultu.nam ſuperueniente die:cum iam fama Alexandriam ueniſſet aduētare Cæſarem igens turba uirorum obuiam prodierat:ut Cæſarē exciperet & tumultus igens erat i littore adeo ut Cæſarem terruerit.dubitabat.enī quo animo eſſent:& qdnam ſibi fremitus uellet. Ibi ple.tu. non tutum uidebatur igredi portum:ubi omnia fremitu & clamore plena erant.incertus ergo quid nam conſilii agitaret: ſubſiſtit aliquandiu Cæſar. Incerto murmure:quia ſatis ſcire non poterat quid illi conſulerent. Credere: committere ſe:ut auſus ſe credere cælo. Abſtinuit:ideſt continuit a portu. Sed dira ſatel.& ecce cum dubitaret Cæſar portum intrare:aderat regia puppis cum ſatellitibus:qui caput Pompeii offerre uiderentur Cæſari: ſatellites latini dicunt:quos græci σωματοφύλακεσ appellant ideſt qui latera regum armati ſtipant. Terrarum do nondum didicerat Cæſar occiſum eſſe Pompeium.ergo hic dicit ſe nunc ueniſſe:ut rem aperiret Cæſari quam ipſe magno pretio emptam uelit.uidelicet ipſum eſſe ſecurum generi ſui:qđ munere Ptolemæi ciuilia bella pacta ſunt. Romanæ ma.i.dux nulli romāoꝝ cōferēde. Pellæus.i.alexādrinus. Terræ.p.q̧.l.donat.i.ipſe te liberat laboribus belli terreſtris atq̧ maritimi.nā adhuc Pom. ſicut & ipſe Lucanus cōmemorauit:

Ignis adhuc phrygius:nulliq̧ aſpecta uirorum
Pallas i obſtruſo pignus memorabile templo.
Gentis iuleæ ueſtris clariſſimus aris:
Dat pia thura nepos:& uos in ſede priori
Rite uocat:date felices in cætera curſus
Reſtituam populos:grata uice mœnia reddent
Auſonidæ phrygibus:romanaq̧ pergama ſurgēt.
Sic fatus repetit claſſes:& tota ſecundis
Vela dedit coris:auiduſq̧ urgente procella
Iliacas penſare moras:aſiaq̧ potentem
Prævehitur:pelagoq̧ rhodon ſpumante reliquit.
Septima nō zephyro nunquam laxante rudētes
Oſtendit pharius ægyptia littora flāmis
Sed prius orta dies nocturnam lampada texit
Quam tutas intraret aquas:ibi plena tumultu
Littora:& incerto turbatas murmure uoces
Accipit:ac dubiis ueritus ſe credere regis
Abſtinuit tellure rates:ſed dira ſatelles
Regis dona ferens: medium prouectus in æquor
Colla gerit magni:phario uelamine tecta.
Ac prius infanda cōmēdat crimina uoce.
Terrarum domitor romanæ maxime gentis
Et quod adhuc neſcis genero ſecure perempto
Rex tibi pellæus terræ pelagiq̧ labores



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

daſſem maximam habebat:& uniuerſum prope mare ſuis nauibus obtinebat. Et æmathiis:qđ i acie pharſa lica nondum cóſecutus fueras : hic tibi pactum reddidit . Theſſalicas q̃rens.narrare icipit quõ ptolemæus interfici iuſſerit.dicit.n.cum Pompeius q̃reret ciuile bellum opibus regis renouare eum occidimus Tãto pi.tãta mercede. Hoc ſanguine.ſ.Pompeii fœdus ictum ẽ nobis tecũ. Nullo cru.icruẽta tibi uicto:ia cõ ceditur:& i deditõem tuã nos cũ regno nr̃o uenimus . Niliaci gur.i.ius uniuerſi ægypti. Accipe qc.p̃tiũ oĩe qđ p capite Pompeii dediſſes:id nũc tibi remittimus. Dignũq; cli:dignaĩ patrocinió tuo ſuſcipe Ptolemæũ.nã patronus & cliẽs correlaria ſũt.

Donat & æmathiis quod ſolum defuit armis
Exhibet:abſenti bellum ciuile peractum eſt.
Theſſalicas quærens magnus reparare ruinas
Enſe iacet noſtro:tanto te pignore cæſar
Emimus hoc tecũ percuſſum eſt ſanguine fœdus
Accipe regna phari:nullo quæſita cruore .
Accipe niliaci ius gurgitis:accipe quicquid
Pro magni ceruice dares:dignumq; clientem
Caſtris crede tuis:cui tantum fata licere
In generum uoluere tuum:nec uile putari
Hoc meritum nobis facili quod cæde peractum ẽ.
Hoſpes auitus erat:depulſo ſceptra parenti
Reddiderat:quid plura feram? tu nomina tanto
Inuenies operi.uel famam conſule mundi:
Si ſcelus eſt: plus te nobis debere fateris .
Quod ſcelus hoc non ipſe facis:ſic fatus opertũ
Detexit:tenuitq; caput:iam languida morte
Effigies habitum noti mutauerat oris
Non primo cæſar damnauit munera uiſu:
Auertitq; oculos:uultus dum crederet hæſit.
Vtq; fidem uidit ſceleris:tutumq; putauit
Iam bonus eſſe ſocer:lacrhymas nõ ſpõte cadẽtes
Effudit gemituſq; expreſſit pectore læto .
Non aliter manifeſta putans abſcondere mentis
Gaudia : q̃ lachrymis meritumq; immane tyranni
Deſtruit : & generi mauult lugere reuulſum

Cui tm̃ fata li.qñ dii ꝑpitii fuerũt ptolemæo:ut iã ipſe maximã cóſecutus fuerit gloriã:ut potiſſimum ipſũ occideret põpeiũ:debes & tu illum amicitia tua non ĩdignum putare. Nec uile pu.qa occurrebat illud:qd nã magnũ ſuit occideĩ põpeium q̃ ſpoliatus exercitu & õi auxilio i manus ueſtras cõfiſus uobis puenerat? dicit nõ ob eã rẽ uilius meritum ſuũ putari debere:nam multa itercedebant iura & aĩcitiæ & beneficii ut a cæde pompeii ptolemæus deſiſteret:ſed tamen illum oĩa poſthũiſſe uolũtati cæſaris . Facili cæde.& facilitas occidendi pompeiũ : non debet efficere ut meritum noſtrum contemnas Hoſpes:aui.e.nam iura hoſpitii erant inter pompeiũ & ptolemæum ſeniorem . Depulſo ſce.per. nam ipſo põpeio intercedente & auctore reſtitutus eſt in regnum pater huius ptolomæi:qui ab alexãdrinis pulſus fuerat: immo & Gabinius per quem in regnum reſtitutus eſt:milite pompeii uſus eſt:qui tunc in ſyria hybernaret. Feram:quid plura dicam . Tibi no.tã.tibi permittimus : ut hoc quod fecimus cauſa tui : nomine quocũque uolueris appelles.q.d.nos tãtum beneficiũ noſtrum quo nomine appellemus nõ ſatis intelligimus:tu pro arbitrio tuo nõiabis. Vel:pro etiam Famam:cõ.mũ. quia ſi uniuerſus mundus ita ſentit de cæde pompeii ꝙ ſcelus ſit appellandũ hoc ipſo debes exiſtimare magnum eſſe qđ fecimus.quia te tãto crimine liberauimus Plus:te.fateris hoc ipſo debere nobis Quod ſch.quia nos pro te hoc ſcelus ſuſcepimus. Tẽnuit:ut uideri poſſet a Cæſare . Iam lan.mor.& quia iã multi dies intereſſerant:ex quo pompeii caput obtruncatum erat dignoſci non poterat a Cæſare : ppeii ne caput eſſet an non. Noti oris.i.uultus quem antea dũ uiueret & cæſar cognouerat. Non pri.cæ.uult Lucanus probare mœrorem cæſaris ſimulatum fuiſſe:ſimulataſq; lachrymas:ideo utitur his coniecturis:ex eo cognoſci poteſt quod ante q̃ cognoſceret pompeii caput eſſet an non : nulla ſigna mœroris ac lachrymaꝝ dedit : ſed poſtquam cognouit eſſe pompeium : quia talis uideri uolebat:ut bonus eſſet ſocer:tunc demũ lachrymas dedit . Hæſit:dubitauit. Dũ.i.donec. Vſque fi.ui.ſed poſtquã cognouit uerum eſſe pompeii caput:tunc denique ſimulauit ſe bonum ſocerum eſſe:& quaſi grauiter dolens gemitus & lachrymas dedit. Tutum : pu.hoc uerbum:ſum.es.eſt : adeo eſt ſimilium copulatiuum:ut ſi infinitus addatur uerbo quod requirat ſuppoſitum nominatiui & ipſum uerbum cum nominatiuo retinet : & omnem alium caſum . Non ſponte: ſed coactus lachrymas dedit. Expreſſit : quaſi nolens & coegerit gemitus a pectore erumpere . Non aliter.non poterat: inquit:alio pacto lætitiam occultare quam animo conceperat:niſi lachrymas dediſſet . Meritumque : nam cum ſe dolere ſimulat meritum ptolemæi diminuit : quod etſi maximum erat : tamen cæſar paruum uideri uolebat:immo nullum:ut nihil ei obligatus eſſet. Deſtruit:Eleuat:minuit:oſtendẽdo mœrorẽ. Immane : imenſum . Quã debere .i. q̃ obligatus eſſe ptolemæo . Lugere reuulſum : nam dum luget ; diſplicere ſibi oſtendit quod magnopere placebat :& ob eam rẽ nolebat uideri obligatus tyrãno:



immo uero ipſum uehementer damnabat. Qui duro:multis rationibus oſtendit nõ ueras fuiſſe lachrymas cæ.dicit enim qui in minori clade lætus fuerat:in maiori certe nõ doluiſſet:nam occiſos eſſe alios in æmathia minus erat:q̃ nunc occiſum eſſe pompeium.ipſe enim totius belli & ſũma & caput erat:ergo ſi lætus fuerat clade æmathia:quanto nunc lætior fuit:ubi pompeii cædem cognouit? qui ſolus ſupererat quem opprimere cupiebat. Duro uultu:rigido & ñ ſoluto i lachrymas. Sicco:ſine lachrymis. O ſors du.in hãc exclamationem prorumpit dicens fati ſortem duriſſimam eſſe;quæ cæſarem flere coegit & inuitum.placet inquit ei præ cæteris omnibus occiſum eſſe pompeiũ: & tamen cogitur etiam inuitus flere:ne i inuidiam populorum incurrat?a quibus mirifice pompeius diligebatur. Non mixti:fœdera mixti generis appellauit affinitatem qua cum pompeio cæſar per iuliam coniunctus erat. Nepoſque:abortiuus:neque enim ex iulia filium ullum ſuſceperat pompeius : niſi abortiuum. Iubet:cogit. Credis apud pop.ideo doles uel dolere ſimulas:quia hanc opinionem doloris tui exiſtimabas tibi ꝓfuturam eſſe apđ populos : qui põpeium uehementer amabant? Hoc.ſ.mœrorẽ prætefente. Fortaſſe : ty.eſt fortaſſe alia ratio : quia inuides Ptolemæo ꝙ tibi preripuerit occaſionem occidendi Pompeiũ nam maluiſſes illum tuis manibus occidiſſe Aliis:ptolemæo. Capti:q quaſi in captiuitatem uenerat. Vindictam:ꝙ non potueris ulciſci iniuriam:quam a põpeio bellum tibi inferente acceperas. E iuř:de poteſtate. Victoris.i.tui . Quiſquis te flere.Poſt multas rationes quibus oſtenditur ſimulatum fuiſſe dolorem cæſaris:concludit dicens :ſiue hæ cauſæ ſiue aliæ fuerint:certe nulla te pietas uera flere cogit. Receſſit:alienus fuit a pietate. Scilicet hoc animo:cum ironia legendum:credendum eſt inquit te:ideo tot labores:tot pericula perpeti & circuire orbẽ terrarũ ne uidelicet aliqua uis inferatur põpeio. Luſtras:circuis. Suppreſus : ꝓ opp̃ſſus p̃poſitio ꝓ p̃poſitióe. O bñ rapta: p exclamtõnẽ o bñ factũ iqt ꝙ dii uoluerunt:ut arbitrio tuo pompeius interficeretur. q̃ magna re : magnum crimen fortuna donauit romano pudori ideſt dedecori : ne.uidelicet in tuas manus pompeius ueniret:ſiue illum crudeliter occidi iuſſurus eras:ſiue ẽt ipſi ueniam daturus Triſtis.aduerſa. Nec non his:poſt ſimulatas lachrymas addidit & uerba Cæſar:quibus eam cædem ſe grauiter tuliſſe oſtendebat. Fallere.ſ.præſentes. Acquiriſque fi.ideſt uerbis ac orõe fidem ſimulati doloris augere uoluiſti. Funeſta:crudelia dona q̃ de pompeio:mihi maiorem iniuriam feciſtis occidendo pompeium:q̃ ipſi pompeio:& reddit rationem. Vnica belli.p.c.hæc uerba non erant aliena a natura cæſaris uel certe a beneficiis eius:ſicuti poſtea re ipſa declarauit quicquid loquatur Lucanus . omnes eñi qui bellis ciuilibus ſupererant ſaluos eſſe uoluit ꝙ ſi phario , unum eſt quod grauiter fero Cleopatram inuiſã eſſe ptolemæo:nam diſſenſio erat inter ptolemæum & ſororem : & factione potentiori ptolemæus e regno cleopatram eiecerat:quæ tamen & ipſa cum ſuis exercitum habebat:haud procul a pharo. Secreta quid arma: quid ſibi uult ptolemæus:ut arma quæ a bellis ciuilibus remota fuerant:nunc demum & ipſe immiſceat.

Quam debere caput:qui duro membra ſenatus
Calcarat uultu:qui ſicco lumine campos
Viderat æmathios:uni tibi magne negare
Non audet gemitus.o ſors duriſſima fati.
Huncceine tu cæſar ſcelerato marte petiſti :
Qui tibi flendus erat? non mixti fœdera tangunt
Te generis:nec nata iubet parere nepoſque?
Credis apud populos pompeii nomen amantes
Hoc caſtris prodeſſe tuis ? fortaſſe tyranni
Angeris inuidia:capti que in uiſcera magni
Hoc aliis licuiſſe doles:quererisque periſſe
Vindictam belli:raptumque e iure ſuperbi
Victoris generum:quiſquis te flere coegit
Impetus a uera longe pietate receſſit .
Scilicet hoc animo terras atque æquora luſtras :
Non ubi ſuppreſſus pereat gener : o bene rapta
Arbitrio mors iſta tuo:quam magna remiſit
Crimina romano triſtis fortuna pudori.
Quod te non paſſa eſt miſereri perfide magni
Viuentis:nec non his fallere uocibus audes:
Acquiriſque fidem ſimulati fronte doloris.
Aufer ab aſpectu noſtro funeſta ſatelles
Regis dona tui:peius de cæſare ueſtrum:
Quam de pompeio meruit ſcelus : unica belli
Præmia ciuilis uictis donare ſalutem
Perdidimus:quod ſi phario germana tyranno
Non inuiſa foret:potuiſſent reddere regi
Quod meruit fratrique tuum pro munere tali
Miſiſſem cleopatra caput:ſecreta quid arma



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Secreta:ideſt ſeorſum remota. Ergo in theſſalicis:ergo uictoria noſtra cauſa fuit ut plus iuris haberet Ptolæmeus:antequam uincerem non auſus fuiſſet occidere Pompeium:ſed poſt uictoriam noſtram plus ſibi audatiæ ſumpſit. Ius:ideſt licentiam ac poteſtatem dedimus. Non tuleram ma.bene res ſe habet: nam q antea non tuli Pompeium mihi parem:nuuc ego feram te parem o ptolemæe? Fruſtra ciuilibus armis:fruſtra inquit totum terrarum orbem bello perturbauimus:ſi alius eſt qui regnet præter Cæſarem. Miſcuimus perturbauimus. Si tellus:& ſi ulla regio uſquã inuenitur quæ duorum ſit:non unius Cæſaris. Vertiſſem lati.adeo ĩquit Cæſar deteſtor hoc ſcelu ueſtrum:ut ſtatim fuerim naues a littore ueſtro auerſurus: niſi uererer ne hoc me homines dicerent timoris cauſa feciſſe.

Vertiſſem:pro auertiſſem. Famæ cura:ideſt cura nominis mei:nam mihi curæ eſt quam in partem populi accepturi ſint ſi diſceſſero.ideo hic permanere conſtitui ne mihi uitio timoris detur. Damnaſſe: tanq̃ ſceleſtam & abominabilem. Nec fallet uos me:ad illud reſpicit:q benigne regnum ptolemæi Cæſari pollicebantur: uos inquit hac pollicitatiõe ueſtra me fallere creditis:ſed nec uideo inquit:qd paſſurus fuerim:niſi in theſſalia uiciſſem: nã ſi me uictum huc recepiſſem:itidem ĩ me feciſſetis:ſicut in Pompeium:mea me igitur uictoria conſeruat non pollicitatio ueſtra. Nobis quoq:ideſt non mitiores fuiſſetis in me q̃ in Pompeium. Maiore profecto:maiori ĩquit periculo bellum ciuile geſſimus:q̃ quiſquã credere potuerit:ſi enim uictus eſſem non tam mihi timendus erat Pompeius:non roma: nõ ſenatus q̃ ptolemæus:ſi ad illẽ me recepiſſẽ. Arma:ideſt bella. Quã metui a nobis. Exilium generiq m.timebam illos qui fortaſſe minus mihi nocuiſſent: hunc uero qui me capitali odio perſequebatur non timebam. Exilium:ſcilicet ſi uictus fuiſſem. Pœna fugæ: quia ſi fugiſſem ad illũ mihi parata erat cædes ex eo quod in Pompeium fecere:coniicio quid in me facturi fuiſſent. Sed parcimus annis:ætas ptolemæi tenera & puerilis facit ut ipſi ignoſcam:alioquin oſtendiſſem q̃ mihi hoc facinus diſplicuiſſet. Sciat hac: nullum igitur præmium ſceleris quærat ptolemæus præter ueniam : potius enim magnum ſupplicium mereretur. Vos condite buſto:quod ad uos attinet : date operam:ut honore ſepulchri decoretis Pompeii reliquias. Sed non:non ob hanc cauſam:ut hoc ſcelus ueſtrum occultetur : honorari ſepulchro uelim reliquias pompeii:uerum etiam iuſta exhibeatis manibus eius.

Iuſto:pro iuſta thura date ſepulchro pompeii.Iuſta appellantur inferiæ quæ exhibentur mortuis. Placa.ſ. ſepeliendo caput eius:& ſicut imperauit:ita factum eſt:nam in caſio ſepultæ ſunt pompeii reliquiæ:qui mons eſt ſepulchro pompeii nobilis. Sentiat aduentum ſoceri:me adueniente ſepulchrum conſequatur:quo aliter caruiſſet. Querentis:conquerentis de morte pompeii. Vmbra:anima pompeii. Pias uoces : pro uoces pii cæſaris . Dum uobis:ipſe enim pompeius dũ credere mauult huic clienti ptolemæo:in diſcrimẽ ſalutis uenit:nan ſi mihi ſe committere uoluiſſet:benigne illum ſuſcepiſſem:& ſatis mihi fuiſſet ut pari poteſtate cum illo in urbe uiuerem. Læta dies : dies inquit quam populi magna lætitia celebraturi fuiſſent: nobis adempta eſt:ſtatueram enim pompeium complecti:alloqui:& pacem cum eo iungere:ut orbis terrarum concordia noſtra lætaretur. Præfert:anteponit omnia nobis:quaſi fideliora. Phario clienti:quia cliens põpeii Ptolemeus erat. Concordia mundi:quia pace duorum totius orbis terrarum ſtatus componebatur. Perit:ſcilicet dum mihi fidem præſtare non uult. Caruere deis:ideſt uota mea deos non habuere propitios.

Mouit? & inſeruit noſtro ſua tela labori?
Ergo in theſſalicis pellæo fecimus aruis
Ius gladio? ueſtris quæſita licentia regnis?
Non tuleram magnum mecum romana regentẽ
Te ptolemææ feram? fruſtra ciuilibus armis
Miſcuimus gentes:ſiqua eſt hoc orbe poteſtas
Altera quam cæſar:ſi tellus ulla duorum eſt:
Vertiſſem latias a ueſtro littore proras.
Famæ cura uetat:ne non damnaſſe cruentam:
Sed uidear timuiſſe pharon:nec fallere uos me
Credite uictorem:nobis quoque tale paratum
Littoris hoſpitium eſt:ne ſic mea colla gerantur:
Theſſaliæ fortuna facit:maiore profecto
Quam metui poterat diſcrimine geſſimus arma.
Exilium generique minas romamque timebam:
Pœna fugæ ptolemæus erat:ſed parcimus annis
Donamuſque nefas:ſciat hac pro cæde tyrannus
Nil uenia plus poſſe dari:uos condite buſto
Tanti colla ducis:ſed non ut crimina tantum
Veſtra tegat tellus:iuſto date thura ſepulchro.
Et placate caput:cinereſque in littore fuſos
Colligite:atque unam ſparſis date manibus urnã.
Sentiat aduentum ſoceri:uoceſque querentis
Audiat umbra pias:dum nobis omnia præfert:
Dum uitam phario mauult debere clienti.
Læta dies rapta eſt populis:concordia mundo
Noſtra perit:caruere deis mea uota ſecundis.
Vt te complexus poſitis felicibus armis



Affectus te.amores antiquos:ut quemadmodum inter nos amicitia iuncti fuimus ſuperiori tempore : ita nunc quoq iungeremur. Vitãq ro.i.rogaſſem:ut mecum pari poteſtate uiuere uelles i urbe roma:nec tibi aliquid grauius conſuleres. Dignaq ſa.quia hoc ſatis magnum uictoriæ præmium uideri potuit:ut tibi par eſſem in urbe roma. Tunc pa.fi.& ita uiciſſim ego tibi:& tu mihi profuiſſes:profuiſſem tibi:qui te mihi parẽ mecum uolebam: & tu mihi:qui feciſſes:ut ſenatus populuſq ro.mihi ignoſceret ſi quid forte contra rẽpu. feciſſem. Victus.ſ.ut mihi par eſſes. Vt ro.mihi.ſ.ignoſceret. Nec talia fa.Lucanus dicit ita quidem locutum fuiſſe cæſarem & uerba ipſius plena humanitatis fuiſſe:ſed neminẽ ex omnibus qui aderant crediſſe. Querẽti. ſed exiſtimauit tentare animos : & ſi quẽ uidiſſet flentem:obſeruare eum diligẽter & exiſtimabat ſibi iniuriam eſſe. Abſcõdunt gemitus:etiam ſi dolerent quanto miſerabilior uidebatur oratio Cæſaris:tanto magis ipſi ſpem uultu ſimulabant.

Pectora: ſcilicet plena mœroris. Tegũt occultant. Læta fronte:læto uultu.

Hilares.ſ.uultu:ſed pectore mœſto.

Nefas:ptolemæi. O bona li.q.d.iſta non eſt dicenda libertas cæſar luget:& cæteri lugere non audent : quia exiſtimabãt dolos latere ſub illis lachrymis:ut obſeruaret eos q morte pompeii lachrymarent.

Audent hilar.ſp.n.i.non audent lugere metu cæſaris.

Vt te complexus poſitis felecibus armis
Affectus abs te ueteres uitamq rogarem
Magne tuam:dignaque ſatis mercede laborum:
Contentus par eſſe tibi:tunc pace fideli
Feciſſem ut uictus poſſes ignoſcere diuis
Feciſſes ut roma mihi:nec talia fatus
Inuenit fletus comitum:nec turba querenti
Credidit:abſcondunt gemitus:& pectora læta
Fronte tegunt:hilareſque nefas ſpectare cruẽtum
O bona libertas:cum cæſar lugeat audẽt.

## .M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER DECIMVS.

T primum terras pompeii colla ſecutus
Attigit:& diras calcauit cæſar harenas
Pugnauit fortuna ducis:fatumq nocentis
Aegypti:regnum lagi romana ſub arma
Iret:an eriperet mundo memphiticus enſis
Victoris uictique caput:tua profuit umbra
Magne:tui ſocerum rapuere a ſanguine manes.
Nec populus poſt te nilum romanus haberet.
Inde paretoniam fertur ſecurus in urbem
Pignore tam ſæui ſceleris ſua ſigna ſecutus.
Sed fremitu uulgi faſces & iura querentis
Inferri romana ſuis : diſcordia ſenſit
Pectora:& ancipites animos:magnumq periſſe

### Pharſaliæ liber decimus.

T primum terras Pompeii colla ſecutus:hic decimus & ultimus continet hæc breuiter : primũ quomodo cæſar accuratiſſime contẽplatus fuerit pyramides ægyptiorum regum deinde quomodo luxurioſam cœnam Cleopatra Cæſari præparauerit poſtea uero in ipſo conuiuio de fõte nili diligenter ab Achoreo ſacerdote q̃ſierit poſtremo quo pacto photinus cũ Achilla qui præerant exercitui regis:conſilia agitauerit interficiendi cæſarem : & cæſar ſe ab ipſorum manibus eripuerit.

Diras : appellauit a cæde Pompei.

Pugnauit fortuna:in diſcrimen uenit utrum Cæſar uinceret ægyptios:an ægyptii cæſarem. Nocentis:Reſpicit ad cædem pompeii. An regnũ. ideſt:nunquid fata ægyptiorum ſuperiora eſſent fortuna cæſaris. Regnum lagi.i.ægypti.nã Lagus primus rex ægyptiorum fuit. Memphiticus:ægyptius a memphi ciuitate ægypti.Memphis:ut refert Strabo ægyptiorum regia fuit:urbs magna:& populoſa:& ſecunda poſt alexandriam. Tua profuit umbra:hoc omne attribuit umbris pompeii q nõ fuerint ægyptiorum armis ſubacti romani:nam pompeius pati noluit:ut romana arma ægyptiis armis cederent:quo factum eſt:ut etiam romani ægyptum amarent:ubi manes pompeii ſepulti erãt. Poſt te.poſt mortem tuam. Tui ſocerum:ideo ubi tuæ reliquiæ ſunt o pompei:eum locũ populus romanus amauit. Inde paretoniam:cum in terram primo deſcendiſſet cæſar:ſe contulit alexandriam: nam ſperabat ſe ibi tutum fore ꝓcipue hoc ipſo:q pompeium occiderat ptolemæus:nã & ſi ſimulauerat ægre tuliſſe:tñ cedere nõ poterat quin ibi tutus eẽt ubi pompeius fuerat occiſus. Inde:poſtq̃ in continentẽ terrã deſcendit. Paretoniã ur.i.alexandriã:q̃ metropolis ẽ ægypti:quam a ſe ipſo alexander Alexandriam appellauit:cum illã auxiſſet:paretonium uero ut ĩquit Strabo:urbs eſt & portus ingens.xl.fere ſtadiorum:hanc alii Paretonium:alii Ammoniam uocãt. Pig.ſce.ſcele.i.pignore capitis & cædis pompeii. Signa.ſ.uictricia.

Sed fremitu:ſecurus quidem profectus eſt alexandriam:uerũtamen dum incederet per urbem præcedẽtibus lictoribus qui faſces gerebant more romano:ſenſit fremitum uulgi.dedignabantur.n.q in regia urbe alia poteſtas eſſet maior rege ſuo. Suis:q̃ ſua iura. Iura:poteſtatem romanam. Magnumque per.i.ſenſit non in gratia cæſaris:ſed occiſum eſſe potius ad utilitatem ægyptiorum.

Tum uul.cæſar tametſi non ſibi placeret fremitus uulgi:tamen ſpem uultu ſimulat ꝑmit altum corde dolorem:& uultu intrepido (ſicut conſueuerat)uoluit contemplari uetuſta ægyptiorum regum ædificia. Et.templa ue.nu.iſidis:cuius templum uetuſtiſſimum erat iuxta ueneris fanum:ut inquit Strabo . Teſtantia uires ma.ea enim illic condita fuerant ab Alexandro rege macedonum. Circuit:cōtemplatur . Et nulla:& alia oīa tametſi ꝓtioſa erant,utpote auro argentoq; ornata:tamen pro nihilo habebat comparatione pyramidū: ubi corpus alexandri ſepultum fuerat. Illic pe.in hac pyramide quam Cæſar cōtemplabatur : conditum erat Alexandri corpus'.

Non ſibi tum uultu ſemper celante timorem.
Intrepidus ſuperum ſedes & templa uetuſti
Numinis:antiquas macedum teſtantia uires
Circuit:& nulla captus dulcedine rerum :
Non auro cultuq; deum:non mœnibus urbis
Effoſſum tumulis cupide deſcendit in antrum.
Illic pellæi proles ueſana philippi
Felix prædo iacet:terrarum uindice fato
Raptus ſacratis totum ſpargenda per orbem
Membra uiri poſuere adytis:fortuna pepercit
Manibus:& regni durauit ad ultima fatum.
Nam ſibi libertas unquam ſi redderet orbem
Ludibrio ſeruatus erat:non utile mundo
Editus exemplum:terras tot poſſe ſub uno
Eſſe uiro:macedum fines:latebraſq; ſuorum
Deſeruit:uictaſq; patri deſpexit athenas.
Perq; aſiæ populos fatis urgentibus actus
Humana cum ſtrage ruit:gladiumq; per omnes
Exegit gentes:ignotos miſcuit amnes .
Perſarū euphratem:indorum ſanguine gangem.
Terrarum fatale malum fulmenq; quod omnes
Percuteret pariter populos & ſydus iniquum
Gentibus oceano claſſes inferre parabat

Veſana pro. quia ꝓnus erat in iracundiam Alexander:iō ipm ueſanum appellauit quod ita eſſe teſtatur clytus amicus & familiaris paternus haſta traiectus:& Lyſimachus leoni obiectus : & Calliſtenes philoſophus in cauea mori iuſſus.ita egit ut deo genitus crederet : peragrauit orbē rectoribus Ariſtotole & Calliſthene uſus:forma fuit ſupra hoīem auguſtiore:ut refert Solinus:ceruice cælſa:lætis oculis & illuſtribus:malis ad gratiam rubeſcētibus:reliquis liniamētis corporis non ſine maieſtate quadam decoris:uictor oīum uino & ita uictus.ſic morbo uinolētiæ apud Babylonem humiliore ꝗ̄ uixerat fortuna exemptus eſt. alexandri corpus(ut inquit Strabo)perdicæ ereptum ptolemæus alexandriam detulit: eiq; parentauit:quod & adhuc ibi iacet ſed nequaꝗ̄ in eodem alueolo:nam qui nunc uitreus eſt:prius aureus erat. Felix ꝓdo.qui aliena diripiendo ſibi regnum cōparauit. Vindice fa.quia mors fuit ultrix terrarum:tunc enim cum rapuit Alexandrum ulta eſt iniurias quas inumeras populis Alexander intulerat. Sacratis to.& in hac pyramide cineres alexandri repoſuerant:qui uento potius fuerant ſpargendi. Per orbem:ubicunq; aliquid detrimenti fecit membra ſpargenda eran.

Fortūa pe.nam fecit ut regnum ſuum perpetuo duraret:uſque ad eam ætatem : q; ſi populi in libertatem aliquando ueniſſent:non dubium erat quin corpus alexādri dilaceraturi fuerint memores iniuriarū quas ab eo acceperāt. Durauit ad ul.i. uſq; ad ultimum tempus:ut obliuiſcerentur iniuriarum populi:nam regnū diuiſum eſt in principes qui alexandrum cōitati fuerant. Si red.or.i.ſi unquā orbis; terrarum eſſet ſui iuris:non dubium erat quin ſæuituri fuiſſent in reliquias alexandri. Nō utile mūdo:quia ipſe docuit orbem terrarum ſub unius poteſtate eſſe poſſe:nunꝗ̄ ante alexandrum quiſꝗ̄ iuentus fuerat:qui uniuerſo prope orbi terrarum imperaret. Exemplum:quia exemplo alexandri cæſar & multi alii dnmini orbis terrarum eſſe uoluerunt. Eſſe ſub.i.poſſe ſeruire uni uiro. Macedum fines:nam alexander nō contentus regno paterno exercitum traduxit in aſiam:& eam oēm uicto Dario imperio ſuo ſubiecit. Latebraſq;:quia macedonia erant ferme latebræ q̄dam comparatione reliqui orbis:quem ipſe armis ſubiecit Patri.i a Philippo. Popu.aſ.quia bis Darium alexander ſuperauit:& ipſum tertia uictoria profligauit:cum in captiuitatem duxiſſet uxorem eius & filias:tamen hoc modeſtiæ documentum dedit eximium:quia quāꝗ̄ illæ pulcherrimæ eſſet:tamen intactas ſeruauit. Humana ſtra.i.cum ruina & magna cæde hominum. Exegit: exercuit. Amnes:euphratem & gāſtem:quia euphrates flu.eſt qui totam intra ſe cappadociam cōprehendit & Comagenam:& amanum & iſſicum ſinum magnam & paruam harmeniam percurrit:meſopotamiam diſterminat:ex euphrate ferebatur aqua in hortos penſiles babylonis. Gāges:flu.eſt indiæ:dicit autē hos fluuios miſcuiſſe ſanguine humano eorum quos uincendo occiderat. Terrarum fa.ma:in animo habuit alexander:ut oīa in poteſtatē ſuā redigeret:niſi morte ꝓuentus eſſet. Malū fa.deſtinatū malū terris & letiferꝫ . Ful mē:qa uno eodēq; tpre oīa puerteret q̄ſi fulmē. Et ſydus ini.aduerſū:ſicut aduerſa ſydera īducūt peſtilētiā. Parabat:poūꝗ̄ maiorē ptē orbis terraꝝ domuerat. Exteriore mari:qa oceāo ſpatia terræ circundatur.



Non illi fl.& uſq; ad torridam zonam penetrauit:nil illi obſtare potuit. Flamma.ſ.feruentis zonæ. Vndæ.ſ.occeani obſtiterunt. Sterilis:q̄uis ſterilis:tamen non obſtitit quo minus duceret exercitum. Ammō .i.templum iouis āmonis quod poſitum eſt inter ſyrtes:de hoc ſatis ſuperius. In occaſum:iam properabat ire in ultimum occidentem ad æthyopas. Deuexa:decliua:uidelicet meridiē:qa polus antarcticus humilis ē Pol.ſ.arcticum & antarcticum. A fonte:quem nullus unꝗ̄ inuenire potuit in hoc etiam multi reges elaborarunt inter quos Cambyſes rex perſarum miſit qui diligenter ſcrutarentur:hi uero nauigarunt ex aduerſo nili

Exteriore mari:non illi flamma nec undæ
Nec ſterilis libye nec ſyrticus obſtitit ammon .
Iſſet in occaſum mundi deuexa ſecutus
Ambiſſetque polos:nilumque a fonte bibiſſet :
Occurrit ſuprema dies:naturaque ſolum
Hunc potuit finem ueſano ponere regi :
Qui ſecum inuidia qua totum ceperat orbem :
Abſtulit imperium:nulloque hærede relicto
Totius fati lacerandas præbuit urbes.
Sed cecidit babylone ſua:parthoque timendus .
Proh pudor æoi propius timuere ſariſſas .
Quā nunc pila timent populi:licet uſq; ſub arctō
Regnemus:zephyriq; domos:terraſq; premamus
Flagrantis poſt terga noti:cedamus in ortus
Arſacidum domino:non felix parthia craſſis .
Exiguæ ſecura fuit prouincia pellæ.
Iam peluſiaco ueniens a gurgite nili
Rex puer imbellis populi ſedauerat iras.
Obſide quo pacis pellæa tutus in aula
Cæſar erat:cum ſe parua cleopatra biremi
Corrupto cuſtode phari : laxare cathenas
Intulit æmathiis ignaro cæſare tectis
Dedecus ægypti:latii feralis erinnys

quo ad ripas quaſdam peruenerunt innauigabiles:nec tamen referre potuerunt : ubi nilus originem habuerit. Occurrit ſu.di.his cogitatis mors īteruenit. Na.q; ſo.& nihil fuit quod potuiſſet cupiditati alexandri modum imponere præter naturam:quia mortalis natus erat. Veſano re.inſaciabili qui inſania quadam ferebatur:ut nihil unꝗ̄ aīum eius explere potuiſſet. Qui ſe.i.iuidia fecit ut domino tum oīum ſuperior eſſet item iuidia fecit ut poſt mortem curaret ne quis uniuerſo orbi terraꝝ ꝓeſſet:ſicut ipſe nam duodeci principibus regnum ſuū diuiſit.quā ergo inuidiam imperio orbis acceperat : eādē moriens abſtulit. Nullo hærede.Quia duodecim principibus regnum partitus eſt. Totius fati.i.totius fortunæ ſuæ.

Cecidit. mortuus ē. Bab.ſu.quam ipſe ſubegerat bello & i ea regiam poſuerat.q̄uis haruſpices monerēt caueret ſibi ab ea urbe : tn̄ cupiditate eius impulſus eſt : ut ad eam ueniret:& ibi a Caſſandro Antipatri filio'q picerna eiuſ erat ueneno necatus ē. Parthoſq; ue.qa pthi & ipm in honore hūerūt'cuius urbem ipſe cœperat nā i Parthia ē babylon:& metropolis eſt regionis illius. Proh.pu.indignatur hoc loco lucanus:q; populi pthoꝝ timuere alexandrum & macedones cū auſi ſint & romanis inferre bellum ergo plus uirium ingt hūit Alexander:ꝗ̄ populus ro. nam craſſum cum maiori parte exercitus pthi occiderunt. Sariſſa.i.tela macedonica:& ſariſſas pro ipſis macedonibus poſuit. Pila.i.romanos.nam pilū romanum eſt telum. Propius quia romani imperium ſuum non portexerant:tam ꝓpe parthos ſicut fecere macedones . Licet uſq; ar . q̄uis. in occidente:meridie & ſeptētriōe maiores ſimus dn̄i:ꝗ̄ unꝗ̄ fuerit Alexander:tamen qđ ad orientē pertinet: ipſe nos iperio ſuperauit. Sub ar.ſeptētriōe. Zephyriq; do.i.occidentē. Noti.meridiei. Cedamus in or.tamen uicti ſumus in oriente potentia Alexandri macedonis. Arſacidum.a domino pthorum: Arſacidæ enim reges parthorū dicti ſunt:ſicut Ptolemæi ægypti.& Cæſares romanoꝝ. Nō felix:ꝗ̄ indignū fuit hoc: ut ex omnibus ꝓuinciis parthia exigua fuerit Alexandro:ꝗ̄ nunc eſt formidoloſa romanis cū in ea Craſſus cum exercitu perient. Craſſis:pr̄i & filio. Secura pel.qa in ea nihil timuerit Alexander.imo uero obſequētiſſimam ſibi hūit. Iā pe.ia.nunc redit ad cæſarē & ptolemæum.dicit aūt poſtꝗ̄ rex tandem fremitum populi ſedauit:uenit ipſe ad cæſarē:& ſe in eius poteſtatem futurum dixit. rege ergo quaſi obſide ſecurus.cæſar cœpit deinde deligentius cōtemplare ſitum ægypti:& ſe ēt dedere regi:cum paulo poſt Cleopatra ſupuenit ꝗ̄ blanditiis ſuis pellexit cæſarem. Peluſiaco.ibi enim caſtra hēbat ad peluſiū. In a pe. in aula Alexandriæ quam pellæus alexander condiderat. Obſide.tanꝗ̄ obſide pacis. Cū.cum excluſa ēēt cleopetra extra pharum:& ipſa quoq; exercitum hēbat contra frēm:illa mūeribus corrupit cuſtodes phari q catenas ſoluerēt quibus illa extra portā excluſa erat:& pua bireme igreſſa fefellit ptolemæū:& ad ceſarē peruenit. Biremi.naui ꝗ̄ duobus ordinibus remoꝝ uteretur. Cuſtode.qui ꝑerat portui. Catenas.portus qbus excluderetur .

Tectis æma.lōge ſpetiū ē epithetō.i.tectis cæſaris uictoris æmathiæ. Dedecus æ.cū ipā ēēt ipudica.luxurioſa:auara:dedecus erat ægypti. Feralis he.furia letifera. Latii.italiæ:q̄tas clades itulerit italiæ hiſtoria docet primo enim cauſa fuit:ut multi e romanis occiderent cum cæſare:deinde cum cleopatra ſe coniunxiſſet cum Antonio cauſa fuit:ut bellum ciuile iterum conflaretur inter Octauium & .M. Antonium : & ad Leucadem promontorium bello nauali uicta eſt cleopatra cum Antonio.ibique multa milia romanorum periere,

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Non caſta.i.impudica ad malum romanum:qa bláditiis duces romanos pellexit. Quantum imp.at.dicit non minus prope exitium intuliſſe romanis cleopatram:q̃ intulit heleua troianis. Sperrana:helena quæ bello ritauit græciam & aſiam pulchritudine ſua rapta ex oppido ſparta. Virgi. Me duce dardaniis ſpartam expugnauit adulter. Argos:europam:in qua eſt græcia. Iliacaſq; do.aſiam nam ilion in aſia eſt. Facie no.nã forma ſua tantum mali intulit:quantum helena. Terruit:parum inquit abfuit quin cleopatra imperium orbis terrarum terreret. Siſtro:ſiſtrum eſt genus tubæ incuruæ:quo utebantur ſacerdotes tunc cnm ad inqniſitionem oſiridis populum conuocabant: ut imitarentur Iſidis plágores quæ orſiri uirum ſuum dui.quæſitum tãde iuiuenit.

Capitolia imperium romanum. Si fas.ita dixit quemadmodum dicere ſolemus:ſi diis placet. Petit.inuadit.cõtra Octauium duxit exercitum.M. Antonio coniuncta. Canopo:populo ægypti. Canopos cẽtum ac uiginti ſtadiis diſtat ab Alexandria :pedeſtri itinere uadẽtibus: dicta de nomine canopi:q menelai claſſẽ gubernabat : & ibi mortuus eſt(ut refert Strabo)in ea ẽ Sarapidis templũ & cultu & religione excellens. Imbelli : molli: ut ſupra emollit gentes clæmentia cœli.

Ductura triumphos.quia i amorem ſuum pellexit cæſarem:ut parum abfuerit : quin amore uictus ſe crederet ægyptiis occidendum.nam dum ille amori operam daret:& luxu captus conuiuiis indulgeret pene a photino & achilla eſt oppreſſus.

Leucadioq; fuit:poſtea apud leucadẽ promontorium In magno diſcrimine fuit imperium ro. An mundum:duplici ratione indignum fuiſſet romanis:ſi cleopatra regnaſſet & q indigna mulier erat: & non romana. Nec noſtra.i.nec romana quidem. Illa nox.qua conſuetudinẽ cum cæſare iniit. Animi.ſ.Cleopatræ.

Inceſtam pto.impudicam cleopatram ptolemæi filiam. Noſtris du.cum cæſare prius deinde cum.M.Ant. Quis ti. ue.nunc cæſarem reprehẽdit qui cum ductor eſſet fortiſſimus:& in medio flagráte bello ciuili uerſaretur:tamen amore mulieris corruptus fuerit:ut propterea ignoſcendum ſit antonio:qui cum mollioris

R omano non caſta malo:quantũ impulit argos
I liacaſq; domos facie ſparthana nocenti :
H eſperios auxit tantum cleopatra furores.
T erruit illa ſuo(ſi fas)capitolia ſiſtro.
E t romana petit imbelli ſigna canopo :
C æſare captiuo pharios ductura triumphos :
L eucadioq; fuit dubius ſub gurgite caſus :
A n mũdum ne noſtra quidem matrona teneret.
H oc anini nox illa dedit:quæ prima cubili
M iſcuit inceſtam ducibus ptolemæida noſtris
Q uis tibi ueſani ueniam non donet amoris
A ntoni?durum cum cæſaris hauſerit ignes
P ectus?& in media rabie medioq; furore :
E t pompeianis habitata manibus aula?
S anguine theſſalicæ cladis perfuſus adulter
A dmiſit uenerem curis:& miſcuit armis
I llicitoſq; toros:& non ex coniuge partus.
P roh pudor:oblitus magni:tibi iulia fratres
O bſcæna de matre dedit: parteſq; fugatas
P aſſus in extremis libyes coalſcere regnis
T empora niliaco turpis dependit amori :
D um donare pharon:dũ nõ ſibi uincere mauult.

eſſet ingenii amoribus huius capi potuerit:a maiori ad minus:ſi uincere potuit animum cæſaris durum & nõ facile credentem blanditiis mulierum:quanto facilius id in.M.antonio fecit qui natura mollior erat? Hauſerit:comprehenderit. Ignes:pro amore ponitur. Vir. & cæco capitur igni. Et in media rabie:cum bello ciuili adhuc eſſet occupatus:magnus enim adhuc labor ſupererat. nam uincenda erat claſſis pompeii: uicendæ reliquiæ belli ciuilis:quas ſecum duxerat cato & ad iubam regem libyæ peruenerat. Aula:cum ante oculos obuerſaretur pom.cædes & in ipſa aula ptolemæi regis eſſet:cuius iuſſu põpeius occiſus fuerat cæſar operam amoribus dedit. Sanguine:nondum inquit abſterſus erat cruor in theſſalia ſparſus:cum tamen cleopatræ blandiciis molliri potuit. Illicitoſq; toros: utpote ex pellice:nam ex hoc compreſſu cæſaris grauida facta eſt Cleopatra & puerum peperit cui poſtea nomen impoſuit cæſarion. Coniuge:calphurnia. Proh pu.p exclamationem exaggerat adulterium cæſaris:dedecus ingens fuit:ut fratres iuliæ ex pelice Cleopatra generaret:quam ex matrimonio legitimo conceptam in matrimonium põpeio dederat. Obſcæ.deteſtabili & execrabili. Matre.i.pellice. Parteſq; fu.& preter facinus quod admiſit:minime ignoſcendum acceſſit q interea partibus pompeianis ſpẽ dedit:qua poſſent ciuile bellum repararet:nam ille dum operam dat amoribus: interea cato ad iubam peruenit:& ope illius exercitum iuſtum renouauit. Coaleſcere:ſimul creſcere augeri.

Regnis libyæ:in regno iubæ. Dependit:tradidit. Tempora:quæ conſumenda erant ad perficiendum ciuile bellum. Turpis:adulter. Niliaco amori.i.cleopatræ:que regina fuit ægypti. Donare:ſcilicet cleopatræ. Non ſibi:ſed cleopatræ uincere cuius amoribus correptus erat.



Quæ formæ con.nunc dicit quõ cleopatra cæſarem in ſuum amorem pellexerit:cum corruptis cuſtodibus ad Regiam ueniſſet in Alexandriam:ad cæſarem ingreſſa eſt:& cæſaris pedibus proſtrata opem rogauit dum cæſar eſſet in regia:& epulis ac regifico luxui intentus delegit ergo tempus & locum ut poſſet ſibi obſequentem facere cæſarem. Triſtis.i.mœrorem ſimulans. Compta.i.ornata habens dolorem ſimulatum : quia ſe ornauit q̃tum ſimulanti dolorem conueniebat. Quam decuit.q.d.non decuit. Veluti:tanquam diſperſa ſit illa nihilo ſegnius:q̃ ſi ſparſis capillis prouoluta eſſet genibus cæſaris auſa eſt in hunc modum loqui.

Q uem formæ confiſa ſuæ cleopatra:ſine ullo
T riſtis adit lachrymis:ſimulatum cõpta dolorẽ
Q uam decuit:ueluti laceros diſperſa capillos.
E t ſic orſa loqui.ſiqua eſt o maxime cæſar
N obilitas:pharii proles clariſſima lagi :
E xul in æternum ſceptris depulſa paternis :
S i tua reſtituat ueteri me dextera fato :
C omplector regina pedes : tu gentibus æquum
S ydus ades noſtris:non urbes prima tenebo
F œmina niliacas:nullo diſcrimine ſexus
R eginam ſit ferre pharos : lege ſumma perempti
V erba patris:qui iura mihi communia regni
E t thalami cum fratre dedit:puer ipſe ſororem
S it modo liber:amat:ſed habet ſub iure photini
A ffectus enſeſque ſuos:nil ipſa paterni
I uris habere peto:culpa tantoque pudore
S olue domum:remoue funeſta ſatellitis arma :
E t regem regnare iube:quantos ne tumores
M ente gerit famulus:magni ceruice reuulſa?
I am tibi(ſed procul hoc auertant fata)minatur.
S at fuit indignum cæſar mundoque tibique
P ompeium facinus meritumque fuiſſe photini.
N ecquicquam duras tentaſſet cæſaris aures:
V ultus adeſt precibus:facieſque inceſta perorat.
E xigit infandam corrupto cæſare noctem.
P ax tibi parta duci:doniſque ingẽtibus empta ẽ.
E xcepere epulæ tantarum gaudia rerum

Diſperſa:ſciſſa ac inornata capillos.

Si qua eſt:confuſe loquitur & perturbate ut fœmina & perturbata ſolet.ordo eſt. ego fœmina non prima tenebo urbes niliacas:ſi tua dextra reſtituat me ueteri fato. deinde per pentheſim lege:& cum ſuperioribus iunge.ego regina clariſſima proles lagi pharii complector pedes:ſi qua ẽ nobilitas o maxime cæſar : & ego exul in æternũ delapſa a regnis paternis:tu æquũ ſydus:ades noſtris gentibus. Proles lagi.i.quæ a lago rege ægyptiorum originẽ duco.i.cui pater ptolemæus Aulætes.De lagidarum ſucceſſione ſatis ſuperius ẽ de Strabõe repetita hiſtoria. Exul in æter. niſi tua ope in regnum reſtituar. Veteri fa.i.antiquæ fortunæ meæ. Sydus æquum:tanq̃ ſydus proſperum. Fœmina:quia occurrebat illud fœmina es:& regnare non potes dicit ipſa nõ ita eſſe: hãc enim conſuetudinem eſſe in ægypto : ut fœminæ regnent. Diſcrimine:nulla differentia ſexus. Lege ſum.& ultimi teſtamento q ipſa cum fratre pariter hæres regni ægypti relicta fuerit. Summa: ultima.

Qui iu.moriens pater iuſſit:ut matrimonio iungerer ptolemæo fratri : & una cum illo regnarem. Puer ipſe ſo.ſi quæris cæſar cur me regno pepulerit:non ipſe fuit:ſed ſatellites ipſius.ſ.photius & achillas quorum conſilio regitur. Puer: puerum appellauit:ut mirum uideri non poſſit:ſi imperio ac conſilio ſatellitum fuerit ſubiectus eſt. Si modo li.ſi modo ſit ſui iuris. Affectus:uoluntates. Suos enſes.i.poteſtatem & non audet diſcedere a uoluntate ſatellitum. Nil ipſa paterni:quæſo id agas:ne regnũ ægypti ſit ſub poteſtate ſatellitum regis:nam hoc dedecus pati non poſſum. Solue:libera. Regem:id enim quod rogo eſt:ut frater meus rex ſit & non photinus. Quantos ue ti.& quanta inquit ſuperbia credis inflatũ eſſe photinũ poſtq̃ põpeiũ obtrũcauit:fidẽ quoq; in te facere auderet:& aio concepit ſi fortuna fauerit.

Minatur.ſ.auellere & tibi ceruicem. Sat fuit in.nam de cæde pompe. mentum cõſecutus ẽ photinus quaſi id tua cauſa fecerit. Pompe. faci.ut cum facinus admiſerit quaſi de te bene meruerit non eſt hoc tolerandũ

Ne quicq̃ du.Obtinuit cleopatra quod optabat non precibus:ſed forma quæ cæſaris aĩum commouit. Vultus:forma oris. Adeſt:coniuncta eſt cum precibus. Perorat.i.obtinet quod uolebat. Exigit.ſ.precibus ſuis. Corrupto cæ.ſ.amore eius. Pax ubi parta:cleopatra non tam precibus q̃ forma obtinuit a cæſare in gratiam cũ fratre cõciliaretur:quo facto tũc cõuiuia parata ſũt ſũptuoſiſſima:qbus cæſar cũ rege atq; regia iter fuit:& ipſa deĩde ſuos ornatus apuit oẽs:ut cæſari placeret.deſcribit igiť ædes qbus patũ ẽ cõuiuiũ:deĩde ſũptuoſas epulas. Duci:a cæſare. Empta:ab ipſo duce:quia multa munera cæſari dederunt. Excepere epu.poſtquam in gratiam rex cum regina rediſſet. Gaudia re.quia ſtructa ſunt conuiuia regifico luxu. Explicuitque. Aperuit ſuperabundantia rerum omnium & ſumptuoſos apparatus cleopatra.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tumultu:tumultum uocat famulorum ac famularum pompam quæ progreſſa eſt in conuiuium. Nondum tranſlatos:quia luxus nondum ad romanos peruenerat. Ipſe locus:primum deſcribitur locus:q adeo paratus erat pretioſis rebus : ut nec templa q̄dem deorum:q̄ poſtea ætas corruptior ædificauit tam ornata eē conſueuerint:& oſtendit priſcis illis fuiſſe templa q̄ illi pie magis colebant:q̄ pretioſis munenbus. Aetas.ſ. poſtera q̄ corruptior futura erit. Quod:pro quale templum. Laq̄ataque tecta:laqueária proprie dicūtur trabes q̄bus ſuſtinetur tectum:dicit & trabes fuiſſe auro ornatas:ut uix pondus auri ſuſtinerent. Diuitias:aurum:argentum:& lapides pretioſos.

E xplicuitque ſuos magno cleopatra tumultu
N ondum tranſlatos romana in ſæcula luxus.
I pſe locus templi quod uix corruptior ætas
E xtruat:inſtar erat:laqueataque tecta ferebant
D iuitias:craſſumque trabes abſconderat aurum.
N ec ſummis cruſtata domus:ſectiſque nitebat
M armoribus:ſtabatque ſibi non ſegnis achates:
P urpureuſque lapis:totaque effuſus in aula
C alcabatur onyx : hebenus mareotica uaſtos
N ou operit poſtes:ſed ſtat pro robore uili
A uxilium non forma domus:ebur atria ueſtit.
E t ſuffixa manu foribus teſtud[illegible]nis indæ
T erga ſedent crebro maculis diſtincta ſmaragdo.
F ulget gemma toris:& hiaſpide fulua ſupellex.
S yc torus aſſyrio cuius pars maxima fuco

Craſſum:ſolidum. Necc ſummis cru.& domus nō erat cruſtata marmore:ſed tota erat marmorea:cruſtati dicuntur pietes marmore tecti in ſuperficie tantum dña ē inter cruſtum & cruſta.cruſtum eſt eſculentum:cruſta de aliis rebus dicit̄. Stabat que non ſe.a.& non erat inutilis achates: qui lapis tantummō poſitus eſſet ad ornatum:imo uero achaticæ columnæ ædium arcus ſuſtinebāt:ideo nō ſegnis: achates eſt p̄tioſus lapis:quem q geſtauerit in annulo efficitur amabilior. Achatem lapidem Sicilia primum dedit in achatis flu. repertum nō uilem:cum ibi tantum reperiretur:quippe inter ſcribentes eum uenæ naturalibus ſic notant formis:ut cum optimum eſt uarias rerum præferat imagies nunc diuerſis in locis apparet:teſte Solio dat creta:dat india:achates ſanguineis maculis irrubeſcit:ſed q maxime probatur uiteram habet perſpicuitatem:ut cyprius.nā qui eſt facie cerea abundans triuialiter negligitur. Purpureuſq̧ la.atq̧ purpureis lapidibus ſtratum erat pauimentū ipſarum ædiū. Purpureus:porphyreus:ſicut enim appellatur porphyra petra:nam porphyra græci dicunt:nos purpura. Effuſus:ſtratus. Calcabatur.ſ.a conuiuantibus. Onix:lapis eſt nitidus colore unguis:unde etiam denominationem habuit.nam ὄνυξ.κοσ ſignificat unguem. Hebenus:quæ alibi p̄tioſa habentur:ibi erant pro uiliſſimo ligno. Sola india hebenum mittit:nec uniuerſa:uerum exigua ſui parte ſyluis hoc genus edit arbor eſt plærūq̧ tenuis:ſed frequentior ut imine raro in craſſitudine caudicis extuberata:hiulco cortice & admodum reticulato:dehiſcentibus uenis adeo:ut per ipſos ſinus pars intima uix tenui libro contegatur.lignum omne atq̧ mediale:eadem ferme & facie & nitore q eſt in lapide gagate:teſte Solino:indi reges ex eo ſceptra ſumunt:& quaſcunq̧ deorum imagines non niſi ex hebeno habent:iidem ferunt materia iſta liquorem non contineri & quicq̄d maleficium fuerit:tactu eius auerti: hac gratia pocula ex hebeno habent.hebenum ex idia mithridatico triumpho romæ primum pompeius magnus exhibuit. Mareotica:q̄ naſcit̄ apud palulem mareotim. Non operit po.non in ſuperficie hoſtii ponebat̄ hebenus:ut eſſet ad ornatum. Sed ſtat pro ro.q̄a hebeneæ columnæ ſtructæ erāt q̄bus ſuſtentaret̄ domus. Vili:iō dixit:q̄a ſuperius achaticas columnas habuiſſe dicit̄:compatiōe ergo achatis uilis eſt hebenus. Auxilium:ad ſuſtentandū domum. Non forma:non pro ornatu domus. Ebur.cruſta eburnea. Et ſuffecta. Teſtudo indica q̄ ſolet eſſe in p̄tio:nunc erat tegmen poſtium.teſtudo eſt aial aquatile ſimul & terreſtre. Strabo refert indorum legatos q ad cæſarem auguſtum uenerant:ei dono attuliſſe inter cætera octo ſeruos nudos in ſubligaculis aromatibus delibutos:Mercurium a puero brachia ab humeris exertum:item uiperas ingentes & ſerpentem decem cubitorum:& teſtudinem fluuialem trium cubitorum: Solinus uero dicit qui Taprobanem inſulam colunt marinas etiam teſtudines capere:quarum tanta eſt magnitudo:ut ſuperficies earum domum faciat:& numeroſam familiam nō arcte receptet : Oſtreum eſt habet enim tegmen oſtrearum.eius cortice ornabantur poſtes:& lecticæ.unde iuuenalis. Qualis in oceani fluctu teſtudo nataret Clarum trouigenis factura & nobile fulcrum. Terga:coria. Suffecta:inſerta foribus.

Manu.ſ.artificis:nam theſſelis quibuſdam huius indicæ teſtudinis diſtinctæ erant fores:& uermiculatās fores itelligit. Sedent.ſ.i ipſis foribus. Maculis diſt.i.habētia maculas diſtictās. Smaragdo:ſmaragdis ſcythicis tertiam inter lapides dignitatem Theophraſtus dedit.nam licet ſint ægypti:& chalcedonii & Medici & Laconici præcipuus eſt honor ſcythicis:nihil his iucundius:nihil utilius uident oculi:nam uiſus quos alterius gemmæ fulgor retuderit: ſmaragdi recreant. Fulcit:ſuſtinet fulcta ex gemma dicit habuiſſe toros.nam fulcire eſt ſuſtinere. Gemma to.ideſt tori habent fulcta gemmata. Iaſpide:iaſpidis Plinius lib.xxxvii.naturalis hiſtoriæ dicit iaſpidem uiridem & craſſi coloris eſſe. Fulua ſu.ideſt tori ueſtis & aulea iaſpide ornata erant p ſupelectilem intelligo ueſtes quibus tori ornant̄. Aſſyrio ſucco.i.purpureo colore q i aſſyria tingit̄.



Aſſyrio ſuc.i.purpureo colore q i aſſyria tingit̄. Cuius pa.pars erat ornata purpura aſſyria ps āt tyria:nā i aſſyria & tyro purpura tigitur p̄rioſa tyrus ē oppidū phœnitiæ ubi piſcis naſcitur cuius ſanguine tingit̄ purpura.

Cocta diu:nā q̄to diutius coquitur purpura:tanto ēt melior ac tenatior redditur : iō uirus appellauit ſuccū purpuræ. Lentū:tenax. Non duxit.i.traxit. Vno ahe.i.ſæpius coacta. Plumata.i.in plumaꝝ modū ſquamata auro. Ignea co.nā coccineus color igneus eſt. Vt mons eſt p.i.ægyptiis:nā hoc texendi genus diſtinctum diuerſis coloribus in ægypto eſt. Litia:ſunt quibus tela texitur. Tunc fa.talis inquit erat aulæ

F ulget gemma toris:& iaſpide fulua ſupellex:
S ic torus aſſyrio cuius pars maxima fuco
S trata micant tyrio:quorum pars maxima lētum
C octa diu uirus non uno duxit aheno:
P ars auro plumata nitet:pars ignea cocco:
V t mos eſt phariis miſcendi litia telis
T ūc famulæ numerus turbæ:populuſq̧ miniſter
D iſcolor hos ſanguis:alios diſtinxerat ætas
H æc libycos pars tam flauos gerit altera crines:
V t nullis cæſar rheni ſe dicat in aruis:
T am rutilas uidiſſe comas:pars ſanguinis uſti
T orta caput:refugoſq̧ gerens a fronte capillos:
N ec non infelix ferro mollita iuuentus
A tq̧ execta uirum:ſtat contra fortior ætas
V ix ulla fuſcante tamen lanugine malas
D iſcubuere toris reges:maiorq̧ poteſtas
C æſar:& immodice formam fucata nocentem
N ec ſceptris contenta ſuis:nec fratre marito:
P lena maris rubri ſpoliis:colloq̧:comiſq̧
D iuitias cleopatra gerit:cultuq̧ laborat.
C andida ſidonio perlucent pectora filo.
Q uod nilotis acus compreſſum pectine ſerum
S oluit:& extenſo laxauit ſtamina uelo:

talis ornatus aulæ:ſed ingens numerus erat famulorum ac famularum quæ miniſtrabant epulis eiuſmodi ſumptuoſis erant diſſoni linguis:diſſoni moribus:facie atq̧ colore. Famulæ tur.p turbæ famulantis. Populuſq̧ m.i.multitudo ſeruorum Sanguis:genus:quia diuerſi generis erant. Diſtinxerat æ.quia alii iuueneſ alii grauioris ætatis erant. Libycos : nigros. Tam:adeo flauos:ut cæſar ipſe fateretur ſe in regione germaniæ non uidiſſe crines nitidiores:nam germani habent crines flauos ac nitidos. Cæſar:q galliam & germaniam bello ſubegerat. Vſti ſanguinis.i.æthiopū uel mauroꝝ pars erat.æthiops.n.dicitur ab αἴθω.i.coburo: & ὤψ ὠπος uultus. Torta c.i.capillos hnt.n.mauri capilis ocriſpos & retortidoſ

Refug:retro fugiētes a frōte:q̄a torti ſūt

Nec non inf.q̄a uirilitatē amiſerat.erāt .n.eunuchi cōplures:nā ſicut apud Terentium legitur in domibus regū ſunt eunuchi quibus reginæ delectāt̄. Ferro mo. .i.mollior effecta cū genitalia eēnt abſciſſa. Execta u.i.habens āputatā uirilitatē

Vix nul.fu.oñdit hanc partē famuloꝝ fuiſſe in ipſa pubertate. Lanugine:primis barbæ pilis: q adeo tenues ſunt & candidi:ut uix diſcerni poſſint. Diſcubuere to.nunc diſcribit conuiuas:non indignos tanto apparatu. Reges:ptolemæus & cleopatta. Immodice:imoderate ſed p̄cipue imorat̄ in diſcribenda pulchritudie Cleopa:& ornatu eius ſupfluo.nā gēmis & auro ōuſta erat:ut uix ſuū ipſa ſuſtiere poſſet ornatū. Fuca. falſo colore:nā fucus p̄prie dr̄ color:q puellis colorē iducit ēt pallidis. Cōtēta:ſ.q̄ maiora ēt regna cōcupiſceret. Nec fr.m.q̄a iā i cōplexus ſuos pellicere uolebat cæſarē. Maris r.i mari rubro naſcunt̄ margaritæ q̄buſ ipſa ornata erat:dat & idia:dat ēt littus britānicū margaritas:ſicut diuus iulius thoracē quē ueneri genitrici i tēplo eius dicauit:ex britānicis margaritis factū ſubiecta iſcriptōe itelligi uoluit. Colloq̧:mōilia colli geſtabat plēa gēmis. Cultuq̧ l.i.uix ſuſtiet ornatū ſuū. Cādi.dicit Cleo.pectori ſuo ſupīpoſuiſſe tenuiſſimū uelū:qđ plucebat ñ ut redderet pectus:ſed ut decētius tegeret. Sido.ſidon poſt barutū ē:ut refert Stra.quadrīgētis fere ſtadiis ab ea diſtās ſitū hēt i pulcherrio cōtinētis portu:poetæ adeo ſidonē celebrāt:ut Home.ñ meminerit tyri:q̄ cū illa & magnitudie & ātiq̄tate cōtēdit. Quod nil.a.i.ægyptia.nā i ægypto hoc texēdi gēus fieri ſolet Mar.qñ eques:& picti tūica nilotide ma.ſenſus ē qđ pectē texēdo dēſauerat:acus diſtiguēdo laxabat. Pecti. nā textores fila filis cōiungūt. Ordo ē.& nilotis acus ſoluit & laxauit ſtamia:qđ ſtamē. Seꝝ:gtūs ē.ſeres.n.ſt ppl̄i apud æthiopiā orientalē & idiā ubi bōbyx naſcit̄ i arboribus:de quo fila huiuſmōi tenuia deducūt̄. Vir. Velleraq̧ ut fo.depe.ten.ſe.a q̄bus ſericū ē appellatū:& teſte Stra.tā lōge dr̄ uitæ:ut ducēteſimū ānū excedāt Soli.ait hos aquaꝝ aſpgie iundatis frōdibus uellera arboꝝ adminiculo depectere liquoris: & lāuginis tenerā ſubtilitatē. Cōpſſum.dēſatū. Soluit:diſtixit. Laxa.i.rariora fecit ſtamia. Extēſo:dū parat rariora reddeī fila. Denti.ni.dicit ibi fuiſſe mēſas rotūdas ex ebore:adeo cādido:ut nec i regno q̄dē iubæ tā cādidū Cæſ.iuenerit:tūc cū illū duxit i triūphū. Denti.nā i aphrica naſcūt̄ elephāti:& p̄lerti i atlāte mōte:ut Pli.ſed maiores i idia. Hic:i aula. Orb.roundas mēſas. Niue.eburneis. Atlāti.ſy.elephātoꝝ q i ſylua naſcūt̄ iuxta atlātē. Atlas mōs ē libyæ:ut Soli.e medii harenaꝝ cōſurgē s uaſtitate:& eductus i uicina lunaris circuli ultra nubila caput cōdit:atlantē mauri noiant addirim:iuxta hūc mōtē e puītiis mauritaniis tingitana q̄ ſolſtitiali plagæ obuia eſt q̄ porrigit̄ ad internum mare exurgit montibus. vii.qua a ſimilitudine,frates appellati freto imminēt.

C

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sectos:quia ſecantur uelut tabulæ. Proh cæcus:nunc repræhendit ſtultitiam cleopatræ & ptolemæi q oñderunt cæſari diuitias ſuas atq; theſauros:ut niſi ipſe ſua ſponte incenſus eſſet:præſertim tantarum rerum ꝑtio iritari potuit. Ambitione:nam luxus omnis ad ambitionē pertinet. Armati:cæſaris bella gerentis. Licet:argumentum a minori ad maius:nā ſi non eēt paratus ad ꝑdam totius mundi (nam ob hanc cauſam bellum ſuſceperat:ut uniuerſum orbē terrarum in poteſtatem ſuam redigeret) nunc res tanti ꝑtii animum eius īcenderent. Pone du.pri.perſtat in hac argumentatione potuiſſe impelli non tm̄ animum cæſaris: ſed cuiuſcūq; parciſſimi ac moderatiſſimi uiri. Fabri.& c. fuerunt exactiſſima norma romanæ frugalitatis:quorum uirtus bellica & continētia latiſſime patet:tum etiam ſuperius cōmemorata. Hic il.i hoc conuiuio ſi adeſſet conſul ille q ab aratro ad cōſulatum accitus fuit. Atilius.ſ. qui a ſerēdo ſerranus ē appellatus:ſe a diuitiarū tātarum cupiditate abſtinere non potuiſſet.

Triumphos.i.regnū cum huiuſmodi diuitiis. Auro:aureus uaſis. Quod terra:ut lepores:apri:capreæ:nam domeſtica uilia fuiſſent. Quod aer:ut phaſiani:perdices:phœnicopteri:turdi: Pelagus piſcium oē genus lautiſſimū. Niluſq;:nam nilus alios piſces generat: ut alabetas:coracinos:ſiluros. Inani am.ābitio ꝗuis proprie ſit honorum & magiſtratuū tamen ꝓ oī cupiditate ponitur:ut hic pro cupiditate ſuperflua ciboꝝ. Non me f.non ad neceſſitatē:ſed ad uoluptatē. Feras:appo deos:nā ægyptii:bouem:canē:ſelem colunt:ex uolatilibus accipitrē atq; ibim.Ex piſcibus lepidotū & oxyrynchū:ut aſſerit Stra.rationē cur diuerſa genera aialium colerent ægyptii hanc fuiſſe perhibent:cū pharao ingenti exercitu moyſem cū populo dei perſeqretur:& ad mare rubrum perueniſſet diuina potentia ſtatim mare ceſſit fugientibus hebreis: cū in alueum ingreſſus fuiſſet pharao cum ſuis mare quod utrinq; ſublatum erat: ſimul rediit:& oēs oppſſit cum curribus armis: qui uero coacti non ſunt proficiſci aliqua

D entibus hic niueis:ſectos atlantide ſylua
I mpoſuere orbes:quales ad cæſaris ora:
N ec capto uenere iuba:proh cæcus & amens
A mbitione furor:ciuilia bella gerenti
D iuitias aperire ſuas:incendere mentem
H oſpitis armati:non ſit licet ille nefando
M arte paratus opes mundi quæſiſſe ruina:
P one duces priſcos:& nomina pauperis æui
F abricios:curioſq; graues:hic ille recumbat
S ordidus etruſcis abductus conſul aratris:
O ptabit patriæ talem duxiſſe triumphum
I nfudere epulas auro:quod terra:quod aer:
Q uod pelagus niluſq; dedit:quod luxus inani
A mbitione furens toto quæſiuit in orbe
N on mandante fame:multas uolucreſq; feraſq;
A egypti poſuere deos:manibuſq; miniſtrat
N iliacas cryſtallus aquas:gemmæq; capaces
E xcepere merum:ſed non mareotidos uuæ.
N obile ſed paucis ſenium cui contulit annis
I ndomitum meroe cogens ſpumare falernum.
A ccipiunt ſertas nardo florente coronas.
E t nunquam fugiente roſa:multumq; madenti
I nfudere comæ:quod nondum euanuit aura

neceſſitate impediti:alii dum paſcerent equos:alii dum nutrirent ſues:nōnulli dum ſuos hortos colerent: ea deniq; animalia & res:cum quibus detenti fuerunt domi pro diis coluerunt. Cryſtallus:ideſt uaſa ex cryſtallo fabrefacta. Gēmæq; ca.non dicit gemmata pocula:ſed gemmea hoc eſt gemmas tantæ magnitudinis fuiſſe:ut ex his cauarent pocula. Non nobile:uinum quod eſſet expſſum ex uua mareotide contulit. Mareotis eſt lacus ægypti apud quem naſcitur ꝑtioſiſſimum uinum. Virg. Sunt & mareotides albæ. Meroe:eſt inſula:quam in medio ſui facit nilus:cum ſol fuerit in cancro:tantus ibi calor eſt:ut uinum paucis menſibus decoquatur:adeo ut liquidius & purius factum uetuſtiſſimi uini ſaporem referat.uinum enim quanto uetuſtius ē tanto liquidius & ſuauius eſt. Paucis annis:ꝗuis non multis ante annis natum eſſet: tamen quia in meroe in.uaſis detentum fuerat:calor ipſius inſulæ reddiderat uinum liquidius & purius:adeo ut uetuſtiſſimi uini ſaporem redderet. Accipiunt ſer.mons erat apud antiquos:ut primo ſe balneis lauarēt:deinde unguentis ungerentur:ſed capita in primis:poſtea ſerta ſuperimponeret:& ita uncti epulabantur:quem morē dicit hic fuiſſe ſeruatum.Sic & Horatius.Canos odorati capillos Dum licet:aſſyriaq; nardo potemus uncti. Nardo:nardus eſt flos odoris maxim ex quo coronati erant. Nar flo.pro nardi florentis.De nardo ãt Plini.in.xii. Nūquam fugiente:quia ibi aura clæmentior eſt.ideo ſemp roſæ inueniuntur. Madenti:ideſt unguentatæ. Cinamō.eſt genus ſurtidis aromatici:quod in oriente naſcitur:& quia paulopoſt dicit amomū uidendum eſt qd interſit inter amomum & cinamum:cinnamum dicitur aromatis genus:quod de terra in terram ſæpe transferri ſolet:& cum primum colligitur appellatur amomum:deinde cum in diuerſas orbis terraꝝ partes transfertur uendendi gratia appellatur cinamomum:unde & nomen conſequitur. nam κῑνέω ſignificat moueo: qa a mercatoribus trāſfertur.dicit ꝗuis cinamomū eēt:tm̄ ita ſeruatū fuerat i uaſe:ut nihilo ſegnius odorē redderet:q̄ ſi nouū eēt:qa ꝗto magis traſſert de loco ad locū:tāto magis pdit odorē.Plura de amomo leges apd Plinium naturalis hiſtoriæ libro duodecimo. Non euanuit:quia recunditum ſeruabatur.



Nec perdidit:quāuis uas eſſet de aliena terra:& cinnamomū eſſet:tm̄ ſaporem ſuū & odorē pſtabat. nam ſapor eſt exhalatio quædā q̄ capitur ex ſpeciebus fractis.unde dicimus:fragrare odorem reddere. Aera.i.odorem ſuū. Aduectumq;:ꝗuis de terra ubi naſcitur in aliam tranſlatū eēt:tm̄ non perdiderat odorem ſuū. Recens:quia nundū editum fuerat:ſed magnū in ſuo uaſe ſeruabat odorem. Vicinæ:q naſcitur in india & media a quo ægyptus haud ꝓcul abeſt. Diſcit opes:cæſar ſi antea nō nouerat diſſipare opes:nūc primū factus eſt doctior. Spoliati:ut cum mundū uincendo ſpoliauerit rebus non uti ſolū:ſed ēt abuti ſciat. Et geſſiſſe pu.quaſi ſe ipſum reꝑhendit:ꝙ tm̄ laborē ſuſcepit cæſar & bellū contra Pōpeium geſſerit q comparatione Ptolemæi pauperat:cū hunc minori labore anteq̄ diſcederet uincere potuerit. Paupere ge.ex quo non multū ꝑdæ conſequi potuerit. Et cau.& optat ſibi dari cām ut bellum iuſte inferre poſſit ægyptiis. Poſtq̄ epu.poſt quā non ad ſatietatē mō:ſed ēt ad uoluptatem epulæ ſumptæ ſunt.longiori ſermone noctem perducere cœpit Cæſar: & ſacerdotem quendam achoreum qui conuiuio intererat interrogauit de uetuſtate ægypti: de moribus eius de nili fonte:de ratione ſyderum:quorum oium peritiſſimi ſunt ægyptii. Producere:porro ducere tranſire. Sūma:ſublimi. Lanigerum:ſacerdotē a filo lanæ quod in apice pilei ſacerdotes geſtabāt:unde & flamines dicti ſunt:quaſi filamines a filo qd geſtabant in uertice ſiue pileo:quia ſacerdoti non licebat eē aperto capite:iō tēpore æſtatis cū feruentiſſimus calor eēt lanæ filū tantūmō geſtabāt. Compellat:interrogat. Deuote:deſtinate ſacrificiis.

C inamon:externæ nec perdidit aera terræ.
A duectumq; recens uicinæ meſſis ammoum.
D iſcit opes cæſar ſpoliati perdere mundi
E t geſſiſſe pudet genero cum paupere bellum.
E t cauſas martis phariis cum gentibus optat.
P oſtquā epulis bacchoq; modū laſſata uoluptas
I mpoſuit:longis cæſar producere noctem
I ncohat alloquiis:ſummaq; in ſede iacentem
L anigerum placidis compellat achorea dictis
O ſacris deuote ſenex:quodq; arguit ætas
N on neglecte deis:phariæ primordia gentis:
T errarumq; ſitus uulgiq; ediſſere mores:
E t ritus formaſq; deum:quodcūque uetuſtis
I nſculptum eſt adytis profer:noſciq; uolentes
P rode deos:ſi cecropium ſua ſacra platonem
M aiores docuere:tui:quis dignior unquam
H oc fuit auditu:mundiq; capatior hoſpes?
F ama quidem generi pharias me duxit ad urbes
S ed tamen & ueſtri:media inter prælia ſemper
S tellarum:cæliq; plagis ſuperiſq; uacaui.

Senex:nā ex eo qd ſenior es dignoſcitur te diis caꝝ eē. Nō negle.imo accepte. Arguit:oñdit. Aetas.nā cū longiorem uitam deus dedit:hunc ēt ſibi carum eē demonſtrat. Ediſſere:diſputa doce. Vir.mihiq; hæc ediſſere uera roganti. Sitū:ſtatum regionis. Et ritus:inter mores & ritus intereſt:quia mores hoīum ſunt:ritus uero ſacrorū. Formas:diuerſas ſpecies.ideſt qua ſpē & imagine pinguntur.nam alio mō illic pingebant dii:q̄ alibi.nam mercurius in forma canis pingitur ut Monſtra & latrator anubis. Vetuſtis ad.antiquis templis a parte totum intelligit. Si cecropium:& probat a minori ad maius cæſar:nā ſi inquit inferiores cæſare digni habiti ſunt:quibus ſacra deoꝝ ægyptioꝝ reuelarentur:quāto dignior eſt cæſar:& ſe ſuperiorē dicit eē Platone.nā in uita platonis legitur:quō diuerſas orbis regiones luſtrauerit diſcendi cupiditate ductus:ſed ꝑcipue oēm ægyptū diligenter circuit:& antiqua ſacra & ritus dorum a ſacerdotibus ægyptiis.xiii.ānis eudoxo didicerit. Cecropiū:athenienſem a cecrope q athenienſium rex fuit. Dignior.ſ.q̄ Cæſar. Mundi ca.i.rerum cæleſtium.nā mundū pro cælo poſuit. Fama quidem gene.quia rumor erat huc aduenisse Pompeiū:ſecutus ſum:ſed libērer ēt acceſſi:ꝙ me huc forma ueſtri rapiebat.cupiebā.n.uidere:q̄ fama audiueram de ægypto. Media inter ꝑ.& ita re uera fuit.nā inter cæteras uirtutes Cæſaris hoc quoq; legitur:ꝙ nunquā adeo īpeditus fuit & occupatus ēt in medio belli ciuilis ardore:quin ſemp aliquot horas legendo cōſumeret nec hoc qdē arrogātis eſt:quia uera dicit. Plagis:regionibus cæli.i.dum obitus ortuſq; ſtellaꝝ inquiro. Superis:cæleſtibus & ſacris deorum. Eudoxi:eudoxus mathematicus peritiſſimus fuit:qui himerologiam.i.rationē dieꝝ accuratiſſime ſcripſit.nunc ergo dicit annum quē ipſe Cæſar diſtinxit:nō cedere faſtis eudoxi.hic (ut inqt Stra.) E gnido fuit Platonis ſodalis:cū quo profectus ē in ægyptum:& ambo cum ſacerdotibus hoībus philoſophiæ & aſtronomiæ deditis ānis.xiii.uerſati ſunt (ut qdā uolunt):nam cum ſacerdotes illi & in rerum cæleſtium ſcientia præſtarent:eſſentq; myſtici & incommunicabiles.tamen i tempore & obſequio exorati:non nulla præcepta cōmonſtrarunt:pluria enim barbari occultabant ii excurrentes diei ac noctis particulas. CCC.& Lxv.diebus in anni complementum tradiderunt. ignorabatur annus eo tempore apud græcos:quēadmodum & alia permulta: quouſq; iuniores aſtrologi ab iis ea acceperūt:qui ſacerdotum monumenta in græcā linguā tranſtulerunt:& adhuc tū ab illis:tū a chaldæis acceperunt.

Faſtibus:grāmatici hic repræhenderunt lucanum:ꝙ dixerit faſtibus pro faſtis:nam faſtus quartæ ſignificat ſuperbiam: faſti faſtorum libros ſignificant in quibus continebatur ratio dierum ac temporum: & dies faſti ac nefaſti:& in quibus nomina magiſtratuum inſcribebantur.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

Nec meus eudoxi uincetur faſtibus annus:
Sed cum tanta meo uiuat ſub pectore uirtus
Tantus amor ueri:nihil eſt ꝙ noſcere malim:
Quam fluuii cauſas per ſæcula tanta latentis:
Ignotumq; caput:ſpes ſit mihi certa uidendi.
Niliacos fontes:bellum ciuile relinquam.
Finierat:contraq; ſacer ſic orſus achoreus:
Fas mihi magnorum cæſar ſecreta parentum
Edere ad hoc æui populis ignota profanis:
Sit pietas aliis miracula tanta ſilere
Aſt ego cælicolas gratum reor ire per omnes
Hoc opus:& ſacras populis noteſcere leges.
Syderibus quæ ſola fugam moderantur olympi:
Occuruntq; polo diuerſa potentia prima
Mundi lege data eſt:ſol tempora diuidit anni
Mutat nocte diem:radiiſq; potentibus aſtra:
Ire uetat:curſuſq; uagos ſtatione moratur
Luna ſuis uicibus tethym terrenaq; miſcet.
Frigida ſaturno glacies:& zona niualis
Ceſſit:habet uentos incertaq; fulmina mauors.
Sub ioue temperies:& nunquam turbidus aer.
At fœcunda uenus cunctarum ſæmina rerum
Poſſidet.immenſæ cyllenius arbiter undæ eſt.

Meus annus:Cæſar hoc ideo de ſe dicit ꝙ cum eſſet pontifex maximus:ſuo tertio & M. æmilii conſulatu faſtos correxit:iam pridem uitio pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos:ut neq; meſſium feriæ æſtati:neq; uindemiarum autũno competerent. Annũq; ad curſum ſolis accõmodauit:ut trecentorũ ſexaginta quinq; dierum & ſex horarum eſſet:ut intercalari menſe unus dies quarto quoq; anno intercalaretur:quo autẽ magis in poſterum ex calendis Ianuarii nobis temporum rõ congrueret inter nouembris & decembris menſem interiecit duos alios.fuit autem is annus quo hæc conſtituebantur quindecim menſium cũ intercalario menſe:qui in eum annum iciderat: numero dierum quadringentorum quadraginta triũ:hunc autem intercalarem marcedonium uocatum Plutarcus in uita cæſaris ſcribit.ſed de anni conſtitutione quã Cæſar publicauit leges plura apud Macro.in ſaturnalibus. Tanta uirtus:nõ eſt repræhendendus Cæſar ꝙ ſe laudet pcipue inter ignotos:qui nõ nouerant qͣntum ingenio ualeret.nã & æneas inť aduenas ſe laudauit. Sum pius æneas.itẽ Fama ſuper æthera notus.hoc etiam Vlyxes homericus in regno Alcinoi. Ignotũq; ca.ſ.fontis nili. Spes mihi ſit:ſi ſperarẽ iuenire poſſe fontem nili poſtponerẽ bella ciuilia huic cognitioni:ut ſe oſtendat cupidũ iciẽdi atq; diſcendi. Fas mihi magno. morẽ geram uoluntati tuæ cæſar: tam&ſi maiores noſtri hæc occulta uoluerint. Fas.ſ. ſit. Profanis:non ſacris:profanus & ſacer contraria ſunt. Pietas aliis: alii inqͣ hanc pietatem ſeruarunt:ut occulta ſacra deorum tacerent. Hoc opus:quod pertinet ad pietatem. Gratum reor:eẽ diis ſi edidero ſacra quæ ad hanc uſq; ætatem occulta fuere. Syderibus:Incipit nunc de ſyderibus loqui:& primũ de planetis.

Occurruntq; polo:contra cælum ferũtur planetæ ſparici.cælum.n.ideſt octaua ſpæra (ſic enim uocant mathematici) ab oriente uertitur in occidentem. planetarũ uero puncti:quoq; ſpæra cæterſi ipetu cæli rapiatur:tamen tantus eſt impetus cæli ut qͣuis contra ferantur reſiſtere nõ poſſint celeritati ſpæræ:planetæ autem licet a cælo rapiantur:tñ contra nituntur:adeo ut nõ nihil celeritatẽ cæli retardent:iõ dixit fugã.i.celeritatẽ. Moderantur oly.quia ĩ occidentẽ uoluitur octaua ſpæra:& cæli uelocitatẽ tẽperat. Occurrunt:obuiã eunt. Sol tem.di.ſcilicet ĩ uer:æſtatẽ autumnũ:& hyemẽ: Mutat no.di. Viciſſim dies nocti:& nox diei.ſuccedit. Aſtra ire.i.uetat oriri ſtellas:ſed ẽ ſciendũ tres eſſe ortus & totidẽ occaſus:uidelicet heliacũ:coſimcũ & chronicum:de coſmico & chronico nihil ad hunc locum:ſed de heliaco tantũ loquitur ortu & occaſu.nam heliacus ortus.i.ſolaris dicitur alicuius ſyderis:quod remotione ſolis uideri põt.Occaſus ãt heliacus dicitur alicuius ſigni:quod propinquitate ſolis uideri non poteſt.Sol.n.maiori ſuo ſplendore uetat:ut ſydera appareant. Vetat.i.uidetur uetare ad aſpectũ hominũ. Curſuſq; ua.errãtes:unde errare dicunť planetæ. Statione:ſede & ortu ſuo. Luna ſu.nũc de luna cuius iſfluentia maria cõturbantur:ut ĩ primo:An ſydere mota ſecundo tethyos unda uagæ lunaribus æſtuet horis. Vicibus:uiciſſitudinibus:alternatõibus.ſ.creſcendo ac decreſcendo. Miſce:perturbat. Tethym: nã luna deficiente:humor & oceanus euaneſcit.imo ẽt uniuerſa gignẽtia deficiẽte luna deſerunť:ac decreſũt. humorq; naturalis quodãmõ deficere uideť:ſed nuſq̃ melius leges naturã planetaꝝ quã apud Ciceronẽ.hæc .n.ſilentio tanti motus iccitari pñt. Frigi.ſtella ſaturni q̃ frigidæ & rigẽtis naturæ ẽ:pẽeſt zonæ glatiali. Ceſſit.i.i ſortẽ data ẽ. Fulmia ma. ſydus ardens martis icẽdit & fulmia trahit.ſydera.n.quãto ſunt feructiora: tãto magis hũorẽ trahũt. Sub io.tẽ.iuppiter ardore martis & rigore ſaturni:qbus iteriectus ẽ ita tẽpatur: ut ſit ſalutaris.Pl. Aer:qa tẽperatus ẽ & ſalutaris iuppiter. At fœ.ue.quãuis luna faciat grauitatẽ ac maturitatẽ gignẽdi:tñ hoc pcipue datur ueneri:ꝙ ſit reꝝ oĩum genitrix:qa ipſa uenus & mercurius ſoli obediũt:& hõ ex hoie & ſole generatur:& ita oĩa ex ſole & humore gignunť:cum uero uenus ſoli obediat & mercurius:Luna frigida ẽ & humida.Venus ergo q̃ ſoli obedit:ſolis naturã ſapit.ergo ex uenere.i.ex calore & humore omnia gignuntur:ideo fœcunda.



Hunc ubi pars cæli tenuit:qua mixta leonis
Sydera ſunt cancro rapidos qua ſyrius ignes
Exerit:& uarii mutator circulis anni
Aegoceron cancrumq; tenet:cui ſubdita nili
Ora latent:quæ cum dominus percuſſit aquarum
Igne ſuperiecto:tunc nilus fonte ſoluto
Exit:ut oceanus lunaribus incrementis
Iuſſus adeſt:auctuſq; ſuos non ante coarctat
Quam nox æſtiuas a ſole receperit horas.
Vana fides ueterum:nilo ꝙ creſcat in arua
Aethiopum prodeſſe niues:non arctos in illis
Montibus aut boreas:teſtis tibi ſole peruſti
Ipſe color populi:calidiq; uaporibus auſtri.

Cyllenius:ideſt mercurius. Arbiter undæ:quomodo mercurius præeſt aquis? nunquid non Neptunus præeſt undæ & mari:ſed alia ratione dicitur neptunus præeſſe mari:& alia mercurius.id autem in ſequentibus declarabitur. Pars cæli:ordo eſt.tunc nilus exit ſoluto fonte:cum dominus aquarum percuſſit quæ ideſt illa ora. Vbi:ideſt poſtquam pars cæli tenuit hunc cyllenium: qua parte ſydera leonis mixta ſunt cancro: & qua parte ſyrius exerit rapidos ignes:& circulus mutator uarii anni tenet ægoceron & cancrum: cui cancro ora nili ſubdita latent. Pars cæli:remotis ſole & luna:quorum domicilia ſingula ſunt.Cancer domicilium eſt lunæ: leo ſolis·Mercurii quidem domicilia ſunt a ſuperioribus uirginis:a ſequentibus gemini.Veneris autem domicilia ſunt libra & taurus.At uero iouis domicilia ſunt ſagittarius & piſcis.Saturni uero domicilia ſunt capricornus & aquarius.Martis aries & ſcorpio.Secundũ ãt hanc rõem Mercu. hẽt domiciliũ: hinc uirginis:inde geminorũ:ſed uirgo collateralis ẽ leoni: at uero gemini collaterales ſunt cãcro.Ergo hæc ſigna dicit inter ſe mixta eſſe.Scimus etiã cum ſol eſt in cancro:ſiue in leone:maximos calores eſſe.His enim quum accedit mercurii ignis:nilus a fonte ſuo tollitur: & uniuerſam ægyptum inundat:nã nilus ſubiectus eſt cancro:cui ſuccedit leo. Ille quidem.xiiii.die iunii:hic uero xv.die iulii & ſol eum ingreditur circa meridiem: tũ autem oritur & ſirius:uel paulo poſt:uidelicet.xvii.die iulii.Eſt autem ſirius canis q ante os leõis poſitus eſt:& tũc dies ardẽtiſſimi caniculares incipiũt:qſunt nũero.xl.his cũ accedit ignis mercurii inflatur nilus.His ita dictis intelligi poterit quid ſibi uelit hoc loco poeta. Mixta:quia cum duo mercurii domicilia ſint:hinc uirgo:inde gemini:& uirgo collateralis ſit leoni:& gemini cancro:eſt neceſſe ſocii mixti ſint. Sunt e.cum his accedit mercurii ignis ſtatim inflať nilus:ideo dicitur Mercu.arbiter undæ:non generalis:quia neptunus arbiter eſt:ſed ipſe ſpecialis eſt undæ.ſ.nili quia ſubiectus eſt cancro:de quo ſupra. Rapidos q.ſi.ſirius eadem ſtella eſt quæ & canicula dicitur:quæ eſt ante os leonis poſita:oriens.xvii.die iulii: ſole primam leonis partem ingrediente. Exerit:aperit. Et uarii mu.cir.ã. conybus eſt circulus imperfectus: a κολοβοσ mutilus: quia mutilatus uidetur: non tamen ꝙ imperfectus ſit: ſed tantum dimidium eius a nobis uidetur:hoc ratio orizontis facit ut dimidium tantum a nobis uideatur:duo autem ſunt conybi:unus eſt qui ſolſtitia diſtinguit:alter uero eqnoctia ille ſolſtitia diuidit tranſiens p mundi polos atq; zodiacũ: ſemp maximas facit ſolis declinationes:uidelicet p primos gradus cãcri & capricorni & ubi conybus interſecat zodiacum facit ſolſtitium æſtiuũ & alter conybus interceptus inter ſolſtitii circulum:& circulũ ſiue punctũ æqnoctialẽ:maxima dicitur ſolis declinatio.nam tunc magis ſol non põt accedere ad zenith capitis noſtri aut potius. Circulus mu.ua.an.eſt ipſe zodiacus p quem ſol tranſiens quattuor ãni tempora definit: nã ab ariete incipiens uer oſtendit & taurum & geminos tranſiens idẽ ſignificat. Sed iã capitibus geminorũ circulũ æſtiuum tangere uidetur ẽt per cãcrum & leonẽ tranſiens & uirginem æſtatẽ efficit.in libra ãt equinoctiũ conficit & autũnum facit.Deinde in capricorno:aquario:piſcibus:hyemẽ tranſigit. Aegoceron.i.capricornũ ubi facit hyemale ſolſtitiũ & cãcrũ:ubi facit æſtiuum ſolſtitiũ:ægoceros:capricornus dicitur uerbũ de uerbo ab αιγοσ capra κερατοσ cornu. Ora.i.fons. Latent:bñ dixit:qa nuſq̃ iuenit': & adhuc inuentus ẽ nẽo q ſciat ubi ſit fons nili.Dñs a.mercurius. Aquaꝝ:noli itelligere gñaliter:ſed nili tñ. Igne ſu.i.ignibus cãcri ſuperiecto igne mercurii. Tunc.n.f.flãmeæ.n.ſtellæ ſunt & paſcunť hũore quẽ ad ſe trahũt:cũ igiť trahãt ad ſe hũorẽ neceſſario flatur nilus ut exeat ripas. Oceanus l.qa creſcẽte luna iflať oceanus:qa ignis lunæ ad ſe trahit hũorẽ oceani:& ita neceſſario creſcit:hic ẽ ꝙ mare fluxũ facit atq; refluxũ:cũ fluit ad nos creſcere uideť:cũ refluit uideť diminui. Lunaribus in.bñ dixit reſpiciẽs ad illud dñs pcuſſit aquaꝝ.nã queãdmodũ luna ẽ dña oceani:ita & mercu.dñs nili. Auctuſ.nũc dicit q̃diu iundatio nili pmãeat. Nõ a.c.i.finit coercet. Auctus:ſuas auctões. Aeſti.ho.i.ãteq̃ ſit eqnoctiũ autũnale:nã nilus icipit creſcere luna noua q̃cũq; poſt ſolſtitiũ ẽ ſenſim modiceq; cãcꝛ ſole tranſeunte:abũdãtiſſime ãt leonẽ:& reſidet ĩ uirgie iiſdẽ q accreuit mõis.i totũ ãt reuocať ĩtra ripas ĩ libra.ut tradit Hero.cẽteſimo die:huius icremẽti cãæ ſunt uariæ apud Pl.ĩ.v. A ſo.ãnq̃ ſol peruenerit ad librã.nã ĩ libra facit æqnoctiũ autũnale:ĩ ariete æqnoctiũ uernũ. Vana fi.u.nũc alioꝝ pſeqť opiniões: quas ẽt refellit atq; cõfutat rõibus ſuis.dñt.n.ĩ æthiopia niues reſolui qbus augeať nilus:& inundare cogiť. hãc opinionẽ uanã achoreus ſubiiciẽs oñdit. Nõ ar.ĩ li arctos.i.urſa minor q̃ ẽ in ſeptentriõe nec boreas q p flat a ſeptentriõe ẽ ibi:ut pprerea abũdent niues qbus liquefactis nilus creſcere poſſit. Teſtis ti.& pbat non eẽ arctõ nec boreã.uis iqͥ itelligere ibi nõ eẽ frigus & ppea nec niues abũdare.ut ĩ ſeptẽtriõe? potiſſima rõ ẽ color gẽtis illius q niger ẽ.nã calor ille calores illius regiõis æthiopiæ ſignificat & alteꝝ diſſentit ab altero ubi calor igẽs ẽ:ibi frigus eẽ nõ põt. Vapo.au.nã auſter ẽ uẽtus flãs a meridie ñ pcul a torrida zõa:iõ ſp calidus.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Adde quod omne:alia ratio:ſi nilus creſceret liquefactis niuibus:tempore uerno creſceret: quo liquefiunt niues:at uero non ueris tempore:immo in media creſcit æſtate. Omne ca.i.cuiuſlibet fluuii fons. Soluta liquefacta. Præcipi.i.currere facit cum impetu. Tabe:reſolutione niuium. Nilus ne ſic.at uero nilus non ante creſcit:q̄ ſirius oritur:ut eſt antedictum. Ante parem nocti.i.antequam ſit æquinoctiū autumnale inundatio nili non deſcreſcit. Alligat am.tunc enim ripis tenetur amnis cum decreuerit. Ante phœbum pa. ideſt ante æquinoctium. Sub iudice libra:ſub autumnali æquinoctio:qua ſol in ariete facit uernum æquinoctium:in libra uero autumnale. Inde ēt

A dde quod omne caput fluuii quodcūq; ſoluta
P ræcipitat glacies :ingreſſo uere tumeſcit
P rima tabe niuis:nilus neq; ſuſcitat undas
A nte canis radios:nec ripis alligat amnem:
A nte parem nocti libra ſub iudice phœbum.
I nde etiam leges aliarum neſcit aquarum
N ec tumet hiberni scum longe ſole remoto
O fficiis caret unda ſuis:dare iuſſus iniquo
T emperiem cælo : mediis æſtatibus exit
S ub torrente plaga:neu terras diſſipet ignis
N ilus habet mundo:contraque incenſa leonis
O ra tumet : cancroque ſuam torrente ſyennem
I mploratus adeſt:nec campos liberat undis
D onec in autumnum declinet phœbus : & ūbras
E xtendat meroe:quis cauſas reddere poſſit?
S ic iuſſit natura parens diſcurrere nilum .
S ic opus ē mūdo:zephyros quoq; uana uetuſtas
H is aſcripſit aquis:quorū ſtata tempora flatus
C ontinuique dies:& in aere longa poteſtas:
V el quod ab occiduo depellunt nubila cælo
T rans noton:& fluuio cogunt imponere nibos :
V el quod aquas.totiens rumpentis littora nili
A ſſidue feriunt : coguntque reſiſtere fluctus.
I lle mora curſus aduerſique obice ponti

Et hæc eſt cauſa cur nilus non ſeruet conſuetudines aliarum aquarum quæ creſcūt hyeme aut uere.nilus uero in media æſtate. Nec tumet:creſcit. Officiis unda ca.nam ſi tempore hyemis creſcunt aquæ magis nocent agris: q̄ æſtatis : cū omnia ſolis ardore areſcunt.ideo nilus eo tempore maxime ſuum officiū peragit. Sole remoto:uidelicet in capricorno cū ſolſtitium fuerit hyemale. Iuſſus : ſcilicet a mercurio. Iniquo: nam media æſtate : ideo uidetur eſſe iniquum cælum arboribus & herbis:quia nimio calore areſcunt: ſed tunc nilus ſuum facit officium arboribus & herbis:quia ſtatim iundat ægyptū & quæ areſcunt nimio ſolis ardore:ipſius humore uireſcunt. Iniquo:ardenti & feruenti. Neu terras diſſipet:& ne omnia nimio calore ſolis urantur:in tempore adeſt.nilus. Ignis:ardor ſolis. Incenſa leonis:quia cum in leone ſol eſt : maximi ſunt calores. Suam ſyennem:nam ſyennæ ciuitas ægypti quinq; milibus ſtadiorum ſupra alexandriam:ut Plinius. ubiecta cancro:quæ ſolſtitii die medio nullam umbrā iacit. Imploratus:precibus quæſitus. Suam:quæ ſibi ſubiecta eſt. Nec campos liberat:non prius inquit decreſcit nilus:q̄ autūnus ſuperuenerit. Meroe:inſula quam in medio ſui facit nilus : a qua ſol decliuior factus porrigit ūbrā . ea caput eſt gentis æthiopum: quinq; milibus ſtadiorum a ſyenne diſtans bis āno abſumit umbras ſole duodeuiceſimā tauri ptē:& quartā decimā leōis obtinēte.Pl.

Quis ca.dicit neminē poſſe hāc nili iundatōis cām latentē dignoſcere:ſed illud ſentiendū eē:ſic deū uoluiſſe dum huic parti orbis terrarum conſuleret:ubi ſine hac nili inundatione homines uiuere non poſſent. Natura parens:deus omnium rerum artifex. Sic opus eſt mundo:aliter enim in hac regione ægypti homines uiuere non poſſent.ergo a neceſſitate dicit factam eſſe hanc nili inundationē. Zephyroſquoq; uana uetuſtas:q̄uis hoc naturæ attribuerit poeta:tamen adhuc cauſas adducit ſecundum diuerſas opiniones.Alii inquit uoluerunt fieri flantibus zephyris nilum inundare:q̄ uidelicet reſiſtunt curſui amnis:& ipſum inflare cogunt. Vana:fallax:Virgi. Vanum mendacemq; improba finget:ſignificat hanc rationem non placere ſibi. zephyri : ſunt occidentales uenti qui ineunte uere dies aliquot iugiter ſpirant:& nubes inducunt ad nilū quibus aquis repletus exundat. Aſcripſit aquis :ideſt zephyros.cauſam uoluit eſſe cur nilus inundet: & addit rationem .

Flatus:genitiui caſus. Stata:ſtatuta:ut apud Valerium.maiores ſtatas . Continui dies: quia ineunte uere:zephyri aliquot dies ſpirant iugiter.Longa poteſtas :quia frequentius ſpirant:ſed remiſſius. Vel q̄ ab occiduo:uel q̄ zephyris ab occaſu nubes pelluntur in meridiem & effuſi imbres ſequuntur quibus inflatur nilus uel alia ratione:q̄ zephyri mare perturbent:cuius fluctus curſui nili reſiſtunt:& dum ille non poteſt uiribus ſuis ī mare deſcendere:recurrere cogatur & ita inundat ægyptum. Trans noton:in meridiem. Nimbos :effuſos imbres. Feriūt.ſ.zephyri. Aſſidue:ſingulis ānis.Fluctus.ſ.maris. Reſiſtere.ſ.curſui amnis. Obice: oppoſitōe pōti q̄a flantibus zephyris iflatur mare:& obſtat nilo. Sunt q ſp.aliā rōem adducit terrā cauernoſam eē:& tpe æſtatis calore ſolis trahi humorē aquaꝝ undiq;:& p̄cipue a ſeptentriōe:ubi & niues & pluuiæ abundāt : & cū in meridiē traxerit ūdiq; aquas:efficiunt flumē unū ex multis fluminibus q̄ illuc currunt quem poſtea nilum appellauere:& ſimul cauſas affert : quamobrem huius fluminis origo & fons adhuc ignoretur .



Strabo autem geographus inquit antiquos coniecturā:poſteros etiam uiſu cognouiſſe:nilum ab æſtiuis imbribus augeri:cum ſuperior æthiopia ī ultimis mōtibus dilueretur.imbribus autem ceſſantibus paulatim inundationem ceſſare:nili incrementa maxima & minima & mediocria annotata ex puteo quodam ī nili ripa ex integro lapide conſtructo.nam aqua putei cum nilo pariter creſcit ac decreſcit : ſuntque in putei pariete notæ quædam incrementorum omnium menſuræ:hæc itaque obſeruantes cum aliis notant:ut incrementa cognoſcant.nam ex his ſignis multo ante futuram nili excreſcentis cognoſcunt:idque omnibus prædicunt:quæ res

A eſtuat in campos:ſunt qui ſpiramina terris
E ſſe putent:magnoſque cauæ compagis hiatus
C ommeat hac penitus tacitis diſcurſibus unda
F rigore ab arctoo medium reuocata ſub axem .
C um phœbus preſſit meroen:tellusque peruſta
I lluc duxit aquas:trahitur gangeſque paduſque :
P er tacitum mundi:tunc omnia flumina nilus
V no fonte uomens:non uno gurgite profert
R umor ab oceano:qui tarras alligat omnes
E xundante procul uiolentum erumpere nilum
A equoreoſq; ſales:longo miteſcere tractu.
N ec non oceano paſci: phœbumq; polumq;
C redimus:hunc calidi tetigit cum brachia cancri
S ol rapit : atq; undæ pluſquā quod digerat aer
T ollitur:hoc noctes referunt:niloque refundunt
A ſt ego:ſi tantam fas eſt mihi ſoluere litem :
Q uaſdam cæſar aquas:poſt mundi ſera peracti
S æcula:concuſſis terrarum erumpere uenis :
N on id agente deo:quaſdam compage ſub ipſa
C um toto cœpiſſe reor:quas ille creator
A tque opifex rerum certo ſub iure coercet .
Q uæ tibi noſcendi nilum romane cupido eſt?
H æc fatiis perſiſque fuit:macedum que tyrannis.

profecto agricolis ad aquarum conſeruationem & aggerum & canalium offoſſionem:principibus uero ad prouentus utiliſſima eſt.refert idem Strabo alio in loco fuiſſe qui crederēt nili ortū e xtremis mauritaniæ partibus proximum eſſe:ortum āt habet a monte inferioris mauritaniæ : ut docet Solinus. Spiramina:cauernas p quas uenti ſpirāt. Magnos q; cauæ. declarat quod dixit ſpiramina. Cauæ cōpagis:dixit continentem.continens terra ideo compago dicitur:quia ipſa ſuis librata ponderibus ſe continet. Hac:per hos meatus terræ. Penitus: internus & in uiſceribus terræ. Tacitis:occultis .

Frigore ab arctoo:a ſeptētriōe cōmeat in meridiem. Cum phœbus p̄ſ.cū ſol eſt ī cācro tunc enim meroe quæ ſubiecta eſt cancro:magno ſolis ardore exuritur : nam tunc ſol non poteſt magis accedere ad zenith capitis eorum & quia tunc igēs calor præcipue ē meridie.calor ad ſe undique trahit humores: & ex omnibus fluuiis unus quaſi efficitur nilus . Duxit.q̄a naturale ē ut calor humorem ad ſe trahat.

Trahitur gāgeſq; pa : per hos fluuios maximos intellige etiam minores. Per tacitum mū:per occulta terrarum . Oīa flu .quæ traxerit calore ſolis ab aliis regionibus illuc. Non uno gur.hæc cauſa eſt cur ripæ nilum nō poſſunt. Nō uno:nā ſeptem hoſtiis influit quorum nomina ſūt canopicū bolbitinū ſebēiticū . phaniticū mēdiſiū. Tantū peluſiacū . Rumor ab oc. Alii p̄hibēt ex oceano naſci nilū:& q̄a obiiceret̄ ſi ab oceano naſcitur : quid cauſæ eſt cur nili aquæ dulces ſint quia diu curſu aqua exercetur:ideo purgatur & amaritudinem maris relinquit. Erumpere.exire nilū

Aequoreos ſales:amaritudinem aquæ maris . Miteſcere:dulceſcere. Tractu.i.curſu. Nec non oceano:& uerum eſt:ita enim phyſici putant flāmeas eſſe ſtellas & nutriri humoribus terrarum:qui ex agris & aq̄s ſole tepefactis excitantur. Phœbum:Nā ut inquit macrobius ignem æthereū phyſici tradiderūt humore nutriri :aſſerentes ideo ſub zona cæli puſta ; quam uia ſolis.i. zodiacus occupauit:oceanum a natura locatum: ut oīs latitudo:qua ſol cum qnq; uagis ultro citroq; diſcurrunt:habeat ſubiecti humoris alimoniā. Polum .i.cœlum:hoc eſt ſydera cœli. Hunc:oceanū. Brachia cancri.i.cum ī cancro eſt . Aer digerat.Quia ſyderā quæ flāmea ſunt nō poſſunt ſumere uniuerſam aquam:quā ad ſe traxerunt:iō cum remittunt inflant̄ aquæ & præcipue nilus. Hoc.ſ.undæ:quod non poteſt igne ſyderū conſumi. Referūt:reddūt. Niloq; refū . i.in nilum ut cā ſit inflati amnis. Aſt ego ſi tantam:poſtq̄ multorum diuerſas opiniones dixit:nunc ſuā tandem ſententiam cæſar quanq̄ id mihi non arrogo ut tantam litem componere audeam:ſed tamen exiſtimo deum opificem rerum oīum cum primum orbem terrarū cōdidit quaſdam aquas remiſiſſe:quaſdā autem ſecre tenuiſſe:quarū originē nemo ſcit. Poſſet:ſatis caute quæſtionē hāc ſoluit poeta. Si fas.uitat arrogantiā .

Soluere:componere. Tantam litē.ſ.diuerſorū qui aliter ſentiūt ſera lōga . Non id agēte deo:ſed uetuſtate:q̄a ab initio cum deus cōdidit orbē terraꝝ aquæ ſub terra continebant̄ : ſed uetuſtate:deinde lōga aquæ tādē eruperūt. Cōpage.i.terra cōtinēti. Cū toto:cū uniuerſo. Quaſdā.ſ.aquas:ille qdē nō agēte Deo ſed uetuſtate erumpūt:ſed aliæ aquæ eiuſmodi ſunt:ut legē ab ipſo deo ſemel impoſitam præterire nō poſſint : quarū a quaꝝ arbitror eſſe nilum q̄ tarditam legē non cōtempſerit:ſed ſemp media æſtate iflatus iundet ægyptū. Quæ tibi noſcēdi:nō miror inq̄t ſi hæc animi cupido aīum tuū inceſſerit cognoſcendi originem nili:i.ā

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

alii cōplures fuerūt magni principes q hac cupiditate flagrarūt:nec tamen ipſum dignoſcere potuerūt. Perſis:regibus pſarum. Macedū:pro macedonū & præcipue alexandro. Nullaq; nō ætas:omis ætas uoluit hāc notitiā poſteris tradere:ſed nequit. Conferre:tradere. Sed uincit ad.i.adhuc latet origo nili:& oīum hominū īduſtriam ſupauit. Summus alex.primo qdem dicit alexandrū illū domitorē orbis hac incenſum cupiditate miſiſſe uiros electos:q cum ex aduerſo nili diu nauigaſſent : tandē puenere haud procul a feruenti zona:nec tñ illius fontē inuenire potuerunt:idem & ſeſoſtris concupiuit & cābyſes aliiq; reges:tamen cupiditati ſuæ ſatiſfacere nō potuerunt. Alexāder.ſ.magnus rex macedonū q aſiam totam bello ſubegit:uicto terdario:quē tandem occidit capta uxore cum filiabus.

Nullaque non ætas uoluit conferre futuris
Notitiam:ſed uincit adhuc natura latendi.
Summus alexander regnum quē mēphis adorat
Inuidit nilo:miſitque per ultima terræ
Aethiopum lectos illos rubicunda peruſti
Zona poli tenuit.nilum uidere calentem.
Venit ad occaſum:mundiq; extrema ſeſoſtris.
Et pharios regum currus ceruicibus egit.
Ante tamen ueſtros amnes:rhodanūq; padūque
Quam nilum de fonte bibit.ueſanus in ortus
Cambyſes longi populos peruenit ad æui.
Defectuſq; epulis & paſtus cæde ſuorum
Ignoto te nile redit non fabula mendax
Auſa loqui de fonte tuo eſt:ubicunq; uideris:
Quereris:& nulli contingit gloria genti:

Memphis:pars pro toto.i.ægyptus. Inuidit nilo:q fontē eius inuenire nō potuit. Lectos:pro electos uiros. Per ultima terræ æthyopum.i.uſq; etiam ad occaſum:nam æthiopes ſunt orientales & occidentales:utrobiq; enim peruſti nimio ſolis ardore homines nigri ſunt: unde æthyopes appellantur. Illos rubicūda:cum declinaſſent meridiem uerſus.

Videre nilum calentem:ipſius autem fōtem reperire non potuerunt. Venit ad occaſus:Seſoſtris etiam rex ægyptius hoc idem tentauit : ſed fruſtra. Seſoſtris rex ægyptius fuit qui gentes omnes domuit uſq; ad occidentem & cimmericum boſphorum quinq; etiam dicitur reges currui ſuo ſubiecíſſe:hic fortiſſimus non ſolum fuit:ſed etiam prudentiſſimus totā æthiopiam permeauit(ut inquit ſtrabo)uſq; ad cinnamomi regionem:& adhuc quædam eius monumenta extant:& columnæ & epigrammata ſacris litteris trāſitum eius ſignificant. Mundiq; extrema:uſq; ad æthiopes:ſicut alexander miſerat. Et pharios currus: quia domuit regiones uſq; ad boſphorum cimmericum & currum ſuum reges ſubegit ut traherent. Ante tamen:prius padi rhodaniq; fontes inueuit q̄ nili. Veſanus in ortus:Herodotus hoc ſcribit Cambyſem miſiſſe qui exquirerent nilum:& ſimul ipſe nauigauit:& dum longiſſime nauigationem continuaſſet tandem in opia rerum laborauit adeo ut ex miniſtris ſuis non nullos comedere coactus fuerit nec tamen fontē uidit ſed quemadmodum diximus antea nilus & plinio & Solino auctoribus originem habet a monte inferioris Mauritaniæ non procul ab oceano:lacu protinus ſtagnante:quem uocant nilidem ibi piſces reperiuntur:alabetæ: coracini ſiluri crocodilus quoq;:quæ & in nili alueo ſpectantur.præterea obſeruatum eſt prout in mauritania niues imbreſue fuerint:ita nilum increſcere ex hoc lacu hoc affirmare libros punicos:hoc iubam tradidiſſe referunt. Veſa.quia natura iracundus erat:& Apim taurum quem magna ueneratione colebant ægyptii ꝓ ſtricto gladio interfecit.templum eius & aliorum deorum qui coluntur ab ægyptiis euertit:miſit qui templū ammonis diriperent:quo factum eſt:ut in inſaniam uerteretur & cum equum aſcenderet: gradu eminenti uulneratus eſt in femore:quo uulnere haud ita multo poſt periit : Cambyſis etiam ſacrilegium his uerbis oſtendit Strabo Cābyſes rex pſarum templa ptim igni:ptim ferro deuaſtabat:mutilans:excindens:amburens: quē admodum & obeliſcos:quorum duo romā delati ſunt. Longi æui po.p.i.ad æthiopas macrobios pfectus eſt:qui anos centū & uigīti uiuunt a μακροσ longus & βιοσ uita.uerum ut ſcribit herodotus non ut nilum inquireret:ſed ut macrobios ſubiugaaet:legatos icthyophagos ut cuncta explorarent ad eos miſit cum muneribus uidelicet cum uaſculo uini cum pane & arcu:& ſimul monili aureo.legati cābyſæ cum ad regem macrobiorum ueniſſent:rex ītellexit illos exploratores eſſe:non legatos:& tamen iuſſit eos exponere:quid ueniſſent rege ſuo:dixerunt ut illis muneribus ipſum cābyſæ conciliarent cum obtuliſſent panem interrogauit:q nam cibus ille eſſet:illi declarauerun: frumentum naſci ex humore terræ & ex grano illius frugis farinam fieri & ex farina panem.interrogauit deide quot annos uiuerent:reſponderunt ſeptuagita annos:uel octogita tum ille non miror īquit ſi ſtercore ueſcentes paucis annis uiuitis:deide obtulerunt uaſculum uini ille cum guſtaſſet:uinum probauit & dixit hāc unā eſſe cām q aliquādiu uiuerēt q uidelicet malignitatē illius cibi uinū rēpararet : obtulerūtq; monile tū ille minat mihi inqt cathenas rex ueſter:ſed apud me robuſtiora uicula ſūt:duxitq; eos ad carcerē ubi cathenæ erāt aureæ poſtea oſtēdūt arcū quē cū ītendiſſet rex ipſe eo uſq; traxit:ut ī ptes cōfregerit.tū demū iuſſit arcū afferri ex ſuis:& dedit legatis cābyſæ:dicēs quādo rex ueſter aut ipſe poterit:aut aliqs ex ſuis hūc arcū ītēdere:tūc dicite:ut nos bello īuadat redierūt legati & oīa narrarūt quæ uiderāt:ſed ante q̄ diſcederēt oñdit eis mēſam ſolis.Quod ſi lōgiorē hiſtoriā uoles:ē apud herodotū ī tertio. Defectus:a deficior .i.cū epulæ deficerēt. Paſtus:cū ad extremā iopiā pueniſſet Cābyſes miniſtris ſuis ueſcebat̃:& milites ſortiti



ex ſe ipſis decimum quenq; comederunt : ut uitam ſuſtentarent. Non fabula mendax:qa ſicuti fabula eſt & rumor:ita & re uera comprobatur.uidelicet ubicūq; aquam tuam oſtendis o nile:ibi ēt tuus fons quæritur: ſed īueniri non poteſt. Nilo ſuo.i.apud ſe orienti. Tua flumia prodam:fontem tuum:nec ego:nec alius cognoſcere potuit:ego uero deo fauente cognoui per quas terras iter facias. Qua:pro i quantum. Dedit .i.quantum permiſit:ut ego cognoſcā. Prodam:aperiam:idicabo. Medio conſur.icipis īqnit ſurgere : a meridie. Ab axe.i.a polo antarctico ubi cancer eſt directe ipoſitus ſuper his populis:q ī meridie ſub æquinoctiali conſtituti ſunt. In ardentem cancrum:qa cum ſol ī cancro eſt facit ſolſtitium æſtiuum:& ibi ſol ad magnas declinationes dicitur eſſe:qa nō poteſt magis accedere ad zenith capitis illorum. In borea is:ī ſeptentrione. Mediumq; booten.i.in ſeptentrionem. Curſus ī occaſum:a meridie recto limite tendis ī ſeptētrionem;deide flectens a curſu tuo ī occaſum:deide ī orientem. Nunc:aliquādo

Aequus:benignus fœcunditate tua.

Arabum:quorum agros fœcundiores facis. Lybicis harenis:populis hītantibus ī meridie cum uergitur ī orientem.

Seres:populi orientales de qbus ātea dictum eſt:ipſi primi uident nilū de qbus martialis intelligit Et q prima bibit deprſi flumīa nili. Primi : q̄uis his primo appareas populis tamen nondum fontem īuenere. Alieno gurgite:Aliunde naſcēte. Te paruum.i.fontem tuum. Sinus:receptacula tui amnis. In ipſis ſolſtitiis :cum ſol eſt ī cācro q facit ſolſtitiū æſtiuum:nam alii fluuii conſurgunt ieunte uere:ut ī media hyeme:tu īflatis æſtate

Aliena bruma.i.quū bruma eſt antipodibus:& nos hēamus æſtatē. Hyemes īundationes. Hic.i.apud nos quærit̃ fons tuus illic apud illos ubi naſcens q̄ritur exitus ī mare:nam ſicut nos neſcimus fontem:ita illi neſciunt exitum nili q uaſtis ſeptem fluminibus ī ægyptium pelagus irrumpit. Late tibi gurgite:dicit nilum meroem īſulam ī medio ſui facere.

Vt nilo ſit læta ſuo:tua flumina prodam
Qua deus undarum cælator nile tuarum:
Te mihi noſſe dedit:medio conſurgis ab axe:
Auſus in ardentem ripas attollere cancrum.
In boream is rectus aquis:mediumq; booten.
Curſus in occaſus flexus torquetur & ortus
Nunc arabū populis:libycis nunc æquus harenis
Teq; uident primi.quærunt tamen hi quoq; ſeres
Aethiopumq; feris alieno gurgite campos
Et te terrarum neſcit cui debeat orbis.
Arcanum natura caput non prodidit ulli:
Nec licuit populis paruum te nile uidere:
Amouitq; ſinus:& gentes maluit ortus
Mirari:quam noſſe tuos.conſurgere in ipſis
Iuſt ibi ſolſtitiis: aliena creſcere bruma:
Atq; hyemes offerre tuas.ſoliq; uagari
Conceſſum per utroſq; polos:hic quæritur ortus:
Illic finis aquæ.late tibi gurgite rapto
Ambitur nigris meroe fœcunda colonis.
Læta comis hebeni:quæ quāuis arbore multa
Frondeat.æſtatem nulla ſibi mitigat umbra.
Linea tam rectum mundi ferit illa leonem.
Inde plagas phœbi damnū non paſſus aquarum
Præueheris:ſterileſq; diu metiris harenas:
Nunc omnes uires unum collectus in amnem:
Nunc uagus & ſpargens facilem tibi cedere ripā
Rurſus multifidas reuocat piger alueus undas.

Quæ:adeo ſubiecta eſt leoni:ut quāq; multis arboribus abundet : tamen nulla umbra ſe a calore ſolis defendit:cum punctus leonis directe ſuperipoſitus ſit meroe. Rupto.diuiſo. Fœcunda colonis:q̄ abundat cultoribus. Nigris:nimio ſolis ardore. Comis hebeni:ligni ꝑtioſi:de quo diximus ſupius abūdat.n.arboribus palma:perſico:hebeno & Siliquaſtro:teſte Strabone:hanc īſulam clypei figuram habere dicūt cuius magnitudo fortaſſe ſupra uerum dicta eſt longitudīe trium milium fere ſtadiorum amplitudīe mille: & dicta eſt meroe a ſorore ibi mortua uel ut alii tradunt ab uxore:quam habuit Cābyſes hoc nomīe. Mitigat leniorē facit. Rectū leonē:qa pūctus ille directe ſuperipoſitus ē capiti eorum cū ſol peruenit ad quartā decimam ptem leonis. Plagas phœbi:meridiei regionē. Dānū nō:q̄uis p exuſtā plagā decurras:tamē nō es paſſus dānū aquarū:qa calor regiōis nihil dimiuit aquas. Sterilis ha.p arentē libyā. Nūc ua.i.ī unū amnē aliquā do colligeris:aliquādo uagans diuiſus ī plures alueos. Piger alueus:qa cū ī unū amnē uenerit lenior efficit̃. Multifidas undas:quæ an ī diuerſas ptes fluebāt. Qua di:ægyptus ſupior ī orientē p lōgū extēdit̃:& a ſeptētrione arabicus ē ſinus:a meridie uero oceanus:nam ab occaſu ex īferiore ægypti pte ad orientē rubro mari termīat:hoc eū q dicit hoc loco nam philæ eſt urbs īter æthiopes & ægyptios q̄ finitima & cōfinis eſt utriuſq; regni:īmo(ut refert Strabo)philæ cois æthiopū & ægyptiorū hītatio eſt ſtrabo dicit ſe Philas ex ſyene plauſtro ueniſſe per capū ualde planū.C.ſtadiorum ſpacia per totam fere uiam:uidiſſe ſe oſtendit utriq; multis ī locis quaſi ſcopulos petram arduam rotundam politam:nigri ac duri lapidis ex quo mortaria fiunt. Philæ:eſt numeri pluralis:ſicut athenæ. Aegyptia rura.i.diuidunt Arabiam ab ægypto.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Mox te.a meroe iſula cum ad Arabiam uſq; peruenerit imanem lacum facit:ex quo ꝑcipiti ipetu egreſſus alteram iſulam amplectitur noie Taleſum a qua deide uariis montium obicibus icitatus torrentior efficitur:& itĕr obuios ſcopulos ſe præcipiens fluctibus ſeſe ipſos tangentibus:ipetu tam uaſto:ac fragore ferŕ:ut icolarum aures ad ſurditatem uſq; offendat.ide etiam locus catadupos ē appellatus nā δοῦποσ ſonitū ſignificat Secantem:cum amplexus fueris alteram iſulam taleſum. Rubro ponto:qa ad orientem rubro mari terminatur. Cōmercia:loca finitima & contigua. Noſtrum:ægyptium. loqtur Achoreus. Mollis la.qa in ampliſſimum effundiŕ lacum.

Qua dirimunt arabum populis ægyptia rura
Regni clauſtra philæ:mox te deſerta ſecantem
Qua dirimunt noſtrum rubri cōmertia ponti
Mollis lapſus agit:quis te tam lene fluentem
Moturum totas uiolenti gurgitis iras
Nile putet? ſed cum lapſus abrupta uiarum
Excepere tuos:& præcipites cataractæ:
Ac nuſquam uetitis ullas obſiſtere cautes
Indignaris aquis:ſpuma tunc aſtra laceſſis.
Cuncta tremunt undis:ac multo murmure mōtis
Spumeus inuictis caneſcit fluctibus amnis
Hic abaton:quā noſtra uocat ueneranda uetuſtas
Terra potens:primos ſentit percuſſa tumultus:
Et ſcopuli:placuit fluuii quos dicere uenas.
Quā manifeſta noui primū dāt ſigna tumoris.
Hinc montes natura uagis circūdedit undis.
Qui libyæ te nile negant:quos inter in alta
It cōualle iacens:iam montibus unda quietis
Prima tibi campos permittit apertaq; memphis
Rura:modumq; uetat creſcendi ponere ripas.
Sic uelut in tuta ſecuri pace trahebant
Noctis iter mediæ:ſed non ueſana photini
Mens imbuta ſemel:tam ſacra cæde uacabat
A ſcelerum motu:magno nihil ille perēpto
Iam putat eſſe nefas:habitāt ſub pectore manes
Vltriceſq; umbræ dant in noua monſtra furorem.
Dignatur uiles iſto quoq; ſanguine dextras:
Quo fortuna parat:uictos perfundere patres:
Pœnaq; ciuilis belli:uindicta ſenatus:
Pene data eſt famulo:procul hoc auertite fata
Crimen:ut hæc bruto ceruix abſente ſecetur.
In ſcelus it pharium romani pœna tyranni

Quis te:cum tu adeo leniter fluas ad iſulam taleſū:qs crederet te deide tāto ipetu decurſurū eſſe:ut icolas magno terrore percelleres?q.d.nemo. Lene:pro leniter. Indignaris:nam qa nō potes ullo obice retineri:iō cum ad catadupū ueneris: uariis mōtium obicibus icitatus multo magis idignaris. Abrupta:ꝑcipitia curſus tui. Lapſus:decurſus. Præcipites ca.deſcēſiones:cataracta proprie dŕ aſpera deſcēſio α καταραττω .i.collido & cum ſtrepitu ipello.apud græcos ē generis maſcu.ὁ κατεῤῥάκτησ.hic cataractas appellauere obices portaꝝ ferreaꝝ q̄ magno cū ſonitu demittunŕ uerū(ut iquit Strabo)ē cataractes ad mediū fere flumē paulo ſupra elephātinā petroſum quoddā ſupcilium i ſupiore pte planū:ut flumen recipe poſſit:deſinēs uero i ꝑcipitium ex a qua ꝑcipitaŕ:utriq; ſecus terram alueus ē:q facile adnauigari pōt:hac itaq; adnauigantes defluūt i cataractē:& cū ſcapha in ꝑcipitium detrudunŕ:& ipſi & ſcaphæ illæſi. Cau.obices mōtium. Aſtra.i.tua unda uerberat ſydera. Cūcta.ſ.loca circa catadupū. Mōtis:catadupi. Albeſcit:qa ſpumeus. Fluctibus iuitis.i.q retineri nō poſſunt. Hic abaton.cū ad catadupū perueneris locū haud ꝑcul ab ægypto:abaton arduū locū magno fragore permeas unde nomē accepit quaſi ἄβατοσ iacceſſibilis .tū primū te ſentire icipit ægyptus. Hic:ex catadupo. Potēs:qa iacceſſibilis ē. Percuſſa.ſ.tuo ſtrepitu. Quod:qa ſcopuli huius terræ quā abaton uocāt:ſētiūt tuos tumultus quos icolæ iō uenas nili appellauere:qa ibi nilus primū grādior apparere icipit. Placuit.ſ icolis. Noui tumoris:admirādæ iflatiōis. Hic:ab hac abato. Vagis:errātibus. Libyæ.ſ ſupioris:nā p iferiorē iate uagaŕ:iō nō pmittūt i ſuperiorem libyā decurrere. It.decurrit. Cōualle.ſ.illoꝝ montiū. Iā molibus:qa ibi humiliora ſūt ſaxa:iō etiā lenius ferŕ amnis decurſus. Prīa tibi cāpos:& primū icipis p planiora decurrere cū ad mēphim pueneris urbē ægypti. Cāpos:planitiē. Vetat.ſ.mēphis. Modū:mēſurā creſcēdi:qa nō poſſūt te coercere ripæ. Sic uelut i tuta:ita inqt audiebat de nilo & de huiuſmodi rebus cæſar cū cōuiuis quaſi in tuta pace poſiti eēnt:& nō prouidebāt quātus belli tumultus iſtaret. Sed nō ueſana:ſed photinus non deſinebat cogitare quomodo cæſarē opprimeret:poſtq̄ ſemel ſanguie pōpeii maculatus erat. Sacra:execrabili. A ſcelerū motu:qa ſcelus ſceleri addere tētabat. Magno.n.perēpto:oē nefas ſibi licere exiſtimabat. Manes.ſ.Pōpeii dicit i inſaniā cōuerſū eē Photinū. Vltriceſq; ūbræ.ſ.pōpeii quæ ultionē ſuā cupiūt. Dāt furorē:ut ipm ad pnicē deducāt. Dextras.ſ.ſuas & ſuoꝝ nō ſatis hēt fundi ſanguinē pōpeii ſed ēt cæſaris. Quo fortūa:fortuna uolebat:ut ſanguine cæſaris cruētarenŕ ſenatores. Victos:ēt uictos. Pœnaq; ciuilis.



Quia parum abſuit: quin famulus occuparet uīdictam Senatus quæ debebatur patriæ non famulo. In ſcelus it:ſi fata conceſſerint ſatellitibus regis cæſarem obtrūcare:ſcelus erit:quod poſtea futurum eſt Bruti meritū ingens:ſcelus enim erat:ut regis miniſtri occiderent cæſarem. Exemplumq; perit:exemplum quod romanis omnibus Brutus præponeret ne aliquem regnare permittant. Struit audax redit ad id quomodo photinus conſilia occidendi cæſarem agitauerit. Audax:Semper de infelici dici ſolet. Virgilius audacem ad rutulum. Irrita:Vana. Quia fata:non permiſerunt conſilia photini ad exitum perduci.

Exemplumq; perit:ſtruit audax irrita fatis
Nec parat occultæ cædem committere fraudi:
Inuictumq; ducem detecto marte laceſſit.
Tantum animi delicta dabant:ut colla ferire
Cæſaris:& ſocerum iungi tibi mane iuberet.
Atq; hæc dicta monet famulos perferre fideles:
Ad pompeianæ ſocium ſibi cædis achillam:
Quem puer imbellis cunctis præfecerat armis.
Et dederat ferrum nullo ſibi iure retento
In cunctos: in ſeq; ſimul:tu mollibus inquit
Nunc incumbe toris:& pingues exige ſomnos.
Inuaſit cleopatra domum:nec prodita tantū eſt
Sed donata pharos:ceſſas accurere ſolus
Ad dominæ thamos?nupſit ſoror impia fratri.
Nam latio iam nupta duci eſt:interq; maritos
Diſcurrēs ægypton habet:romāq; meretur.
Expugnare ſenem potuit cleopatra uenenis:
Crede miſer puero:quem nox ſi iunxerit una:
Et ſemel amplexus inceſto pectore paſſus
Hauſerit obſcænum titulo pietatis amorem
Meq; tuumq; caput per ſingula forſitan illi
Oſcula donabit:crucibus flamiſq; luemus.

Nec parat occulte:i tenebris noctis opprimere cæſarem: ſed clara luce. Detecto marte aperto bello Tantum animi delicta:qa ſemel ſcelus commiſerat obtruncando pompeium:iō nunc etiam animi ſupererant ad occidendum Cæſarē. Atq; hæc dicta: hæc ubi cōſilia occidendi Cæſaris animo agitauit ſtat i mādata dedit famulis:quæ ad achillam perferrent qui præerat exercitui regis nam cæſar(ut Sueton us docet) Alexādriam fugientem perſecutus Pompeium:ut occiſum deprehendit cum Ptolemæo rege a quo ſibi quoq; iſidias tendi uidebat bellum ſane difficillimum geſſit: neq; loco:neq; tempore æquo:ſed hyeme anni:& itra mœnia copioſiſſimi ac ſolertiſſimi hoſtis:inops ipſe rerum omnium atque imparatus:regnum ægypti uictor Cleopatræ fratriq; eius minori permiſit:ueritus prouinciam facere ne quandoq; uiolentiorē præſidem nacta nouarum materia eſſet. Fideles:qbus arcana committere ſolebat. Puer imbellis:mollis:& bellis minime idoneus. Et dederat ferrum. Vires oēs totius regni huic achillæ permiſerat: ut non in alio ſolum:ſed in ipſo ius ſuum ac poteſtatem haberet. Ferrum:ideſt totius regni opes i poteſtate tenebat. Mollibus inqt:Ecce dicta quæ nunc mandat ad achillam referri tu nunc inquit ocio te dede ſegnis achilla cum iterum cleopatra regnum occupet:quam ante conſilio noſtro e regno ptolemæus eiecerat:ea nunc blanditiis ſuis non regem modo:ſed Cæſarem quoq; irretitū tenet. Et pingues exige ſomnos:cōceſſio ē color:cū id negamus quod maxie cōcedere uidemur:& iterſerimus ēt aliqua:qbus ēt ſenſus noſter appareat.dede te inqt ocio:& iterea regnū Cleopatra occupauit. Sed donata pharos:iā pharon cæſar Cleopatræ donauit:& eā cū fratre cōciliauit. Pharos.i.ægyptus. Ad domīæ thalamos:ut eā opprimas. Nupſit ſoror īpia:poſtq̄ adulteriū cū cæſare cōmiſit.nūc ad uirū ſuū & fratrē redit. Iam latio:poſtq̄ cæſar ex cleopatra uoluptatē cepit:eam nūc fratri cōiungit. Interq; maritos: nūc ad cæſarem nūc ad fratrē. Romāq; me.i.ſperat:ſperat eni romam poſtq̄ ſemel cæſarē blāditiis ſuis Pellexit. Expugnare ſenem:argumētū eſt a minori ad maius:cleopatra ſi iam cæſarē prouectioris ætatis i ſuos icitauit amplexus:multo magis decipere poterit puerū ptolemæū. Venenis:amore:& recte dixit nam uenenū dicitur q̧ per uenas igrediŕ nam ſic medullas calefacit amor:ſicut uenenū hauſtū per uenas diſcurrit.Virg. Vulnus alit uenis:& cæco carpiŕ igni. Crede:cōfide cōſtantē fore puerū:quādo uictus eſt ēt cæſar. Quem ſi nox Nam ſi una nocte cleopatra cū rege cōcubuerit:non dubiū ē qn caput tuū meumq; obtruncari obtineat a fratre quoꝝ cōſilio ſcit ſe a fratre de regno pulſam fuiſſe. Quē:ordo ē illa cleopatra donabit meū tuumq; caput illi p ſingula oſcula:ſi iunxerit quē ptolemæū. Amplexus:accuſatiuus caſus ē. Inceſto:qa iam ſe miſcuerat cū cæſare. Titulo:ſub titulo & nomie pietatis. Oſcula:quotienſcūq; oſculabiŕ eum nomie pietatis meū tuumq; caput ab adultero Ptolemæo petrabit. Crucibus flā.nos uel tollemur i crucem: uel igne cōburemur.Non diſcedit Lucanus ab hiſtoria:Cæſar enim alexādriam cum ueniſſet:Teſte Appiano:ab regiis miniſtris benigne receptus eſt & diſputātibus philoſophis in multitudine præſens aſtitit aſiſtente uero exercitu Photinum qdem & Achillam ob ea quæ in Pompeium perpetrauerāt morte mulctauit: Theodotum demum fugientē Caſſius cū in Aſiam ueniſſet cruce ſuſpēdit:Tumultu ob hāc rem iter alexādrinos ortocū regiū exercitū in illū cōcitaſſent pluribus prœliis circa regiam:& i maris littore certatū ē:quo in loco eū i mare deſiluiſſet:& i profundo aliq̄diu enataſſet.Alexandrini ueſtē ab eo ademptā i trophæi modū erexere poſtremo iuxta

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nilũ cũ Rege certamẽ iniit:ĩ quo uictoria ſuperior euaſit:inter hæc ꝑ nouem mẽſes cõmoratus:tandẽ cleopatram fratris loco ægypti regnũ iuſſit obtinere:ꝑ nilũ quoq quatercẽtis nauibus deuectus quo regionẽ perluſtraret oculis cũ Cleopatra ſimul adiit:multaq alia ut illi obſequeret̃ effecit. Fuerit formoſa.i.ſi placuerit : a præcedẽte quod ſeqtur:nã quæ formoſæ ſunt placere cõſueuerũt. Nil undiq.r.nil ſupeſt inquit nobis quo cõfugiamus:nã hinc a rege inde a Cæſare opprimimur:niſi nobis ſalutiq noſtræ cõſulamus. Sõtes:nocentes:qa culpa noſtra ẽ. Nocentẽ:tota culpa nobis ẽ attribuenda:qa eam intactã reliqmus:nam & noſtros appetebat ipſa cõcubitus. Per te.ordo ẽ.

Oro te ꝑ nefas quod una fecimus:& una ꝑdidimus:& oro te ꝑ fœdus ictũ ſanguine magni. Ades:pro adſis. Quod fecimus.ſ.occiſo Pompeio. Perdidimuſq n.niſi cõſilio noſtro prouideamus ꝑdidimus nefas:qa nihilominus a Cleopatra & a Ptolemæo uel Cæſare opprimemur. Ictum fœdus:quẽadmodũ ꝑcuſſa porca fœdus iungit̃:ita ꝑcuſſo Põpeio dicit fœdus ictum eſſe inter eos. Molire.i.fac.ut Moliri ue morã & ueniẽdi poſcere cauſas. Irrue:inuade. Tædas:nocturnas nuptias. Funere.i.cæde. Crudelemq toris:& cleopatrã ipiam in ipſo toro occidamus. Quocũq uiro:uel Cæſare uel Ptolemæo. Nec nos.d.a. nec terreat magnitudo Cæſaris : q cũ præſtet oĩbus ducibus:ut iam fama ſui nominis totũ orbem terrarum impleat:tamẽ & nos quoq eadem gloria efferre poteſt:quæ ſuſtulit Cæſarem:quod ita ſit probari põt : occidimus enĩ pompeiũ qui Cæſari par erat:poterimus & ipſum Cæſarẽ occidere. Cõmunis gloria:eadẽ gloria quæ accidit Cæſari põt nos quoq magnos facere:ergo ẽ cõmunis. Nos quoq:qa ſicut uictus Pompeius magnũ fecit cæſarem : idẽ occiſus:nos quoq faciet ĩgẽtes. Littus:appo.ſpem ſicut occidimus Pompeium ſperare nos facit poſſe ẽt occidi cæſarẽ. Pollutos:ſanguine Pompeii. Cõſule:quære ex illo ſanguine: quo polluta eſt unda maris noſtri qd liceat nobis.

Puluere paruo:ut nec corpus quidem plene tegere poſſet:uel quod melius ẽ qa caput a reliquo corpore ſeparatũ erat.

Quem metuis.O ſtulte Achilla:cæſar quẽ metuis erat Par Pompeii quem occidimus. Non ſanguine clari. reſpondet tacitis obiectiõibus:nã ſi qs obiiceret nos ignobiles eſſe:& humilitatẽ ſanguinis nobis obſtare:ne rem tantã audeamus:dico nihil ĩtereſſe noſtra:nullius enim magnis opibus:aut regnis populorum nobis opus eſt ad hãc rem adoriendã:nã fortuna ipſa nobis:ſicuti antea Pompeiũ:ita nũc Cæſarem obtulit:ut nullius auxilio indigeamus ad rem ꝑficiendã. Nõ ſanguie clari.ſ.ſumus. Quid refert.q.d.nihil ĩtereſt:nobiles ſimus:an ignobiles:dũmodo fortuna nobis ſecũda ſit. Nec opes populorum mouemus:ſed ipſe ſe ultro offert nobis. Ad ſcelus ĩgẽtes:poſt q̃ ſemel occidimus Põpeiũ. Altera uictima:Cæſar:quẽ quaſi uictimã occidamus. Placemus cæde:ꝑſiſtit ĩ traſlatiõe qa uictimã appellauit Cæſarẽ:nã ſicut uictimis placãt̃ dii:ita cæde Põpeii & Cæſaris placabimus Italiã.q eã his occiſis tyrãnide liberaſſe uidebimur. Cæde ſecũda.ſ.Cæſaris. Iugulus.m.c.h.occiſo Cæſare uenia a populo Ro.ĩpetrabimus q Põpeiũ occiderimus. Quid noĩa tãta:fulgor oĩs cæſaris:nõ debet nos deterrere a propoſito & ſi uires magnas hẽt & exercitus ĩgẽtes:tamẽ ſi a ſuis militibus deſtitutus fuerit. ĩperare deſiſtet:& miles eẽ ĩcipiet. Noĩa.i.fulgorẽ tm̃ nominis cæſariani. Vireſq.d.i.magnos exercitus cæſaris & claſſes. Nox hæc:& breui ſpacio tẽporis poterimus cæſarẽ ĩ nr̃a ꝑ̃tãte hẽre uidelicet hac nocte. Inferias:expiatiões piacula:q̃ exhibẽt̃ mortuis. Populis:quos ĩ pharſalia ꝓſtrauit. Caput:cæſaris. Debet̃:obligatũ

Si fuerit formoſa ſoror:nil undiq reſtat
Auxilii:rex hinc coniunx:hinc cæſar adulter.
Et ſumus(ut fatear )tam ſæua iudice ſontes.
Quem non ex nobis credit cleopatra nocẽtem.
A quo caſta fuit?per te quod fecimus una:
Perdidimuſq nefas:perq ictum ſanguine magni
Fœdus ades:ſubito bellum molire tumultu.
Irrue:nocturnas rumpamus funere tædas.
Crudelemq toris dominam mactemus in ipſis
Cum quocũq uiro:nec nos deterreat auſis
Heſperii fortuna ducis:quæ ſuſtulit illum:
Impoſuitq orbi:communis gloria nobis
Nos quoq ſublimes magnus facit?aſpice littus
Spem noſtri ſceleris:pollutos conſule fluctus:
Quid liceat nobis.tumulumq e puluere paruo
Aſpice pompei non omnia membra tegentem.
Quem metuit par huius erat:non ſanguine clari
Quid refert?nec ope populorum:aut regna mouẽus:
Ad ſcelus ingentes facti ſumus:atrahit illos
In noſtras fortuna manus:en altera uenit
Victima nobilior:placemus cæde ſecunda
Heſperias gentes:iugulus mihi cæſaris hauſtus
Hoc præſtare poteſt:pompei cæde nocentes
Vt populus romanus amet:quid nomina tanta
Horremus:uireſq ducis?quibus ille relictis
Miles erit nox hæc peraget ciuilia bella:
Inferiaſq dabit populis:& mittet ad umbras
Quod debetur adhuc mundo caput:ite feroces
Cæſaris in iugulum:præſtet lagæa iuuentus



eſt:quia iniuria affecit orbem terrarũ. Ite feroces:O Achilla & milites. Ite:uenite:nam ipſe erat cum rege apud Cæſarem. Romana ſi.quia romani milites adhuc militabant ſub rege Ptolemæo ex his qui a Gabinio relicti fuerant:tum cum ipſe Regẽ Ptolemæum in regnũ reſtituit:& hi prius ſub Pompeio militauerant. Hoc cædem cæſaris. Regi:quia occiſo cæſare rex ſuũ regnum obtinebit. Sibi:ad utilitatẽ ſuam. Tu parce:a facili arguit:nã cum grauis ſit cibo & potu Cæſar facile erit illũ opprimere improuidũ. Parce mo.i.noli tardare. Madidũq me.ebrium. Venerĩq:adulterio cleopatræ. Aude ſuperi:unum tibi neceſſarium eſt.ſ. audire:nã ſi auſus fueris:cætera diis uolẽtibus ultro ſequentur. Tot uo.exaudient dii uota catonum:uota brutorum : & totius ſenatus:qui rempublicam uolunt eſſe ſaluam. Tibi tribuent.i.ꝑ̃ces catonum ac beatorum tibi fauebunt. Non lentus achil.nunc dicit quomodo mãdatis Photini Achillas paruerit. Suadenti:photino. Haud clara:ne forte exaudito tubarum ſonitu ſuſpectus eẽt. Nec ꝓdidit ar.moueri non indicauit exercitũ.

Temere:ſine nllo ordine:non dato ſigno:unũ ſeqtur ex reliquo:nam quia nõ ſigna dedit:ideo nullo ordine ſecuti ſunt milites. Inſtrumẽta:arma:uiros:equos:

Pars m.t.plæbis.i.ex plæbe italica:quia ex delectibus italiæ:pars magna militum erat:quam apud regem Gabinius reliquerat. Sed tanta ob men.reſpondet ad illud quod occurrebat: quomodo ſi itali erant:pati poterant militare ſub ſatellitibus regis?uſq adeo inquit erant corrupti milites romani:ut iam æquo animo ſub eiuſmodi ſatellitum imperio militarẽt. Obliuio:oblit erant ſe romanos & italos eẽ.

Corrupto in mo.dedignari debuerant ĩquit etiam ſub rege ipſo militare:& nunc æquo animo militabant ſub Satellite regio. Mores quia diu apud Aegyptios ꝑmanſerant:& externis moribus corruperant animos. Sub famu.duce Achilla.

Indignũ pha.indignũ fuiſſet ſub tyranno Aegyptio militare : quanto ergo indignius ſub Satellite? Nulla fides:nec ius diuinum:nec ius humanũ colunt milites nil ſanctum:nil inuiolatũ ẽ apud eos: ſed illos ſequuntur:a quibus plus acceperint.

Hoc regi:romana ſibi:tu parce morari:
Plenũ epulis:madidumq mero:uenerĩq paratũ
Inuenies.aude.ſuperi tot uota catonum :
Brutorumq tibi tribuent:non lentus achillas
Suadenti parere nefas:haud clara mouendis:
Vt mos ſigna dedit caſtris:nec prodidit arma
Vllius clangore tubæ:temere omnia ſæui
Inſtrumenta rapit belli:pars maxima turbæ
Plæbis erat latiæ:ſed tanta obliuio mentes
Cœpit in externos corrupto milite mores:
Vt duce ſub famulo iuſſuq ſatellitis irent:
Quos erat indignum phario parere tyranno:
Nulla fides pietaſq uiris qui caſtra ſequuntur:
Venaleſq manus:ibi fas:ubi maxima merces.
Aere merent paruo:iugulumq in cæſaris iræ
Non ſibi dant:proh fas ubi non ciuilia bella
Inuenit imperii fatum miſerabile noſtri?
Theſſaliæ ſubducta acies:in littore nili
More fuit patrio:quid plus te magne recepto
Auſa foret lagæa domus?dat ſcilicet omnis
Dextera quod debet ſuperis: nulliq uacare
Fas eſt romano:latium ſic ſcindere corpus
Diis placitum.non in ſoceri generĩq fauorem
Diſcendunt populi ciuilia bella ſatelles
Mouit:& in partem romani uenit achillas.
Et niſi fata manus a ſanguine cæſaris arcent

Nulla fi.nullũ iuſiurãdũ nulla pietas:nulla religio. Venaleſq m.qa q plus dederit hũc ẽt ſequunt̃. Ibi fas:oĩa licent militibus q maximã mercedẽ appetunt. Merent:militant. Paruo:ſi magnũ æs accipere non potuerint. Iugulũq ĩ cæ.hoc ẽ non patiunt̃ Cæſarẽ iugulare ad utilitatẽ ſuã ut ſe liberos faciant : ſed ut regi ægyptio gratũ faciant. Non dant:non concedunt. Proh fas:ꝑ exclamationẽ irrumpit in conqſtionẽ. nã de diis q̃ritur:q ubicũq bella ciuilia fieri uoluerunt.milites.n.q ſub rege ægypto militabant romani erant:& ſi ꝓcul fuerant a bellis ciuilibus:tamen fata uoluerunt:ut nec ipſi quidẽ eſſent belli ciuilis imunes. Fas: o ius diuinum. Vbi nõ c.nõ ĩ italia ſolum nõ in pharſalia:ſed ẽt in ægypto. Theſſaliæ ſub.acies q̃ remota fuerat a theſſalia:ĩ ægypto nũc paget ciuilia bella. More fu.p.i.ſecundũ cõſuetudinẽ patriæ:quẽadmodũ ciues romani ĩſanierunt bello ciuili:ita nunc ipſi inſaniunt. Quid plus.i.nõ minus hoſtes Cæſaris fuerit ægyptii occiſo Põpeio:q̃ ſi Põpeiũ benigniſſime ſuſcepiſſent. Quod de.qa dii uoluerũt:ut romani oẽs ubicunq eẽnt : ciuili ſe bello miſcerent. Oĩs.ſ.romana. Dat.ſ.bellũ ciuile. Vacare.i.uacuũ eẽ a bello ciuili. Latium:ſic ſ.conqſtio ẽ poetæ:q dii noluerũt roma.ullos belli ciuilis eẽ imunes:& ſimul ẽt grauius fert q achillas ſatelles regius ĩ officiũ ducis ſucceſſerit & pars defuerit qn fata ẽt huic uictoriã ꝓ̃ſtarent:qđ mł̃to ẽt ĩdignius fuiſſet. Latiũ c.i.po.romanũ.nã latiũ italia appellat̃:eo q ibi Saturnus latuerit:dũ arma filii fugeret:& ẽ ĩ italia latiũ antiquũ:qđ teſte Soli.ãtea a tyberis hoſtiis ad uſq lyri ãnẽ ꝑtingebat. Romani.ſ.ducis.i.ĩ locũ Põ.ſucceſſit achillas : qđ moleſtius fero. Et n .fa.& hoc ẽt multo ẽ ĩtolerabilius q ꝑtes q̃ ſecutæ ſunt ſatellitẽ regiũ pene uictoriã obtinuerũt. Vincent:ꝓ uiciſſent. Arcẽt:ꝓ arcuiſſent:loqt̃ poeta tãq̃ res ſit futura. Manus.ſ.ægyptias:ſed dii noluerũt tantũ ſcelus ꝑpetrari:ut famulorum manibus occideretur Cæſar.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hæ uincent partes:aderat maturus uterq;.
Et diſtricta epulis ad cunctas aula patebat
Inſidias:poteratq; cruor per regia fundi
Pocula cæſareus:menſæq; incumbere ceruix.
Sed metuunt belli trepidos in nocte tumultus
Ne cædes confuſa manu:permiſſaq; fatis
Te ptolemæe trahat:tanta eſt fidutia ferri.
Non rapuere nefas:ſummi contenta facultas
Eſt operis:uiſum famulis reparabile damnum
Illam mactandi dimittere cæſaris horam:
Seruatur pœnas in aperta luce daturus
Donata eſt nox una duci:uixitq; photini
Munere phœbeos cæſar dilatus in ortus.
Lucifer a caſia proſpexit rupe:diemq;
Miſit in ægyptum:primo iam ſole calentem:
Cum procul a muris acies non ſparſa maniplis:
Nec uaga conſpicitur:ſed iuſtos qualis ad hoſtes
Recta fronte uenit:paſſuri cominus arma
Laturiq; ruunt:at cæſar mœnibus urbis
Diffiſus:foribus clauſæ ſe protegit aulæ.
Degeneres paſſus latebras:nec tota uacabat
Regia compreſſo:minima collegerat arma
Parte domus tangunt animos iræq; metuſq;:
Et timet incurſus:indignaturq; timere.
Sic fremit in paruis fera nobilis abdita clauſtris
Et frangit rapidos præmorſo carcere dentes.
Non ſecus in ſiculis fureret tua flamma cauernis
Obſtrueret ſummam ſi quis tibi mulciber ætná.

Aderat ma.nũc deſcribit magnã opportunitatẽ hñiſſe achillã atq; photinũ occidẽdi ſi oċcaſiõe uti uoluiſſẽt ſed qa noctẽ illã ꝑterierũt:& ſequẽti die cõſtituẽrũt iuadere bello regiã:hæc cæſaris cã ſalutis fuit. Vterq;: achillas & photinus. Maturus:i tẽpore:uenerãt inqt i magnã occaſionẽ ꝑpetrãdi ſceleris. Diſtricta:occupata epulis ipedita:qa nihil minus metuebãt q̃ bellũ:qa epulis dediti erãt. Per regia pocula:i cõuiuio regis Mẽſæ icũbere ceruix.i.obtrũcari cæſar poterat ad mẽſam. Sed metuũt belli:ſed timuerũt ne dũ cæſarẽ occidere uolũt cũ romanis oĩbus & cleopatra i ipſo furore ptolemæũ quoq; regẽ occiderẽt:hæc cã fuit cur nocte illã prætererit:& i poſterũ diẽ expectauerit. Trepidos:dubios. Tãta ẽ fiducia.ſ.ſibi fata proſpera fore:ut uoluerit rapium nefas ꝑpetrare:ſed cõſulto oĩa facerẽ Nõ rapuere.ſ.temere & ſine cõſilio. Facultas:opportũitas q̃ dabat̃ eis. Reparabile dãnũ.i.uiſum ẽ poſſibile achillæ atq; photio recuperari dãnũ noctis illius poſtero die. Seruat̃ pœnas:qđ hac nocte differimus:ſequẽti luce implebimus. Donata nox:idignũ facinus ẽ qđ i ꝑtãte photini fuerit uiueret ne an moreret̃ cæſar. In ortus phœbeos:i ſeqntẽ diẽ. Luciferia caſia:deſcribit nũc poſterũ diẽ poſt q̃ achillas cũ exercitu ſeparauit:ut alexandriã iuaderet ac regiã:ubi qete & tranqlla pace qeſcebãt rex cũ Cæſare ac cleopatra A caſia rupe.a caſio mõte qa primũ de locis altioribus dies apparet de caſio monte ſatis iã dictũ fuit. Sole calẽtẽ:qa i meridie poſita eſt ægyptus:& cũ primũ ſol ſuos radios detexerit ſtatim feruet ægyptus:ex quo itelligi põt q̃tum feruet i meridie. Nõ ſparſa.i.ordiata. Maniplis: maniplı ſunt ordies i acie ducẽtoꝝ militũ primo milites centũ manipli cõtinebant: ſed q prius duplicauerit maniplos: ſicut apud Liuiũ eſt fuit tarqnus ſupbus:q ſicut in cæteris rebus uituperãdus ẽ:ita nõ in re bellica degenerauit. Iuſtos:ſicut ad hoſtes qbus de more iuſtũ bellũ idictum ſit iri ſolet:ita recta frõte uenerũt ad urbẽ Paſſuri arma.i.paſſuri cædẽ ſi opus fuerit. Et laturi.ſ.cædem eo animo ibant ut uel occiderẽt alios:uel occiderent̃:& q hoc aĩo in bella ruunt:nõ facile uincunt̃: ut illud. Vincit̃ haud gratis iugulo q prouocat hoſtẽ. At cæſar:nunc dicit qd cæſar fecerit & oſtẽdit ipſum ẽt metuiſſe qui ſupiori tẽpore ſemp itrepidus fuerat. Diffiſus:qa non ſatis cõfidebat ciuibus alexãdrinis:ergo clauſis foribus aulæ recepit ſe i regiã:& eam repagulis clauſam corona militum circũdat:ut a regia ſaltem propulſarent̃ hoſtes. Degeneres:uiles. Cõpreſſo.i.concluſo in anguſtũ. Minima collegerat:qa ſe in iteriorem partẽ domus recepat:ut eã cũ paucis militibus melius defenderet. Arma.i.armatos ſuos q pauci erãt collegerat i ãguſta domus pte. Tãgũt aĩos:aĩus cæſaris diſtrahebat̃:nũc qdẽ timebat:nũc idignabat̃ ira metuſq; pugnabãt iter ſe. Timet icur.ſ.hoſtiles ad id qđ dixit metus. Indignat̃q; ad id qđ dixit iræ. Sic fre.p ſimilitudinẽ oſtẽdit hitum aĩ cæſaris quẽadmodũ iqt leo cũ captus cauea icluſus fuerit idignat̃ & dẽtibus frẽdẽs uectes & clauſtra caueæ dẽtibus ifringit:& quẽadmodũ i ætna mõte fureret uulcanus ſi cauerna occluderet̃:ita i regia cæſar icluſus iſaniebat. Fera nobilis:ut leo. Nõ ſecus:& non aliter uulcane in cauernis ætnæ fureres:ſi qs forte ſpiramina ipſius montis occluderet:loquit̃ ſecundum fabulam. Summã ætnã.i. apicem ætnæ unde euomuntur flammæ:ætna Siciliæ mons eſt ſacer uulcano in cuius uertice Solino teſte hiatus duo ſunt:p quos eructatus erumpit uapor:præmiſſo prius fremitu:qui per æſtuãtes cauernaꝝ latebras lõgo mugitu itra terræ uiſcera diu uoluit̃:nec ãte ſe flãmaꝝ globi attollũt:q̃ interni ſpiritus antecedunt.



Audax theſſalici qui nuper rupe ſub æmi
Heſperiæ cunctos proceres:aciemq; ſenatus:
Pompeiumq; ducem cauſa ſperare uetante
Non timuit:fatũq; ſibi promiſit iniquum.
Expauit ſeruile nefas mitaq; penates
Obſtuitur telis quem non uiolaſſet alanus
Non ſcytha:non fixo qui ludit in hoſpite maurus
Hic cui romani ſpacium non ſufficit orbis:
Paruaq; regna putat tyriis cum gadibus indos
Ceu puer imbellis:uel captis fœmina muris
Quærit tuta domus:ſpem uitæ in limine clauſo
Ponit:& incerto luſtrat uagus atria curſu:
Non ſine rege tamen:quem ducit in omnia ſecũ.
Sumpturus pœnas:& grata piacula mortis:
Miſſuruſq; tuum:ſi non ſint tela nec ignes.
In famulos ptolemæe caput:ſic barbara colchis
Creditur ultorem metuens regniq; fugæq;
Enſe ſuo fratriſq; ſimul ceruice parata
Expectaſſe patrem:cogunt tamen ultima rerum
Spem pacis tentare ducem miſſuſq; ſatelles
Regius ut ſæuos abſentis uoce tyranni
Corriperet famulos:quo bellũ auctore mouerẽt?
Sed neq; ius mundi ualuit nec fœdera ſancta
Gentibus:orator regis paciſq; ſequeſter
Aeſtimat in numero ſcelerum ponenda tuorum
Tot monſtris ægypte nocens:non theſala tellus

Audax theſſalici:Qui paulo ante ñ timuerat aciem romanã:nõ põpeiũ ipſum:quãuis deteriorẽ cauſã haberet:nũc timere cogit̃ ſeruile bellũ. Rupe ſub æmi:æmus mons ẽ theſſaliæ ubi pugna inter cæſarẽ & põpeiũ geſta ẽ. Cũctos ꝑceres.i.omnes pricipes italiæ q cũ põpeio erat. Cã ſp.u.cã deteriore. Fatũq; ſibi.i.tãtũ ſibi de fatis ſperabat:ut ẽt cõtra æquitatẽ uictoriã ſperaret. Expauit ſeruile nefas.i.timuit bellũ qđ a ſeruis achilla & photino iferebat̃. Quẽ ñ uiolaſſet:Qui ñ timuiſſet frociſſimos orbis terrarũ populos:nũc timuit ſeruos. Alanus:Alanus fluuius ẽ ſcythiæ.a quo alani populi dicti ſũt ferociſſimi. Scytha:ſcythæ bellicoſiſſimi ſunt:In curribus degentes a caſpio mari incipiẽtes ad dextrã nauigãdi Europæ cõtinui ſũt ſcythæ & ſarmatæ Strabo Maurus in hoſpite. Violator hoſpitũ q figere hoſpites:q̃uis crudeliſſimus ſit:tñ nõ icuſſiſſet cæſari terrorẽ. Hic cui ro.deſcribit fortunæ mutabilitatẽ:Cæſar iqt q aĩo ſuo totũ terraꝝ orbẽ cõplexus fuerat: Quærit nũc anguſta loca domus ubi icluſus piculũ fugiat:quod ab Achilla miniſtro Regis iminebat. Indos:orientem. Tyriis gadibus.i.cũ occidẽte & longe repetitũ ẽ epitheton tyriis.i.herculeis:nã tyrus ẽ urbs phœniciæ:de qua natus Cadmus in Boetia ædificauit urbẽ Thebanã ex qua natus ẽ Hercules:ergo gadibus tyriis.i.cũ gadibus fixis ab Hercule thebão quã urbem q de tyro uenerũt condidere ſed melius tyriis gadibus:qm̃ eam iſulam (ut tradit ſolinus) tyrii profecti a mari rubro occupauerũt:& erythreã uocauerunt. Ceu.ueluti fœmina:quæ capta urbe ſecretiora domus loca quærit ubi lateat. Vagus:errãs icertus qd ageret. Nõ ſine rege:& qũocũq; ibat ſecũ ducebat regem quaſi obſidẽ:ut ſi qd in ſe cõſulerẽt Aegyptii:ipſe occideret regẽ:& illius cæde ſuũ exitiũ cõſolaretur. In oĩa.ſ pericula. Sũpturus pœnas.ſ.de rege:ſi forte Achillas cũ exercitu ipſum opprimeret Mortis.ſ.ipſius cæſaris ſi moriendum erat. Miſſuruſq; tuum:& te ducebat o Ptolemæe:ut ſi alia tela deſint tuo capite pro telis utatur:& caput tuũ iaculetur in hoſtem. In fa.i Achillã:& eius ſatellites Sic barbara:p ſimilitudinẽ oſtẽdit quõ cæſar patus erat occidere Ptolemæũ: quẽadmodũ inqt:Medea fugiẽs pꝛẽm enſem i iugulũ fratris patũ tenebat:ut ſupueniẽte pꝛe fratrẽ Abſcytũ occideret:ita cæſar pauerat gladiũ ad ceruicẽ Regis trũcãdã ut ſi ipſe opprimeret̃ Regẽ occideret. Nota qdẽ ẽ:& ãnte declarata fabula Medeæ. Cogũt.ta.ult.q̃q̃ ita diſpoſitus eẽt Cæ.tamẽ oĩa tẽtare uoluit iuſſit.n.mitti a Rege legatos ad Achillã q ipſũ iuberẽt ab armis diſcedere & quærerent quo nã auctore bellũ cæſari itulıſſet: ſed Achillas cõtra ius gẽtiũ legatos iuſſit iterfici:ex quo apparuit quẽ aĩum hẽret i Cæſarẽ. Miſſuſq; ſa. hi duo legati fuerũt dioſcorides & ſerapion:quos achillas priuſq̃ audiſſet cuius rei cã ueniſſẽt:iterfici iuſſit. Famulos:achillã cũ exercitũ ſuo. Voce tyrãni.i.uerbis ipſius regis. Quo bellũ.i.corriperet famulos dicẽs qs nã auctor belli huius iferẽdi fuiſſet? Sed neq; ius:ius gẽtiũ nõ ualuit apud achillã:nã iure gentiũ legati apud oẽs etiã hoſtes tuti ſunt. Nec fœdera ſacra.ſ.ualuerunt.i.nec humana nec diuina iura ualuerunt apud achillam. Orator regis:miſſus a rege. Paciſq; ſequeſter.i.mediator:nã ſequeſter proprie dicit̃ mediator iter duos altercantes:& ſeqſter eſt is apud quẽ pecunia deponit̃. Aeſtimat.i.æſtimare facit ſcelera:quæ ſunt ponenda i numero tuorũ ſcelerum:nam q; Aegyptii interfecere etiam legatum a Rege miſſum ex eo æſtimari poteſt quid nam facturi eſſent in ipſum cæſarem. Monſtris:monſtroſis ſceleribus. Non theſſãla tellus:q̃uis delicata ſis o Aegypte:& delitiis af fluens & effœminata:tamẽ plus audaciæ oſtendiſti contra cæſarem q̃ Theſſalia:q̃ aphrica q̃ pontus:q̃ hiſpania:& omnis regio ſæuiſſima:ubi bellum cæſar cum hoſtibus ſuis geſit. Nõ theſſala tellus.ſ.eſt auſa tantum ſcelus:ubi Pompeius cum cæſare conflixit.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

V aſtaq; regna iubæ: non pōtus:& impia ſigna
P harnacis:& gelido circunfluus orbis ibero.
T antum auſus ſcelerum:non ſyrtis barbara:q̄tū
D elitiæ fecere tuæ:premit undiq; bellum.
I nq; domum iam tela cadūt:quaſſantq; penates
N on aries uno moturus limina pulſu:
F racturuſq; domum:non ulla eſt machina belli
N ec flammis mandatur opus:ſed cæca iuuentus
C onſilii uaſtos ambit diuerſa penates.
E t nuſquam totis incurſat uiribus agmen:
F ata uetant:muriq; uicem fortuna tuetur.
N ec non & ratibus tentatur regia:qua ſe
P rotulit in medios audaci margine fluctus
L uxurioſa domus:ſed adeſt defenſor ubiq;
C æſar:& hos aditus gladus hos ignibus arcet:
O bſeſſuſq; gerit:tanta eſt conſtantia mentis
E xpugnantis opus:piceo iubet unguine tinctas
L ampadas immitti:iunctis in uela carinis.
N ec piger ignis erat:per ſtupea uincula:perq;
M anantes cæra tabulas:& tempore eodem
T ranſtraq; nautarum ſummiq; arſere ceruchi.
I am quoq; ſemiuſtæ mergūtur i æquore claſſes.
I amq; hoſtes & tela natant: nec puppibus ignis
I ncubuit ſolis:ſed quæ uicina fuere
T ecta mari longis rapuere uaporibus ignes:
E t cladem fouere noti:percuſſaq; flamma
T urbine:non alio motu per tecta cucurrit:
Q uá ſolet æthereo lampas decurrere ſulco:
M ateriaq; carens:atq; ardens aere ſolo.
I lla lues paulum clauſa reuocauit ab aula.

Vaſtaq; regna iu.ubi cato Regi Iubæ coniunctus cum reliquiis exercitus Pompeiani bellum aduerſus Cæſarem renouauit. Et impia ſi.ſ.declarat quod dixit:pontus pharnax filius fuit Mithridatis regis ponti. ubi Cæſar pharnacē facile ſuperauit:ná pontico triumpho:teſte Sueto.inter pompæ fercula:ſicut breuiter uicit:ita breuiter trium uerboȝ ꝓtulit titulum.Veni:uidi:uici. Gelido ibero:in hiſpáia ubi deuicit Cn.Pō.Pompeii primo gentium cum maximo diſcrimine ſalutis ſuæ. Non ſyrtis barbara:redit ad illud quod dixit uaſtaque regna iubæ.nam ſyrtes in africa ſunt. Tuæ o ægypte. Premit.ſ.cæſarem. Inq; domum:iam telis regiam inuaſerant ægyptii. Non aries uno:repræhendit inſcitiam Achillæ & ægyptioȝ qui circundederant regiam:quibus nūq̄ in mentem uenit arietibus euertere poſtes ædiū:quod ſi feciſſent:cæſarem facile opprimere potuiſſent. Flammis:uel igne inquit circūdediſſent ædes:ſic.n.Cæſar euadere non potuiſſet. Cæca:inconſyderati conſilii. Diuiſa:i diuerſas ptes

Et nuſq̄ totis:nec omnes uires in unū locum conuerſæ erant:quod ſi feciſſent facilius regiam expugnaſſent. Fata uetant:dii nolebant ut ſummis uiribus niterentur omnes. Vicem:ad ſimilitudinē muri erat cæſaris fortuna. Nec nō & r. præterea non ſolū terra oppugnabatur:ſed ēt mari. Protulit:porrexit. Audaci margine:pro ipſa audax:audax nimium uidetur eſſe regia q̄ ſe fluctibus exponeret. Sed adeſt defen.magnanimitatem Cæſaris oſtendit:& induſtriam q nullo loco deerat:ſed quacunq; hoſtes inuaderent:ea ſe pariter ferebat. Vbiq; & terra & mari. Hos ad gla.i.iubet ſtrictis gladiis milites obſiſtere. Ig.arcet.i.ignes incendit:ne tráſire poſſent hoſtes. Obſeſſuſq; ge.adeo ſuperabant animi Cæſari ut qui obſidebatur:obſidere uideretur.

Tanta eſt con.adeo animo ſuo confidit & eſt ἐπιφώνημα. Piceo ungui.& faces ēt pice illitas in uela nauium mittebat:quæ cum flámæ corripuiſſent armamenta nauiū cōburebant:quæ uero mœnibus urbis contigua tecta erant igne ēt incendebantur:cum iam aliquot ædium incendiū corripuiſſet ab oppugnatione ædium auerſi ſunt ciues ad reſtinguendū incendiū:ita datum eſt ſpaciū Cæſari:ut ſe i naues reciperet. Vnguine.i.picis humore illatas. Nec piger:qa facile comprehendebat materiam aridá. Stupea uin..pro rudentes ſtupeas. Manantes cæ.cæram picem appellauit:qua oblinuntur naues. Tranſtra:ſedilia ſunt nautaȝ. Ceruchi:ſignificat antemnas:quæ quibuſda quaſi cornibus uela ſuſtinent.Vir.Cornua uelatarum obuertimus antemnarum κερουχοσ dicit a κερασ cornu:& εχω habeo. Iam prope:iam pars magna nauium incenſa erat. Ianq; ho.na.quia incēſis nauibus:ut ſibi ſalutiq; ſuæ cōſulerent milites ſe de nauibus in mare cōiiciebant. Nec puppibus:nec ſolūm igne conſumptæ ſunt naues:ſed fláma quoq; in tecta urbis tranſcendit:& plæraq; tectorum incendio correpta ſunt. Longis ua.qui a nauibus in tecta tranſierant. Et cladem:aceſſerunt etiam uenti qui iuuarent incendiū. Percuſſaq; flá.fláma nauium uento percuſſa:non aliter longo tractu tranſiuit in tecta urbis: q̄ ſæpe uidemus ignem longum tractum per aera ducere:qui caſus ſtellaȝ imitatur. Sulco æthe.i.lōgo tractu:philoſophi dicunt uentum uiribus ſuis ad ſuperiores partes aſcendere:& partem aliquam ignis rapere: quæ deinde lōgo tractu ducta caſum imitatur ſtellarum. Materiaq;:lignis:aut alio fomite. Illa lues: nunc dicit datam eſſe requiem Cæſari & ſuis cum ab oppugnatione ædium milites conuerſi eſſent ad auxilium urbis:ut incendium ædium reſtingueret. Lues:incendium urbis. Ab aula clauſa:ab oppugnatiōe clauſæ aulæ.



V rbis in auxilium populos:nec tempora cladis
P erdidit in ſomnos:ſed cæca nocte carinis
I nſiluit cæſar:ſemper feliciter uſus
P ræcipiti curſu bellorum:& tempore rapto.
T unc clauſtrū pelagi cepit pharon.iſula quōdam
I n medio ſtetit illa mari:ſub tempore uatis
P roteos:at nunc eſt pellæis proxima muris.
I lla duci geminos bellorum præſtitit uſus
A bſtulit excurſus:& fauces æquoris hoſti:
C æſar & auxilliis ut uidit libera ponti
H oſtia:non fatum meriti:pœnalq; photini
D iſtulit ulterius:ſed qua non debuit ira:
N on cruce non flammis rapuit:non dente ferarū:
H eu facinus:gladio ceruix male cæſa pependit
M agni morte perit:nec non ſurrepta paratis
A famulo ganymede dolis:peruenit ad hoſtes
C æſaris arſinoeque caſtra carentia rege.
V t proles lagæa tenet:famulumq; tyranni
T erribilem iuſto tráſegit achillea ferro.
A ltera magne tuis iam uictima mittitur umbris
N ec ſatis hoc fortuna putat:procul abſit ut iſta
V indictæ ſit ſumma tuæ:non ipſe tyrannus

Nec tempora:nec interea deſes iacuit Cæſar:ſe dubi uidit ab oppugnatione ædium diſceſſiſſe milites ſtati ſe recepit i claſſem. Tempora cladis.i.incendii. Semp feliciter:Cæſar ita nunc celeritate uſus:ſecundam fortunam habuit:ſicut in omnibus bellis. Rapto:raptim capto. Tunc clauſtrum pelagi:ēt claſſe cœpit pharon portumq; eius tenuit:quo pharos cū alexandria urbe coniungitur.Pharos eſt inſula haud procul ab urbe Alexandria:& pons ē q pharon cum urbe coniungit:& hoc dupliciter profuit cæſari:nec terra per pontē tranſire poterant:& capta pharo & ponte cæſar prohibuit ne qs ad auxilium hoſtiū peruenire poſſet: hoc animo ſpem hēre cœpit cæſar:ut ſe facile ab hoſtibus defenderet quod:& fecit. Diximus pharum inſulam oblongá eſſe: quæ teſte Strabone cōtinenti adiacet:bicipitem ad eam portū faciens:nam cū littorea regio ſit ſinuoſa:duo ꝓmontoria in mare emittit:inter quæ inſula iacet quæ portū claudit:ei nanq; per longum obiicitur. Inſula quondam:nūc uero cōtigna eſt urbi alexádriæ qđ ēt ouidius memorat.Fluctibus ambitæ fuerát antiſſa pharoſq; & phœniſſa tyros:quaȝ nunc inſula nulla eſt.

Sub tempore uatis:quo tēpote proteus uates regnauit cuius mentionem Virgilius facit:hunc enim dicit eſſe paſtorem neptuni & paſcere phocas ad quem cyrene filiū ariſteū miſit:ut ab eo diſceret extinctas apes recuperare. Pellæis muris:pellæus alexáder capta ægypto cōdidit urbē quá de nomine ſuo appellauit alexandriá.

Muris pellæis:pharos.n.ponte iungit cum alexádria. Geminos bellorum:nā terra mariq; poterat prohibere hoſtes: & per terram auxilia hoſtibus uenire nō poterant capta enim pharo de nilo in pharō aſcendere non poterant qui ad urbem uenerant. Geminos uſus duplicem utilitatē. Abſtulit ex.non enim ēx ciuitate excurrere poterant in Cæſarem:ecce primus uſus. Et fauces æquoris:alius uſus: nec per nilum auxilia hoſtibus uenire poterát

Cæſar ut aux.photinūs nutricius regis & procurator regni erat cū rege qa regem cæſar ſemper ſecum duxerat hic nuntios miſit achillæ:ne quáuis cæſar uellet diſcedere aio deficeret:ne ue a negotio deſiſteret qbus internuntiis deprehēſis & ad Cæſarem ductis cæſar photinum obtruncari iuſſit. Sed qua non:ſed poeta iquit affectus eſt photinus nimium máſueta morte meruerat.n.crucibus affigi & incendio cremari:indignū quippe fuit:ut eadē morte periret qua pompeiū occidit. Libera hoſtia:q; auxili iuenire nō poterant ad hoſtes. Meriti:qui non metuerat pœna capitis affici:ſed cruce & flammis cruciari:& feris pabulum obiici. Heu facinus:indignum inquit facinus q; caput photino a Cæſáre obtruncatum fuerit. Magni morte:ſimili morte qua pōpeius perierat. Hæc nō ſurrepta:hoc hēt hiſtoria.Cæſar poſtquam molem pharon tenuit:& pontem iuris ſui eſſe uidebat:photinum iuſſit obtruncari: ſed non propterea ægyptii bello deſtiterunt ſucceſſit Ganynedes cum Arſinoe: nam huius auxilio arſinoe filia minor ptolemæi e regia ſeſe traiecit in exercitū ad achillá ſperans uacuá regni poſſeſſionē:& ſtatí cōtrouerſia orta eſt de principatu:cū primū cōmuni conſilio bellū aduerſus cæſarē gererent:itaq; cœperunt uterque iſidias facere:ſed Arſinoe per gamynedem nutriciū ſuum & Eunuchū occupauit iperiū:& Achillá iterfici iuſſit ipmq; ganynedē exercitui præfecit. A famulo.ab Eunucho nutricio Arſinoes. Paratis dolis:Quos parabat ganynedus:per dolum enim e regia ipſam in exercitum ad Achillam traduxit. Ad hoſtes: ad achillā

Proles lagæa:Quæ a Lago primo lege ægyptiorum deſcederat. Carentia rege:Quem Cæſar quaſi obſidem ſecum retinuerat in conuiuio cum Cleopatra deprehenſum ſed cum eſſet orta inter eos controuerſia de principatu imperii publicoq; cōſilio obtinuiſſet Arſinoe iuſſit Achillá occidi. Achillea:declinauit achilleus achilei. Terribilem:Quamuis terrorem faceret q; ius omne habebat armorum. Altera uictima:achillas: poſt photinum. Nec ſatis: nec ſatiſfactum eſt umbris pompeii neq; etiam ſatiſfactum erit ſi occiderit Ptolemæum.nam non prius plena erit ultio cædis pompeii q̄ cæſar ipſe occidatur. Iſta ſumma.ideſt concluſio uidelicet ut occiſo photino & acgilla iam nihil ſuperſit ad uindicandam cædem tuam.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Dum:pro donec. Enſes patrii.i.Bruti & Caſſii & cæterorum coniuratorum. Magnus inultus:nō plene dicetur ex hoſtibus ultionem feciſſe pompeius:niſi cū cæſar occiſus fuerit. Sed nō auctore:occiſo achilla q̄ pars magna erat huius belli:non tñ finitum eſt bellum qa præfectus eſt exercitui ganymedes Arſinoes eunuchus. Auſpiciis:ſperio ganynedis:qa imperator nō præficiebatur exercitui:niſi prius captis auſpiciis:ergo a præcedente quod ſeqtur. Secundo mar. qa magno in periculo cæſar fuit. Potuit diſcrimie:& ad ultimū diſcrimen cæſar adactus eſt:ut dies illa potuerit memorabilis fieri nece cæſaris. In famam &.ſ.i.potuit perpetuo poſteris memoriæ mādari. Molis i exiguæ:molem pharon dicit quæ pōte & itinere anguſto iūgitur cum oppido:ſde pugnabatur a cæſarianis:ex arce uero quæ erat aduerſus pontem & ex nauibus cōtra molem ab alexandrinis:& nauibus egreſſi acriter inſequebant̄ cæſarem cum ſuis:& hi etiam qui in nauibus remāſerāt ſcalas rapere pontem facere:nauesq̄ a terra repellere properabant:ne his nauibus potirent̄ hoſtes qbus oībus rebus pturbati milites trium cohortium cæſaris quæ in ponte ac prima mole circunſtiterant:cū poſt ſe clamorem exaudirent fugam ſuorum uiderent:magnam uim telorum aduerſi ſuſtinerent:ueriti ne a tergo circūuenitentur & diſceſſu nauium omnino reditus intercluderetur munitionem in pōte inſtitu:tam reliquerunt:& magno curſu incitati ad naues contenderūt cæſar quoad potuit cohortando ſuos:eodem periculo eſt uerſatus:poſtq̄ uniuerſos cedere animaduertit ſeſe ex nauigio ſuo eiecit in undas ad eaſq̄ quæ longius conſtiterant naues adnatauit:& ita piculum euaſit:& iō dicit diem unam fieri potuiſſe memorabilem morte cæſaris. Molis ex:quia triū cohortium milites occupauerāt eam molem de qua pugnabant:& erat anguſta:ergo cum metuerent ne diſceſſu nauium reditus intercluderentur:in naues magno curſu properarunt. Armis:armatis militibus. Molis:phari. In uacuas carinas:nam e nauibus egreſſi pharon ceperant. Formidie belli.Quia a tergo clamorē exaudiebat ſuos fugere uidebat & magnā ui telorū aduerſi ſuſtinebāt. Hic:ab alexādrinis. Hic a terra. Via nulla:nā ab una parte claſſis erat:a tergo pedites circumueniebant. Non fuga:non fugiendi facultas datur. Non uirtus:nulla fortitudo potuit eos ab incurſu hoſtium defendere. Mortis honeſtæ.ſ.non ſuperat fere tempus quo ſe occideret ne in manus hoſtium deueniret. Magnæ ſtragis: qa parum abfuit quin caperetur nauigiū cæſaris:& captum qdem fuiſſet:niſi ſe conieciſſet in undas & ſummo periculo:libellos etiam quoſdam altera manu tenēs enataſſet ad ſuos. Forte:fortūa. Captus:cū circūdatus eſſet. Dubius:icertus an timeret mori:an optaret:qa optabat mori:ne in manus hoſtium deueniret. Reſpexit in agmine:ſed cū ita circūſpiceret ſe undiq̄ ab hoſtibus circūuentū nec ſpem ullā ſalutis dari:rediit in memoriā ſceuæ illius:q ſolus oēm ipetum pōpeii ſuſtinuerat apud Dyrrhachiū:& cum imago illius ſceuæ centurionis fortiſſimi uiri oculis eius obuerſaretur ille exemplo eius ſe deiecit i undas & ad naues quæ lōgius cōſtiterāt enatauit aut reſpexit.i.uidit i agmē ſceuā ipm:nam etſi appianus & ualerius ſcribūt ipm dyrrhachii occubuiſſe:Tamē plutarchus & cæſar dicūt tuto euaſiſſe.itaq̄ eum nunc in acie uidens cæſar:exēplo eius innanimatus eſt. Ad cāpos epi.i.apud dyrrhachiū nā dyrrhachiū & epidannos idem ſunt quā urbem cōdidere corcyrei:teſte Strabone. Apertis muris:qa iam euerſa munitione cæſaris ſceua ſolus clauſerat pompeium:ne e caſtello exiret:Senſus autem hiſtoriæ hic aptus non eſt:qīn poeta odio neronis interceptus obiit:ut ſit oibus ſtudioſis cum Martiale exclamādum.Heu nero crudelis:nulla q̄ inuiſior umbra.Debuit hoc ſaltem non licuiſſe tibi.

Sufficit in pœnas:non omnis regia lagi.
Dum patrii ueniant in uiſcera cæſaris enſes:
Magnus inultus erit ſed non auctore furoris
Sublato cecidit rabies:nam rurſus in arma
Auſpiciis ganynedis eunt:ac multa ſecundo
Prælia marte gerunt:potuit diſcrimine ſummo
Cæſaris una dies:in famam & ſæcula mitti
Molis in exiguæ ſpacio ſtipantibus armis:
Dum parat in uacuas martem transferre carinas
Dux latius:tota ſubito formidine belli
Cingitur hinc denſæ prætexunt littora claſſes.
Hinc tergo inſultant pedites:uia nulla ſalutis:
Nō fuga nō uirtus uix ſpes quoq̄ mortis hōeſtæ:
Non acie fuſa:magnæ nec ſtragis aceruo:
Vincendus tunc cæſar erat:ſed ſanguine nullo
Captus ſorte loci pendet:dubius ne timeret
Optaret ne mori:reſpexit in agmine denſo
Sceuam perpetuæ meritum iam nomia famæ
Ad campos epidanne tuos:ubi ſolus apertis
Obſedit muris calcantem mœnia magnum.

Impreſſum Brixiæ per Iacobum britannicum Brixianum.
MCCCCLXXXVI.VI.Nonas Maias.

+

Regiſtrum huius operis.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| a | ſus eſſet | nollet | caritate | faciebant |
| bella per | fluctuum | indole fi. | ſcite:hoc | ɔ |
| ſunt auctore | g | lis ex ma. | t | Tunc.ſ. |
| luſtrare | Quod dites | n | a uotis | inane |
| ipſa nunq̄ | athamas | Numina | unde leges | lino |
| b | corytium | non duro | lis:quia | ꝝ |
| uoce:dum | h | o | u | & ſe dilecta |
| nunq̄ | Compage | tertia hora | metellos | fata mortem |
| ſa uictus | uehementer | diſpertos | ſua.i. | omnia |
| c | nitiones | populos | ueluti | A |
| ſus in medio | i | p | x | quis tumuit |
| .i.ſilenti | quia tu | uel ſolis | troſius | las fru. |
| ro litant | pentiſſimus | caledon | ad eū locū | ſquamas |
| d | iamq̄ polo | permittere | y | B |
| loꝝ uſoꝝ | k | q | mutare tel. | eſſe tergo |
| uiolare | Cauſæ | ſaltus | nauigaret | & bella |
| filiam | litis cibus | uiſus eſt | iotarus | immo uero |
| e | tione magnā | tum eſſe | z | C |
| & duo | l | r | puero regi | Aſſyrio ſuc. |
| ſpectat | tia noctem | Vno ſub | inſinuatiōe | nec perdidit |
| bombardam | lucē:ideſt | animal | & | Cyllenius. |
| f | ad ſomnos | ſ | hoc animi | D |
| tat:nunc | m | tare ut ſe | huiuſmodi | eſt:quia |
| | | | | Audax theſalici |

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA